

Duplone

4
20-58

NO.	36
DATE	27



Sept 1958

4
20-58


SEARCHED	INDEXED
SERIALIZED	FILED
AUG 27 1958	
FBI - MEMPHIS	

17. 11.351

EPISTOLARVM
DECRETALIVM
SUMMORVM
PONTIFICVM

Tomus Tertius.

CUM PRIVILEGIO



R O M Æ, In Ædibus Populi Romani,

APVD GEORGIUM FERRARIUM, M. D. XCI.

SVPERIORVM PERMISSV.

3

A D E B E A T I S S I M O N I C O L A O P A P A P R I M O .

N I C O L A V S Ludouico II. Occidentis, Michaelē & Basilio Orientis
Imppp. sedit annos ^a IX. Mēses VI. Dies XXI. Hic omni virtutis ge-
nere plurimū excelluit, vir ^b intrepidus, & Pontificiæ dignitati admodū
cōsulens, nec tamen à clementia alienus. Ad Bulgáros ^c nū p ad C H R I
S T I fidem conuersos legatos misit, qui, vt eorum Rex petierat, eos
Catholicis erudirent præceptis. Cum autē ^d Ignatius Constantinopoli
tanus patriarcha Bardæ Casari Michaelis Imperatoris aũculo ob ince-

stum cum nuru excommunicationem esset minatus, ob id Bardæ opera Michaelis Imperatoris auctoritate è Sede deiectus fuit, in eiusq; locum Photius, qui Patriarchatus honorem iam ante affectauerat, & Episcopis schismaticis contra Ignatium se coniunxerat, eductus ex foro & saculari militia subrogatus, & à Gregorio Syracusano Episcopo, qui prius ab Ignatio depositus fuerat, consecratus est. Qua de causa Constantinopoli & finitimis in ciuitatibus ortum est schisma, alijs quidem Photij promotionem defendentibus, alijs autē eam impugnantibus. Quocirca Imperator dedit operam, vt ipse Pontifex Constantinopolim legatos ad schisma sedandum & Ignatij depositionem confirmandam mitteret. Pontifex legatos quidem misit, tum vt Ignatij causam inuestigarent & ad se referrent, tum etiā vt Iconomachos impugnarent, qui tunc Constantinopoli vigeabant. legati contra Pontificis mandatum Photij electioni assensu fuerunt, & cum Romam reuersi essent, Pontifex recognita, synodoq; coacta eos deposuit; iniustam Ignatij depositionem, & nullam Photij ordinationem esse decreuit. Imperatoris autem repressit audaciā, qui aggreferens quod Photiū damnasset, & Bulgarorum Rex à Rom. Eccle, qui se in fide instruerent, mitti petisset, litteras ad eū contumeliosas scripserat, & conciliabulū Photio auctore contra ipsum Pont. coegerat. Habuit quoq; Nicolaus Cōcilium, in quo Ioannem Rauennatem Archiepm ob id ^e depositum, quia sedi Apostolicæ obtemperare nolebat, cū veniam petisset, seq; purgasset, & obtemperaturū iure iurando firmaret, in pristinū statū restituit. Præterea cū Lotharius Rex Lotharij Imperatoris filius ac frater Ludouici II. Imperatoris Teuperga legitima vxore relicta tamquam adultera, Colonienſi & Treuirensi Episcopis comprobātibus, Vvaldrada pellici adhereret, ad eum Nicolaus protinus legatos destinauit, qui in Episcoporum Concilio Teupergæ causam agerent. Episcopi vnā cum legatis in Concilio Metis congregati, regis vi atque potentia corrupti, Colonienſi & Treuirensi Episcopis auctoribus, Vvaldradam legitimam eius vxorem iudicarunt. Quamobrem ipsi Episcopis huius facinorosi, qui tunc Romam venerant, depositi & excommunicati, Misenum Episcopum in Gallias destinauit, à quo coactus est Lotharius veram vxorem, expulsa Vvaldrada, recipere, eamq; iuramento interposito amplius non esse dimisurum promittere. At verò cum postmodum in idem scelus Lotharius laberetur, Vvaldradam excommunicauit, minans item Regi excommunicationem, nisi ex animo respiceret. Cum in locum Ebbonis Remensis Archiepiscopi, qui ^f pulsus fuerat Sede sua, quia aſſererat fide hic Hincmarus in suburbio Suesonensis ciuitatis apud D. Medardū Cōciliū conuocauit, & in eo quosdā clēricos, eoquod ab Ebbone post abdicationē fuissent ordinati, depositi, qui tamen aſſeuerabant illum à Rotado Suesonensi & alijs Episcopis fuisse restitutum: Idem etiam Hincmarus Rotadum eo nomine in exilium misit, quod grauius in adulterum quendam animaduertisset. Quare cum tam Rotadus, quam clerici depositi ad sedem Apostolicam prodirent, Pontifex pristino eos redidit honori, & Cōciliū acta nulla declarauit.

C ^g Rex Lotharij Imperatoris filius ac frater Ludouici II. Imperatoris Teuperga legitima vxore relicta tamquam adultera, Colonienſi & Treuirensi Episcopis comprobātibus, Vvaldrada pellici adhereret, ad eum Nicolaus protinus legatos destinauit, qui in Episcoporum Concilio Teupergæ causam agerent. Episcopi vnā cum legatis in Concilio Metis congregati, regis vi atque potentia corrupti, Colonienſi & Treuirensi Episcopis auctoribus, Vvaldradam legitimam eius vxorem iudicarunt. Quamobrem ipsi Episcopis huius facinorosi, qui tunc Romam venerant, depositi & excommunicati, Misenum Episcopum in Gallias destinauit, à quo coactus est Lotharius veram vxorem, expulsa Vvaldrada, recipere, eamq; iuramento interposito amplius non esse dimisurum promittere. At verò cum postmodum in idem scelus Lotharius laberetur, Vvaldradam excommunicauit, minans item Regi excommunicationem, nisi ex animo respiceret. Cum in locum Ebbonis Remensis Archiepiscopi, qui ^h pulsus fuerat Sede sua, quia aſſererat fide hic Hincmarus in suburbio Suesonensis ciuitatis apud D. Medardū Cōciliū conuocauit, & in eo quosdā clēricos, eoquod ab Ebbone post abdicationē fuissent ordinati, depositi, qui tamen aſſeuerabant illum à Rotado Suesonensi & alijs Episcopis fuisse restitutum: Idem etiam Hincmarus Rotadum eo nomine in exilium misit, quod grauius in adulterum quendam animaduertisset. Quare cum tam Rotadus, quam clerici depositi ad sedem Apostolicam prodirent, Pontifex pristino eos redidit honori, & Cōciliū acta nulla declarauit.

D ⁱ In act. eiusdē Cōciliij. [†] al. Rotado

^a Pontif.
^b Regino lib. 2. chron. an. 868 & Pontif.
^c Anast. Biblioth. in pref. viij. Synodi. Regino ubi sup. d. Anast. ubi sup. & Cedr. in Mich. & epist. 1. & seq. Nicolai.

^e Epist. 70.
^f Pontif. M. S. & epist. 59.
^g Regino lib. 2. an. 864. Nicolai epist. 16. & seq.

^h Annon. lib. 7. cap. 16. de gest. Franc.
ⁱ In act. eiusdē Cōciliij.
[†] al. Rotado

K In epist. 46.

EPISTOLA I. B. NICOLAI PAPÆ I.

Acta Ignatij & Photij demonstrat, & ordinem temporum epistolarum perscribit.

Sexdecim sequentes epistolae extant in vetustissimis codicibus simul collectae: licet aliqua alij epistolis quae in causa Vvaldræ & Rotardi fuerunt scriptae, posteriores sint: quia tamen ipsae metropoliticas illas omnes in unum collegit, earum ordo non est inuatus.

NICOLAUS EPISCOPVS SANCTÆ CATHOLICÆ, ET Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, omnibus veræ religionis ministris, ac vniuersis Orthodoxæ fidei cultoribus, Sanctissimis videlicet, & Reuerendissimis Patriarchis, Metropolitibus, & reliquis Episcopis, atque cunctis fidelibus Catholicam duntaxat, cum sede beati Petri pietatem sectantibus, sanamque doctrinam nobiscum defendentibus, per Asiam scilicet, & Lybiam



Quæ apud Constantinopolitanam urbem paulò ante gesta sint, vel etiam nunc gerantur, sanctitatem, seu religionem vestram non credimus ignorare: sed qualiter zelo zelati pro domo Dei sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, nos de his disposueramus, breuiter charitati vestrae his nostri Apostolatus litteris, intimamus. Et ne aliter sinceræ vestrae menti suaderi tentetur, vel aliter, quod egimus vobis suggeratur, veraci relatione, & præsentibus vos litteris edocemus. Igitur postquam quidam inuidiæ facibus accensi, & superbiæ factu arroganter elati, more Iudæorum, contra pastorem proprium insurrexerunt, & Patriarcham suum (comministrum videlicet nostrum Ignatium sanctissimæ præfatæ vrbis Antistitem) ab Ecclesia ipsa, cui iure præsidebat, tyrannicè profererunt: ac Photium quemdam ex foro, ac sæculari militia, & habitu, atque à palatinis ædibus eductum, ac subito tonsoratum eidem, contra sacros Canones, Ecclesiæ præfecerunt. Tunc coepit scandalum, & schisma in iam dicta vrbe, & in adiacentibus sibi ciuitatibus, non modicum oboriri: alijs quidem Photij promotionem defendentibus, alijs autem hanc tamquam in conuictio, & superstitie Ignatio factam merito detestantibus. Tunc inuito consilio Imperator Michael, qui & ipse Bardæ Patricij, versutius suus Photij, parti fauebat, ad Apostolatum nostrum legatis cum epistolis destinatis, accusationes quasdam aduersus Ignatium deferentibus, petiit ut à sede Apostolica Missos daremus, qui scandala illa sedarent, & schismata dissiparent. Quo audito, quoniam (sicut à Deo inspirata vestra nouit prudentia) cunctarum Christi ouium cura constringimur, cum vides ipsius gerimus, cui specialiter diuinitus dicitur: *Pasce oues meas.* Et iterum: Tu (inquit) aliquando conuersus, confirma fratres tuos, non potuimus dissimulare, non potuimus negligere, quominus visitaremus oues dispersas, & dissipatas: vel quominus confirmaremus in fide, & bonis moribus fratres nostros, & proximos. Et quia inter cetera, quæ de schismate iam factò Constantinopolitanæ Ecclesiæ, hi qui missi fuerant, testabantur, maximè eandem Ecclesiā ab Iconomachis rediuiuam contentione excitantibus asserebant vexari, Christumque per singula conuenticula blasphemari: duos Episcoporum,

1. Cor. 11.

1. Joa. 21.
Luc. 22.

Luc. 22.

qui nobiscum erant; qui que ad hoc tantum faciendum opus, idonei nobis esse videbantur (Rhodoaldum scilicet & Zachariam) vnà cum Ecclesia, quæ apud nos est, datis litteris Constantinopolim, tantum nimirum placulum execrantes, è latere nostro direximus: nihil eis penitus iniungentes, nisi ut tantummodo causas Ignatij, qui ante de Ecclesia pulsus, quam ab aliquo accusatus extiterat, diligenter inuestigarent: & sedi Apostolicæ plena, & veraci relatione referrent. Photij verò consecrationem non solum minimè admittendā esse decreuimus; verum etiā ipsis legatis nostris, ne cum illo, nisi quasi cum laico, vsque ad notitiā nostram communicarent; frequenti, ac omnimoda iussione præcepimus: solum scilicet eisdem venerabilibus Domini nostri Iesu Christi, eiusque genitricis semper Virginis Mariæ, ac sanctorum ipsius imaginibus quicquid quæstio afferret, iuste ac piè diffinire licentiam dantes. At illi euntes, spretis monitis nostris, contemptis epistolis sibi à nobis coram tota Ecclesia nostra datis; immò postposito timore Dei, sicuti postea claruit, in contrarium verterunt omnia, quæ sibi fuerant imperata. Denique & cum Photio adultero, ac Ecclesiæ inuafore, atque neophyto, quod sibi multipliciter prohibitum fuerat, in sacrosancta mysteria communicauerunt: & Ignatium virum senem, & sanctum, ac per duodecim annos innocenter Ecclesiam Dei regentem, & nobiscum & vobiscum, atque cum vniuersali & orthodoxa Ecclesia communicantem, Græcorum factioni perniciosissimæ concinnantes damnauerunt: & sacerdotibus infulis expoliatum ab Ecclesiæ regimine modis omnibus expulerunt. Quæ sanctæ vestrae in Christo fraternitati, & piæ generalitati, quia contra nostram fuerint gesta dispositionem, iam dudum significauimus: Porro præfati missi nostri tandem reuersi, nil aliud renunciauere, nisi depositum Ignatium & Photium in sede Constantinopolitana firmatum. Post duos verò dies legatus à nobis imperialis, nomine Leo, à secretis susceptus, duo volumina obtulit: quorum vnum depositionis Ignatij gesta continebat, alterum autem de sanctis habebat imaginibus acta. Deulit præterea idem Leo imperiales litteras deprecantes; quatenus & in depositione Ignatij, & in confirmatione Photii, consensum præberemus, & subscriberemus. At nos diuina docente gratia, dum idem adesset legatus, conuocata tota; quæ apud nos est Ecclesia, decreuimus & statuimus, atque professi sumus coram ipso, & coram Ecclesia Dei, sicut & profiteamur nos pro deiectione Ignatii, vel consecratione Photii numquam misisse, numquam missuros esse: Et in depositione Ignatii, & promotione Photii, numquam consensisse, numquam consensuros esse. Et his sapius dictis, & palam annunciatis, atque in Apostolatus nostri epistolis taliter insertis, & eidem Leoni à secretis Imperatori Michaeli, vel Photio ad deferendum datis, hunc à nobis absolvimus. His ita vestrae sinceræ religioni ostensis, quæ scripta per singula tempora pro hac re miserimus, singillatim huic scripto inferius annexa demonstrantur. Primò etenim loco nostri Apostolatus habentur epistolæ ad Michaelem piissimum Imperatorem, & ad Photium Ecclesiæ Constantinopoleos inuaforem per Rhodoaldum & Zachariam transmissæ. Secundo loco continetur satisfactio nostra, cuius textum vestra à Deo conseruanda generalitati dudum transmifimus. Sed ignorantes vtrū ad vos vsque fuerit delata, iccirco hanc vobis denuò mittendā existimauimus: qua nosse valeatis quæ fuerit super hoc negocio nostra voluntas. Tertio loco posita est epistola, quam per Leonem à secretis, Imperiale vi-

dellet Legatum, de quo superius diximus, post reuersionem missorum no-
strorum sapēfato Michaeli Augusto direximus, & ad Photium alteram.
Præterea quæ subsequuntur, eo iuncto ordine huic inserta volumini, quo per
singula tempora gesta, vel missa fuisse noscuntur.

EPISTOLA II. B. NICOLAI PAPÆ I.

CONVERTITVR Synodum Constantinopoli iniussu sedis Apostolicæ ausam
fuisse Ignatium honore priuare, & in eius locum Photium substituere. Ostendit mul-
tis rationibus laicum ad Pontificalis dignitatis gradum conscendere non posse. promo-
tionem Photij non vult comprobare, nisi prius causa à legatis examinetur, & ad se in-
tegra deferatur. His adiungit nonnulla de imaginum adoratione.

EPISTOLA I. missa ab Apostolica sede ad Imperatorem Michaelē
per Rhodoaldum, & Zachariam Episcopos.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Michaeli glorioso Imp. Græcorum.



incipitum itaque diuinæ potestatis, quod omnium condi-
tion electis suis Apostolis largitus est, super solidam fidem
Apostolorum Principis (Petri videlicet) soliditatem consti-
tuens, eius egregium, immo primam sedem deliberavit. Nam
voce Dominica ipsi dictum fuerat: Tu es Petrus, & super hanc
petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præ-
ualebunt aduersus eam: Petrus denique à firmitate petre, quæ Christus est,
structuram vniuersalis Ecclesiæ inconcussam, & fidei robore solidatam; ita
precibus suis munire non cessat, vt errantium vesaniam rectæ fidei norma
reformare festinet: necnon intrepidè eam consolidantes remunerare pro-
curet: quatenus portæ inferi, malignorum vtique spirituum suggestiones,
arque hæreticorum impetus non præualeant eiusdem Ecclesiæ vnitatem
refringere. Quapropter Deo omnipotenti multiplices referimus grates, qui
vestro pectori hoc infundere dignatus est, vt fautores Ecclesiæ Dei effecti,
concordia ipsius desideretis fauere, ne quavis rubigine erroris consumatur
pulchritudo fidei, & frangatur intellectus Apostolicæ traditionis. Ad cuius
etenim (sicut ipsi scitis) integritatem obseruationis multoties conuentus
factus fuerit sanctorum Patrum, à quibus & deliberatum ac obseruatum
existit: qualiter absque Romanæ sedis, Romanique Pontificis consensu,
nullius insurgentis deliberationis terminus daretur. Igitur à vobis Con-
stantinopoli congregatum Concilium (vt vestris apicibus nostris intima-
tum est auribus) huius tenoris seriem paruipendens, ab institutis supradi-
ctis, manum considerationis suæ reflectere non trepidauit: Adeo vt Igna-
tium supra iam nominatæ vrbis Patriarcham, sine Romani consulti
Pontificis ibidem cœtus conueniens, proprio priuasset honore. Quod
quàm sit reprehensione dignum, testes illi, qui ei oppositi fuerant, ma-
nifestant; quia tales quos in epistola vestra legimus, canonica institu-
tio prohibet: & inuidiosè datos manifestè claret, quoniam nec ipse proprio
ore manifestauit (vt directionis vestræ asserunt litteræ) illa, quæ ei obiicie-
bantur,

Matth. 16.

Sæpe in Conci-
liis deliberati,
vt omnium re-
rum summū iu-
diciū, apud Pon-
tificem Roma-
num esset.

A bantur, neque accusatores illius secundum sacrorum Canonum instituta
probauerunt. Ceterum his etiam sic iniuste peractis, ad detestabiliora incō-
siderationis suæ votum, supradictam populi cateruam dirigendo, de lai-
corum habitu, qui ei præfesset, elegit pastorem. O quàm præsumptuosa
temeritas, ille præponitur ouili diuino, qui nescit adhuc dominari spiri-
tui suo. Nam qui ignorat disponere vitam suam per gradus Ecclesiæ mi-
nimè ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam subito electus? La-
tuisse vos non credimus, quid Apostolorum egerit cœtus post acceptum
donum sancti Spiritus. Ecce etenim ipsi visione Domini, & locutione il-
lius assidua, eiusdemque resurrectione laificati, atque gratia spiritalis de-
scensus consoldati, non præsumperunt de electis LXXII. eligere tam au-
dacter duodecimum, qui Iudæ prauaricatoris suppleret locum: sed per
gradus quosdam (vt ita dicatur) de septuagenario, binarioque numero
elegerunt duos, Ioseph qui vocabatur iustus, & Matthiam. Et sic ex his,
quem alteri præponerent interim ignorantes, diuinum examen postulaue-
re, electioneque data, qui humanis obtutibus iustior videbatur, coram diui-
nitatis conspectu inferior est inuentus. Igitur illius congregationis conatus,
nihil horum studens exercere, visi sunt à recto itineris tramite declinasse,
cùm in custodiam Dominici gregis non taliter vt decuit, studuerunt pasto-
rem præponere. In notitia siquidem sæcularium litterarum nemo magi-
stri nomine meritò censetur, nisi per gradus disciplinarum procedens fue-
rit doctus. Verum iste Photius videlicet antea doctor prorupit, quàm do-
ctus extiterit, prius magister videri cupijt, quàm discipulus audiri. Pri-
die auditor esse debuit, ac deinde institutor: sed hic doctoris è contrario
cathedram eligens, docere prius elegit, ac deinde cœpit doceri: prius san-
ctificare curauit, ac demum sanctificari: prius illuminare voluit, & postmo-
dum illuminari. Hæc itaque Catholicus ordo prohibet: & sancta nostra
Romana Ecclesia talem electionem semper prohibuit per antecessores no-
stros Catholicæ fidei doctores. Quorum nos tenorem obseruantes, insti-
tuta ipsorum esse inuiolabilia censemus. Sardicense denique Concilium,
vt de laicis non eligeretur Antistes, in XIII. Cap. per omnia prohibuit,
ita inquit: Si fortè aut diues, aut scholasticus deforo aut ex administra-
tore Episcopus fuerit postularus, vt non prius ordinetur, nisi ante Lecto-
ris munere, & officio diaconij, aut presbyterij fuerit perfunctus, vt per sin-
gulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus, & reliqua.
Cælestinus itidem sanctissimus doctor, & nostræ Romanæ sedis Præsul e-
gregius, in decreto suæ sanctionis Cap. XXI. asserens dicit: Audiuimus
quosdam proprijs destitutas rectoribus ciuitates, Episcopos sibi petere vel-
le de laicis, tantumque fastigium tam vile credere, vt hoc illis, qui non
Deo, sed sæculo militauerunt, æstiment nos posse conferre. Non solum ma-
lè de suis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, iudicantes: sed de
nobis pessimè, quos credunt hoc posse facere sentientes; quod numquam
auderent, si non quorumdam illic his consentiens sententias cohiberet: ita
nihil, quæ frequentius sunt decreta, proficiunt, vt hoc quasi numquam de
hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per singula clericos sti-
pendia militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præ-
futuri sunt, ex laicis requiruntur? Qui vacantes sæculo, & omnem Ecclesia
sticum ordinem nescientes, saltu præpropere alienum honorem ambiunt
immoderata cupiditate transcendere: & in aliud vitæ genus calcata reue-
rentia

Ad. 1.

Cælestinus I. in
epist. 2.
Cap. 7.

rentia Ecclesiasticae disciplinae transire. Talibus itaque fratres charissimi, A
 qui iuris nostri (id est Canonum) gubernacula custodimus, necesse est ob-
 uemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis lai-
 cum ad ordinationem clericatus admittat, & finat fieri: vnde & illum de-
 cipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutus Decretalibus fiat. Leo
 denique sanctissimus doctor, & Apostolicae Romanaeque sedis Pontifex
 egregius, cuius laus in quarta Synodo magnificatur, hoc ipsum in Decre-
 talibus suis prohibuit Cap. XXXIII. In ciuitatibus, quarum rectores obie-
 rint, de substituendis Episcopis haec forma seruetur. Ut is qui ordinandus
 est, etiam si bonae vitae testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus,
 nec secundae coniugis sit maritus: Et reliqua. Gelasius autem supradicti do-
 ctoris Leonis videlicet meritis non impar, sanctissimus Romanae Ecclesiae
 Praesul, non solum Episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presby-
 teros, ne talia praesumerent, vetauit in Decretalibus suis, Cap. III. ita in-
 quiens: Si vero de laicis quispiam Ecclesiasticis est aggregandus officijs,
 tanto sollicitius in singulis, quae superius comprehensa sunt, huiusmodi de-
 cet examinare personam: quantum inter mundanam, religiosamque vi-
 tam, constat esse discriminis: quia utique conuenientia Ecclesiae ministe-
 ria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque ma-
 gis, quod sacris aptum possit esse seruitijs in eorum quaerendum est institu-
 tis; quanto de tempore, quo fuerant haec assequenda, decerpitur, vt mo-
 rum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contu-
 lit: ne per occasionem supplendae penuriae clericalis, vitia potius diuinis
 cultibus intulisse, non legitimae familiae reputemur procurasse compendia,
 quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subro-
 gamus. Quoniam (sicut dictum est) distare conuenit inter personam di-
 uino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem: quae ta-
 men eatenus indulgenda credidimus, vt illis Ecclesijs, quibus infestatio-
 ne bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt, ministeria reno-
 uentur; quatenus his Deo propicio restitutis, in Ecclesiasticis gradibus sub-
 rogandis, Canonum paternorum vetus forma seruetur: ne contra eos vlla
 ratione praualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouideretur. Non
 aduersus Scita maiorum noua lex proponitur, ceteris Ecclesijs ab hac oc-
 casione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam in faciendis
 ordinationibus conuenit tenere sententiam. Quo magis hac opportuni-
 tate commoniti, obseruantiam venerandorum Canonum propensius de-
 legamus: singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos
 prorumpere moliantur excessus: ne fas esse confidat quisquam Pontificum,
 bigamos, aut coniugia sortientes, aut ab alijs derelicta, siue quoslibet
 post penitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios,
 aut curiae, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla tem-
 poris congruentis expectatione discussos, diuinis seruituros applicare mi-
 nisterijs, neque pro suo libitu iura studeant aliena peruadere, absque sedis
 Apostolicae iustae dispositionis mandato. Praedecessor itaque noster, huius
 almae sedis, Hadrianus videlicet sanctissimus Praesul, in epistola, quam Con-
 stantinopolim pro venerandis imaginibus destinauerat, ita instituit, vt am-
 plius de laicis nullatenus in eadem vestra Constantinopolitana Ecclesia or-
 dinaretur. Antistes: cuius textum si scire vultis, in Concilio, quod eius tem-
 pore in supra dicta vrbe celebratum est, inuenire potestis. His ita paulisper
 praeli-

S. Leo in ep. 88.
 ad Anastasium
 Thessal. Episco-
 pum.

Epist. 6.

Qui ad dignita-
 tes Ecclesiasti-
 cas euehi non
 possunt.

Hadrianus in
 ep. 1. circa fin.

A praelibatis in supradicti viri consecratione consensum Apostolatus nostri
 praebere non possumus, donec per Missos nostros, quos ad vos destinau-
 mus, cuncta quae in iam praenominata saepius vrbe de Ecclesiasticis causis,
 seu ordinibus peracta sunt, vel agentur, nostris intimata fuerint auribus.
 Et vt in omnibus rebus ordo seruari queat, volumus, O Clemens Auguste,
 vt Ignatius, quem sedis supradictae gubernacula propria, spontaneaque vo-
 luntate deseruisse, & totius plebis congregato Concilio depositum esse ve-
 stris apicibus nobis intimare curastis, in conspectum veniat nostrorum Mis-
 sorum, & vniuersi Concilij, vestris quidem Imperialibus institutis, quate-
 nus perquiratur, quamobrem spreuerit traditam sibi plebem, & institu-
 ta antecessorum nostrorum, sanctorumque Pontificum, Leonis videlicet
 Papae, atque Benedicti, paruipendendo contempserit, & in hoc agendum
 subtili examine a nostrae iussionis legatis depositionis eius censura perqui-
 ratur: quatenus inquirentes inuenire queant, vtrum canonicus tenor in
 eadem obseruatus fuerit, vel non, manifestum existat: ac deinde, cum no-
 stro praesulatu significatum fuerit, quid de eo agendum sit, Apostolica
 sanctione diffiniemus: vt vestra Ecclesia, quae tantis quotidie quatitur an-
 xietatibus, inuolabilis deinceps, & inconcussa permaneat. De imaginibus
 autem, earumque obseruationibus, licet nulla necessitas esset scribere,
 eo quod nostrorum antecessorum venerabilium Pontificum sancta solici-
 tudo Catholico ardore succensa, multa, & valde vtilia Ecclesiae Dei pro-
 futura instituit: tamen quia frequens iteratio informationis solet venera-
 biliorem intentionem reddere audienti: ideoque de eisdem pro conseruan-
 da vnitae populo Dei, aliquid exponere curamus. Pristinam itaque san-
 ctorum patrum traditionem, quam a praedecessoribus nostris beatissimis, &
 Orthodoxis Pontificibus, qui post beatum Petrum in eius Apostolica se-
 de resederunt, nobis obseruandam suscepimus, & haecenus immutatam
 haec sancta Catholica, & Apostolica tenet, ac defendit Ecclesia. Oportet
 ergo tota mentis intentione, summi que desiderij conamine venerandas
 tam Domini nostri Iesu Christi, quam suae sanctissimae genitricis, & beatorum
 Apostolorum, atque omnium Sanctorum imagines venerari, & colere: vt
 eo quo valemus adnixu contra haereticorum vesaniam, qui ab earum ve-
 neratione populum prohibent, resistere studeamus. Nam in pace Ecclesiae
 constitutis nil contrarium esse potest, si Sanctorum effigies propriae depi-
 ctas fidelibus augeant incrementi amorem. Re vera quia dum eorum vultus
 aspicitur, & operis actio recolitur, Deus cuius habitatio in eis esse di-
 gnoscitur, perfecte laudatur. Certè si Deus, qui est inuisibilis, & incorpo-
 reus, non per propriam substantiam deitatis, sed per subiectam creaturam
 mortalium apparuit oculis, vt credentibus summum esset culmen honoris:
 D quare animae Sanctorum, quae manentes in corpore vultus vniuscuiusque
 habuisse noscuntur, secundum dispositionem Dei dicit ipsi placentia opera-
 tas esse, non venerentur a nobis magno honore? Cur eorum excremur ef-
 figies, per quos agnouimus fidei veritatem? Apparuit nempè Deus Abra-
 hae patri nostro, non in carne, neque in anima, sed in specie trium virorum:
 quibus ille aliud cernens, & aliud esse intelligens, pronus in terra adorauit,
 & dixit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, afferam aquam, & lau-
 entur pedes vestri. Credidit illico Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusti-
 tiam, & amicus Dei appellatus est. Apparuit denique Iacob per subiectae
 creaturae speciem, unde & dixit: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua fa-
 cta est

De veneratio-
 ne sacrati ima-
 ginum.

Gen. 15.

Gen. 32.

sta est anima mea. Ecce incorporeus, Deus & inuisibilis, per speciem subiectæ creaturæ ita se mortalium voluit videri obtutibus, vt credentibus esset ad gratiam: Cur nobis sanctorum Icones, quos corporeos, & visibiles fuisse credimus, si illos vt verè Christi veneremur amicos, poterunt esse ad culpam? Nam si eorum effigies execrabiles esse crederentur; profectò & ipsorum reliquiæ, quorum caro corruptionem sensit in tumulo, pro neutro (quod absit) haberi deberentur. Verumtamen si ad eorū consortiū venire optamus, profectò hîc omnia in honore sanctorum, id est tam reliquias non solum corporum, sed & vestimentorum, seu etiam Imagines vultus illorum in quolibet loco depictas, celeberrimo honore venerari debemus: reminiscentes illud, quod Esaias speciem subiectæ creaturæ se vidisse testatur, dicens; Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum, & ea quæ sub ipso erant, implebant templum, &c. Accessit itaque Moses, & Aaron, vt viderent thronum vbi steterat Deus, & erat sub pedibus eius tamquam opus lapidis Saphiri, & velut firmamentum cæli in claritate fulgoris: & stabat Cherubin ex auro mundo. Quæ omnia, secundum quod Salomon postea in templo instruxit, in monte cum Domino loquens, imaginata, & præsignata vidit. Hæc & his similia præcedentes patres sciendo, Iconas Saluatoris nostri Iesu Christi, eiusque sanctissimæ genitricis semperque Virginis, omniumque Sanctorum, in parietibus Ecclesiarum, secundum quod tempus hodie probat, depinxerunt, & pingere pro congruis locis omni dilectione vsque in præsens non prohibuerunt. Quid Christiano verissimo nocet, si quod amat & diligit non ad adorandum desinet, sed ad tremendum terribiliter in pariete, vel ligno depingit? Verum quid officit, si aspiciamus imagines Christi in templo Ecclesiæ, & in arcano cordis præmeditamur eum venturum, cuius imaginem cernimus, citius viuorum, & mortuorum iudicem aduenturum? Quid fidei nostræ contradicit, quod in centro Cameræ super altare, eius figuram, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, animæ nostræ affectando desiderant, cuius imago nominis titulum retentat, & quia per naturam filium adoramus, quare per adoptionem nomen nouum scriptum in calculo, vel gemmis non adoremus? Altare itaque sanctum, in quo Deo omnipotentis sacrificiorum vota, persoluimus, lapis est naturaliter communis, nihil differens ab alijs tabulis, quæ parietes nostros, & pauimenta adornant. Quia verò sacrum est Dei adiutorio, & benedictionem suscepit, vnde & mensa sancta efficitur: panis iterum, qui super eum offertur, panis est quidem communis. Sed quando ipse sacramento sacratus fuerit, corpus Christi in veritate fiet, & dicitur. Sic & vinum modicum aliquid digna existentia ante benedictionem, post sanctificationem Spiritus, sanguis Christi efficitur. Ipsa enim Crucis imago, antequam suscipiat eius formæ figuram, lignum ab omnibus commune est. Suscipiens autem omnimodo venerandam similitudinem, sacra est, & demonibus terribilis, propter quod in ea figuratus est Christus. Hæc breui stylo transcurrentes, cum multâ dicere quiuissemus, vestræ serenitati transcripsimus: quia Hadrianus sanctissimus Præsul antecessor noster, multa de his in epistolis, quæ hæcenus apud Constantinopolitanam habentur Ecclesiam, scribens contra didit: in quibus quicquid huius rei necessitas coegerit inuenire poteritis. Oportet enim vestrū Imperiale decus, quod in omnibus Ecclesiasticis vtilitatibus vigere audiuius, vt antiquū morem, quæ nostra Ecclesia habuit, vestris temporibus

Esaiæ cap. 6.

Hadrian. in ep.
1.

Aporibus restaurare dignemini: quatenus vicem, quam nostra sedes per Episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Theffalonicensem, qui Romanæ sedis vicem per Epirū veterē, Epirumque; nouum, atque Illyricū, Macedoniā, Theffaliam, Achaiam, Daciā Riperēsem, Daciāque; mediterraneam, Misiam, Dardaniam, & Præualim, B. Petro Apostolorū principi contradicere nullus præsumat: quæ antecessorum nostrorum temporibus scilicet Damasi, Siricij, Innocentij, Bonifacij, Cælestini, Sixti, Leonis, Hylari, Simplicij, Felicis, atque Hormisdæ sanctorum Pontificum, sacris dispositionibus augebatur. Quorū denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas per nostros Missos, vt rei veritatem cognoscere queatis, vestræ augustali potentie dirigere curauimus. Præterea Calabritanum patrimoniū, & Siculum, quæque nostræ Ecclesiæ concessa fuerunt, & ea possidenda obtinuit, & disponendo per suos familiares regere studuit, vestris concessionibus reddantur: quoniam irrationabile est, vt Ecclesiastica possessio, vnde luminaria, & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quauis potestate subtrahantur: sed domui Dei restituta meritum redditoris multiplicent, & suscipientis votum spiritalis desiderii lucris exerceatur. Inter ista, & superius dicta volumus, vt consecratio Siracusano Archiepiscopo nostra à sede impendatur, vt traditio ab Apostolis instituta, nullatenus vestris temporibus violeatur. Destinauimus autem vestræ serenitati Reuerentissimos, & Sanctissimos Episcopos Rhadoaldum videlicet sanctæ Portuensis Ecclesiæ, atque Zachariam Anagninæ sanctæ Ecclesiæ, fungentes legatione Apostolatus nostri, quos vt honorificè suscipiatis, vestram amplitudinem deprecamur: quibus etiam frequens colloquium tribuatis: & eis, quæ de Ecclesiastico statu irreprehensibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et cum in conuentu Ecclesiæ federint pro Ecclesiasticis diffinitionibus, nihil à vobis, vel ab alijs alicuius contrarietatis impetum sentiant. Et cum fas illis fuerit reuertendi, vestros concedite missos: & tales, qui in dromonibus congruis eos Romanis incolumes fauente Deo Apostolorum precibus studeant referre: quatenus pro omnibus vestris bonis deuotionibus gratias Deo omnipotenti Patri, atque eius vnigenito filio Domino nostro Iesu Christo, & Spiritui sancto deuotius agere valeamus, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. Dat. mense Septembrio, die xxv. Indictione nona.

Patrimonia Romanæ Ecclesiæ.

EPISTOLA III. B. NICOLAI PAPÆ I.

RESERVAT totam causam Photij in aduentum legatorum.

DEPISTOLA I. ad Photium per Rhadoaldum & Zachariam Episcopos Constantinopolim destinata.



Mnis vtilitas & profectus animarum Catholica fide munitur, & dilectione Euangelii tuerur: quæ omnes intra se conclusos saluat & extra se postos suos non existimat. Vnde directionis vestræ sumptis apicibus lætificati sumus, quia vos Catholicum in eis cognouimus. Nam ibi prudentiæ vestræ vtilitatem intelleximus, ideoque multas gratias Deo omnipotenti retulimus, quia vestrum scire de Catholico fonte manare experti

perti sumus. Sed rectum vos ordinem minimè continuiffe doluimus: eo A quòd non per gradus Ecclesiae ductus ad tantum honorem, de laicali habitu vos profiluistis, cum oporteret vestram prudentiam ita canonicè vixisse in clericali ordine, vt nihil extra canonica instituta agentes, tempore congruo, atque ascensu legitimo constitueretis Ecclesiae Pastor. Vos itaque hoc pratermittentes, contra statuta patrum egisse, manifestum existit. Nam Sardicense Concilium per omnia tantæ temeritatis præsumptionem vetuit, prateriter & sanctorum Pontificum Romanæ sedis Cælestini doctoris egregii; Leonis sanctissimi; cuius laus in quarta Synodo clara existit: seu Gelasii doctrina, & meritis æquè beatissimi, horum videlicet instituta, hoc prohibuerunt, vt talis ordinatio fieri non præsumeretur. Quapropter vestræ consecrationi consentire modò non possumus, donec nostri, qui à nobis Constantinopolim sunt directi, reuertantur, qualiter per eos cognoscamus vestræ obseruationis actus, & Ecclesiasticæ vtilitatis constantiam, & quo studio circa Catholicæ fidei defensionem vosmet exerceatis. Et tunc, si dignum fuerit, vt tantæ sedis Præfulem, ceu conuenit, honorabimus, & fraternam dilectione amplectemur. Dat. mense Septembri, die xxv. Indictione nona.

Can. 73.

EPISTOLA III. B. NICOLAI PAPÆ I.

Docet Orientalem Ecclesiam sine vlllo suo consensu à Legatis sedis Apostolicæ Ignatium depositum, Photium substitutum.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiae.



Vod igitur generali notitia extat vniuersæ plebi Dei vulgatum, minimè vestræ sanctitati habetur incognitum, qualiter praterito iam tempore sancta Constantinopolitanæ Urbis Ecclesia, immò Græcorum inclytus Imperator cum Christianissima plebe suæ ditioni subiecta pro quibusdam præuaricationibus in eadem Ecclesia pullulatis, ac variis defensionibus in eodem populo super Photio inuasore, & Ignatio Patriarcha nequiter ob ortis, Legatos proprios ad hanc sanctam, & omnium Ecclesiarum matrem miserūt Ecclesiam, discretissima videlicet postulatione consulentes, qui diffinitionis calculus super huiuscemodi præuaricationibus nostro iudicio deberetur imponi. Sancta scilicet, ac salubri discretionem perducti ab hac principali Ecclesia, quæ veraciter intelligunt à Christo Salvatore percipisse sui principatus priuilegia, non immeritò ob ædificationem religionis, & recuperationem pacis, atque concordiae sub canonica diffinitione sibi dari poscentes iudicia. Quorum saluberrimæ petitioni cedentes, dirigere, vt omnibus claret, illuc studuimus ex latere Pontificatus nostri legatos, qui nostra Apostolica auctoritate muniti, errata corrigerent: deprauata quæque ad rectitudinis tramitè perducerēt. Super Photio quoq; & Ignatio Patriarcha rei gestæ veritatè diligenter inquirerent, nostroq; Apostolatui (Deo auctore) legitime diffinienda ad liquidum nunciare studuissent: quatenus Missorum nostrorū fieret tantum inquisitio, & vera examinatio, nobis tamè remaneret referuata diffinitio, vtrum vera esset, an falsa super Ignatii Patriarchæ criminibus accusatio. Sed legatis nostris, qui super hoc opere missi fuerant

A rant reuertentibus, imperialem ab eisdem partibus epistolam nostro Apostolatui per ipsius Legatum directam nihilominus recepimus. In cuius serie & eorum actionibus cognouimus, quia dissensionis & inuidiæ inter illos crebrescentibus malis, abiq; vlllo nostro consensu, vel nostra omnino conscientia, Photium indiscretè subrogarunt, & Ignatium Patriarcham deposuerunt. Quod vtique indiscretissimum factum nobis, & vniuersæ Ecclesiae nostræ omnimodis habetur contrarium: quia contra sacros Canones, qui absque verissima probatione neminem damnari, nec alterum prius in eius loco subrogari præcipiunt, Ignatium Patriarcham damnarunt. Et iterum cum dicente Domino, Non sit discipulus super magistrum, neq; seruus super dominum suum, memoratus Antistes Ignatius à sibi subiectis, & ministris sui ordinis, proprii gradus sustinuit præiudicium. Et contra doctore egregio B Paulo dilecto discipulo suo Timotheo præcipiente, vt nemini cito manus imponeret; & non Neophytum, inquit, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli; Photium subito ex laicali militia tractum, indiscretè ordinare præsumperunt Episcopum. Quæ causa contra ordinem diuinum nequiter acta, valde nostro Apostolatui, & vniuersæ (vt dictum est) Ecclesiae nostræ omnimodis manet contraria. Vnde generaliter agnoscat omnis Ecclesia sanctorum, quia nec nostra fuit conscientia, nec iussio, nec voluntas, super Photij subrogatione, vel Ignatii Patriarchæ depositione: & super huiuscemodi præuaricationibus omnium vestrorum sanctitati satisfaciendo verissimè denunciamus. Quia post verissimam nostri examinis deliberationem, nec Photium recipimus, nec Ignatium Patriarcham damnamus, nec iussimus, nec consensimus, nec ratam huiuscemodi ordinationem, vel indiscretam depositionem manere iudicamus, neque firmam absque iustæ diffinitionis libramine vlllo modo consentiemus, nec Ignatium videlicet Patriarcham inter depositos reputamus, neq; reputabimus: sed nec Photium in episcopali ordine annumeramus, nec annumerabimus.

Math. 10.

1. Tim. 3.

Igitur dilectissimi fratres, sanctitati vestræ, qui catholicas Alexandrinorum, Antiochenorum, vel Hierosolymorum gubernatis ecclesias, seu cunctis orientalibus Metropolitibus, atq; Episcopis, luce clarius, expressusq; significamus, quoniam sedes Apostolica nullo pacto venerabilem Ignatium Patriarcham dignitatis propriæ priuilegio nudari tam improvidè patitur: sed magis repulso à sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ sacro Ecclesiae viscere peruasore coniugis, vt ita dixerimus, viri viuientis (sceleratissimo videlicet Photio) sanctissimum Patriarcham Ignatium in sui sacerdotij dignitate manere, sicut olim decreuerit: Iterum quoq; canonico, ac legali examine iudicat, & decernit. Et vt vos huius Sedis priuilegium ritè seruantes, pari religione catholici, pari etiam nobiscum super venerabilis Ignatii Patriarchæ sacerdotij recuperatione, & Photii peruasoris expulsionem eadem sentiat; Apostolica auctoritate vobis iniungimus, atque iubemus. Et vt huius Præfulatus nostri paginam in cunctis parochijs vestris ad omnium faciatis notitiam peruenire, atque de hac re iuxta Apostolicæ sedis diffinitionem prædicare curetis alijs: ipsiq; similiter incommutabiliter teneatis paterno more præcipimus. Quid præterea fratres carissimi, & filij dilectissimi, eidem Imperatori Græcorum, & vniuersæ generaliter sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiae super huiuscemodi præuaricationibus, & de his, pro quibus nuper illas in partes nostros cum Apostolicis epistolis direxeramus Missos (sicut omnibus vobis manifestum est) respondendo nostri Apostolatus remandat

Epist. Tom. 3.

B

aucto.

auctoritas, omnium vestrorum sanctitati satisfaciendo, in subsequentibus A
relegi iubemus. Data Mense Martio, die xviii. Indict. X.

EPISTOLA V. B. NICOLAI PAPAE I.

IMPROBAT depositionem Ignatij, & promotionem Photij à legatis temerè approbat. Affert multa pro Ignatio, & contra Photium, cuius electionem cum Nectarij & Ambrosij promotione; aut concilium in quo Ignatius fuerat damnatus, cum Nicano conferendum non esse demonstrat. Monet Imperatorem, vt Ecclesiae perturbatores compefcant. Epistolam suam deprauatam fuisse queritur.

EPISTOLA QVAM PER LEONEM

à secretis (Imperialem videlicet Legatum) de quo superius diximus, post reuersionem Missorum nostrorum, Imperatori Michaeli direximus cum Epistola ad Photium. B

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS

seruorum Dei, Pijssimo & gloriosissimo filio
Michaeli magno Imperatori.



Erenissimi Imperij vestri gloria, quæ super orthodoxæ fidei integritatem firmata constare cernitur, dum aliqua in sancta Constantinopolitana Ecclesia, quæ sub vestra defensionis tutamine consistere videtur, inconuenientia prouenerint, hæc sanctam catholicam, & Apostolicam caput omnium ecclesiarum, Romanam scilicet Ecclesiam, quæ semper sanctorum Patrum sincerissimas auctoritates in omnibus suis actibus sequitur, consulere decreuit: Et eius consultu, quæ Ecclesiasticis cõueniunt negociis, agere curauerit; proculdubio quæ agenda, aut ab agenda fuerint, irrettractabiliter cuncta disponere, ordinare, atque diffinire poterit. Quod vos fecisse in epistolis nuper ad hanc Sedem missis recolimus: pro quibus etiam nostros, secundum vestram petitionem, illas in partes pro quibusdã præsumptionibus, quibus vestram aserebatis fatigari ecclesiam, seu ob dissensiones, quæ propter religiosum virum Ignatium Patriarcham, & Photium emerferant subtiliter inuestigandis & nobis renunciandis Missos direximus. Sed cum ad nos reuersi fuissent, nihil nobis, vt illis & in nostris institueramus de Reuerentissimo viro Ignatio renunciauerunt apicibus: sed verbis tantum, quæ de eo contra nostram voluntatis peracta sunt obseruantiam, retulerunt. Post aliquot autem dierum vestrarum partium prudens, & fidelis Legatus nomine Leo à secretis, Apostolatui nostro imperialem cum actis apud vos gestis detulit Epistolam, quam legi iubentes, cognouimus de memorati viri Ignatij Patriarchæ negocio, contra præceptum nostrum improuidè illatam sententiam, & nihil omnino nostris iussionibus saltem similem, sed magis contrariè perpetratam. Etenim quia dudum in epistolis vestris, quas tenemus præ manibus, illum multis accusationibus affirmabatis obnoxium, ob idque hunc eiectum, Photium elegisse, necessario nostræ sedis legatos Apostolica auctoritate fultos de pluribus prædicti viri Ignatij Patriarchæ criminibus intentatis indagandum, & nobis renunciandum direximus, suspendentes videlicet

A videlicet sententiam expulsiõis Reuerentissimi viri Ignatij, vel Photij receptionis, non in Legatorum nostrorum, sed specialiter in nostro examine. At quia nunc Photium retinentes, prudentissimum virum Ignatium Patriarcham absq; nostri Apostolatui eiecistis iudicio, nosse vos omnimodis volumus, nullatenus nos Photium recipere, vel Ignatium Patriarcham damnare. Denique considerare libet quid sibi vult hoc, quod per duodecim fere iam annos Regiæ Urbis vestræ innocuè sacerdotium agere, & sanctis virtutibus pudicitia, castitatisq; florere dictum Ignatium, non solum ipsi per vestras innouistis epistolas, velut etiam synodice vocibus eius sub tempore habitis, magnis honoribus epistolæ vestræ fatentur, quas præ manibus tenemus laudastis iugiter, & extulistis, minimè eum ad Apostolicam sedem inuasoris, vel alicuius criminis opinione notantes, nunc inuidè damnastis.

B Quod utiq; indiscretissimum factum sanctæ nostræ generaliter Ecclesiae, nostroq; Apostolatui, ac sanctorum Patrum prisca diffinitioni omnimodis extat incontinens. Nos quidem de nobilissimo viro Ignatio Patriarcha non tantum hæc, verum & illud comperimus, quod non solum genere claruit, verum etiam à primæuo suæ ætatis per singulos Ecclesiasticos gradus ascendens ex Monastica vita, omni Ecclesiastico cõtatu consentiente (sicut in apicibus, quos sanctissimo Leoni Præsuli prædecessori nostro destinaueratis, comperimus) episcopatus culmen promeruit. Photium autem nouimus per nullos Ecclesiasticos gradus ascendentem, sed tantummodo ex laicali militia Episcopum pertinaciter ordinatum. Quamobrem necessariò in sententia nostra qua stetimus, persistimus: & neque venerabilem Ignatium Patriarcham in aliquo damnamus, neque Photium modo quolibet suscipimus. Verum quia omnibus accusationibus remotis, quibus strenuum virum Ignatium Patriarcham ad Apostolicam Sedem aserebatis notabilem, vnum opposites tantummodo, quod potentia sæculari sedem peruaserit, vestro speciali deposuistis, damnastis, & expulistis arbitrio: & Photium ex laicali agmine improuidè in eius loco subrogastis Episcopum, æquanimitè ferre omnino non possumus: maxime cum horum duorum negocium inuestigari, & nobis renunciari, non diffiniri mādauerimus. Quapropter (vt diximus) nullo modo prudentis viri Ignatij Patriarchæ depositioni, vel Photij subrogationi assensum præbemus, quousq; veritas omni falsitatis fūco nudata in præsentia nostra eluceat. Quia consuetudinem vestram nouimus in regia Vrbe minime apicem Archieraticæ potestatis aliquem posse habere sine Ecclesiasticæ plebis consensu, atque imperiali suffragio, & ob id Ignatium Patriarcham damnare nolumus, nec debemus.

D Præterea Photij, quem ex militia subito ad tanti culmen regiminis consecrastis, ordinationem ratam haberi decernitis, eo quod Nectarius non solum ex laico habitu, verum etiam ex pagano sancta Synodo secunda ordinante meruerit Episcopus fieri: qui tamen Nectarius veræ religionis catholicus, nullius depositionis catholici conscius sedis gubernacula sine scandalo, sine vi, sine omni schismate suscepit: quem Spiritus sancti auxilio, & talento sibi credito hæreticorum perfidiis restitisse, eorumq; dogma, quod iam ex longo tempore pullulauerat, & plurimos sui contagione infecerat, destruxisse ipsi recolitis: & iccirco bene & optime sanctæ secundæ synodo Apostolicæ sedis auctoritate fultæ ita de Nectario placuisse testamur.

Sed beatus nihilominus fulgidissimus doctor Ambrosius, quæ similiter ex militia, & Catechumeno asseueratis Episcopum, cum diuinitus per miraculo-

Epist. Tom. 3.

B 2

rum

Cedreus in Michael. & Zonaras lib. 3. Annalium.

De Nectario Theodori. lib. 5. Eccle. cap. 8.

De S. Ambrosio in eius vita.

Causa dispensandi

rum signa ab ipsis cunabulis, usque ad consecrationis suae tempus fuisset A
 euocatus: & ad regimen à dissidentibus populis subito in vnam sui concor-
 diam prouocatis, compelleretur. Ecclesiasticum suscipiendum, minime sedi-
 tioni, vel schismati studuit; quin potius eas, quas reperit, semetipsum non
 vltro, sed coactè populo offerens repulit, & remouit. Neque damnationem
 molitus est alicuius, quam numquam omnino ob sui culminis consentiret
 incrementum: sed coactus, atque compulsus, votis eorum consentiens, Ec-
 clesiasticarum regularum normam toto vitae suae tempore custodiuit. Om-
 nes haereses debellans verbi Dei telo succinctus, pro quo aequè hæc Sancta
 Romana Ecclesia eos rite suscepit. Ideoq; hoc tempus necessitatis probe su-
 scipit, quia contra Canonum priuilegium sibi concessum nihil nouit teme-
 rè perpetratum. Vos autem non ita horum illustrium virorum comparatio-
 nem perpendistis, vbi sæpe dictum virum Ignatium Patriarcham iuste à vo-
 bis ordinatum, iniuste de Patriarchatu eijcientes, Photium subito ex laicæ B
 militia in Episcopali dignitate eleuastis, & ob id nihil valere patimur:
 quia sanctæ Romanæ Ecclesiæ numquam existit mos improvidè, vel iniuste
 vnum eijcere, & alterum subrogare: sed magis studuit æqua lance om-
 nium librare & iuste diffinire negocia. Igitur quia ad Nicæni venerandi cœ-
 tum Concilij vestrum, qui in depositione Ignatij Patriarchæ affuistis toti-
 dem numeri ferè dicitis miramur. Et quid prodesse consideramus eiusdem
 numeri collegium præesse, vbi ipsius sententiæ præuaricantur, cuius & nu-
 merus imitatur? Quod non laude magis, quàm reprehensione ducimus di-
 gnum; quia omnino magis peccatis est cumulus, vbi multipliciter fuerit ag-
 men præuaricatorum. Nos quidem non numerosum tantum sanctorum
 Episcoporum collegium Nicæni & Chalcedonensis conciliorum, cetero-
 rumq; sanctorum Patrum synodicas constitutiones sequimur, sed illorum C
 libales veneramur iustas diuinitus inspiratas sententias; & non tantum pro
 suorum multitudine obseruantur à nobis (quia re vera multi in personis fue-
 re) sed in validissimis sententijs eos perpendimus plures.

Quod autem asseueratis fatos fuisse Legatos nostros post damnationem
 Religiosissimi viri Ignatij Patriarchæ, omnis eius cōsecratio debere cassari,
 dānari, atq; euelli; absit, vt hoc fieri patiamur: vt quæ neq; Ignatiū Patriarchā
 damnamus, neq; Photium mœchum suscipimus, qui Sedem viuentis viri &
 pudicè seruantis, temerè sibi vsurpare præsumpsit, atque (vt ita dicamus)
 quia contra ordinem in ea conuersari non erubescens, ecclesiæ vestræ scanda-
 lala multiplicari consentiamus. Quin potius, Serenissime fili Auguste, dile-
 ctionem vestram monemus, suademus, atque Apostolica auctoritate den-
 D
 unciamus, vt tandem aliquando resistatis illis, qui pro libitū suæ voluntatis
 contra Constantinopolitanæ ecclesiæ se Præsulem erigentes sine exami-
 natione Canonica ignorantibus nobis crebro vnum deponentes, alterum
 inopinatè consecrare nituntur. Vnde hæc discussio in orientalibus ve-
 stris ecclesijs (heu) plurimum agitur: sed magis studeatis, quando aliqua
 emerferint, vnde schisma possit oboriri, nostræ Ecclesiæ consultu peragere:
 quatenus sicut iam factum pro sanctis imaginibus nouimus, quod iuste de-
 liberatum est, maneat Apostolicæ Sedis auctoritate firmatum. Quod au-
 tem tantummodo æmulatione voluntatis, contra canonicas, vel synodicas
 censuras inconsulta Romana Ecclesia perpetrari conatur, vestræ religio-
 nis brachio arceatur: ne videlicet sanctæ Dei Ecclesiæ, ac regis vrbs glo-
 ria vestro (quod absit) sub tempore in aliquo minuatur. Liccat ergo san-
 ctam

A Etiam Ecclesiam, quam Christus sacro suo sanguine à seruitute corrupcio-
 nis redemit, orthodoxam fidem seruantem vestro certamine manere ab
 omni inquietudine infestatorum tranquillam, atque pacatam. Denique
 Ecclesiæ Constantinopolitanæ hortamur statum, vt tales alere omni religio-
 ne eruditos studeat viros, qui ad honorem Cardinis ipsius sanctæ Ec-
 clesiæ suis præfibus mortuis, vel quolibet casu amodo discedentibus va-
 leant subrogari: quod non solum in tanto Patriarchatu obseruari, omnino
 debet, verum etiam in singulis quibusque ciuitatibus ex consuetudine cano-
 nica magna cum cautela seruatur & custoditur. Sed & hoc vestræ clem-
 entia intinere curauimus; quia sicut in vestris actis Apostolicæ Sedi, &
 nostro Pontificio directis insertum inuenitur, nescimus cuius fraude, vel
 dolositate epistola nostra ad vos directæ fraudata est. Et non solum quia
 B
 in vestra præsentia secundum illius textum, vel ordinem relecta non est,
 sed plura excerpta, quibus intellectus ipsius epistolæ continebatur, aliud
 pro alio, ignoramus, quis temerarius coram vestro imperiali conspectu le-
 gendo percurrere, vel interpretari præsumpsit, quam si coram vestræ ma-
 iestatis præsentia scrutari iusseritis, in aliquibus eam mutatam, atque frau-
 datam locis reperietis. Nos autem volentes clementissime triumphator ex-
 cellentiam vestram ab omni labe factionis crimine illæsam consistere, &
 per diuturna tempora tranquillissimam imperij vestri sublimitatem in
 Dei sincerissimè manere seruitio, vt spiritalis pater spiritali filium com-
 monentes: & ea, quæ Deo placabilia sunt, Apostolicis adhortationibus ad-
 implenda commonentes; & sicut vestri soliti sunt prædecessores, qui in
 culmine imperialis consistebant, hanc sanctam Romanam Ecclesiam pleno
 C
 deuotionis venerari affectu, ita & vos Apostolicis perficere oraculis obse-
 cramus: quia ea quæ in præsentis negotio Ecclesiasticis procurauimus san-
 ctæ institutionibus, non inuidiæ causa, vel aliqua dolositate peregrimus, sed
 volentes vestram imperialem dignitatem, & sanctam Constantinop. Eccle-
 siam illæsam seruare, & ab omni reprehensione, ducti feruentissimo zelo cha-
 ritatis custodire, sicut in epistolæ serie ad vos missæ reperitur, Deum timen-
 tes ordinare decreuimus, & euncta obseruanda præoptamus. Omnipotens
 autem Deus, qui vos ad reprimentas multarum gentium feritates in impe-
 riali culmine eligere dignatus est; piissimum imperium vestrum ad sta-
 tum & defensionem sanctæ suæ Ecclesiæ per multa annorum conferuet
 curricula, & sospite vita semper vos ea, quæ illi sunt placita, vobis velle con-
 cedat: quatenus vt in præsentis vobis sæculo feliciter imperandi potesta-
 tem tribuit, in futuro pro bonis actibus, & iustitiæ obseruantia, quæ sub ve-
 stro libramine ponderari debetur, præmia æternæ felicitatis habere permit-
 tat. Data Mense Martio, die xix. Indiæ. ix.

EPISTOLA VI. B. NICOLAI PAPAE I.

*Dixit argumenta Photij, qui exemplo Ambrosij, Nestarij & Tarasij se me-
 ritò ex laicorum gradu ad episcopalem dignitatem peruenisse affirmabat, eumq; tum
 quòd laicus esset, tum quòd Ignatius adhuc viueret, iniuste ad eum dignitatis gradum
 conscendisse demonstrat.*

In viij. synodo
act. 4.



Ostquam beato Petro principi Apostolorum Dominus, ac redemptor noster Iesus Christus ex vtero Virginis pro nostra redemptione; vt erat verus Deus ante saecula, verus homo in finem saeculorum apparere dignatus est, ligandi, atque soluendi in caelo & in terra potestatem tribuit; & ianuas regni caelestis referandas concessit; supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis: Amen dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; & portae inferi non praeualebunt aduersus eam; & tibi dabo claves regni caelorum: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Ad quam promissionem sanctae Apostolicae institutionis cemento coeperunt huius fundamenta ex preciosis succrescere lapidibus, & annuente diuina clementia, per studium structorum, & Apostolicae auctoritatis sollicitudinem vsque ad culmen insolubiler perducta perpetualiter mansura sine sinistra aurae impulsu consistere: cuius primatum (sicut omnibus orthodoxis manifestum est viris, & vt in superioribus premodicum declaratum est) beatus Petrus princeps Apostolorum, & ianitor regni caelestis merito promeruit. Post quem & huius vicarij sincerissime Deo famulantes, carentes nebularem densitatibus, quae recto ab itinere impedire assolent, dignius perceperunt, & in cura regiminis, quam pro Dominicis ouibus susceperant, sollicitè permanferunt. Inter quos & nostram paruitatem omnipotentis Dei misericordia connumerare dignatus est: pro quibus tantum consistimus paruidi, quantum consideramus in aeterno examine pro omnibus, & praeter omnibus, qui Christi censentur nomine rationem reddituri. Et quia vniuersitas credentium ab hac sancta Romana Ecclesia, quae caput omnium est Ecclesiarum, doctrinam exquirat, integritatem fidei deposcat, criminum solutionem, qui digni sunt, & gratia Dei redempti exorant; oportet nos, quibus commissa est, sollicitos esse, & ad speculationem Domini gregis tantum feruentius anhelare, quantum hunc auidi lupi ad dilaniandum hincinde patientia ora exquirunt: quod & audiendo cognoscimus, & experiendo comprobamus. Et quos per corporalem ob longinqua terrarum spacia, aut tumentes marinos fluctus, nequimus visitare praesentiam; saltem series apicium quasi viua voce declarent, vt nec a nobis silentij exquiratur culpa, nec auditoris de ignorantia excusandi tribuatur facultas: quia & illud a nobis cauendum est, quod per Prophetam dicitur. Canes muti non valentes latrare. Nam & Apostolus ait: Insuper opportunè importunè. Constat enim sanctam Romanam Ecclesiam per beatum Petrum principem Apostolorum, qui Dominico ore primatum Ecclesiarum suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse, & ab ea rectitudinem, atque ordinem in cunctis vtilitatibus, & ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas & synodicas, sanctorumque Patrum sanctiones inuolabiliter, atque irrefragabiliter retinet, exquirere, ac sectari. Et ideo consequens est, vt quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis praepediente occasione proprias tantum sequendo voluntates, remoueatur: sed firmiter, atque inconcusse teneatur. Nam in hoc quo noster Apostolatus vestram prudentiam commo-

Matth. 16.

Romanus Pontifex vniuersali praest Ecclesiae.

Esa. 56.
2. Tim. 4.

Decreta Romani Pontificis ab omnibus custodienda.

A commotuit; quia ex laicali ordine sine canonica approbatione ad patriarchatus dignitatem subito transcendere contra patrum promulgationes non recusastis: sed temere, atque impudenter ad tanti honoris culmen accedere praesumpstis, assumentes vobis quasi a sanctissimo viro Nectario occasionem, quem sancta secunda Synodus non ob aliud ad sacerdotalem eligere, atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magna necessitatis contritione anxietate, eo quod in sancta Constantinopolitana ecclesia, nullus clericorum inueniri poterat, qui pessima haereticos nimiosa caligine non fuerit impeditus: Et ob hoc ne diu iam dicta ecclesia sub destituitone pastoris quasi viduata maneret, praedictum Nectarium expugnatorem haereticorum, & defensorem, atque gubernatorem ecclesiarum ad ecclesiasticam curam & dignitatem sacerdotalem iam dicta secunda Synodus elegit: sed vt hoc iterum fieret non confirmavit, neque sanxit, aut instituit. Et ideo licet contra patrum, atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri euentus comprobatur, non in auctoritate tenendum est: sed ne iterum talis proueniat necessitas, magis magisque cauendum: quia omne quod ab aliis reprehendi poterit, conuenientius, ac decentius videtur existere, si antequam fomes reprehensionis accrescat, emendationis cura succedat. De Tarasij siquidem promotione, qui similiter ex laicali coetu ad patriarchatus extemplo culmen promotus est, quam & vos quasi in auctoritatem vestrae defensionis assumere vultis, si sanctam (quae apud vos tempore sanctissimi viri domini Hadriani Papae celebrata est) synodum diligentius scrutati fueritis, atque attentius intenderitis, inuenietis quid in ea idem sanctissimus vir consultus decreuerit; & quod, dum eius consecrationis reprehenderet actus, & moerorem se pro tam praesumptiua factione nimium sustinere profiteretur. Dicit enim, quod nisi in erigendis imaginibus feruentius contra illarum depositores, atque conculcatores, vt verus miles Christi resisteres; nequaquam vestrae consecrationi assensum praeremus, aut in ordine patriarchatus vestram dilectionem susciperemus: quae tantum declaratur inordinate promotae, quantum comprobatur contra Apostolica decreta enormiter praesumpta. Beatissimum quoque Ambrosium clarissimam, & splendidissimam lucernam Ecclesiae, qui ex Catechumeno, diuino praefatio ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro turamine opponitis? & ad vestram illicitam promotionem antefertis? qui non instinctu hominum, sed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus est? Nam cum in infantiae cunis sub nutricis cura dormiens sollicitè verteretur; aperto ecce ore examen apum subito affuit, quod faciem eius, & ora compleuit, ita vt ingrediendi, & egrediendi vices frequentarent. Quod pater cum matre, vel filia deambulans, ne abijcerentur ab ancilla, quae curam nutriendi infantis susceperat, prohibebat. Sollicita enim erat, ne infanti nocerent; expectabat tamen patrio affectu quo sine illud miraculum clauderetur. At illae post aliquandiu volitantes in tantam aeris altitudinem subleuatae sunt, vt humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Post haec vero adultus puer liberalibus artibus imbutus Mediolanum perrexit, vbi Auxentius Arianorum Episcopus cathedram non regendam, sed dilaniandam tenebat episcopalem. Quo defuncto dum ad electionem Episcopi popularis fieret in Ecclesia conglobatio, ecce quidam infans acclamabat, dicens Ambrosium Episcopum: ad quam vocem & om-

Quare Nectarius in secunda synodo ex laico Constantinopolitani Episcopus sit factus.

Quod sit necessitate, non trahitur in exemplum.

Cur Tarasius Episcopus fuerit electus. vii. Synod. act. 2. in ep. Hadriani.

S. Ambrosius diuino instinctu ex catechumeno Episcopus electus. Paulin. in eius vita.

1. Pet. 5.

Matth. 7.

Auctoritate: Sedis Apost. concilia roborantur.

1. Tim. 5.

& omnis illa conuentio similiter acclamabat Ambrosium Episcopum. Quod non humanis id fieri credendum est voluntatibus, sed diuinis, ad saluationem, & ereptionem fidelium de aduersarij nostri faucibus, qui tanquam leo rugiens quærit quem deuoret, inspirationibus. Qui dum se multis, ac variis voluisset occultare argumentis, & à tanto honore delitescere; tandem superatus ad sacerdotalem ab omni populo & clero diuinitus est dignitate electus, & à Catechumeno per singulos gradus Ecclesiasticos proficiscens, octauo die ab omni catholicorum, diuina annuente clementia, consensu est consecratus Episcopus. Attendat igitur prudentia vestra dilectio, & intimo cordis prospiciat oculo, si debentur ea quæ per miraculorum signa fidelibus proueniunt, his æquari, quæ proprio tantum libitu ad dignitatis gloriam percipiendam peraguntur: & sic ad auctoritatis vestra excusationem præfatos assumite viros. Ecce propter necessitatem, & inopiã clericorum Nestarius: ecce propter Ecclesiastica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui venerandas deponere Imagines præsumpserunt, Tarasius: ecce per miraculorum signa Ambrosius ad regendas ecclesias promoti sunt. De vobis autem, quibus per plures auctoritates conciliorum, atque decreta sanctissimorum Pontificum resistunt, quid aliud est sentiendum, nisi inopinatam à vobis consuetudinem adoleuisse credendum? Et secundum sanctorum Patrum sententiam non solum quia ex laicali ordine contra canonicas auctoritates ad regendam Constantinopolitanam ecclesiam subito transuolastis: sed etiam quia viuenti viro, & incolume persistente (videlicet religiosissimo Ignatio patriarcha) cathedram illius (scilicet Constantinopolitanam ecclesiam) vt mæchus surripuistis, & inuadere præsumpistis: postponentes illud, quod scriptum est, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: & ideo vestra consecrationi æquitatis libramina tenentes, assensum præbere (quia enormiter & contra sanctorum Patrum institutiones peracta est) minimè præsumimus. Quod verò dicitis neque Sardinense Concilium, neque Decretalia vos habere sanctorum Pontificum, vel recipere, non facile nobis facultas credendi tribuitur: maxime cum Sardinense Concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis Ecclesia recipit: qua ratione conuenerat, vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret, & (vt dignum est) non retineret? Decretalia autem, quæ à sanctis Pontificibus primæ Sedis Romanæ Ecclesiæ sunt instituta, cuius auctoritate, atq; sanctione omnes Synodi, & sancta Concilia roborantur, & stabilitatem sumunt, cur vos non habere, vel obseruare dicitis? nisi quia vestra ordinationi contradicunt, & ex laico subito ad culmen patriarchatus transuolare resistunt? contra illud Apostolicum, Nemini cito manum imponeris. Quod si ea non habetis, de neglectu, atque incuria estis arguendi: si habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripendi, & increpandi. Quod violenter vos ad sacerdotalem dignitatem promotos assueueratis, atq; protestamini, vestra consecrationis tempore non ita esse declaratur. Qui postquam in Patriarchatus throno stabiliti estis, non vt pater in filiis blandus, sed vt immitem in depositione Archiepiscoporum & Episcoporum per seueritatem vos demonstrastis, & in damnatione innocentis Ignatij; quem vos vt depositum habetis, immoderatè exarsistis: in cuius depositione, nisi prius veracissimè illius cognouerimus transgressionem, vel culpam, inter depositos illum non numeramus, neq; damnamus: quia valde cauendum est, ne sine causa innocens damnetur: & sicut illum in pristino honore mansurum, si

ei

- A** ei damnationis crimina non comprobantur, sancta Romana retinet Ecclesia; sic vos, qui incautè, & contra paternas traditiones promoti estis, in patriarchatus ordine non recipit: & neque ante iustam damnationem Ignatij Patriarchæ in ordine sacerdotali vobis manere consentit. Quod nõ ideo vestra arbitretur dilectio contra vos inuidiæ causa, aut exosos vos habendo id agere, atque incongruè contra vestram ordinationem exardescere: sed ducti zelo paternæ traditionis volentes sanctam Constantinopolitanam ecclesiam, quæ pro sui stabilitate, atque firmitate censura sanctorum Patrum ad hanc sanctam Romanam Ecclesiam solito more percurrit, sine macula, sine reprehensione, aut aliqua transgressione illam consistere: & ea, quæ Ecclesiasticis regulis obuiant, refecare: & (maxime hoc, quod omni auctoritate canonica reuincitur, & tali consecrationi contrahitur, quod iam per longam consuetudinem quasi regulariter actum defenditis) omnimodis amputare. A qua (quia vos sicut nos diligimus) per increpationem paterni affectus prouidentiam vestram proculdubio volumus reuocare, imitantes Apostolum dicentem: Filium, quem diligit pater, flagellando castigat, & corripit: Heb. 12.
- B** De consuetudinibus quidem, quas nobis opponere visi estis, scribentes per diuersas Ecclesias, diuersas esse consuetudines, si illis canonica non obstitit auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus, nil iudicamus, vel eis resistimus: tamen cauere volumus, ne hæc vestra consuetudo, quæ omnium sanctorum Patrum promulgatione conuincitur, vt ex laico non subito ordinetur Episcopus, vires accipiat: aut in vestra Ecclesia magis pullulet, operam dare minimè cessamus. Quam etiam nostra Apostolica tantum abigit censura, quantum hanc temerè recognoscit præsumptam. De Missis siquidem nostris, quos petitis in seruitio beati Petri principis Apostolorum pro vtilitate sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ contra depositores Imaginum, vel alias necessitates ingruentes, necnon & pro causa solummodo depositionis sæpèfati viri Ignatij inquirenda, illas in partes direximus, si lendum non est: qui cum eis (sicut dicunt) per centum dierum spacia, omnium, nisi suorum loquendi facultas fuisset denegata, vt Apostolicæ sedis Missi non digne suscepti sunt, atque, vt decuerat, retenti. Quod non pro alia gestum putamus re, nisi vt inquirendi locum de depositione præfati viri nõ inuenirent: quia ceu in Apostolica nostra insertum fuit epistola, quæ nescimus cuius illusione (sicut in synodo à vobis missa repperimus) fraudata extitit, non illius promotionem, aut ingressionem, sed tantummodo depositionis exitum per nostros audire, vel cognoscere, sicut nunc volumus, Missos volebamur: quibus secundum horum relationem longa exilia, & diuturnas pediculorum comestiones, si in tali intentione persisterent, quibusdam nunciantibus, quod illis à nobis iniunctum fuit clam uobis cum sequacibus vestris resistentibus perficere minimè potuerunt, aut depositionem iam dicti Ignatij vtrum iusta, an iniusta fuerit, inuenire valuerunt. Qua cognita secundum sui modum canonica, atque Apostolica in eo censura extendetur. Data mense Martio, die xviii. Indiæ. x.

EPISTOLA VII. B. NICOLAI PAPAË I.

NARRATIONIS ordo de Photij depulsione, & Ignatij Patriarchæ restitutione: necnon de Zachariæ, ac Rhadoaldi dudum Episcoporum depositione, ac excommunicatione, cum Capitulis interpositis.

His



Is ita se habentibus, & his Apostolatus nostri epistolis pro manifestando nostrae voluntatis proposito Constantinopolim, & in alias mundi partes destinatis, sicut ex superioribus scriptis hucusque recitatis colligere, ac comprehendere potestis: nunc quae post habitam satisfactionem nostram, & ostensum votum nostrum de Ignatij fratris & Coepiscopi nostri restitutione, ac Photij adulteri repulsione coram omni Ecclesia, quae apud nos est, astante praesentialiter Leone à secretis, & Imperiali Legato, cuius superius mentionem fecimus, & quae post discessum ipsius acta sunt, vestrae in Christo fraternitati, ac pia generalitati breuiter indicamus. Igitur cum haec gerebantur, nondum Rhadoaldus & Zacharias Episcopi, quos ab Apostolica sede Constantinopolim direxeramus, detecti erant, vel ostensi, quod ipsi deposuissent Patriarcham Ignatium, vel communicaissent inuasori, & moecho, ac laico Photio: sed procedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romam venientium, quinimmo persecutiones à fautoribus Photij commotas fugientium, sensim eosdem coepit Episcopos muneribus fuisse corruptos diffamare: & quod communicassent Photio, & deposuissent Ignatium, diuulgare. Quo audito nimio mœrore repleti, qualiter ab Ecclesia Christi, cui diuina dignatione praesumus, non habente maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi sinistram procul faceremus suspicionem (videlicet, ne in hanc saltem tenuis subsannandi oriretur occasio) cogitare coepimus; & mente reuoluere. Tunc conuocato multarum prouinciarum occidentalium regionum sanctissimorum Episcoporum coetu, & collecta sancta Synodo in Ecclesia Dei, ubi beatus Petrus Apostolorum princeps corpore floret, & virtutibus emicat: deinde propter frigidiorum locum in ecclesia Saluatoris, quae ab auctore vocatur Constantiniana, & quae prima in toto terrarum orbe constructa est; ibique recitatis omnibus scripturis de graeco sermone in latinum conuersis, tam videlicet nefanda synodo, quae per iam fatum Leonem Apostolicæ sedi delata est, quam etiam imperialibus epistolis, in quibus omnibus depositio Ignatij continebatur: & deductus in medium Zacharias Episcopus, quia Rhadoaldus propter absentiam haberi ad praesens non poterat, & discussus, & diligenter examinatus, inuentus est in depositione Ignatij & communionem Photij omnino culpabilis. In quo idem Zacharias tunc Episcopus, nunc autem honore, ac communione priuatus, se obnoxium recognoscens, proprio ore, ac proprio scripto se Constantinopolim à sede Apostolica directum esse, & quae sibi à nobis agenda fuerant iniuncta, neglexisse: ac quae sibi fuerant prohibita, peregrisse confessus est: Ignatium scilicet sine iussione Apostolicæ sedis deponendo, & Photio contra nostri Apostolatus praecipitionem communicando. Tunc decernente sancta nobiscum synodo depositionis & excommunicationis sententiam, praefatus Zacharias accipiens in foueam quam alij praeparauit, incidit: alterius (id est Rhadoaldi) examinatione propter absentiam usque ad aliam synodum protelata. Quae autem in eadem venerabili & sancta synodo unanimiter & consonanter de fratre, & consecrator nostro Ignatio Patriarcha, vel de inuasore & usurpatore Ecclesiae ipsius Photio, atque fautoribus eius, necnon & de sacris Imaginibus statuimus, & promulgauimus: insuper autem quid in alia synodo à nobis olim collecta decreuerimus aduersus eos, qui diuinitatem domini nostri Iesu Christi cum Valentino, Mani, Apollinari, & Eutyche, ac sectatoribus eorum contra primum pastorem, & Apосто-

Ephes. 5.

Lateranensis: Ecclesiae dignitas.

A Apostolum, qui Christum tantum carne passum dicit, passibilem ore sacrilego in quibusdam regionibus vestris praedicare dicuntur, subter annexis Capitulis declaratur.

PHOTIVS, qui ex schismaticorum & se à sanctae communionis participatione auerterentium parte esse dignoscitur, & ex saeculari administratione, atque militia, & ex foro subito tonsuratus à Gregorio Syracusano dudum Episcopo in synodo damnato, & ab Apost. sede conuicto Episcopus ordinatus est, & viuente, ac superstito consecrator nostro Ignatio sanctae Ecclesiae Constantinopolitanae Patriarcha, sedem ipsius inuasit, & sponfam, quam à Christo sponso immaculatam custodiendam veluti amicus sponsi perceperat, non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex aduerso in ouile Dominicum more furis, atque latronis ingrediens, ac si violentus, rapax & sceleratus adulter irrupit. Deinde cum damnatis, & anathematizatis, atque cum his, qui ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent à praedecessore meo beatæ memoriae Benedicto Papa fuerant obligati, quorundam ac indifferenter communicans, & conuersans contra fidem promissam, contraque suam professionem, qua pollicitus est se aduersus iam fatum Patriarcham nullum sinistram consilium esse facturum, congregauit consilium, & vnà cum sequacibus suis depositis, & damnatis, excommunicatis, & anathematizatis, & alijs sine sedibus, atque cum his à quibus vel ille irregulariter, & illicitè prouectus fuerat, vel quos ipse temerè, ac indebitè prouexerat, eundem fratrem, & comministrum nostrum Ignatium depositionem facere, & anathema dicere ausus est. Deinde Apostolicæ Sedis Missos, quos pro causa sanctarum Imaginum, & pro inquirenda & nobis renuncianda iam fati Patriarchæ deiectione, & ob inueniendum modum promotionis huius neophyti destinaueramus, quibus potuit argumentis à nostris mandatis auertere more Acatij quondam Constantinopolitani heretici Patriarchæ praesumpsit. Et ad processione, quae ei cum paribus suis habebatur, sicuti eorum professione patefactum est. Et sancto spiritu reuelante venerandae synodo, quae à nobis collecta est, claruit ad damnatum, & schismaticorum communionem contempta legatione; quae vel gentilium more seruari debuit, pertraxit, & in illusionem beati Petri Apostoli, à cuius sede profecti fuerunt, non solum inefficaces redire fecit, sed etiam impugnatores omnium, quae fuerunt mandata monstrauit. Postremo Episcopos, qui ei tamquam adultero & peruasori communicare noluerunt exilio relegauit, & sui sceleris complices in eorum subrogare locis non timuit. Et usque hodie Ecclesiam Dei diuersis persecutionibus impugnare non desinit; ita, ut fratrem & coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum Patriarcham in auiditis poenis, & horribilibus tormētis afficere nō quiescat: sed & omnes quotquot pro veritate & fide cum eodem persistere comprehenderit, quibus praeuallet modis perdere impratermissè moliat. Haec & his similia contra euangelicam, apostolicam, prophetica, atque canonica instituta afferens, sit Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum principum Petri & Pauli, & omnium simul sanctorum, atque venerandorum sex vniuersalium conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore, & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus: ita ut si post notitiam huius sanctionis, quam diuina inspiratione depromptam esse credimus, eū vnanimiter, & concordia sanctae synodi sit proculdubio promulgata, tentauerit in Constantinopolitano throno praesidere, aut saepe fatove-

venerabili coepiscopo nostro Ignatio, quominus ecclesiam sibi comissam sine quavis inquietudine regere possit, impederit: uel si ulterius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, iuxta praecedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed anathematis vinculis innodatus una cum communicatoribus suis, atque fautoribus perpetuo Dei per nostram mediocritate iudicio, ac sententia sacrum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non nisi vicino mortis periculo, omnino percipiat; ut haec unusquisque discens nequaquam decetero temeraria praesumptione ex laicis subito in Dominicis castris insperato quodammodo impetu irreperere audeat, & principatus amore ante ducatum praestare velit, quam tyronis consummet officium; & ante tentet docere, quam discere: sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse comperimus. Et rursus ne contemptis clericis, quorum utpote in tam magna vrbe copiosa multitudo est, quique ab ipsis (ut ita dixerimus) cunabulis impraetermissio labore in Ecclesia Christi desudant: & indefinita Domino exhibent seruitutis obsequia; is, qui deforis est alterius ouilis, Christi repente principatum arripiat, & nitatur, quos esse suos non recognoscit, discerpere: & grex Dominicus incipiat eum, utpote extraneum & improuissimum, omnino contemnere: praesertim cum perspiciat nil sibi stipendia profecisse meritorum, & alienum suorum cernat consumere fructus laborum.

Cap. 2.
Gregorij Episcopi Syracusani iterata damnatio.

GREGORIUM sanè, qui Syracusanæ Ecclesiae irregulariter, atque Deo contempto praest, eo quod & ipse ex parte schismaticorum sit, & postquam à synodo episcopatus officio priuatus, & à decessore meo sanctæ memoriæ Papa Benedicto obligatus est, & Photium laicum subito consecrare in episcopatu non formidauit, & de sacro ministerio ausus est multa contingere, iuxta praecedentem consuetudinem sancimus, & iuxta canonicam deliberationem Apostolica auctoritate diffinimus, atque statuimus, omni sacerdotali careere, atque priuatum fore ministerio: ita ut nullo modo liceat ei in qualibet synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: quod si de reliquo praesumpserit in sacro officio more sacerdotis quouis tempore ministrare, anathema sit. Sed & si contra fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium turbas excitauerit, vel ab eius communionem fideles auerterit, anathema sit. Et omnes communicantes ei ab Ecclesia abijciantur, sed & ipsi anathema sint.

Cap. 3.
Eorum priuatio, quos Photius ordinauerat.

Eos verò, quos Photius neophytus & Constantinopolitanæ Sedis inuasor, in quolibet Ecclesiastico ordine prouexit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratoris sui prauitatibus consensisse, atque ei post inuasionem communicasse, omni clericali officio priuamus, & Apostolica, atque canonica auctoritate, & synodali decreto eos penitus sequestramus.

Cap. 4.
Relituitio Ignatij.

REVERENDISSIMUM & sanctissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiae Patriarcham, qui primo quidem imperiali violentia, ac terrore, proprio throno priuatus est, & postea à Photio adultero, praeruaricatore, ac peruasore sedis Constantinopolitanæ, & ab eius complicibus (excommunicatis videlicet & anathematizatis, atque damnatis & sine episcopalibus sedibus, & à decessore meo sanctæ recordationis Benedicto Papa, obligatis hominibus) anathematizatus est, & postremo ab Apost. sedis Misso contra nostram praceptionem (ut sanctæ synodo Spiritus sanctus reuelauit, & dudum Zacharias Episcopus, qui vnus de eisdem duobus Legatis extitit, propria confessione manifestauit) infulis

A infulis est sacerdotalibus despoliatus, auctoritate summi iudicis Domini nostri Iesu Christi promulgamus, sancimus, atque decernimus, vniquam nec fuisse, nec esse depositum, vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sit absque vlla canonica auctoritate pulsus Ecclesia, & tamquam qui ab alligatis nullo possit haberi vinculo colligatus, & ab eis, qui nulla eum iudicandi potestatem, vel ab Apostolica Sede auctoritatem habuerint, & nullum sui honoris discrimen pari debuerit. Et ideo illum (id est eundem fratrem & confacerdotem nostrum Ignatium Patriarcham) omni vinculo anathematis ab eo remoto per potestatem diuina voce in beatissimo Petro collatam, & per auctoritates sacrorum Canonum, & decretalium constitutionum more sanctorum Patrum prolatarum pristino honori, pristinae dignitati & sedi, pristino gradui, & Patriarchio, ac pristinis & pontificalibus infulis, atque officiis restituimus, statuimus, ac confirmamus: ita, ut quicumque post notitiam huius Apostolicæ, atque synodicae sanctionis, quominus omnia, quæ praemisimus, insignia Pontificatus recipiat, ei impederit, & non in omnibus huic decreto obediens, vel se ab eius communionem separauerit, vel ulterius contra eum aliquod iudicium proferre tentauerit, absque sedis dumtaxat Apostolicæ praemisso consensu: siquidem clericus fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus sit alienus, atque perenni poena tamquam qui magistrum proderit, cum Iuda traditore constringatur, & nisi à praua intentione recesserit, perpetuo anathemate maneat condemnatus: si verò laicus extiterit ille (quisquis est) huic nostræ constitutioni contraire tentans, & eum sedem, & omnem pristinam dumtaxat dignitatem recipere non permiserit, vel si post receptam priorem sedem denuo illum impellere, & à Patriarchio expellere tentauerit, vel personæ ipsius seu sacerdotali honori aliquam molestiam sine primæ huius Sedis consensu intulerit, omni benedictione paterna priuetur, & maledictione Chanaan filij Cham, qui verecundiam patris sui videns non cooperuit, sed irrisit, multeretur: & cum parricidis aeterna poena Domino iudicante percellatur, & nexibus anathematis non nisi respiciens penitus eruatur.

Eos autem Episcopos, seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post iniustam deiectionem fratris & Coepiscopi nostri Ignatij, vel in exilio relegati, vel ministerio, aut gradu inuidiosè priuati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias sedes, atque gradus recipiant. Quod si quisquam huic decreto nostro contraire praesumpserit, & ut sedes, vel gradus resumant impederit, quousque non obtemperauerit, anathema sit. Sanè si qui ex eis ab alijs criminantur, decernimus eos antea sedes quidem & proprios gradus recipere, iudicari autem nisi à Sede Romana non patimur. Sed si qua praeter regulam forte egisse dicuntur, nostro eos decreto iudicandos referuari statuimus, iuxta quod & sacri praecipiant canones.

Quod oportet nos Maiorum nostrorum statuta immoto mentis intuitu conseruare, & in omnibus sanctorum Patrum semper dogmata venerari, diffinimus de sacris & venerandis Imaginibus Domini nostri Iesu Christi, eiusque semper Virginis genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum, qui Deo ab Abel iusto placuisse creduntur, quos Ecclesia Sancta in vniuerso orbe diffusa antiquitus accepit, quæque sedis Apostolicæ Prælules pro eis decreuerunt, ac statuerunt illibata persistere, atque intermerata manere. Quapropter Ioannem quondam Constantinopolitanum

Cap. 5.
Relituantur Episcopi à Photio relegati.

Cap. 6.
De sacris Imaginibus.

Antistitem, & sequaces ipsius, qui eas frangendas, atque calcandas esse ore A
polluto asseuerant, quādiu de his nobiscum non senerint, & iuxta sancto-
rum Pontificum Romanorum decreta, & aliorum catholicorum patrum in-
stituta non sapuerint, sancimus eos à Christo, & ab Ecclesia Catholica, at-
que Apostolica esse anathema.

*Capitula, quae subsequuntur in alia primitus à nobis collecta
Synodo promulgata sunt.*

Cap. I. Quia Dñs Iesus Christus carne tantummodo passus est.

Veraciter quidem credendum est, & omnimodis profitendum: quia Do- B
minus noster Iesus Christus Deus, & Dei filius passionem crucis tantum-
modo secundum carnem sustinuit: deitate autem impassibilis mansit, vt Apo-
stolica docet auctoritas, & sanctorum Patrum lucidissima doctrina ostendit.

Cap. II. De his, qui diuinitatem passibilem dicunt.

Hi autem, qui aiunt, quia redemptor noster, & Dominus Iesus Christus
Deus, & Dei filius passionem crucis secundum deitatem sustinuit, quod im-
pium est, & catholicis mentibus execrabile, Anathema sint.

Rhodoaldi alte-
rius legati de-
positio.

Igitur rediens Rhodoaldus à Gallijs, vbi non minora quàm in Constan-
tinopolitana Vrbe perperam gesserat, & Collegam suum tale quid pertulif-
se cognoscens, quin potius conscientia propria stimulatus, expauit. Quod C
nos intuentes nequid formidaret, illum admodum sumus hortati, subiun-
gentes dumtaxat præter examen synodi nihil in illum nos esse moturos: sed
neque ei sine culpa prolata, fore aliquid aduersi laturos: sed quia fugit im-
pius nemine persequente, dum nihil mali & sufficientibus nostris frueretur
bonis, ante tempus synodi, ante sui purgationem, ecclesiam & parochiam
propriam deferens ad alias dioeceses, examen vtiq; subterfugiendo, se cõ-
tulit. In quibus diutius eo morante, Apostolico moderamine freti, canoni-
cam, quam merebatur vltionem super eum inferre distulimus: ne videlicet
ad vindictam faciles, vel videremur esse præcipites. Quamobrem destinatis
in diuersa loca cum epistolis (id est vbi solus illum rumor latitare fateba-
tur.) Missis nostris, videlicet sanctissimis Episcopis, ratum eum duximus con-
uocari. Sed ille diuersas latebras penetrando (vt pote filius noctis & tenē-
brarum, qui opera lucis & diei semper refugiens causam suam ad manife-
stationem iustitiæ solis deduci formidat) quousq; valuit, nobis obedire de-
spexit. At vbi non reperit tutum suæ tergiversationis latibulum, tandem ali-
quando Romam redire ausus est. Et cum nos inter furentium aduersariorū
linguas, & manus apud beatum Petrum Apostolum degeremus, ipse inspe-
ratus super nos hostis, inter hostes irrupit: & (vt nunc claret) iterum disces-
surus fraudulenter accessit: quō tamen corpore, non mente reuerso, & Syno-
di tempore propter imminentes hostium oppressiones dilato, rumore cre-
brescente diffamatur, quōd Rhodoaldus denuo fugam arripere medita-
retur. Quo audito, quia non poteramus sub tam horrendo næuo Eccle-
siam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi desere-
re, quominus illam etiam à falsa suspitione redderemus extorrem: nec
poteramus personam in tantis præuocationibus diffamatam, & tam sce-
lerum

Pōtificis in Epi-
scopi depositio-
ne moderatio.

Ephes.

A Ierum ore asperam, sine satisfactione in communionem nostram admitte-
re, coram multis fratribus & Episcopis, coramq; plurimis filijs sanctæ huius
Ecclesiæ admonuimus eum, quatenus (sicut prius) nullam in partem sine no-
stra licentia à Romana discederet Vrbe. Sed in ea residens sine timore suis
licenter vtens, & amicos, ac homines suos liberè possidens, tempus synodi,
qua purgandus esset, intrepidus expectaret: sciens profectò nihil se iniustum
ante, vel post, præter examen synodicum fore passurum: sed in iustitia, quam
haberet, esse mansurum.

Insuper etiam sciret, si quoquam à Romana sine licentia nostra discesserit
Vrbe: quia ex tunc esset depositus, & excōmunicatus. Sed spretis satisfactio-
nibus nostris, atq; sententiis in se prolatis, immo spretis sanctorum Patrum
constitutionibus, sine licentia nostra propriam ecclesiam despoliās, & lupi-
nis dentibus oues sibi creditas deferens ad alias dioeceses imminentem sy-
nodum fugiens discessit. Et quia hæc & alia multa obiecta non diluit, vera
B esse quæ de illo dicebantur modis omnibus examen subterfugiendo firma-
uit. Quapropter conuocata sanctissimorum Episcoporum numerosa & vene-
rabili synodo in superius memorata ecclesia Saluatoris, quæ appellatur Cõ-
stantiniana: auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri, ac Pauli Apo-
stolorum principum, & omnium simul sanctorum, quorum regulas, & decre-
ta multipliciter violauit, necnon & nostri Apostolatus iudicio deposuimus
eum, & à corpore & sanguine Christi excōmunicauimus, sanctorum scilicet
statuta Patrum sequentes, & præcipuè sancti Felicis exemplum, qui Vi-
talem, & Misenum Episcopos deposuit, & excōmunicauit, eo q; huic Apo-
stasiæ in Constantinopolitana Vrbe olim par omnino piaculum perpetra-
uerant. Quod si prædictus Rhodoaldus dudum Episcopus, nunc autem de-
positus, & excōmunicatus decetero cum anathematizato Photio inuasore
C Constantinopolitanæ ecclesiæ mixtus esset aliquando, & Ignatio fratri, &
Coepiscopo nostro infestus esset, & Ecclesiam Dei amplius conturbasset,
vel si de damnatione sua querimoniam fecisset, anathematizatus foret: ac
per hoc ab omni Christianorum separatus & alienatus, donec nostræ sen-
tentia sponte se submitteret, collegio. Est igitur Rhodoaldus nunc deposti-
tus, & excōmunicatus, & si Photio communicauerit, anathematizatus:
quem vobis fratres carissimi ideo intimamus, vt scire valeatis cum quibus
communicamus, & quos à nostra Apostolica & catholica communionem re-
pellimus: quatenus per hoc, secundum sacras regulas, & præcipuè iuxta Ni-
cænum Concilium; qui ab alijs abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Porri-
D gentes ergo Ecclesiæ Dei manus, quos à nobis abijcimus, à vobis repellite:
& quos suscipimus, suscipite: quatenus vno animo, vno ore glorificetur De-
us, & pater per Iesum Christum in vnitatē Spiritus sancti per omnia sæcula
sæculorum, Amen. Præterea postquam sanctæ in Christo fraternitati, piæ
que religioni vestræ, quæ in isto volumine hucusq; releguntur per alia scri-
pta nostra, nota facere procurauimus: venit ad sedem Apostolicam quidam
Protospatharius nomine Michael ab Imp. Græcorum cum epistola missus,
in qua eumdem Imp. inuenimus iactitare, quōd vos beatissimos videlicet
Patriarchas, & carissimos fratres nostros traductos, atq; seductos habeat:
quatenus in illa, execrabili apostasia fautores extitissetis: videlicet vt & in de-
positione fratris nostri, & consecratione Ignatii irregulariter facta, & in cõse-
cratione Photij mœchi, & Ecclesiæ inuasoris consentiatis: & contra statuta
nostra, sed & aduersum Sedē principis Apostolorū Petri, vos cū illis pariter
Epist. Tom. 3. C 2 offeratis.

Felix III. in ca-
pit. 5.

Nicæni cōc. 6. 9

A efferatis. Quod quidem nos de vobis licet minimè credamus, qui tale quid ab Antecessoribus vestris catholicis dumtaxat Antistitibus actum nusquam omnino legimus. De vobis tamen magis quam de nobis curam habentes hæc nos in scriptis ipsius Imperatoris recepisse vos nolimus ignorare: intimantes pariter, & vestram vnanimem caritatem admonentes, quatenus in speculo sitis, & ad memoriam reuocetis ista vobis nos ideo nota facere studuisse, quoniam (vt prædiximus) sancti, magniq; Nicæni Concilij decretis iubetur per vnamquamq; prouinciam, vt epistola regularis obtineat, vt hi, qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Deinde vero, vt cauti, sollicitiq; semper sitis, ne quorumlibet suasionibus, vel terroribus hominum, aut quibuscunque mendacijs decepti à capite (id est à prima sede) diffentiatis, vel ab eius Ecclesiæ caritate, ac vnitatem diuidamini, cui ille præfuit, quem vox Christi prætulit vniuersis.

Honor Romanæ Ecclesiæ à patriarchis exhibitus.

B Verùm si dies antiquos secundum datam vobis diuinitus sapientiam cogitatis, præscosq; sedium vestrarum Præsules ad memoriam ducitis, quantæ veneratione sedem beati Petri, prædecesores vestri celebrauerint, quantoq; caritatis amore decreta ipsius semper amplexi sint, profectò reperietis. Denique in vniuersalibus synodis quid ratum, vel quid prorsus acceptum, nisi quod sedes beati Petri probauit (vt ipsi scitis) habetur: sicut è contrario quod ipsa sola reprobauit, hoc solummodo consistat hæcenus reprobatum. Proinde caritas vnanimitatis vestræ de fratris & comministri nostri Ignatij sanctissimi Patriarchæ deiectione nobiscum doleat, & quæ præua lent ei solamina nobiscum exhibeat. Nam si iuxta Apostolum, quod patitur vnum membrorum, compatiuntur omnia membra; quanto potius compatiendum est illi, quod inter cetera membra præcipuum tenuisse locum dignoscitur? Vnde si non pro vniuersis, & specialis personæ præfati fratris nostri repulsionem, vel certe pro summi sacerdotij conculcatione dolere, gemere,

Periculū totius Ecclesiæ est, si secularis potestas de præsulibus indicet.

C flere, currere, ac decertare debetis. Nam si licitum fuerit sæculari potestati de Ecclesiæ Domini præsulibus taliter iudicare, vel si rursus fas existerit inferioribus de prælatis sibi tam temerè ista patrare; perpendite ne ad perniciem vestram, immo totius Ecclesiæ nunc & futuris temporibus præsumptio talis præualeat, quod si attenditis, ecce iam cernitis. Nam impietas tantum caput extulit, vt Ecclesiarum præsulibus postpositis, & ordine canonico conculcato, laici nunc Ecclesiastica modèramina tenent: & pro libitu proprio, modo istos remoueant, modo illos in locis eorū promoueant; & rursus quos nunc approbat, post modicum mentis victi leuitate repellant. Vt enim iidem sæculares, ac laici homines quælibet scelera valeant licenter committere, vt pro his à nullo Pontificū, qui ex clero promotus, hæc summa poterat auctoritate cōpescere, liberè redarguantur, non de clericorum catalogo permittunt ad sacros ordines prouehi, qui vitam eorum tanto audacius, quāto diutius, ac familiarius sub Christo dūce fori militantes fortius cōprimere possent: sed ex seipsis eligunt, qui facta eorū tanto minus præsumāt arguere, quāto se paulo ante de eorum cœtu fauore ipsorū promotos meminerint. Quod illis in partibus tanto familiarius agitur ista præsumptio (videlicet vt ex laicis subito tōndeanrur, & in Episcopos cōsecrentur) quāto ex cōsuetudine inoleuisse restantur, quā nos e contra tāto studiosius de Ecclesia Dei eradicare volumus, quāto nimium noxiam esse clericis, & omni religioſæ plebi supra docuimus. Quātoq; scimus ex sacris Canonibus, quod non minus mala consuetudo, quā corruptela vitanda sit: & scimus quod

Non minus mala consuetudo, quā pernicioſa corruptela vitanda.

A quod paulatim crescens, iam suæ pestiferæ nequitiae gramine multos inuasit, adeo vt temeritas hæc tantum excreuerit, vt iam minime clericis egeant, dum contra sacros canones ex se ipsis subito tonforatum, quem voluerint, eligant: & ad labores clericorum mentis oculos non inflectant, ac per hoc fit, vt alienus comedat ipsorum fructum laborum, & stipendia meritorum extraneus hostis insperatus furripiat. Ita vt nihil proficiat clericis in castris Domini militasse, vel gradatim per singulos Ecclesiasticos ordines ascendisse, dum alter saltu hos omnes transcendit, & repente principatur in eis, qui inter eos nec contra spirituales hostes arma sustulit, nec diuersis Ecclesiæ aduersarijs pro veritate prælians aliquando restitit.

B Quantum autem ne de laicis temerè quislibet ad Episcopatum eligatur, sacri Canones cum alijs prohibeant, Sardicenses ostendunt, Osio Episcopo Cap. xiiij. dicente: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetur, si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratione Episcopus fuerit postularus, vt non prius ordinetur nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus; & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixum tempus, probari qua fide sit, qua modestia, qua grauitate & verecundia: & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, vt temerè & leuiter ordinetur, aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est: maximè cum & magister gentium beatus Apostolus ne hoc fieret, denunciasset, & prohibuisse videatur. Sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint

Sardic. cōc. 4. 13.

1. Tim. 3.

C comprobata. Contuemini ergo & futura, immo vrgentia mala conspiciate: medici estis, imminentes morbos per præcedentia signa præuidere: Episcopi estis, exurgens in Ecclesiam Christi horrendum exitium perspicite: speculatores estis, in altam mentis arcem conscendite, & in gregem Dominicum feram pessimam irruere cupientem à longe contemplantini: quasi tuba exaltate vocem vestram, & annunciate populo Dei scelera eorum: super montem excelsum (id est ad altitudinem virtutum) ascendite, qui euangelizatis Sion, stete in fortitudine, potestatibus huius sæculi ex aduerso ascendite, & murum pro domo Dei opponite, & quibuslibet potestatibus inique agentibus contraite; Sicque fiet, vt nec (sicut canes muti) de taciturnitate argui valeatis, nec de talenti occultatione districtam Domino rationem reddere compellamini. Vosq; ipsos, & confacerdotes nostros, immo Ecclesiam Christi illis in partibus constitutam ab ingenti pernicie, ac noxia la-be ipso iubente laudabiliter eruatis, mirabiliterq; regatis.

Esa. 58.

Esa. 40.

Hanc autem epistolam, quam per superius memoratum Michaelē Protospatharium glorioso Augusto Michaeli direximus, iccirco pridem Sanctitati, seu vniuersi dilectioni vestræ cum alijs scriptis non misimus: quia & fratres per quos illa destinata sunt, se dimitti vehementissimè postulabant, & nos ad multa Ecclesiasticorum negotiorum extenti, hanc tam concitè (sicut volebamus) solemniter ordinatam præ manibus, cum dimitterentur, minimè poteramus habere.

REPREHENDIT Imperatorem, qui superbia & arrogantia inflatus multa insolentia scripserat. Deinde ostendit depositionem Ignatii nullius esse momenti, quoniam à suspectis, excommunicatis & inferioribus Episcopis fuerat damnatus. Præterea commemorat multa de privilegijs Romanæ Ecclesiæ. iubet ad se venire Ignatium & Photium, aut eorum legatos, si ipsi non possunt. Monet Imperatorem, ut suis præceptis obtemperet, eumq; obiurgat quòd Ignatium in concilio deponi curauerit, primusq; illius depositioni subscripserit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Pijssimo & dilectissimo filio Superatori gentium, atque
tranquillissimo Imperatori Michaeli à Deo
protecto semper Augusto.



Reposueramus quidem, antequam Michael gloriosus Protopatharius Legatus vester Romam veniens, epistolam nobis claritatis vestræ detulisset, talia vobis scripta per Missos nostros, quæ iam & parata erant, transmittere: qualia gratissimus filius à diligente patre, ac Dei cultores Imperatores, à sedis Apostolicæ Præsulibus soliti erant suscipere:

At verò præfato viro perueniente, epistolamq; nobis vestræ gloriæ, quæ tota blasphemijs, tota erat iniurijs plena, porrigente, mutata est in luctum cithara nostra, & organum nostrum in vocem flentium. Quoniam expectauimus tamquam de bona vite vuas, suscepimus autem labruscas: ideoq; mutauimus stylum, & ostenso vulnere congrua præuidimus adhibere medicamenta. Igitur ad potentiã vestram inspirante Domino scripturi, nostræq; mentis affectus industria vestræ referatur, necnon & pro sancta Ecclesia catholica & Apostolica (cuius nos præcipua cura, & quotidiana secundum Apostolum sollicitudo constringit) apud vos interuenturi, & epistolæ vestræ assertionibus (prout Dominus posse & nosse dederit) responsuri, nihil opportunius, nihil aptius, nihil profectò salubrius arbitramur (licet vos à conuitiis inchoassetis) quàm præ omnibus flagitare suppliciter eum, per quæ reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, & in cuius manu corda sunt regum, & ex quo regnat omnis, qui piè regnat, & imperat omnis, qui eidem Regi regum & Domino dominantium non repugnat, Dominum videlicet nostrum Iesum Christum, cui omnis rationabilis creatura ministrat: nimirum cui & insensibiles venti, & mare imperanti obediunt, quatenus & labia nostra ad annuncian dum laudem suam aperiens, dilatatum quoq; os nostrum fastu doctrinæ salutaris adimpleat, & quæ per nostri Apostolatus officium auribus vestris exterius dicimus, per se quoque nutu suæ aspirationis interius mentibus vestris aspiret. Quia incassum terra cordis vomere nostræ linguæ profcinditur, nisi cælestis roris aspersione intrinsecus infundatur. Deus est enim, qui incrementum dat, & qui docet hominem scientiam.

Putas Imperator, non bene facimus? quòd vos ab iniurijs scribentes inchoaueritis, nos ab orationibus: vos à conuitiis in nos, immo contra primam, & magistram Ecclesiarum omnium loquentes, exordium feceritis: nos in laudibus, & in nomine Domini ad potentiã vestram sermonem habituri os aperuerimus? Videmus enim gigantem Allophylum contra

Thre. 5.
Esa. 5.

2. Cor. 11.

Prou. 8. & 21.

Matth. 8.

1. Cor. 3.
Psal. 93.

A contra puerum sanctum, & citharædum nostrum David furore plenum, & blasphemias eructantem primo impetu populo Dei terrorem non modicum intulisse. Sed expecta paululum, & ecce illum videbis in nomine Domini percussum, & à iam dicto hymnidico & laudes, & psalmos, ac orationes Domini maiestati humiliter effundente gladio suo prostratum. Et quidè nos iniurias nobis specialiter irrogatas, & maximè pro iustitia laborantibus, & à iustitiæ impugnatoribus ingestas, libenter ferimus. Discipuli enim sumus illius, de quo Apostolorum princeps ait: Qui cum malediceretur, non maledicebat; & cum pateretur, non comminabatur. De talibus enim veritas loquitur: Si patrefamilias Beelzebub vocauerunt; quanto magis domesticos eius? rursus: Eos, qui propter nomen illius persecutionem, & maledicta toleraturi erant, beatos esse pronunciat, dicens: Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos mentientes propter me. Vbi ergo, teste conscientia, Deus in causa est, ibi omnino beatitudo speranda: & vbi mendacium fauit, ibi conuitia nullatimenda. Sicut ergo nos propter Deum etiam à non vera dicentibus iniurias nobis illatas æquanimiter ferimus; ita quoque oportet pietatem vestram sacerdotibus, qualescunque sint, propter eum cui deseruiunt, reuerentiam potius, quàm iniurias exhibere. Sed de his iam cum sancto Papa vobis loquamur Gregorio: Nam in diuinis eloquijs sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moysen de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: Applica illum ad deos, videlicet ad sacerdotes. Et rursus scriptum est: Dijs non detrahes, scilicet sacerdotibus. Et Propheta ait: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.

Quid ergo mirum, si illos imperialis pietas honoret, quibus in suo eloquio honorè tribuens, eos aut angelos, aut deos ipse etiã appellat Deus? Ecclesia stica quoque testatur historia, quia cum piæ memoriæ Constantino Principi scripto oblatae accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, Episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit dicens: Vos dii estis, à vero Deo constituti: ite, & inter vos causas vestras deponite; quia dignum non est, vt nos iudicemus deos. In qua sententia sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reuerentia impensa. Ante eum quippe pagani in Republica principes fuerant, qui verum Deum nescientes, deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes honoret, dum pagani (vt prædiximus) principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis & lapideis seruebant? Hæc ergo non tantum specialiter; quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus: quoniam adhuc nescimus, quis in terribili Dei iudicio qualis futurus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Hoc tamen breuiter dicimus, quia, licet peccatores & indigni plus tamen de venturi Domini misericordia, quàm de vestra pietate præsumimus. Nam sunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse quæ vos laudatis, ille reprehendit; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit. Non ergo quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere præuidendum. Nec in vicarijs beati

1. Reg. 17.

1. Pet. 2.

Matth. 10.

Matth. 5.

Sacerdotibus
honor. impendendus.

B. Greg. epist.
lib. 4. ep. 3. t.

Exo. 22.

Malac. 2.

Ruffinus histor.
Eccles. lib. 1. c. 2.

Constantinus in
Episcopos noluit ferre iudicium.

1. Cor. 4.

Non facta sed dicta sacerdotum attendenda.

beati Petri Apostoli vobis est attendendum, qui sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Neque enim illos inferiores dicitis Scribis & Phariseis sedentibus super cathedram Moysi: de quibus Dominus præcepit dicens: Quaecunque dixerint vobis, facite & obseruate: secundum opera verò eorum nolite facere. Ergo Imperator considera si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quanto potius his, qui super cathedram Petri resident, esse existimetis obaudiendum? Et si illorum non opera, sed dicta facere & obseruare iuber; quanto potius horum, quicunque sint ipsi, dicta & monita custodienda sunt, & amplectenda? Quid autem nos mali volumus, quia frustra indignamini? & contra Euangelium, quod dicit: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis, nos leuitatis nomine laceffendos opinamini: vobis nihil, nisi quod est salubre: nihil, nisi quod sit Deo acceptum, offerre studentes? Scimus tamen nos à Phreneticis, quos portamus, & sputa perpeti, & colaphis cædi, & eis, quod ad salutem pertinet, nihilominus exhibere. Nam & in eorum loco per abundantiam gratiæ Dei sedemus, qui propter veritatem laborantes, à Constantinopolitanis sæpe talia pertulerunt qualia nunc nos ferre dignoscimur, quæ sufficienter (ubi opportunitas exegerit) ostendemus in subditis: neque enim fas esse iudicamus, vt ad imitationem inferiorum, ac infirmorum tales nos si namus credi, quales à vobis cernimus prædicari. Exemplum sequentes Saluatoris, qui cum à Iudæis, demonium habes, audiret, hoc humiliter dicens: Ego demonium non habeo, refutauit. Ita quoque nos cum de nobis, quæ vera non sunt, audimus, veraci ac rationabili responsione à nobis illa remouere satagimus.

Ioan. 8.

Constantia Pontificis.

Veruntamen quæ ad Ecclesiæ Romanæ iniuriam, quæ ad ipsius prouilegiorum imminutionem, quæ ad sedis Apostolicæ præsulium derogationem scripsistis, quanta possumus constantia retundemus, & nullis terroribus, nec ullis detractionibus vestris repressi, quanta possumus virtute destruere, vt potestate veritatis inimica, studebimus. Dixistis enim, quod nullus Antecessorum nostrorum à sexta synodo meruerit à vobis, quod nos meruisse dignoscimur: quid tamen meruerimus euidenter nullatenus indicastis, nisi forte litteras prædicatorias hoc dicto velitis intelligi hos à vobis, nunc tantum meruisse scribere, à sexta synodo propter aliquod dogma, vel disciplinam quamlibet Ecclesiasticam. & hoc dicitis quasi nostrum fuerit opprobrium, eo quod sedem Apostolicam in nullo quæserit Antecessores vestri dignati fuerint, cum magis eorum fuerit dedecus: quia per tot annorum curricula diuersarum hæreseon morbis languentes medicinale remedium non quæsierint: quin potius medicinam sponte à nobis sibi porrectam quasi desperati, vel quasi cor impænitens gerentes, ab ipsis faucibus proiecerint; dum tantæ salutis oblata ministros duplici modo interemerint: quoniam aut participes illos sui erroris effectos spiritaliter occiderunt, sicut tempore reuerendæ memoriæ Cononius Papæ contigit, qui post sextam synodum extitit, aut certe corporaliter illos non consentientes sibi necauerunt, sicuti sub venerabili Papa Gregorio factum est, qui post sextam synodum fuit, quâdo pro zelo fidei, & sanctarum Imaginum reuerentia religiosi viri, ac Dei famuli dirècti in exilium missi sunt, & bonâ confessione huius mundi finierunt vitam.

Pontificale in Greg. 11.

Deniq; à sexta synodo Imperatores, aut hæretici, aut (licet per pauci) catholici fuerunt: & hæretici quidem, si mittere ad nos dedignati sunt, non est mirum: nouerunt enim per gratiam Dei, se nos nunquã penitus sibi sociaturos.

Fuit

A Fuit autem quando nos sibi sæpe sociari tentantes cum magno sunt dedecore, & opprobrio repulsi, & digna constantia à nobis, & nõ à Constantino-politana ecclesia crebro refulsi. Quando vero catholici fuerunt, & piuum dogma, vel Ecclesiasticam correctionem defendere voluerunt, nostrum præsidium quæsierunt, sicut synodus sub Constantino & Irene facta indicat: in cuius initio, id est in epistola beatæ memoriæ Præsulis Hadriani quatum idem Pontifex illam præsumptionem, qua ex laicis quidam subito ronsuratur, & in Episcoporum numerum exacerbate profiliunt, damnauerit, si diligenter inquiseritis profectò inuenietis, si tamen non falsata Græcorum more, sed sicut à sede missa est Apostolica penes ecclesiam Constantinop. hæstenus perseuerat, & epistolæ diuersæ sanctissimis Pontificibus Leoni scilicet & Benedicto decessoribus nostris missæ testantur. Ergo cum ita sint hæc, quæ de multis partim cõmemorauimus, nõ iam verum est illud, quod dicitur, à sexta synodo nõ nos meruisse suscipere, quod nunc à vobis ipsi meruimus.

vij. Synod. act. 1.

B Præterea scripsistis iussisse vos quosdam, qui sub nobis existunt mitti ad vos, quod longe est à piorum Imp. affectu, quorum sicut locum tenetis, vtinam ita & pietatem sectemini; quod longe inquam est à principibus sedis Apostolicæ reuerentiam obseruantibus. Non quippe hoc dicit Honorius, qui reuerendo præfule Bonifacio scribit dicens: Petimus vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus, studium, ac votum suum circa salutem, atq; imperium nostrum dignetur impendere. Non inquam hoc dixit Valentiniani, & Martiani pia dualitas ad beatum Papam Leonem scribens: Et tuã inquam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credidimus alloquendam, inuitantes, atq; rogantes, vt pro firmitate & statu nostri imperij æternam diuinitatem tuam sanctitas prepetetur. Non hoc dixit Iustinianus, qui dicit sancto Papæ Ioãni, etiã promulgatis legibus id interferens: Petimus vestrum paternum affectum, vt vestris ad nos destinatis litteris, manifestum nobis faciatis, quod omnes qui prædicta recte consistunt, suscipit vestra Sanctitas, & eos qui iudaicè ausi sunt rectam denegare fidem, codenat. & rursus: Petimus, inquit, vestram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere prouidentiam. Non hoc dicit Constantinus, qui Dono Papæ scribens etiam iurando benignitatem, & honorem circa sedem exhibet Apostolicam in his verbis: Per Deum inquam omnipotentem non est apud nos partis cuiuslibet fauor, sed æqualitatem in quocumque cap. eis, qui à vobis diriguntur quoquomodo, sed &

Præcori Imperator u erga Romanos Pontifices obseruatiã. Honorius i epist. ad Bonif. 1.

C omni honore cum competenti munificentia, & susceptione dignos eos habebimus: & si quidem vtriq; conuenerint, ecce bene: si autem minimè conuenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus. & post pauca: Inuitare enim & rogare possumus ad omnem emendationem, & vnitatem omnium Christianorum, necessitatem verò inferre nullatenus volumus. Nõ hoc alius Constantinus, & Irene Augusti dicunt, qui ad Hadrianum Papam scribentes aiunt: Rogamus vestram paternam beatitudinem, magis quidẽ Dominus Deus rogat, qui vult omnes saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, vt det seipsam, & nullam tarditatem faciat, & ascendat huc. & paulò post: Si non poterit inquam ascendere huc, eligat viros preciosissimos & dirigat vna cum syllabis, & c. O Imperator saltè nunc non agnoscitis quam à priorum Imp. pietate in hac re differatis, & quam vox vestra ab eorum discreper diuinitus inspirata modestia? Illi quippe, petimus, inuitamus,

L. Nos reddetes. C. de sum. Trin.

1. Tim. 1.

mus, ac rogamus, ecce sparsum ad sedis Apostolicæ præfules, sed pari pietate clamant. Vos autem quasi non mansuetudinis & reuerentiæ, sed solum imperij eorum hæredes effecti, & in causa pietatis illos imitari nolentes præcepisse, iussisse, ac imperasse vos, ut quosdam subiectorum nostrorum ad vos mitteremus asseritis; & hoc ipsum vos quidem egisse nescimus, cuius instigationibus fascinati, & obliuioni traditi dicitis: porro factum à vobis nulla recordatione recolimus; nusquam enim nobis tale quid iussisse vos (ni fallimur) hæcenus reminiscimur; nusquam vos ad tantam circa Sedem beati Petri Apostolorum principis irreuerentiã deuenisse cognouimus. Reuoluentes enim epistolam, quam tunc per venerabiles Episcopos & Arsam virum gloriosum spatharium miseratis, nil iussisse vos nobis, sed potius obsecrasse, atque rogasse nos omnino reperimus. In quo datur intelligi, cum nunc aliter beatis, aut vos oblitos eorum fuisse, quæ antea miseratis, aut certe penituisse pro his, quæ humiliter petiueratis. In tantam vero furoris abundantiam prorupistis, ut linguæ latinæ iniuriã irrogaretis, hæc in epistola vestra barbaram, & scythicam appellantes ad iniuriam eius, qui fecit eam. Omnis enim operis derogatio ad opificis redundat iniuriam. O furorem, qui nec linguæ nouit parcere, quam Deus fecit, & quæ inter ceteras in nomine Domini hortante Apostolo confitetur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Et quæ cum hebræa, atque græca in titulo Domini à reliquis discreta, insignem principatum tenens omnibus nationibus prædicat Iesum Nazarenum Regem Iudæorum: quem titulum multi Iudæorum corrumpere voluerunt, sicut vos nunc huius celeberrimæ linguæ tentatis insigne destruere, sed minime potuerunt: scriptum quippe diuinitus in libro psalmodum fuerat: Ne corrupas tituli inscriptionem, vel quia Christiani sunt, quorum linguam barbaram, vel scythicam appellatis, gloriam vestram, quare non pudeat, obstupescimus. Cum enim barbari omnes & Scythæ, ut insensata animalia viuunt, Deum verum nesciant, ligna autem & lapides adorent, in eo ipso quo verum Deum colit lingua latina, quantum barbaram, vel scythicam linguam antecedit agnoscitur. Iam verò si ideo linguam latinam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis, vos considerate quia ridiculum est vos appellari Romanorum Imperatores, & tamen linguam non nosse Romanam.

Ad extremum autem si iam sæpe nominatam linguam ideo barbaram nuncupatis, quoniam à translatoribus in græcam dictionem mutata, barbarismos generat; non linguæ latinæ sed culpa est (ut opinamur) Interpretum, qui quando necesse est non sensum è sensu, sed violenter verbum edere conantur è verbo. Ecce enim in principio epistolæ vestræ Imperatorem vos nuncupastis Romanorum & tamè Romanam linguam barbaram appellare non veremini. Ecce quotidie, immo verò in præcipuis festiuitatibus inter græcam linguam veluti quiddam preciosum hanc, quam barbaram & scythicam linguam appellatis, miscentes: quasi minus decori vestro facitis, si hac etiam non bene, ac ex toto intellectu in vestris obsequijs, ac officijs non utamini. Quiescite igitur vos nuncupare Romanos Imperatores: quoniam secundum vestram sententiam barbari sunt, quorum vos Imperatores esse asseritis. Romani quippe hac lingua, quam barbaram vos & scythicam vocatis, utuntur. Quiescite iam, utpote tantæ detestationis dictionem in vestro palatio memorare, & adhuc si pleniter illam execramini, etiam ab Ecclesijs vestris remouere satagite. Istius enim dictione linguæ Constantinopolitana ecclesiæ lectionem

Phil. 2.

Ioan. 19.

Ps. 56. 57. & 58.

Vnus linguæ latinæ apud græcos.

tionem Apostolicam & Euangelicam in stationibus fertur primitus recitare: sicque demum græco sermone propter Græcos utique ipsas lectiones pronuntiare: sed quia tantum hæc impietas ecclesiæ Constantinopolitanae hæcenus defuisse putatur, ut tota ibidem nequitia suppleatur: hoc restat à vobis solummodo perficiendum. Verum de hoc nos respondisse sufficiat, non tantam iniuriam linguæ defendere procurantes, quam mutatae mentis vestrae incostantiam exaggerantes.

Ceterum dicitis non ideo ad nos misisse vos, ut secundum iudicium Ignatii sustineret, ad quod veraciter respondemus: ideo vos misisse proculdubio, quia posterior hoc probat euentus. Nisi enim voluissetis, nec id fieri sineretur. Immo nos, ut verius dicatur, non ideo misimus, ut interrim quodlibet Ignatius frater & coepiscopus noster subiret iudicium, sed ut causa illius diligenter inuestigata, & ad liquidum reperta, iuxta illud

beati Iob dicitis: Causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam, plena nobis ac incunctanti relatione patefceret: sicque demum iuxta sacros canones Missorum nostrorum relationibus certificati, si decerneremus mittendos esse qui presentes cum Episcopis iudicarent habentes nostram auctoritatem, à quo destinaretur, esset in nostro arbitrio: si verò crediderimus Episcopos sufficere, ut negotio terminum imponerent, faceremus quod sapientissimo iudicio iudicaremus? Si autem Ignatius (ut fertis) iam iudicatus erat, quamobrem illum secundo iudicio voluistis contra illud quod scriptum est: Non iudicabit bis in idipsum. Sed in hoc manifestè datur intelligi, non vos bonam conscientiam gessisse, quando iteratò illum ad tribunalia concilia pertraxistis: sed quasi non perfecte, neque legitime depositum presentia Missorum nostrorum tamquam maioris auctoritatis existentium damnationi subijcere contendistis: Dicentes verò quod synodice fuerit condemnatus, fortasse quia non addidistis canonicè diuinitus actum est. Congregatio enim malignantium, non Canon iuste iudicantium illum damnationi subegerat, immo verò afflictioni & tribulationi subdiderat.

Etenim illi, qui tunc conuenerunt contra iam dictum venerabilem virum, aut suspecti, & ab heri & nudius tertius inimici eius erant, aut excommunicati, aut depositi, aut subiecti ipsius, aut certe inferioris dignitatis extiterunt. Quorum omnium nullus personam legitimum iudicium habere sine dubio poterat, vel accusatorum in omnibus dumtaxat negotijs: quæ singillatim Deo docente, ac summatim omnia ita se habere monstrare conabimur.

Igitur quia suspecti, & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dicat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit, quem laedere forte voluerit? quod prouide Constantinopolitana synodus Canonum suo sexto dignoscitur prohibere capitulo; quod tamen non apud nos inuentum, sed apud vos haberi perhibetur. Verum nouimus nos Apostolicis imbuti documentis etiam sententijs uti paganorum, quanto magis Christianorum, atque catholicorum? & contra ipsos, quorum nec vitam sequimur, nec mentem erroneam imitamur? Denique Apostolus Paulus de libris paganorum aliqua in suis scriptis posuit, ut est illud ad Titum: Cretenses semper mendaces, malæ bestia, ventres pigri, cupidi. & iterum in actibus Apostolorum de Deo ait: In quo viuimus, mouemur, & sumus: nunquid ideo etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ait autem prædictus Canon: Quoniam multi Ecclesiasticum ordinem confundere, ac subuertere volentes amore inimicitiae, & calumniose causas quasdam contra dispensatores

In Constantinopolitana Ecclesia latinè prima Epistola & Euangelium in stationibus legatur.

Iob. 29.

Naum. 1.

Sextus Canon Constantinopolitani concilij apud Latinos non extat.

Tit. 1.

A. 17.

tores Ecclesiarum orthodoxos Episcopos confingunt, nihil aliud quam foedare sacerdotum existimationes, & turbationes pacatorum populorum conficere conantes: propter quod placuit sanctae synodo Episcoporum, qui Constantinopolim concurrerunt, ne sine discussione admittantur accusatores, nec omnibus precipiatur accusationes facere contra dispensatores Ecclesiarum. Veniamus ergo & ad sanctam Chalcedonensem synodum, & quid nobis de Athanasio Parrhenorum Episcopo referat, audiamus. Is enim Antistes tertio euocatus ad synodum, quia non occurrit, à Patriarcha suo canonicè condemnatus extiterat: sed solum quia cum vocaretur ad synodum, quod suus inimicus esset ipse, qui iudicabat, clamauit: à sancta Chalcedonensi synodo ad causas illatas sibi examinandas reseruatur, & nisi denuo conuincatur, recipere Ecclesiam propriam iudicatur. Quod si Athanasius à Patriarcha suo depositus, quia de inimicitia ipsius conquestus est, iteratò ad iudicium renouandum dirigitur, & nisi manifesta sibi officiant crimina, suae reddi Ecclesiae precipitur: quanto magis Ignatius, qui non à Patriarcha, sed ipse potius existens Patriarcha minimè debuit ecclesia propria inimicis & suspectis iudicibus decernentibus expoliari? Quod quamuis factum sit, multo magis quam Athanasius inimicorum soluto iudicio, sua oportuerat ab ecclesia recipi.

In commonitorio ad Fallum.

L. apertissime. C. de iud.

1. Reg. 23.
3. Reg. 19.

Damnati & excommunicati iudices esse non possunt. Cap. 6.

De his, qui non admittuntur ad accusandum.

Veniat & facundissimus noster Papa Gelasius haereticorum expugnator fortissimus, & quod de Constantinopolitanis more solito tunc ægorantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat: Quæro, inquit, tamen ab his iudiciū, quod prætedunt, ubi nam possit agitari, an apud ipsos, ut iidem sint inimici testes & iudices? Sed & tali iudicio nec humana debent committi negocia: quod si iudicio ubi iidem sunt inimici qui iudices, nec humana debent committi iudicia; quanto minus diuina, id est ecclesiastica? Qui sapiens est intelligat. Et re vera hinc Iustinianus Imperator pius legibus suis promulgasse dignoscitur dicens: Liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur. Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicium semper velle fugere. Hinc sanctus Athanasius inimicorum sæpe declinauit insidias: hinc Sanctus Ioannes os aureum Concilij contra se congregati renuit intrare collegium: Quinimo hinc Psalmista Dauid, & Helias eximius Prophetarum Saulis vel Achab refugiunt prorsus insaniam.

Quod autem hi, qui à iam fato fratre & comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam aduersus eum intorquere damnationem potuerint, ex prolato secundae vniuersalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur: Si verò Ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem haereticis non liceat accusationes contra orthodoxos Episcopos pro Ecclesiasticis negotijs facere. Sed ne hos haereticos esse denegatis, audite sequentia: Haereticos autem inquiunt dicimus tam eos, qui olim ab Ecclesia proiecti sunt, quam qui post hæc à nobis anathematizati sunt. Porro si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur: Præter hos autem aiunt, & eos qui fidem quidem sanam simulant confiteri. Schismaticos etiam & eos, qui seorsum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt. Deinde verò, & si quidam ab Ecclesia super causis quibusdam reprehensi fuerunt, & proiecti, aut excommunicati siue ex clero, siue ex laicali ordine, nec his licere accusare Episcopum antequam proprio crimine primitus exuantur.

Similiter

A Similiter autem & eos qui sub accusatione priori consistunt, non ante esse acceptabiles in accusationem episcopi, aut aliorum clericorum, quam innocuos semetipsos illatorum sibi ostenderit criminum.

Quid autem periculi regulæ huius imminet contemptoribus, non ignoratis. Præterea quis de confidentibus ibidem non de prædictis extitit haereticis, atque schismaticis? nonne Gregorius Syracusanus millies condemnatus? nonne Eulampius, Petrus, item Petrus, qui pro nefandis actibus suis & ore confessis depositionem, deinde anathema inciderunt? & alij quos enarrare longissimum est: Ecce quales inter ceteros erant, qui contra præfatam regulam centum quinquaginta Patrum, os contra venerandum patrem suum aperire non sunt reueriti. Et cum essent ligati, ligare; & cum essent mortui & in suis penetralibus iam foetidi, virum per totum mundum redolentem mortificare conati sunt, & malæ opinionis nidoribus aspergere tentauerunt.

Sed iterum videte Romanæ sedis Pontificem à vobis quidem derogatū, sed à totius Christianitatis vnanimitate veneratum, & magnæ synodi Ephesinæ præfulem Cælestinum, quid censeat de his, qui depositi & excommunicati à Nestorio fuerant, postquam depositus coram oculis summi arbitri iam esse credebatur. Et multo magis hoc de fratre & consacerdote nostro Ignatio esse censendum arbitramini, qui non à prælato quolibet, sicut isti, sed à se deiectis talia pertulit. Ait enim Episcopis orientalibus scribens: Si quis verò aut ab episcopo Nestorio, aut ab aliis, qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare coeperunt, vel excommunicatus, vel exutus est, seu Antistitis, seu clerici dignitate; hunc in nostra communione & durasse, & durare manifestum est. Nec iudicamus eum remorum: quia non poterat quemquam eius remouere sententia, qui se iam præbuerat ipse remouendum. Item idem ad clerum Constantinopolitanum aperte inquit: Sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum siue Episcopum, siue clericum, seu professione aliqua Christianum, qui à Nestorio, vel eius similibus, ex quo talia prædicare coeperunt, vel loco suo, vel communione deiecti sunt, vel deiectum, vel excommunicatum videri: sed hi omnes in nostra communione & fuerunt & hucusque perdurant: quia neminem vel deicere, vel remouere poterat, qui prædicans talia titubabat.

Intellexistisne Imperator ex superius memoratis non potuisse, ut non dicamus prælatum suum; saltem quemlibet remouere, qui fuerant olim ipsi remoti, nec deicere quemquam iam ante prostrati? Ad infirmam quoque sententiam damnatorum, etiam illud valere credimus, quod sancta Synodus ad præfatam Papam, quæ apud se gesta sunt referens, pro Ioannis Antiocheni amputanda Antistitis exaggerata præsumptione, quosdam eorum, qui contra sanctum Cyrillum & Memnonem latrabant, sine ciuitatibus vacantes autem, & ecclesias non habentes: alios verò ante multos annos pro acerbis causis depositos à suis metropolitibus, inter alios plurimos fuisse suggestit. Quibus per omnia vestrates (ut ita dicamus) depositores Ignatij comparari plurima ex parte non immeritò possunt: ibi namque & sine sedibus, & vagi, atque pro suis acerbis facinoribus à propriis metropolitibus inuenti sunt Episcopatu priuati. Ibi etiam communione extorres, & anathematis damnationis confortes fuisse probantur. Vnde miramur quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint, cum secundum Apostolicos canones sine commendatitijs litteris in comunione sola recipi prohibeantur.

Epist. Tom. 3.

D

Absur-

Cælestinus in epist. 6.

Cælestinus epist. 4.

Concil. Ephes. in epist. ad Cælestinum.

Concil. Carth. 2. 3. c. 27.

Episcopus à sub
ditis suis iudica
ri non debet.

Exo. 20.

Psal. 56. & 53.

Prou. 30.

Gen. 9.

Lib. 25. Moral.
cap. 22.

Subditi præposi
torii vitia occul
tare, non proba
re debent.

Lib. 3. Pastor.
c. 5.

1. Reg. 24.

Abfurdum etenim est, vt cui non licet etiam cum minimis iuxta sacras regulas communicare, liceat penes vos etiam de maioribus iudicare. Sed iam de hoc plenissime Deo auxiliante dicamus: & quod à subiectis suis prælatus non debeat sui dispendium perpeti, aut calumnijs impeti demonstremus: Quod quia Ignatius frater & coepiscopus noster iniquè pertulit, omni lamentatione plorandum est: & certè patres à filijs honorari non solum diuinis, verum etiam humanis legibus præcipiuntur. Et si hoc carnales, quanto potius spirituales digna penitus à filiis debent veneratione potiri? Quanto enim spiritus carnem præcellit, tanto magis ea quæ sunt spiritalia carnalibus oportet omnibus anteponi.

Verum si hoc Ignatij subditi dedignati sunt attendere, saltem scelus Iudæorum in Christum patratum perhorruissent committere: nec acuerent linguas suas aduersus patrem, ac magistrum suum ipsi, sicut serpentes, nec esset gladius in labijs eorum, nec fierent dentes eorum arma, & sagitta, & lingua eorum machæra acuta, formidantes scilicet ne de se Salomon sapientissimus dixisse videretur: Generatio, quæ patri suo maledicit, & rursus: Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & communit molaribus suis. & iterum: Oculum, qui subsannat patrem, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant illum filij Aquilæ. Denique si Cham videns patris verenda risit potius, quàm (vt ceteri) cooperuit, maledictionem in filio percipisse legitur: quanto potius hi, qui verecundiam patris non solum (si quælibet fuit) minimè cooperuerunt, sed & riserunt, & falso ad subsannationem sui moris homines prouocauerunt: atque (quod est deterius) patenter contra ipsum de pharetra iniquitatis suæ sagittam iudicij produxerunt? Non sic è contra filij sobrij, non sic, sed auersi operuerunt. Quod moraliter egregius doctor Papa Gregorius interpretatus ait: Auersari dicimus quod reprobamus. Quid est ergo, quod filij verenda patris superiecto dorsis palio auersi venientes operiunt, nisi quod bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicent, vt tamen hæc ab alijs occultent? Operimentum auersi deferunt, quia diiudicantes factum, & venerantès magisterium nolunt videri quod tegunt.

Sed hæc dicentes, nolite nos estimare cuiuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione velle defendere: sed quod ita velim filios circa spiritalem patrem, & discipulos erga magistrum deuotos ac sobrios esse, vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam, vt non dicamus, diiudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam profiliant. Quoniam docente præfato Papa in libro Regulae Pastoralis: Admonendi sunt subditi, ne præpositorum suorum vitam temerè iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter videant, ne vnde rectè mala redarguant, inde per elationis impulsu in profundiora mergantur. Admonendi sunt, ne cum culpas præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic quæ valde sunt eorum praua, apud semetipsos diiudicent, vt tamen diuino timore constrikti ferre sub eis iugum reuerentiæ non recusent.

Quod melius ostendimus, si Dauid factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis Dauid inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat: cumq; eum viri sui ad ferendum Saul incederent, fregit eos reprehensionibus, quia manum mittere in Christum domini non deberet. Qui tamen occultè surrexit, & oram chlamydis eius abscidit:

Quid

A Quid enim per Saul nisi mali rectores? quid per Dauid nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare, est prauos præpositos conceptam in corde malitiam vsque ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen Dauid ferire metuit: quia piæ subditorum mentes ab omni se peste obretationis abstinentes præpositorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Qui & si quando pro infirmitate se se abstinere vix possunt, vt extrema quædam, atque exteriora mala præpositorum, sed tamen humiliter loquantur, quasi oram chlamydis sileter incidunt: quia videlicet dum prælatæ dignitati saltem innoxie & latenter derogant, quasi regis superpositi vestem fœdant: sed tamen ad semetipsos redeunt, seq; vehementissimè vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Vnde bene & illic scriptum est: Post hæc Dauid percussit cor suum, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul: Facta quippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum rectè reprehendenda iudicantur. Si quando verò contra eos, vel in minimis lingua labitur, necesse est, vt per afflictionem penitentia cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat, & cum præpositæ potestati deliquerit, eius contra se iudicium à quo sibi prælata est, perhorrescat.

Nam cum præpositis delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis prætulit obuiamus. Vnde Moses quoque cum contra se & Aaron conqueri populum cognouisset, ait: Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Hinc etiã prædicator veritatis Paulus Apostolus subditis suis, & quibus Christi Euangelium prædicabat, dicit: Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer. Hinc Sixtus Apostolicæ sedis Antistes Euphemium episcopum damnasse describitur, nihil aliud in depositione illius obijciens, nisi quod Polychronium Hierosolymitanum episcopum Pontificem suum accusauerit. Et quidem Polychronius à Legatis sedis Apostolicæ eo quod sedem Hierosolymitanam primam esse mendaciter affirmabat, & per simoniacam hæresim ordinationes fecisse probatus est, Ecclesiæ priuatus est gubernaculis, & Vrbe reiectus. Sed & Euphemius nihilominus quia hunc præsumptuosè (licet veraciter) accusauerat, damnationi à synodo subiectus est. Et quoniam linguam suam contra sibi prælatum erexerat, anathema suscepit: adeo vt Leo Ecclesiæ Romanæ diaconus ei diceret: Ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te consecrauit, Coepiscopum condemnabas & accusabas. Qui cadens in terra ante omne concilium Episcoporum ibi confitebatur se peccasse, Abundio episcopo misso ab Vrbe Roma dicente: Non licet quemquam accusare Pontificem suum, quoniam iudex non iudicabitur. Quo audito Valentinianus Augustus (sicut apud nos scriptum habetur) cuius vos in hoc imitatores esse debetis, gauisus est in damnatione episcopi Euphemij, qui extitit accusator Polychronij pontificis sui.

C autem pro minimo est, vt à vobis iudicer. Hinc Sixtus Apostolicæ sedis Antistes Euphemium episcopum damnasse describitur, nihil aliud in depositione illius obijciens, nisi quod Polychronium Hierosolymitanum episcopum Pontificem suum accusauerit. Et quidem Polychronius à Legatis sedis Apostolicæ eo quod sedem Hierosolymitanam primam esse mendaciter affirmabat, & per simoniacam hæresim ordinationes fecisse probatus est, Ecclesiæ priuatus est gubernaculis, & Vrbe reiectus. Sed & Euphemius nihilominus quia hunc præsumptuosè (licet veraciter) accusauerat, damnationi à synodo subiectus est. Et quoniam linguam suam contra sibi prælatum erexerat, anathema suscepit: adeo vt Leo Ecclesiæ Romanæ diaconus ei diceret: Ex te enim damnaberis, quoniam Pontificem, qui te consecrauit, Coepiscopum condemnabas & accusabas. Qui cadens in terra ante omne concilium Episcoporum ibi confitebatur se peccasse, Abundio episcopo misso ab Vrbe Roma dicente: Non licet quemquam accusare Pontificem suum, quoniam iudex non iudicabitur. Quo audito Valentinianus Augustus (sicut apud nos scriptum habetur) cuius vos in hoc imitatores esse debetis, gauisus est in damnatione episcopi Euphemij, qui extitit accusator Polychronij pontificis sui.

D Consonat autem huic necessariæ sententiæ sanctus Silvester, & magni Constantini baptizator Augusti dicens: Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo, iudex iudicabitur: haud dubiū quin ecclesiasticus Pelagius quoq; Præsul Apostolicus cuidam Regi Francorum scribens, sic dicit: Cum celsitudini vestræ multa dona misericordia diuina contulerit, pro amore tamen, quem Ecclesiæ eius sinceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariores: quoniam inter alias regni ve

Epist. Tom. 3.

D 2

stri

1. Reg. 24.

Rom. 13.

Exod. 16.

1. Cor. 4.

De expurg. Sixti
Pape 113. c. 8.

Silvester Con
stantini bapti
zator.

stti curas pro tranquillitate sanctae Ecclesiae praecipuam sollicitudinem vos **A** certum est exhibere. Quae cum ita sint, miramur: quia quantum nobis praesentium portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi vobis & Sabaudum fratrem & Coepiscopum nostrum Arelatenis ciuitatis Antistitem, cuius ecclesia in regionibus Gallicanis primatus priuilegio & sedis Apostolicae vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in iudiciu sequentis ciuitatis Episcopi, quod nulla Ecclesiastica lege, vel ratione conceditur, iudicandum iuberetis occurrere, vt ipso de conculcato loci sui praedicio conquerente, ille, qui vsurpauit, necesse sit de illicita praesumptione culpari. Pro quibus Christianitatis vestrae confidentia freti, paterno studio postulamus, vt siquid tale factum est, congrua satisfactione celeriter amputetur, nec vllum sui exemplum in perturbatione Ecclesiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur: & huiusmodi causis sollicitam vos in **B** reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra Ecclesiasticas regulas petentibus concedatis: quia quod bene cognitum est religiosae menti vestrae, non aliter Deo nostro recte potest regalis deuotio famulari, nisi prouidentia eius Ecclesiasticorum ordinum seruetur integritas.

Gregor. lib. 2.
Indict. xi. epist.
29.

Præterea suauius pater & Papa noster Gregorius (de quo supra diximus) clero Mediolanensis Ecclesiae pro eligendo sibi Episcopo litteris suis praecipiens ait: Pensantes ergo, quae cunctis expediunt, & quem vobis gratia diuina praetulerit integerrimam semper in omnibus obedientiam praebete: iudicari namque a vobis ultra non debet semel praelatus: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est. Consecrato autem vobis Deo auctore pastori tota vos mente committite, atque in illo omnipotenti Deo, qui vobis hunc praetulit, deseruite. **C** Quibus omnibus rite collectis satis euidenter (vt opinamur) ostensum est, non posse legitime subiectos de praelati sui vita iudicare: nec praeter haeresim cuiuscunque sit meriti temere reprehendere. Sed si adhuc placet aliquid de hoc nosse, quod delectet, antiqui patris & venerabilis doctoris Areopagita Dionysij ad Dimophylum verba vobis recitari praecipite: qui etiam in causa pietatis delinquentem sacerdotem nefas sancit a minoribus, vel ab inferioribus iudicari, ne fiat in Ecclesia Dei aliquid inordinatum, & status eius in aliquo confundatur. Verum hucusque quod a suis suffraganeis, atque subditis frater & comminister noster Ignatius non debuerit iudicari, sed nec facile reprehendi, breuiter comprobauius. Nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam rite ab his, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, **D** iudicialibus submitti diffinitionibus. Siquidem tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum, Marcellinus Episcopus Urbis Romae, qui postea insignis martyr effectus est, a deo compulsus est a paganis, vt in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas poneret. Cuius rei gratia collecto numerosorum concilio Episcoporum, & inquisitione facta, hoc se idem Pontifex egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre in eum sententiam ausus est, cum ei sapissimè omnes perhiberet, Tuo ore iudica causam tuam: non nostro iudicio. & iterum: Noli, aiunt, audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus: Quoniam ex te, inquit, iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. & iterum dicunt: Prima Sedes non iudicabitur a quoquam.

Gradus Ecclesiae
stici.

Hinc etiam superius memoratus confessor Christi Siluester fecit gradus in

A in gremio synodi, vt non presbyter aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconem, non acolythus aduersus subdiaconem, non exorcista aduersus acolythum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem det accusationem aliquam; neque Praesul Summus a quoquam iudicabitur; quoniam scriptum est: Non est discipulus super magistrum. Sed & cum quidam tempore quodam contra Sixtum Papam tentassent quaedam non boni rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere aduersum Pontificem dare sententiam: surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio praefati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum Urbium subactus iudicij inuenitur. Vnde Ioannes Antiochenus tertiae videlicet sedis Episcopus inter cetera legitur in Ephesina synodo vsque ad correctionem damnatus, quia Cyrillum Alexandrinum secundae scilicet sedis Episcopum irregulariter damnationi praesumpsit addicere, eadem venerabili synodo ad **B** Caestinum summæ sedis Praesulem taliter in scriptis postulante, ac dicente: Indignetur ergo tua religiositas competenter pro his, quae facta sunt: si enim data fuerit volentibus licentia & maiores iniurijs sedes afficere, & contra eas, in quibus non habent potestatem contra leges, sic & contra canones proferre sententias, ibunt ad vltimam confusionem Ecclesiae res. Deinde verò in sancta Chalcedonensi synodo, cum a iudicibus Basilio Episcopo Seleucia obijceretur, quare in damnatione Flauiani subscripserit, & ipse responderit, quoniam in iudicio centum viginti, aut triginta Episcoporum traditus necessitatem habui parere his, quae ab illis ordinabatur: & **C** Dioscorus ad haec diceret ei: Erubescens homines prauaricatus es, quod bonum est, & fidem spreuisti. Non audisti quod scriptum est: Non erubescas in ruinam tuam? Praefatus Basilius Episcopus respondit: Si apud iudices habuisssem martyrium, sustinuissem. Etenim Constantinopoli ostendi fiduciam meam, a patre autem, qui iudicatur iustus, non vtitur: filius enim patri etiam iusta dicens, moriatur.

Denique in epistola legimus ad Hebraeos, quod minor a maiore benedicatur; restat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem haec vtique praenoscentes periculosa tempora, illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesijs consuetudinem tradiderunt: hodieque in Ecclesia Romana, quae magistra est omnium Ecclesiarum, impraetermissè seruat, ita vt nullus sacerdos maiore suo non innuente confacerdote cuiuslibet rei benedicere nitatur: sed & anterior stans ad pronuntiandum aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quislibet inferior non audeat pe nitus benedicere: cur hoc? nunquid benedicere peccatum est? absit. De maledicis enim, non benedicis, dicit Apostolus: Quia regnum Dei non possidebunt. sed per hoc innuitur quanta censurae freno inferiores quique ad suos iudicandos praepositos coercendi sunt, si hi nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant. Et re vera (vt superius ex euangelio, beato Siluestro commemorante) iam diximus: Non est discipulus super magistrum, si **D** ad benedicendum non, quanto minus ad maledicendum? In tantum autem hac praesumptionem sancti Patres, apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cetera, iccirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint, quia in contumacia permanens erga primae Sedis Romanae priuilegium respicere a suis superstitionibus, vt seruari

In Synod. Ro.
ma. c. 3.

Matth. 10.

De expurgatio.
ne Sixti Papae
III. cap. 5.

Ephesina syno.
dus in epist. ad
Caestinum I.

A. cione I.

Heb. 7.

1. Cor. 6.

Matth. 10.

Psal. 72.

A. 810. I. concil. Chalcedon.

1. Cor. 14.

Epist. 17.

Synodus Romana sub Symmacho.

Luc. 12. Deut. 32.

Q. 810. Episcopi in concil. Symmachi subscripserunt, & quare.

uaretur à prima sede Apostolica noluit, & ponens in caelo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in sanctum Leonem Papam dictavit: ita ut in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare precipue dicentes, quoniam secundis excessibus priore iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem. Nunquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste, an iniuste ipsam iam fatum Dioscorum excommunicationem dictasse? non plane: sed absque omni controuersia hoc in eo vlti sunt, quia cum esset inferior, potior quibuslibet conatus est laceffere contumeliis: teste Anatolio Constantinopolitano Præsule, qui dicit: Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni. Voluerunt enim in domo Dei nihil fieri præproperum, nihil confusum, nihil inordinatum. Vnde aptè quoque in Africano Concilio diffinitum est Capitulo 53. ita: Vnusquisque nostrum ordinem sibi decretum à Deo cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Et supra memoratus Gelasius Papa multarum destructor hæreseon in decretali epistola ad vniuersos dicit Episcopos per Dardaniam constitutos: Si certe de dignitate agitur ciuitatum secundæ sedis & tertiæ, maior est dignitas sacerdotum, quam eius ciuitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum iura censetur. Et item idem in tomo ad orientales Episcopos, præcipue (inquiens) cum de secundæ sedis ageretur Antistite: Nec ab inferiore qualibet, sed à prima sede iure possit absolui: inferior quippe potior absolueri non potest, sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc liquidò peruidetur: quia quem non potest absolueri, non potest iudicio inferior potior ligare.

Porro cum Theodoricus Hæreseos Arianae fæce pollutus, Papam Symmachum vsque ad damnationem, multis hunc accusantibus, impetere voluisset, & quotquot potuit ex Liguria, Aemilia, Valeria, & ex diuersis regionibus, atque de Sicilia Insula huius rei gratia Episcopos Romam colligi præcepisset: & his ad se venientibus dixisset: Plura ad se de Papæ Symmachi actibus horrenda fuisse perlata, & in synodi oportere, si vera esset inimicorum eius obiectio, indicatione constare. Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggererunt: Ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synodum conuocare: scientes quia eius sedi primum Petri Apostoli meritum, vel principatus, deinde secuta iussionem domini conciliorum venerandorum auctoritas, ei singularem in Ecclesijs tradidit potestatem, nec ante dictæ sedis Antistitem minorum subiacuisset iudicio. Et rursus, causas (inquiunt) Dei ipsius esse iudicio committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam, qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam: apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta. Et iterum idem ipsi dicunt: Quod dicebatur maiori iudici seruabamus instruente eos, quia pro nos illis Christus innotuit, non esse ouium lupi insidias præuidere, sed pastoris.

Ad postremum verò isti ipsi Venerabiles Præsules cum vidissent, quod non sine sui discrimine potuissent contra caput obices manus suas erigere, quicquid de præfati Symmachi sanctissimi Papæ actibus delatum fuerat, totum Dei iudicio referuarunt: ita, ut singuli quique in subscriptione sua hoc patenter indicent, cum dicunt: Laurentius Episcopus ecclesiæ Mediolanensis

A lanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Similiter Petro Episcopo Ecclesiæ Rauennatis, & ceteris Episcopis subscribentibus: nimirum quoniam sicut magnus Christi cõfessor Ennodius Ticinensis Episcopus, qui ab Hormisda Apostolicæ memoriæ Constanti-nopolim missus, innumeras miserias à Græcorum vesania, pro Christi fide, & statu Ecclesiæ non semel pertulit, ex Propheta de his meminit: Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam? His ita ex diuina scriptura, & probabiliū Patrum doctrina commemoratis, solè clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs diffinitionibus subiugare. Verum de hoc generaliter nos hucusque dixisse sufficiat.

B Ceterum ut calamum ad Constantinopolitanos Præsules specialiter extendamus, aut nūquam omnino, aut certe vix horum aliquis sine consensu Romani Pontificis reperitur eiectus, qui tamè hæctenus inter depositos annumeretur, & non ab hæreticis, vel tyrannis pulsus, aut interemptus commemoretur. Denique, ut ex his paucos commemoremus, non ne Maximus postquam multum à Damaso Papa (sicut eius ad diuersos epistolæ missæ indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Nonne Nestorius, nonne Acacius, nonne Anthimus, Sergius, Pyrrhus Paulus, Petrus, sedis Apostolicæ discurrentibus consultationibus, ac decretis eiecti sunt? Cur er-go, cum ita sit, in solo Ignatio Petri memoriæ despicere, ac obliuioni tradere studuistis; nisi quia pro voto cuncta facere voluistis, constituentes synodum Ephesiæ secundæ crudelitate consimilem? quamuis ibi Alexandri-nus erat, qui cum ceteris sibi sociatis Compatriarchis aduersus sanctum Flavianum agebat. Hic autem, ut de Patriarchis omittamus, nec vnus Episcopus ciuitatula, aut quilibet ignotæ personæ aduersus tantum Pontificem extitit sententiæ promulgator, qui non de suffraganeis, & subiectis eius fuerit. Sed dicitis fortasse non fuisse in causa Ignatii sedem Apostolicam conuocare necesse, quia non hunc vllus hæreseos error inuoluerat. O pietatis inuitum ita recte Deum colentis, & magis suam iniuriam, quam sui Dei & Domini vindicantis. Nonne magis oportuit circa eum magnanimitatem ostendere, & regularem vos obseruare censuram? quoniam à Deo nec per hæresim, nec per vllum omnino schisma discessit, quam si cunctis pollens virtutibus omnipotenti minime Domino per orthodoxam fidem penitus adhæsisset? Congregastis Concilium aduersus eum, & ad imperij vestri nutum cum ceteri sunt famulati minores, & ad votum secularium (ut cum pace vestra dicamur, ascendistis, & pro desiderio hostium eius augustalium oblitisci sceptorum, quemdam regem Israel imitantes aduersus illum sacerdotalis ministerij arripuistis officium: præsertim cum imperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus debeat esse contentum, nec vsurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt. Dicite, quæsumus, vbi nam legitis Imperatores Antecessores vestros in synodalibus conuentibus interfuisse? nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos? Vos autem non solum synodo in causa sacerdotis collectæ interfuistis, verum etiam numerosa secularium millia ad videndum eius opprobrium aggregastis, cum magis debueratis in hoc

In Indiculo Hormisdæ ante epist. eius xi. & seq. E. 10.

Episcopi Constantinopolis hæretici per Rom. Pontifices deiecti.

2. Par. 26.

Synodus Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur.

Constantini re-
uerentia in sa-
cerdotes.

Thre. 4.

Ezech. 13.
Psal. 54.

Cap. 9.

in hoc imitari Constantinum Plum Augustum, de quo scriptum est quod **A**
dixerit: Quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt ha-
bitu, turpitudinem aliquam operantem, chlamydem meam explicassem, &
cooperuissem eum, ne videretur: quoquam. Sed in viro hoc omnia haec obli-
uioni traduntur: fit plausus de Domini sacerdote scurris & histrionibus.

Heu quomodo obscuratum est aurum, libet cum Hieremia clamare: Mutatus est
color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum.
Deinde vero contra ritum Ecclesiasticum, contraque venerandas leges produci-
tur accusator de imperialibus adibus, & cui imperari potest ad falsum dicen-
dum testimonium adhibetur. Fiunt suspecti iudices, & mercenarij, & lupi custo-
des, qui videbantur esse pastores, non ascendentes ex aduerso, potestatis
mundi, iuxta Ezechielem: Nec opposcentes murum pro domo Domini, sed
descendentes in infernum viuentes, hoc est scientes. Submittitur minorum, **B**
inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus praeci-
pientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper ubi est maior auctoritas,
fit eundem, & in omnibus controuersijs ad potioris Sedis iudicia dirigatur.
Quod non solum a catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum he-
reticis. Alioquin Acephalum liquet esse concilium, ubi de tanta persona
agitur, & maiorum non expectatur sententia: cum nec in causa clericorum
inferioris gradus, solius Episcopi sui iudicium tantummodo praesto sit. Sed
ne sine auctoritate canonica quicquam prosequi videamur, nunc Chalce-
donensis Concilij sanctiones ad memoriam reducamus, quae ita decernunt:
Si clericus habet causam aduersus Episcopum proprium, vel aduersus alte-
rum, apud synodum prouinciae iudicetur: quod si aduersus eiusdem prouin-
ciae Metropolitanum Episcopus, vel clericus habet querelam, petat Primatem **C**
dioceseos, aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae. In quo hic te-
nor obseruandus est, ut si videlicet clericus, aut Episcopus aduersus Metro-
polititanum habet querelam, & tanta urgetur necessitate, vel si hoc graue no-
ferat, ubicunque sit positus, Primatem dioceseos petat: quod si iuxta Con-
stantinopolitanam urbem quisquam eorum constitutus, & solius praesulis
eius iudicio velit esse contentus, petat eandem regiam urbem. Cum enim
dixisset, petat Primatem dioceseos, praecipuum posuit eadem sancta syno-
dus, regulamque constituit. Cum vero disiunctiua coniunctione addidisset,
aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae: liquet profecto, quia hoc se-
cundum permissionem indulsit. Ergo saltem nunc non videtis ad maiora sem-
per esse properandum? & quanto magis ad potioris auctoritatis iudicium
tenditur querimonia, tanto adhuc amplius maius culmen petendum est, **D**
quousque gradatim perueniatur ad eam Sedem, cuius causa, aut a se nego-
ciorum meritis exigentibus, in melius commutatur, aut solius Dei sine qua-
stione referuatur arbitrio.

Quem autem Primatem dioceseos sancta synodus dixerit, praeter Apo-
stoli primi Vicarium, nullus penitus intelligitur. Ipse est enim Primas, qui &
primus habetur, & summus: quae viritum (si locus exegerit) in subditis de-
monstrabimus. Ne vero moueat, quia singulari numero dioceseos dictum
est; sciendum est, quia tantundem valet dixisse Primatem dioceseos, quam
si perhibuisset dioceseon: plenae sunt enim sanctae Scripturae tali forma
locutionis. Denique scriptum est: Fons ascendebat a terra, irrigans vniuer-
sam superficiem terrae. Qui enim non ait, vnus fons ascendebat a terra, sed
ait, fons autem ascendebat a terra: pro numero plurali posuit singularem, ut
sic

Genes. 2.

- A** sic intelligamus fontes multos per vniuersam terram loca, vel regiones pro-
prias irrigantes: sicut dicitur miles, & multi intelliguntur; sicut dicta est lo-
custa & rana in plagis quibus Aegyptij percussi sunt, cum esset innumera-
bilis locustarum numerus; & ranarum: ita & hic diocesim singulariter dixit: **Exod. 10.**
sed hanc propter vnitatem pacis & fidei, pluraliter intelligi voluit. Illud au-
tem ridere libuit, quod quasi ad maiorem firmitatem, Concilium aduersus
Ignatium fratrem & comministrum nostrum congregatum, aequalis numeri
cum sancta olim synodo in Nicæa a sanctis fratribus celebrata fuisse perhi-
betis: quod si ideo est admittendum, quia aequalis numeri cum sancta Ni-
caena synodo habetur; necesse est ut aut septimam, aut octauam hanc syno-
dum vocitetis: necesse est etiam, ut tot instabilitate illius synodos colliga-
tis, quot pro Nicænae synodi sequendis decretis constat fuisse concilia co-
gregata. Quid autem proficit solo numero conuenientium personarum san-
ctam synodum vos fuisse sequutos, & moribus hanc esse crudeliter perse-
quutos? Vtinam non essent tot numero, sed tamen existerent tales meritis,
quales erant, quibus Christus aiebat: Nolite timere pusillus grex, quia **Luc. 12.**
complacuit patri meo dare vobis regnum. Non ergo toridem Praesules, sed
merita non minora synodum synodo Nicænae possunt facere parilem, ma-
gisque illud aduertendum est, quia ibi contra vnus nuncupati presbyteri ve-
saniam, non solum multatum regionum pontifices, verum etiam & Patriar-
chae praesedissee referuntur. Hic autem in Patriarchae negotio non solum vl-
lus Patriarcharum, sed nec vnus alterius dioceseos inuentus est quisquam
Episcopus, sicut iam significauimus. Numerus igitur pusillus nec obest, ubi
abundat pietas; nec multiplex prodest, ubi regnat impietas. Quinimmo
C quanto numerosior est congregatio malignorum, tanto validior est ad sectan-
dum suorum praua votorum: nec gloriandum est in multitudine, ubi non
contra mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequitiae certa-
men assumitur: sed aduersus carnem & sanguinem (id est aduersus homi-
nes) torius belli pondus inducitur: nisi enim Psalmista nosset quandam non
bonorum multitudinem, nequaquam Deo supplicando diceret: Disperge **Psal. 58.**
illos in virtute tua. Dispersio enim minorationem facit, minoratio vero abo-
litionem generat. Nolite ergo gloriari in multitudine, quia non multitudo,
sed causa damnationem, vel iustificationem adducit. Neque enim Ignatium
iustiorum dixerimus iam memorato David Rege, & Propheta Domini, qui **Psal. 39.**
dicebat: Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
Sed quid de homine dicimus, cum de Deo nimirum ex cuius persona haec
D Psalmista dicebat in passione ipsius, sicut Euangelium attestatur, tale quid
nihilominus agnoscamus.

Quod autem scripsistis, vos idcirco quosdam nostrorum adesse voluisse,
quoniam dicebamur cum expugnatoribus sacrarum Imaginum concertare;
noua profecto adinuentio est. Nam apud vos praesentia est Missorum no-
strorum pro Imaginibus sacris, nec digne decertatum est, nec impugnatores
earum haecenus errare desierunt: sed sicuti usque ad illud tempus apud vos
super hac causa strepitus & blasphemiae non cessarunt; ita & nunc ibidem
profana praedicantur, & hucusque sacrilega pronunciantur. Vnde apparet
Legatos nostros non causa pietatis a vobis, sed crudelitatis argumento fuisse
se quassatos, verum ad quid fuerint petiti, res ipsa declarat, videlicet (sicut
iam dictum est) ut quod de Ignatio iudicandum erat, & acceptum apud omnes,
& fixum semper maneret, utpote quod tanta auctoritatis vicarij iudicassent:

Nos

Nos enim nec saltem tenuis rumor aspersit aliquando cum praua sapientibus sapere, quanto minus concertare? Siquidem nusquam frigidus, nusquam tepidus labor sanctorum Apostolicae sedis Praesulum circa debitam sacram Imaginum reuerentiam, & competentem venerationem apparuit. Nec defuerunt harum impugnationibus decessorum nostrorum certamina, qui hoc egerunt scriptis, hoc diuersis laboribus, hoc etiam suis increpationibus apud mundi huius principes, ut talis error eminus pelleretur: quamuis dixeritis non nostri eguisse vos ad expugnandos haereticos, pro eo quod iam fuerit huiusmodi haeresis in Nicæa secundò conuocata synodo, & à magno Methodio deinde subuersa, quasi non & ipsi secundò in Nicæa collecta synodo Apostolica nostra sedes praesederit, & prima contra mala sentientes spiritalem sagittam emisit. Et rursus quasi non & venerandae memoriae Methodius in Graecia persecutione feruente, hic apud beatum Petrum, & apud nos, ubi olim Athanasius, ubi Paulus, ubi plurimi cum illis, & praeter illos, ubi denique semper catholicis subuenitur, consequuti sint requiem, donec apprehenderet campum certaminis iam satius lacte huius matris omnium sanctae videlicet Romanae Ecclesiae catholicum dogma defendere fuerit eruditus. Et quasi non hinc auctoritatem praedicandi sumpserit, nec hic infulis sacerdotalibus ditatus extiterit: ad extremum quasi non hinc constantiam Petri, & omnia Pauli ad debellandos Iconomachos arma portauerit, id est lorica iustitiae, calceatos pedes in preparatione Euangelij pacis, scutum fidei, galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Non ergo dicatis non eguisse vos in causa pietatis Romanae Ecclesiae, quae collecta concilia sua auctoritate firmat, sua moderatione custodit. Vnde quaedam eorum, quia consensum Romani Pontificis non habuerunt, valetudinem perdidit.

Studium Apostolicae sedis circa venerationem imaginum.

Sedes Apostolica refugium est catholicis.

Eph. 6.

Synodus Rom. Pontif. auctoritate aget. Apoc. 7.

Quomodo non egeat quaelibet synodus Romanae sedis, quando in Ephesino latrocínio cunctis Praesulibus, & ipsis quoque Patriarchis prolabantibus, nisi magnus Leo, imitator scilicet illius Leonis, de quo scriptum est: *Vicit Leo de tribu Iuda, diuinitus excitatus, os aperiens totum orbem, & ipsos quoque Augustos concuteret, & ad pietatem commoueret, Religio Catholica penitus corruisset? Nam & in causa sacram Imaginum ante sanctissimum Methodium, quinimmo & ante synodum in Nicæa sub Irene congregatam, cum adhuc hoc schisma nouiter esset exortum, & Constantinopolitana nos penè cunctos more pestilentiae inuasisset, Romani Praesules Gregorius inter ceteros, & Stephanus conuocatis Episcopis occidentalium regionum inueniuntur fortiter dimicasse, & hoc funditus condemnasse. Hæc quidem primordijs epistolae imperij vestri respondimus, non quæti poteramus adhuc, sed quantum sufficere credidimus ad conuincendam scilicet stoliditatem eorum, qui talia sapiunt, qualia in epistola vestro signo signata, & nobis missa resonare videbantur. Non enim nos ex pio corde, vel ore vestro tam profana tamque peruersa processisse putauimus.*

Ad reliqua verò, quae ex eadem epistola vestra plurima ex parte remanebant, rescribere his pro causis omisimus, videlicet, quoniam tanta nos pater caelestis secundum beneplacitum suum ægrotatione quasi filios suos corripuit, ut non solum quae ad respondendum propositionibus vestris idonea esse perspeximus, valeremus exponere; verum etiam eadem ipsa qualiter dictarentur, nulli ægritudine nimia pressi, quiuerimus edicere. Et quia Legatus vester tanta est impatiētia usus, ut antequam nos ex validissima infirmitate

tate respirare aliquantulum cognouisset, nullam moram passus, mox & iam nobis inconsultis Vrbe (quam vos quidem inueteratam, sed Honorius pius Imperator æternam vocat) discesserit: ob nihil aliud, nisi quia iam tempus hyemis imminebat, & periculum sui, vel militum vestrorum, qui secum erant vehementissimè formidabat: apud quem vix obtinere potuimus, ut saltem dum hæc scriberetur, (quoniam ad Urbem reuerti nullo modo voluit) in Ostia positus expectaret. Tertio, quia cum eadem, quae superfuerunt in ipsa epistola, ad quae nihil respondimus, sed potius philosophando contempsimus, plena essent omni prauitate, atque blasphemia, & contra ipsam dispositionem Dei (in qua Ecclesiae, sedi scilicet Romanae priuilegia cunctarum ecclesiarum priuilegijs sua ineffabili prouidentia prætulit) venena diffunderent, non vestra esse verba, sicut praediximus, quae tam perperam sonabant, credidimus; ac per hoc his, quae in ambiguum venerant, non potuimus tamquam indubitatis responsa, vel apologetica scripta remittere. Verum tamen si vestra fuerunt verba, quae in despectum beati Petri Apostolorum principis, immo Dei, cuius ordinationi resistitis, scripta, & quasi detrahentia priuilegijs huius sacratissimae Ecclesiae missa sunt; fateor non vos studiose sacras regulas, non venerandarum synodorum actiones, non piorum Imperatorum leges, non veraces probabilium virorum historias lectitasse, quas tam conati estis in derogationem Ecclesiae tantè inutiliter, ac incompetenter, atque incongruè memorare. Sed rogamus omnipotentem Deum, ut qui suae cognitionis vobis reuerauit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suas dispositiones, quibus sancta Ecclesia moderatur arcanum, & quae sint, vel quanta, & qualia priuilegia Ecclesiae Romanae, & ex quo coeperint exordium, & quis eius summæ auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat.

Quòd si à nobis quaeritis scire, ut pote à ministris Christi, & dispensatoribus mysteriorum eius, vobis euidentius ostendemus: si verò nosse parumper dicitis, & solum contra priuilegia Ecclesiae Romanae nifus vestros erigitis, caueat ne super vos conuertantur. Durum quippe est vobis contra impetum fluminis reluctari, durumque est contra stimulum calcitrare. Porro si nos non audieritis, restat ut sitis apud nos necessariò, quales Dominus noster Iesus Christus hos haberi precepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint, praeter tim cum Ecclesiae Romanae priuilegia, Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus obseruata, & à sanctis vniuersalibus synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari. Quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus: & quod Deus statuit, firmum, validumque consistit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat. Priuilegia inquam istius Sedis, vel Ecclesiae perpetua sunt, diuinitus radicata, atque plantata sunt: impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, euelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) haecenus illibata, manebuntque post vos, & quousque Christianum nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Ista igitur priuilegia huic sanctae Ecclesiae à Christo donata, à synodis non donata, sed iam solummodo celebrata & venerata: per quae non tam honor, quam onus nobis incumbit (licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum, & in beato Petro simus adepti) nos cogunt, nosque compellunt omnium habere sollicitudinem Ecclesiarum Dei: cui sancto scilicet Petro addita est societas beatissimi

Honorius in ep. ad Bonifac.

Acto. 9.

Priuilegia Romanae Ecclesiae perpetua.

Matth. 18.

Rom. 13.

fimi

2. Cor. 11.

fimi Pauli Apostoli vasis electionis, magistri veritatis, cui iugiter imminēbat omnium ecclesiarum sollicitudo.

Hi ergo tāquā duo luminaria magna cæli in Ecclesia Romana diuinitus constituti, totum orbem splendore fulgoris sui mirabiliter illustrarunt, & occidens eorum præsentia, veluti rutilante sole tam per se nitorē dante, quā per discipulos suos quasi quosdam radios lucis micante factus est Oriens: quiq; non postquam mortui sunt, Romam à Principibus sunt delati, vt Romanæ Ecclesiæ maiorem conferret priuilegiorum honorem, sicuti apud vos non rationabiliter, sed potentialiter actum est, videlicet vt ecclesiæ ceteræ patronis suis priuarentur, & sola Constantinopolis spolijs & opibus, quas violenter abstulit, ditaretur: sed Romam in carne venientes, vitæ verbū euangalizantes, ab ea erroris caliginem amouentes, veritatis lumine mētes hominum illustrantes, & in ea vno eodemq; die martyrium consummantes,

Eph. 5.

Rom. Ecclesia sine macula aut ruga.

In epist. 21.

Psal. 44.

Psal. 3.

Nulla Synodus Rom. Ecclesiam priuilegio donauit, cui omnia Dei sermone essent concessa.

sanctam Romanam Ecclesiam roseo cruore suo consecrauerunt: & hanc nō habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi exhibentes, Deo domino dedicauerunt. Sicq; demum Alexandrinam ecclesiam suam fecerunt per beatum scilicet Marcum vnius horum filium, ac discipulum. Hæreditas quippe filij in potestate parentis existit, & gloria discipuli ad magistrum sine cunctatione refertur. Fecerat autem beatissimus Petrus præsentia corporali & ecclesiam Anthiochenam iam suam, quæ (sicut beatus Papa dicit Innocentius) Urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum quippe beatum Petrum apud se consummatumq; gauderet. Per has igitur tres præcipuas ecclesias, omnium ecclesiarum sollicitudo beatorum Apostolorum principum Petri ac Pauli proculdubio moderamen expectat. Pro quibus patribus nos diuinitus, incremento gratiæ ministrato, nati sumus filij, & constituti (licet indigni, licet eis longè meritis impares) principes super omnem terram, id est super vniuersam Ecclesiam: Terra enim Ecclesia dicitur, sicut scriptum est: Non sic impij, non sic: sed tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Quæ (sicut sanctus Augustinus exponit) Ecclesia intelligitur. Hæredes quippe horum effecti, facultatem potestatis, quam à Domino perceperunt; & onus sollicitudinis nihilominus capeffere nos oportet. Proinde animaduertendum est, quia non Nicæna, non denique vlla Synodus, quodquam Romanæ contulit Ecclesiæ priuilegiū, quæ in Petro nouerat, eam totius iura potestatis pleniter meruisse, & cunctarum Christi ouium regimen accepisse: Sicut beatus præsul Bonifacius attestatur, vniuersis Episcopis per Thessaliam cōstitutis scribens: Institutio vniuersalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principum, in quo regimen eius, & summa consistit. Ex eius enim Ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias religionis iam crescente cultura, fons emanauit. Nicæna synodi non aliud præcepta testantur: adeo vt non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic nouerat Domini sermone concessa. Si omnia, ergo defuit nihil quod non illi concesserit.

Denique si instituta Nicæna synodi diligenter inspiciantur, inuenietur profectò, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum: sed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret particulariter, sumpsit exemplum. Hæc igitur, & his similia, nos pro cunctis Ecclesijs sollicitos reddunt: hæc etiam de Constantinopolitana ecclesia impigram curam arripere vehementer hortantur: hæc inquam Ignatium Patriarcham

A triarcham nulla régula, nulloque ordine Ecclesiastico dictante deiectum, tamquam fratrem adiuuare compellit. Nam & inter cetera is, per quem nobis præcipue ista sunt priuilegia collata: Tu aliquando conuersus, audiuit à Domino, cōfirma fratres tuos. Siquidè & ideo in culpā cecidit, vt sciret qualiter aliorum infirmitatis misereri debuisset. Hæc priuilegia Photium, viuente Ignatio, in caulas Dominicas non per ostium, sed aliunde ascendentem, & pastorem impellentem, & oues dispergentem nobis & ab honore, quem irregulariter vsurpauit, & à communione Christianorum amouere diuinitus inspirata, iusserunt. Quod autem perhibet excellētia vestra noluisse vos, vt à Missis nostris Ignatius iudicaretur, eo quod fuerit iam iudicatus & condemnatus: fatemur veraciter, quia nec illud vlla ex parte videtur fuisse canonicum, nec hoc ipsorum iudicium fieri præcipimus, nec factum admissimus.

B Veruntamen cui magis placuit euidenter intelligitur, cum patratum vos, scribendo roborassetis (quod nusquam aliquando factum ab Imperatore recollitur) & omnes in eo scribere imperassetis. Nos autem non solum factum minimè recepimus, verum etiam doluimus, & à nostro consensu procul amouimus: quinimmo auctoritate, & exemplo Antecessorum nostrorum in irritum duximus. Quod si tempus indulgeret, quod dicimus, facile probare ex monumentis poteramus Ecclesiasticis. Patratores autem præsumpti iudicij, iudicio in quo iudicauerunt, iudicati sunt, secundum Euangelium: & mensura in qua mensi fuerunt, dimensum est eis. Nos quippe illos, non vt Ignatij ad patriarchalem sedem promotionem, vel ingressum inquirerent, aut iudicarent destinauimus: sed vt circumstantiam deiectionis eius ediscerent, nobisq; veritatem repertam repedantes intimarent, direximus.

C Quod nostræ, Deo gratias, liquidò testantur epistolæ, quas ternas per Zachariam & Petrum atq; Leonem Deo amabiles, scriniarios sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vno textu scribi præcepimus, & coram sancta Ecclesia, quæ apud nos est, dispersiti sumus: & vnā quidem apud nos retinuimus pro futura sci licet cautela, & propter quæstionem, quæ oriri poterat in posterum. Quod ecce in præsentiarum (proh dolor) cernimus: aliam verò dilectæ sublimitati vestræ direximus. Porro tertiam eisdem Legatis nostris tribuimus, vt illam velut specular præ oculis habentes, in ea meditentur quid agere debuissent, atque recordarentur quid sibi à nobis constiterat esse præceptum. Et si fortasse vestra magnitudo dedignaretur sibi missam epistolam in Episcoporum ostendere cœtu, iussimus eis vt illam, quam sibi specialiter dederamus, quamq; vnius formæ cum reliquis duabus esse nouerant, in eo conuentu, in quo causam deiectionis Ignatii præceperamus inquirere, ac diligenter inuestigare, imprætermisè legerent, & in auribus omnium recitarent: licet ipsi cōtrarij facti sint eorum omnium, quæ sibi fuerant imperata. Quamobrè & nunc, quia quædam scripta dicuntur apud vos esse, tamquam ex nomine nostro missa, quæ nos omnino non misimus: idcirco & hanc, quam mansuetudini vestræ dirigitur, in altero tomo scribi præcepimus: & hanc quidem Petrus, qui vnius prædictarum trium scriptor extitit: quam verò penes nos retinemus, præfatus Leo, Deo amabiles scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quorum fides nobis probata est, scripsisse noscuntur.

Porro scripsit nobis imperium vestrum, vt Theognostum, qui à fratre & coepiscopo nostro Ignatio super quasdam prouincias Exarchatus pondus accepisse dinoscitur, necnon & alios monachos sibi tamquam vestræ Augustalis iniuriatores excellentiæ, destinemus. In quo cum tamē ipsi iniuria-

Epist. Tom. 3.

E tores

Luc. 22.
Quare Petrus cecidit.

Luc. 6.

tores vestri non fuerint; quid aliud nisi ut quanta poena, & quibus tormentis / **A** subijciantur hi, qui ex parte Ignatij sunt, & apud vos in ditione vestra consistunt, liquidius agnoscamus. Quando hi non utique ad epulas, non ad infulas alicuius honoris percipiendas profecto quaeruntur, sed potius ad puniendum, quos forte nec vidistis, nec cuius moris sint penitus agnouistis. Denique quidam eorum ab ineunte aetate Romae diuinis obsequijs famulati sunt, & non iustum credimus huiusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem non de vobis sinistra, sed potius grata praedicare testamur. Quamobrem ergo cum quaeratis ignoramus, nisi forte quia illinc fugatus, hic apud nos requiem (quemadmodum innumeri Christiani) aliquantulum reperit. Si quidem tanta millia hominum protectioni, ac intercessioni beati Apostolorum principis Petri, ex omnibus finibus terrae properantium, sese quotidie conferunt, & usque in finem vitae suae apud eius limina semet mansura proponunt, ut praeter illud, quo vas est caelo submissum, in quo cunctorum ostensa sunt eadem beato Petro horum omnium rectori animantium genera, catholicam signat Ecclesiam: etiam ipsa sola Romanorum Vrbs, apud quam eiusdem Apostoli corporalis praesentia sedule veneratur ipsius vasis cunctae dinoscatur in se continere vniuersorum animalium (quae homines intelliguntur spiritaliter) nationes. Suscepit ergo, ac continet in se Romana Ecclesia, quod Deus vniuersalem Ecclesiam suscipere, ac continere praecipit. Decentissimum quippe est, atque conuenientissimum, ut apud se Petrus, quod sibi specialiter ostensum, atque praecipit, exhibeat: sicque demum quod in generali Ecclesia facilius credendum sit, innuat. Sane intuendum est, quia & hoc vas, in quo omnia genera erant animantium, Petro specialiter ostensum est: & ut ea maceraret & manducaret, illi soli iussum est. Et post resurrectionem ut re- **C** te plenum diuersis piscibus ad litus traheret, a Domino ipsi proprie soli praecipit. Ipsum enim cuius nos (licet immeriti) vicem suscepimus principaliter, ac specialiter vniuersalis Ecclesiae curam diuinitus accepisse, etiam nobis tacentibus credimus, quod vestra sapientia iam animaduertat. Putas ne ergo Imperator iustum esse, ut tradamus aliquem eorum, quos nunc commemorauimus, principibus: quorum aulas, dignitates, honores, & beneficia contempserunt, vel quorum forte indignationes, aut persecutiones sustulerunt? absit. Nolumus enim (Deo auctore) nec Iudae proditori similes inueniri, nec paganorum excedere profecto nequitiam. Ipsi enim nihil tale agere penitus patiuntur, quale nos perpetrare cohortamini vos.

Denique cum quidam Antecessorum vestrorum quendam venerabilem vi- **D** rum ab Agarenorum Principe, multis oblatis muneribus, sibi mitti poposce- rit, non solum minime impetrauit, verum etiam, ut fertur, ab eo quem quaerebat, pudorem conferentia scripta recepit. Quamuis, Deo gratias, & per principalem beatorum Apostolorum Petri ac Pauli (de qua supra partim exposuimus) potestatem, & ius habeamus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacumque dioecesi, cum necesses fuerit, ad nos conuocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare. Hoc quidem nostrum: vestrum autem & piorum Imperatorum non est vllum penitus quaerendi monachos ministerium, nisi ad miserendum, & orationes eorum submisisse poscendum. Quod si forsitan opinamini Theognostum apud nos Photio detrahere: Ignatiumque iugiter commendare; scitote veraciter, quia nihil ipse de utroque loquitur, nisi quod in propatulo est, quod mundus dicit, quod omnis Ecclesia clamat, quod ipsi per innumeros homines

Omnium nationum gentes ad limina B. Petri quotidie properant.

Ioan. 21.

A homines Romam ab Alexandria, ab Hierosolymis, a Constantinopoli, a ceteris finibus eius, ab Olympo monte, atque a ceteris mundi partibus aduentantes agnouimus. Ad extremum quoque, quod nos per Missos vestros & diuersa scripta patenter intelleximus. Quid ergo quis peccat, si ea dicit, quae vos dixisse constat? Ecce enim scripta vestra missa ad Antecessorem nostrum, quae penes nos recondita seruantur, quosdam partis Gregorij Syracusani, congregatis Episcopis, etiam absente fratre nostro Ignatio, vos anathematizasse testantur. Quid ergo quisquam delinquit? vel nos in quo, rogamus, offendimus (licet vos versa vice quos tunc laudastis, nunc vituperetis, & quos tunc reos & damnatos pronuntiastis, nunc miris praconijis efferatis) si quod scripsistis, credidimus; & quod dixistis, nos quoque nunc dicimus? Postremo, nisi correxerimus consilium nostrum, videlicet ut illud iuxta consilium vestrum dirigamus, **B** vel si non effecti similes vobis, sicut ipsi caput, ita quoque nos membra tradamus, interminationibus crebris deterrere nos, & minitari videmini, tamquam sitis patriae & Vrbi nostrae vltimum exterminium illaturi. Quae nos Christo propositio, atque custode (de quo scriptum est: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant, qui custodiunt eam) sicut hactenus non timuimus, nec modo timemus, credentes super muros eius angelorum custodiam; immo vero sciens, quod Saluator positus sit in ea murus, & antemurale, id est Apostolorum munimentum intercessionum. Neque enim non legimus, aut oblitus sumus minarum Sennacherib Regis Assyriorum, & seruatorum eius contra urbem Hierusalem & populum eius: quae non minores, nec pauciores minis vestris fuerunt. Et rursus miserationum Domini recordamur, & qualiter **C** CLXXV. millia hominum de castris Assyriorum interierint, & vrbs cum habitatoribus suis euaserit, in mente recolimus, & gratias agimus, & spem sumimus, ac fiducialiter de domo Domini, si virtutem ipse donauerit, cultum Baal amouere curauimus: quoniam ipse est nunc, qui tunc ipse & in saecula: nec minor misericordia, nec infirmior omnipotentia. Ergo, ne velit minari puluis & vermis. scriptum est: Quid superbit terra, & cinis? Ne velit ampulla in aquis inflari: quia post pauxillum & ecce non est. Quid gloriatur in malitia, qui potens est in iniquitate? Quid facturus est? Occisurus est (ut verbi gratia dicamus) hominem? quoniam amplius non habet quid faciat: hoc & vnus fungus facit malus. O Imperator in hoccine redacta est malitia hominis in iniquitate potentis, ut fungo malo comparetur? Heu quam inutilem potentem, heu superuacue gloriantem.

Porro vestra potes virtus in Domino potius gloriatur, in bonitate laudetur, in iustitia exaltetur: non minas nobis, non terrores velit incurere. Nescitis enim secundum Salomonem quid superuentura pariat dies: & iuxta Psalmographum: Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum, praesertim cum inter nos & vos non modica sit intercapedo, quae quotidie populos non pauxillas vobis iniurias, immo discrimina inferentes producit, & de his vos conueniat potius quam de nobis vlscisci. Nos enim apici gloriae vestrae non damna, non conuitia, non prorsus vllas, quod absit, iniurias irrogauimus. Verumtamen quamdiu subsistemus, ministerium nostrum honorificabimus, dispensationem nobis creditam exercebimus, antecessorum vestigia nostrorum sectabimur, Ecclesiarum cunctarum sollicitudinem baiulabimus in eo, qui nos confortabit Domino nostro Iesu Christo. Quid sauiunt homines? quid malifecimus nos? Certe non Cretam inuasimus, non Siciliam exterminauimus,

non innumeras Græcis subiectas prouincias obtinuimus: postremò non ec- A
clesias Sanctorum, interfectis numerosis hominibus, ac suburbana Constan-
tinopoleos, quæ & muris eius penè cõtigua sunt, incendimus, & verè de istis
nulla fit vltio qui pagani sunt, qui alterius fidei sunt, qui inimici Christi sũt,
qui veritatis ministris iugiter aduersantur, & nobis, qui gratia Dei Christia-
ni sumus, qui ex parëtibus Christianis existimus, atq; Catholicis, qui vnus
eiusdemq; fidei dogmata credimus, qui serui Christi vocamur, qui veritatis
cultores quantum possumus esse desideramus; minæ prætentuntur, terrores
promittuntur, etiam nonnullæ molestiæ irrogãtur. Non est iste ordo lauda-
bilis, non est ista commutatio imitabilis, vt qui innumera mala ingerũt, im-
puniti euadant; & qui nihil mali gesserunt, pro his talia recipiãt; & qui Chri-
stum blasphemant, dimittantur; & qui Christum celebrant, huiusmodi mi-
nis subijciantur. Sed habemus ad quem respiciamus nos, habemus in quo B.
consolesmur. Fecerunt enim hoc & Iudæi, latronem dimittentes, & Saluato-
rem tenentes; occisorem iustificantes, & viuificatorem condemnantes; Ba-
rabbam liberantes, & Christum morti subdentes.

Nemo malis
alienis puniri
debet.

Matth. 17.

Epist. 6. ad Episc.
per Lucaniam
& Brutios.

Romanæ Sedis
iudiciũ omnĩ
maius.

Sed his tandem ommissis ad ea, quæ cum vniuersa sancta Ecclesia, quæ
apud nos est, dispensatoriè considerauimus, stylum iam dirigemus, &
cum beato Gelasio nostræ sedis Antistite consultè dicemus: Necessaria
rerum dispositione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine con-
uenimur sic Canonum paternorum decreta librare, & retro Præsulum, de-
cessorumq; nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentium necessitas tem-
porum restaurandis Ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratio-
ne diligenti, quantum potest fieri, temperemus. Et quoniã de persona Igna-
tij, atq; Photij nihil discretius, atq; mitius, necnon & salubrius arbitramur, C
quàm vt vterq; Romam ad renouandum examen veniat, hoc magnopere
volumus, & vt vos annuatim salubriter admonemus. Sed hoc secundũ indul-
gentiam concedimus, non licentiã id efficiendi pro libito cuiuslibet tribui-
mus. Quoniam cum secundum canones, vbi est maior auctoritas, iudicium
inferiorũ sit deferendum, ad dissoluendum scilicet, vel ad roborandũ: patet
profecò sedis Apostolicæ, cuius auctoritate maior non est, iudicium à nemĩ
ne fore retractandum, neq; cuiq; de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem
ad illam de qualibet mundi partè canones appellari voluerunt, ab illa au-
tem nemo sit appellare permiffus. Iuxta quod & Bonifacius, atque Gela-
sius sanctissimi Præsules, non suis adinventionibus, sed Ecclesiæ Roma-
næ consuetudinem non ignorantes dicunt: Bonifacius quidem Rufo, & ce-
teris Episcopis per Thessaliam, & alias prouincias constitutis scribens: Nemo, D
ait, vniquam Apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare,
manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis exitit, nisi qui de se
voluit iudicari. Gelasius autem in commopitorio Fausto magistro fungenti
legatione Constantinopolim dato: Nobis, inquit, opponunt canones,
dum nesciunt quid loquantur; contra quos hoc ipso venire se produnt,
quod primæ Sedi sana, rectaq; suadenti parere fugiunt. Ipsi sunt canones,
qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius Sedis examen voluere deferri.
Ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc il-
lam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeari iudicium. Nec
de eius vniquam præceperunt iudicio iudicare, sententiamq; illius consti-
tuerunt, non oportere dissolui: cuius potius sequenda decreta mandarunt.
Ergo de iudicio Romani Præsulis nõ retractãdo: quia nec mos exigit, quod
diximus

A diximus comprobato: Non negamus eiusdem sedis sententiam posse in me-
lius commutari; cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro conside-
ratione atatum vel temporum, seu grauiũ necessitatum, dispensatoriè quid-
dam ordinare decreuerit. Quoniam & egregium Apostolum Paulum qua-
dam fecisse dispensatoriè legimus, quæ postea reprobasse dignoscitur.
Quando tamen illa Romana videlicet Ecclesia discretissima considera-
tione fieri delegerit, non quando ipsa quæ bene sunt diffinita retracta-
re voluerit. Porro ne dicatis præter Ecclesiæ legem Ignatium, vel Photium
Romam venire sanxisse; scitote nos antiqui Patris & prædecessoris nostri Iu-
lij in hoc esse secutos exẽplum, qui iuxta quod in epistola sua reperitur, his,
qui conuenerant Antiochiæ, hoc præcepisse dignoscitur: & Theodorus hi-
storiographus in his hoc ipsum verbis ostendit: Verum, inquit, Eusebius,
B eiusq; consortes calumnias in Athanasium factas Iulio Romano Pontifici
destinauerunt, qui Ecclesiasticam sequens legem, etiam ipsos Romã venire
præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit: il-
le continuo euocatione suscepta uenit.

Iulius primus
in epist. 1.

Lib. 2. c. 4.

Quòd si ad hoc dicitis, ille quidem vocauit, sed ipsi venire contẽperunt:
Audite sequetia, & videbitis vtrum in laudem, an in vituperium ista sit illis
reputata contemptio. Subiunxit enim idem historiographus dicens: Calu-
niarum verò sarcinatores Romam quidem profecti non sunt, scientes facilè
suum posse capi mendacium. Ne ergo dicatis nos præter Ecclesiæ legẽ præ-
fatos Romam venire sanxisse: quoniam (sicut ex historiographo ecce audi-
stis) beatus Iulius & accusatum & accusatores Romam venire præcepit, &
venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Sed ille, qui
C bonam conscientiam gerebat, nihil reluctans venit: illi verò, qui malam cõ-
tempserunt; scientes profecò, sicut ibi legitur, facilè suum posse capi men-
dacium. Quod nos quoque in Ignatio, ac Photio modo probabimus, quia
conscientia se remordente, qui pauet, nobis obedire contemnet. Si tamen
Ignatius, qui omni est humano destitutus præsidio, vestrum non impedi-
mentum passus, sed potius fuerit misericorditer vestro qualiter venire pos-
sit, adiutus auxilio. Porro, si venire illi per se nequeunt, primo quidem ip-
si, cuius rei causa venire non valent, nobis per satisfactorias suas litteras in-
dicent: Deinde veniant de his, qui cum Syracusano Gregorio sunt quot-
quot voluerint, vices ceterorum tenentes, qui ipsius sunt partis. Mittantur
etiam de parte Ignatij Archiepiscopi quidã Antonius Cizici, Basilius Thef-
salonicæ, Constantinus Larissæ, Theodorus Syracusanorum, Metrophanes
D Smyrnæ, & Paulus Episcopus Ponti Heracliæ, Egumeni autem Niceta,
Chrysopeleos Nicolaus Studij, Dositheus Ossidij atq; Lazarus presbyter,
& Monachus qui dicitur Cazaris; qui nisi fuerint missi, suspectos vos red-
detis: quia hos in quibus certificari possumus, à nostris obtutibus subtrahere
studiosè curatis. Et ideo neminem ceterarũ partium admitemus, nisi fortè
quos ex latere vestro destinatos esse veraciter valeamus agnoscere. Quibus
ex vtraque parte conuenientibus, & coram nostra præsentia, ac fratrum &
Coepiscoporum nostrorum auditis, quid quæstionis inter vtramque partem
emerferit, facilius agnoscamus, & canonicè finiamus. Mittat nihilominus
& Photius ex sua parte quos decreuerit, qui modum promotionis suæ irre-
prehensibilè & canonicum, si possunt, edoceant. Necnon & imperialis apex
vester, si libet, suos è latere mittat aulicos, qui in præsentia positi, quem iusti-
tia & rectitudo vtriusq; partibus finem dederit, patenter agnoscant, vestrq;
Epist. Tom. 3. E 3 pietati

pietati renuncient. Hi verò, qui ex latere vestro mittendi sunt, tales sint, qui **A** & Deum timeant, & non sint Ecclesiasticarum in expertes traditionum, atque veritati obedienter & facile acquiescant.

Verum quia sunt quidam ex his, quos Romam venire praecipimus, qui nulla sua habentes solatia, nisi aliorum freti subsidijs, omnino tantum iter arripere nequeat: Idcirco quasi praesentialiter clementiam vestram exoramus, ut quibus egent ad tam difficile, atque prolixum iter, pro dilectione Dei misericorditer praestare dignemini. Credimus enim acceptum esse vobis istud consilium, nec moleste feret honor regius vester, qui iustitiam diligit, pro his quae taliter efficienda decreuimus: Quoniam iustitia sapius ventilata, clarius splendescit in lucem. Proinde materiam, per quam veritas possit fieri manifesta, confidimus quod pietas vestra benigne cupiat adiuuare. Cum autem Legati vestri venerint, mittite quaesumus & epistolas authenticas, quas **B** per Radualdum, & Zachariam dudum Episcopos misimus vestrae scilicet eminentiae, atque synodo, quae tunc pro sacris Imaginibus esse colligenda purabatur: quatenus si tales permanent apud vos, quales a nobis constat fuisse transmissas, apud nos inuestigentur: sicque de cetero falso dicentium, alia nos scripsisse praeter quae misimus, labia conticefcant. Si verò quaedam in eis habentur inserta, quae nos scribi non iussimus, nec mitti volumus, diligenter scrutemur, & cuius culpa sit actum, reperiamus. Est enim apud nos socia illarum duarum, quam apud nos (sicut iam supra diximus) retinimus pro futuro scilicet testimonio, vno tenore cum ipsis duabus exposita, & eisdem syllabis contexta per omnia. Precamur etiam dilectionem vestram, ut nobis actionum authentica, in quibus continetur, qualiter Ignatius primus sit existimatus depositus, destinare dignemini: & monumenta gestorum, quae per Leonem a secretis misistis, quaesumus ipsa nobis authentica transmittite, tam illa videlicet, ubi de tyrannica expoliatione Ignatij refertur, quam illa in quibus de Imaginibus est agitur, licet pene nihil, & a paucioribus Praesulibus, quam in Ignatij putata depositione fuissent inuenti. In quo datur intelligi, quod maius studium fuerit arreptum in laesione hominis, quam in laude Dei.

Iam verò si monitis nostris obedieritis, & quae intimauius adimplere studueritis, fauete Domino, auctoritateque sanctorum principum Apostolorum potiri, licentiam Christianissimae, ac mansuetissimae sublimitati vestrae concedemus, cum sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, specialiter autem nobiscum, & cum confacerdote nostro Ignatio, & cum parte ipsius, communionis gratiae participandi, excepta communionem Gregorij Syracusani, & partis eius, atque consentaneorum ipsius communionem. Porro, si fortassis excellentiae vestrae non placet, quod superius scripsimus pro mittendis ex utrisque partibus Legatis, scitote nos nil conuenientius, aut commodius, quam hoc fieri posse penitus inuenisse. Quamuis & ad hoc ipsum pro vestro imperiali amore ne vobis existimemur in nullo satisfacere velle condescendamus: Atque ne minus pacem Ecclesiae nos velle sectari, quam semper volumus, opinemini. Siquidem (ut praetulimus) nulla regula, nullaque consuetudo demonstrat, sedis Apostolicae semel prolatam sententiam, ipsa non annuente, ultra posse mutari. Nihil praeterea est, quod vos auertere debeat, si placet credite, quo minus praefatos viros in nostram praesentiam dirigatis ad inquirendam scilicet iustitiam & veritatem. Testis enim est nobis omnipotens Deus: quia non est in mente nostra quolibet intentio vel desiderium, nisi diligenter

A ligenter inuestigandi & inueniendi quid aequitas unicuique parti tribuat, & quid Ecclesiae praesenti statui & futuro conueniat. Non ergo putetis nos aut Ignatio velle fauere contra iustitiam, aut Photium impugnare canonibus sibi non resistentibus. Certe perfectorum Christianorum est, non solum nulli velle nocere, verum etiam laedenti se malum pro malo non reddere. In quo ergo coram Deo loco, vel inter quos computaremur, si nil nobis contrarietatis irroganti inimicitias inferre appetere? Igitur dignetur credere pietas vestra, quoniam nec isti volumus in sua iustitia contraire, nec Ignatio non suffragantibus canonibus, & Ecclesiasticis traditionibus auxiliari.

Credimus autem in Domino, qui dixit de tenebris lucem splendescere, & qui dat homini scientiam: quoniam si partes, quas diximus, ad illius limina peruenerint, qui mentientes Ananiam, & Sapphiam gladio sancti Spiritus interemit, si qua sunt incerta & abdita, reuelabuntur, & manifesta fient: **B** quia nos semper hoc in voto habemus, & inhiante desideramus, ut aequalitatem utrisque partibus seruantes, nihil, nisi quod sacri canones, nisi quod aequitas dictauerit, adiuuante Domino, statuamus, nullius detrimentum volentes, quanto minus periculum anhelantes. Quamobrem ergo, iam quia sic se veritas habet, contra partem Gregorij Syracusani sumus commoti, & in flagello profecti, si vultis agnoscere, dignanter audite: Videlicet quoniam non furdi fuimus auditores sancti Euangelistae, qui nobis refert, quod Redemptor noster flagellum fecerit de resticulis, & templum ingressus omnes in eo diuerso modo male operantes ex ipso proiecerit. Quod cernentes Apostoli, potuerunt utique minus adhuc perfecti mirari, veluti forsitan nunc vos **C** quomodo tanta facilitate sacerdotum & cunctos malos operarios foras e templo pepulerit. Sed postea recordati sunt, quia scriptum erat: Zelus domus tuae comedit me. Non itaque inimicitiae, non humanum odium, non vllum (Deo gratias) malignum desiderium, nos contra praefatae partis homines impulit, sed zelus domus Dei, zelus paternarum traditionum, ordo Ecclesiasticus, antiqua consuetudo, atque sollicitudo, quam circumferimus cunctarum Ecclesiarum Dei: necnon & priuilegia propriae Sedis, quae in beato Petro suscepta diuinitus, & in Ecclesiam Romanam deriuata, vniuersalis celebrat & veneratur Ecclesia (sicut praediximus) nos accendant, & silere, ac desides esse nequaquam permittunt. Ergo cum ita sit, quoniam (ut veritatem dicamus) per omnia ita est, & si tempus indulgeret, mille quae dicimus, valeremus testimonijs demonstrare, & vobis ex probabilium scriptis virorum **D** iudicijs ostendere multiplicibus. Nolite indignari, nolite aduersus nos frustra causari, nolite peruerforum hominum verba libenter audire, sed potius nos audite. Nolite nobis minas praetendere, quoniam nec illas, Domino protegente, metuimus, nec per has praecipua vestra, nisi diuinis fuerint iussis ornata, faciemus. Parati autem sumus propter veritatem, sanguinem nostrum effundere, & siquidem plebem diuinitus nobis commissam, nec vobis, nec vili vestrum, propitio Christo, trademus.

Vestrum autem est considerare, vtrum quod meditamini valeatis necne perficere: Cogitate itaque dies antiquos, & annos aeternos in mente habetote: & quid Imperatores, qui persecuti sunt Ecclesiam Dei, & maxime Ecclesiam Romanam: id est Nero, Diocletianus, Constantius, Anastasius, & ceteri moris eorum pertulerint, & ubi modo sint attendite diligenter, & quantum sit in Ecclesia Dei execrabilis fama eorum & nomen detestabile, sapienter

Marth. 5.
Rom. 12.

Act. 5.

Ioen. 2.

Psal. 68.

Integritas &
constancia Rom.
Pont.

Psal. 76.

Imperatores
qui Romanam
Ecclesiam exal-
tauerunt.

sapienter aduertite. Quanta autem Dei cultorum Augustorum, qui Ecclesiam Dei exaltauerunt, & praecipue Romanam, Constantini videlicet & Constantis, Theodosij quoque maioris & Valentiniani, & ceterorum laus in vniuersali Ecclesia polleat, & eorum praeconia ubique personent, & nomen eorum inter sacra mysteria impraetermissè commemoretur, attentius & sedule recordamini: sicque nos audire illos imitantes satagite: Patres etenim vestri per gratiam Christi sumus, & vos tamquam carissimos diligimus filios: nec possumus vobis nisi viam veritatis ostendere: terrenam gloriam vestra augeri diuinitus exoptamus. Sed quid peccamus, si caelestem, ac aeternam vos capeffere nihilominus exoramus?

Rogabāt Impe-
ratores pro sy-
nodis colligen-
dis.

Quapropter attendat clementia vestra, quantus fuerat erga sedis Apostolicae reuerentiam Antecessorum vestrorum piorum dumtaxat Imperatorum, & praecipue quos longe superius memorauimus, amor & studium: qualiter eam diuersis priuilegijs extulerint, donis ditauerint, beneficijs ampliauerint: qualiter illam litteris suis honorauerint, eius votis annuerint, instituta perficienda mandauerint, orationes petiuerint, sedem sectandam decreuerint: qualiter etiam legibus suis pro adunandis ei ecclesijs promulgauerint, pro colligendis Concilijs, ac proferendis sententijs non imperauerint, sed precati & hortati solū extiterint, & quae illi decreuerūt, ipsi consenserint; & quae illi damnauerunt, ipsi respuerint. Sic ergo fili carissime, sic & tua sublimitas non ex parte ingratorum & inobedientium filiorum existens (quod absit) sed hos inter ceteros Dei cultores Augustos imitata, quae decreuimus de Constantinopolitana ecclesia, obedienter attendat. Ista quae sumus suadentibus saepius nobis pietas vestra nos minimè spernat, praec oculis habitis Domini verbis, dicentis: Qui audit vos, me audit, & qui vos spernit, me spernit; & qui me spernit, &c. Denique & concordas Apostolus Domino nostro: Quapropter, inquit, qui haec spernit, non hominè spernit, sed Deū, qui dedit spiritū suū sanctū in nobis. Verūm si nos vos spernendos esse ducitis; nos tamen non possumus ea, quae Dei sunt, spernere & negligere, quo minus & salutem vestram consulamus, & de acceptione talenti crediti nostrum periculum declinemus, dispensatione nobis caelestis seminis iniuncta. Vae si non spernerimus: vae si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet & clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde, sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu & Ecclesiae correctione quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus diuina tractantibus fidelium conuenit corda submitti; quanto potius Sedis illius Pontifici consensus est adhibendus, quem cunctae Ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Vbi clementia vestra euidenter aduertit, numquam quouis penitus humano consilio eleuare se quaequam posse contra illius priuilegiū, vel confessionem, quem Christi vox praetulit vniuersis, quem Ecclesia veneranda confessi semper est, & habet deuota primatem. Impelli non valent humanis praesumptionibus quae diuino sunt iudicio constituta. Desinantergo, rogamus, temporibus vestris quidam per occasionem perturbationem Ecclesiasticam praecipitanter apperere, & quae non liceat ambire: alioquin & quod male appetiuerint, non perfruentur, & ipsam quoque Christianitatem (nisi respuerint) prorsus amittent. Vos autem, quae sumus, nolite prauiudicium Dei Ecclesiae irrogare: illa quippe nullum imperio vestro prauiudicium infert, cum magis pro stabilitate ipsius aeternam diuinitatem exoret, &

Luc. 10.

1. Thef. 4.

1. Cor. 9.

Primatus Rom.
Pontif. inuio-
labilis.

pro

A pro incolumitate vestra & perpetua salute iugi deuotione precetur. Nolite quae sua sunt vsurpare: nolite quae ipsi soli commissa sunt velle surripere: scietes quia tanto nimirum a sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum, & militantium Deo nullis conuenit negocijs saecularibus implicari. Denique hi, quibus tantum humanis rebus & non diuinis praesse permissum est, quomodo de his, per quos diuina ministratur iudicare praesumat, penitus ignoramus.

Fuerunt haec ante aduentum Christi, vt quidam typicè reges simul & sacerdotes existerent: quod sanctū Melchisedech fuisse, sacra prodit historia: quodq; in membris suis diabolus imitatus (vt potè qui semper quae diuino cultui conueniunt, sibi met tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum

B ventum est, eundem regem, atque Pontificem vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs, & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, vt & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incurfibus. Et ideo militans Deo minime se negocijs saecularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis praesidere videretur, qui esset negocijs saecularibus implicatus, vt & modestia vtriusque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroq; suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis euidenter ostenditur a saeculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem, quae constat à pio principe Constantino (quod longe superius memorauimus) Deum appellatum, nec posse Deum ab hominibus iudicari, manifestum est. Sed & Theodosius minor sanctae synodo scribens Ephesinae primae, dicit:

Distinctae pote-
states papatus &
imperium.

2. Tim. 2.

C Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidem quae faciendae sunt de pijs dogmatibus quaestiones, seu potius expositiones communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis intermisceri tractatibus.

Verba Theodo-
sij scribentis ad
synodum.

D Quid praeterea hinc Romani Praesules sentiāt, quid latini, graeci; doctores hinc exponant, quid denique Maximus venerabilis monachus, & illo in tempore apud vos penè solus catholicus in disceptatione sua perhibeat, quoniam longum est scribere; interrogate seniores, qui tamen moribus seniores sunt, & dicent vobis. His itaque manifeste repertis, apparet comministrum nostrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia Praesulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitima sanctionis. Siquidem in tantum vestra sententia, Praesulum praecessit sententiam, vt non solum vestro sit iussu a credita sibi ante omnem interrogationem idem Antistes pulsus ecclesia, verum etiam post ea in damnatione ipsius (sicut gesta illius latrocinialis synodi, quae nobis per Leonem illustrem a secretis misistis indicant) quod numquam, ni fallimur, aliquando fuit actum, primi, & ante omnes scripseritis Episcopum. His ita praelibatis sub conspectu Dei, pure, syncereq; pietatem vestram deprecamur, obtestamur, exhor-

Prou. 27.

exhortamur, vt petitionem nostram non indignanter accipiatis. Rogamus denique, vt nos in hac vita potius audiatis deprecantes, quàm (quod absit) in diuino iudicio sentiatis accusantes. Et ideo nolite, precamur, irasci si vos tantum diligimus, vt regnum, quod temporaliter affecuti estis, velimus vos habere perenne: & qui imperatis sæculo, possitis regnare cum Christo. Nam qua fiducia, rogamus, illic Dei præmia petaturi estis, cuius hic Ecclesie detrimenta non prohibetis? Non sint grauiora, quæsumus vos, quæ pro vestra salutis æternitate dicuntur. scriptum legitis: Meliora sunt vulnera amici, quàm fraudulenta oscula inimici. Deus Omnipotens cor imperij vestri ad intelligenda quæ dicimus clementer aperiat, & nobis obedire in his, de quibus scribimus, impetrare nutu intimæ inspirationis suæ dignetur, christianissime & dilectissime fili.

Quisquis autem hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit, & Augustissimo filio nostro Imperatori Michaeli quicquã ex his, quæ in ea scripta sunt occultauerit, si locum apud illum potest inuenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quicquã mutauerit, vel subtraxerit, aut superaddiderit, præter illud quod idioma græcæ dictionis exigit, vel interpretatis sciëntia intelligedi non tribuit, anathema sit.

Hæc quidem, quæ hucusque per periochas nouem sunt scripta, prius acta, & à nobis per quosdam fraternæ generalitati vestrae intimanda sunt missa, præter epistolam illam Apostolatus nostri, quam Michaeli excellentissimo Imperatori per quendam ipsius Legatum, qui se Protospatharium appellabat, nomine Michaelis transmissimus. Postea verò cū cognouissemus, quia penes hos, qui nolunt sanis acquiescere monitis, nihil solum scribendo proficiebamus, ratum duximus, per Legatos nostros, & iteratas litteras ea rursus, quæ videbantur Ecclesie profutura mandare, huius rei gratia direximus Constantinopolim Donatum sanctissimum Episcopum, & Leonem venerabilem presbyterum, atque filium nostrum Marinum diaconum: quatenus hi, qui litteris admoniti parere refugiunt, veritati, saltem verbis salutaribus conuenti, discant tandem diuinis institutionibus minimè resultare. Quibus in scriptis dedimus, quæ habentur in subditis, quæque per tres periochas distinguenda fore decreuimus. Prima utique harum est, quæ & decima huius est periocha, voluminis continens epistolam ad iam memoratum Augustum transmissam, & alteram ad Episcopos, ac ceteros ordines Constantinopoli subiectos. Secunda verò periocha est, quæ huius corporis undecimum complet locum, habens in se duas epistolas: vnam Photio, & alteram Bardæ fautori eius descriptam. Porro tertia est, quæ & duodecima istius est codicis periocha, circumferens in se fratri & coepiscopo nostro Ignatio, & matri Imperatoris, atque uxori eius singulas missas epistolas: necnon & epistolam vniuersalem, quam quibusdam claris Urbis Constantinopolitanæ Senatoribus singillatim scribendam, atque mittendam fore præuidimus.

EPISTOLA IX. B. NICOLAI PAPAE I.

HORTATUR Imperatorem ad legatos benignè audiendos. repetit quæ in superioribus epistolis de Ignatio, Photio, Rhodoaldo & Zacharia dicta sunt. docet epistolam à se missam, corruptam fuisse, restituitque loca deprauata. demonstrat Photij promotionem, & ea de causa reijciendam, quia à Gregorio Syracusano damnato fuerat consecratus, & Imperatorem, qui eum defendebat, arguit. Petit vt epistolam contumeliarum ple-

nam

A nam, quam ipse Imperator miserat, iubeat comburi: sin minus, dictatores eius, dispositores, atque preceptores minatur se excommunicaturum, & vt epistola ad illius dedecus in Episcoporum concilio coram omnibus comburatur, præcepturum tandem ostendit plurimum conducere causa Ignatii & Photij, vt vterque Romam veniat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
pijssimo & gloriosissimo dilecto filio Michaeli
magno Imperatori.



B Vanto maiora sunt beneficia Dei, quæ gratuita misericordia sua vestra collata sunt pietati; tanto proculdubio virtutum vestrarum debent insignia fecundius abundare: & quanto dono ipsius imperium vestrum gloriosius esse dignoscitur exaltatum, & super omnia regnorum culmina sublimatum, tanto infirmitate propria considerata, oportet sub potèti manu eius solo tenus humiliari, & prona mente, quod omnia ex illo quicquid boni habet, quicquid sibi arridet, sine dubio possideat, submisit, seduleque pensare. scriptum quippe est: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. & rursus: Rectorem te posuerunt, noli extollis; sed esto in illis quasi vnus ex illis. & ad Saul dicitur: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel? Nihil quippe à sublimibus personis offertur Deo gratius humilitate. Nihil autem humilitati principum magis congruit, quàm libenter audire quærantium voces, prædicantium exhortationes, & imminentes, seu futuras à speculatoribus Domini prænunciatas cauere calamitates.

C Denique, cum non omnes prophetiæ spiritum accepimus, unde scire possumus, quæ circa subiectos nostros, vel circa eos, qui eiusdem fidei sunt nobiscum, aguntur, si præsentium verba, vel absentium scripta ab auditu nostro, vel visu prorius excludimus? Epistolæ namque stylus tamquam quidam aduentantium, seu gestorum negotiorum hostiarius est. Quid ergo nosse poterit omnium curam habens subditorum, & præcipuè Religionis prouidentia vestra, si ad èptio ianitoris officio intus nunciari non permittitur, quod à diuersis suggerere clementiæ vestrae auribus foris deposcitur. Debetis ergo cunctorum suggestiones absque vlla prorius retractatione pio semper auditu percipere, referentiumque voces honestatis immo reperiendæ iustitiæ, ac æquitatis auidi absque qualibet dispectione dignanter admittere: sicque demum magistras ratione, quæ semper priuatae voluntati non postponi, sed anteponi debetur, à falsis vera, & à noxijs salubria sequestrare, & falsa quidem, seu noxia summo libramine reperta, meritò repellere. Quæ autem vera, siue proficua esse probantur, iure consequenter admittere: nam amatoris iustitiæ indicium est quoslibet, & quomodolibet hanc velle penitus inuenire. Iustitia nempe preciosa margarita est, quæ non solum in thesauris regijs, verum etiam in sterquilinijs est quærenda. Quanto potius à sede Petri, cui Deus pater preciosissimum margaritum, id est filium suum, reuelauit, est sine omni cunctatione speranda, & expectanda: necnon & oblata totis præcordiorum vlnis ardentissimè suscipienda. Nolite igitur fili carissime scripta nostra, vel Missos à visitatione vestra secludere: nolite à beati Petri legatione tranquillissimas aures vestras auertere. Infidelium est enim immo de salute sua desperantium, aures à voce prædicantium claudere, sicut à spidis surdæ, & obrutatis aures suas, quæ non exaudiunt vocem incantantium, id est prædicantium.

Virginitas humilitatis. Eccli. 3. 2. 1. Reg. 15.

Iustitia vbique quærenda.

Psal. 57.

Cete-

Ceteri vos, qui pij (Deo gratias) suadibiles estis, tanto aures ad audiendos **A** clamores pauperum, id est humilium, & pro Ecclesia Dei vociferantium aperire debetis: tantoque ad audiendam legem dirigere vestram intentionem oportet, quanto ipsi penes Deum haberi orationem vestram acceptam desideratis, quantoque cum in opportunitatibus clamatis, & exaudiri medullitus exoptatis. Siquidem virgines illae fatuae, quae foris positae incassum Domine Domine aperi nobis, clamauerunt. Idcirco apertam ianuam non inuenerunt: quoniam aurium suarum ianuam salutiferis vocibus non aperuerunt. Sicut enim misericordiam facientes, misericordiam consequentur, quod de vnaquaque virtute sentiendum est: ita voces, quae pro causa Dei proferuntur, qui audierit, voces quoque suas constitueret exaudibiles, sicut est contra: Qui non audierit, non audietur, quemadmodum scriptum est: Qui obturat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Porro, cum **B** quaedam mulier typum Ecclesiae gestans Domino, Beatus venter, qui te portauit, & vbera quae suxisti clamaret, confestim audiuit: Quod magis beati sint, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Itaque audite serenissime Imperator voces Legatorum nostrorum, vel voces litterarum nostrarum audite, patienter audite, tranquillè, quas confidimus in Domino, non inuenietis à diuinis praeceptis in aliquo dissentire, vel à paternis diffinitionibus studio discrepare. Nam si antequam has audiat, repellitis, & à vocibus antequam de his, quae fortassis in eis in dubium veniunt, interrogaueritis, excluditis contra diuinum praeceptum: de incognitis iudicare, & non probata damnare proculdubio dignoscimini. Itaque sapientissimum Salomonem, qui filium, quem instruit ad auditionem suam potissimum inuitat sequentes, Haec vobis scripto tamquam carissimo filio praemississe sufficiat.

Ceterum & si non vobis, saltem nobis consulentes, quae mittenda operae pretium duximus, scribere non omittimus, & causas ecclesiae ipsius, vel nostras & si non auribus tuis certe tamquam coram praesentia Dei fidenter exponimus. Igitur quae penes Ecclesiam Constantinopolitanam diebus tuis à excellentissime Imperator acta sunt, haecenus quaeruntur, sapientia quidem tua, liquido nouit. Sed qualiter zelo zelati pro domo Dei sollicitudinem scilicet omnium Ecclesiarum secundum Apostolum, more praedecessorum meorum circumferetes, nos de his egerimus, vel disposuerimus, non tam breui, quam veraci stylo pietati tuae significamus: & ne aliter sinceram menti tuae suaderi tentetur, vel aliter quod egimus, tibi surripatur intelligi, praesentibus te syllabis edocemus: quod prudentiam tuam dudum iam non lateret, si vel hostes Christi, qui verè est veritas, non in mendacium veritatem conuerterent, vel nos affectu voluisse paterno, tamquam carissimo filio hanc tibi referare, studuissent asserere: vel si quo dilectionis ardore circa salutem tuam flagremus, falsitatis fucio noluissent contegere. Igitur postquam audiimus, quod quidam qui inuidiae facibus accensi, & superbiae fastu arroganter elati, more Iudaeorum, contra pastorem & magistrum suum fratrem videlicet, & comministrum nostrum Ignatium Ecclesiae praefatae sanctissimum Patriarcham insurrexissent: quidam verò instar viperarum, ac parricidarum parentem proprium, eundem scilicet beatissimum virum ferinis dentibus impetissent, & ab Ecclesia ipsa, cui iure praesidebat tyrannidis suae cornu penitus remouissent: acerrimis doloribus angustiati, atque mororibus vehementibus cruciati, coepimus qualiter erga eum viscera benignitatis, utpote circa fratrem ostenderemus sedula meditatione tractare. Scriptum quippe

Matth. 25.

Luc. 17.

Prou. 4.

Debitum Apostolice sedis in iuuendis Episcopis electis.

A quippe est: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscerum sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? maxime cum scandalum, & schisma in ipsa dicta urbe, & in adiacentibus sibi ciuitatibus propter quendam Photium ex foro, ac saeculari militia & habitu, atque à palatinis aedibus educatum, ac subito tonsuratum, & in eadem Ecclesia contra sacros canones promotum non modicum audiremus obortum. Alijs videlicet Photij promotionem defendentibus: alijs autem hanc tamquam inconuicta, & superflite Ignatio factam merito detestantibus. Sed dum quid hinc à nobis fieri deberet, vel qualiter tantae pestilentiae mederi possemus, nobiscum incessanter & anxie cogitarem; ecce repente Legati sublimitatis tuae ad sedem Apostolicam cum epistola regia peruenerunt, accusationes quasdam aduersus iam fatum confacerdotem nostrum Ignatium deferentes, & ut à sede Apostolica Missos daremus, qui scandala illa sedarent, & schismata dissiparent, magnopere postulantes. Quibus benignè receptis, & legationis iniunctae sibi, seu scriptorum delatorum tenore perspecto, moestitiam quam prius rumor solus in corde nostro pepererat, casuum euidenter ostensorum certior confestim relatio multiplicauit. Quapropter, quia sicut imperij tui diuinitus inspirata sapientia nobis qui cunctarum Christi ouium cura constringimur, cum vices illius per abundantiam caelestis gratiae gerimus, cui specialiter à Deo dicitur: Pasce oues meas. & rursus: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Non potuimus dissimulare, non potuimus negligere, quominus visitaremus oues dispersas & dissipatas: vel quominus confirmarem in fide & bonis moribus fratres nostros & proximos. Et quia inter cetera, quae de schismate iam fatae Constantinopolitanae Ecclesiae, hi **C** qui missi fuerant, testabantur, maximè eandem Ecclesiam ab Iconomachis recidiuum contentionem excitantibus asserere vexari, Christumque per singula conuenticula blasphemari: idcirco duos Episcopos, qui nobiscum erant, quique ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis esse videbantur, Rhodoaldum scilicet & Zachariam vnà cum Ecclesia, quae apud nos est, datis litteris, quae Constantinopolim, idem nimirum piaculum execrantes, è latere nostro direximus, nihil eis penitus iniungentes, nisi ut tantummodo causam Ignatij Patriarchae, qui ante de ecclesia pulsus, quam ab aliquo accusatus extiterat, diligenter inuestigarent, & sedi Apostolicae, & veracibus plenius referrent indicijs, quemadmodum Iob beatissimus edocet: Causam, inquit, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. **D** Photij verò consecrationem non solum minimè interim admittendam esse credidimus, verum etià ipsis Legatis nostris, ne cum illo, nisi cum laico usque ad notitiam nostram communicarent, frequenti ac commoda iussione praecipimus. Quoniam sicut magniloquus Leo Papa scribens ad sanctum Flavianum dicit Antistitem: Nos qui sacerdotum Domini maturatione volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus cuiusquam partis in praedudicium diffinire, priusquam vniuersa quae gesta sunt, veraciter audiamus. Tantum eis de venerabilibus Domini nostri Iesu Christi, eiusque genitricis semper Virginis Mariae, ac sanctorum ipsius imaginibus quicquid quaestio afferret, iuste, ac pie diffinire licentiam dantes. Quae cuncta ita esse, ut dicimus, litterae nostrae, quas Augustae mansuetudini tuae, necnon & Photio per eosdem Missos nostros destinaueramus, si ita sunt apud vos, quemadmodum à nobis fuere transmissae, patenter poterunt indicare. Verum de hoc in subditis latè dicturi, ad propositum

Ioa. 3.

Ioa. 17.

Luc. 2.2.

Iob. 29.

Ep. 10.

redeamus. Peruenientes igitur iisdem Missi nostri Constantinopolim **A** minis imperij tui (sicut ipsi postea nonnunquam fatebantur) deterriti, & horrendis terroribus impulsus, spretis monitis nostris, contemptis & epistolis sibi à nobis coram tota Ecclesia nostra datis, immo postposito timore Dei (sicuti postea claruit) in contrarium verterunt omnia, quæ sibi fuerant imperata.

Matth. 7.

Verum de his à nobis collecto bis sanctorum Episcoporum occidentalium regionum concilio, iuxta quod Dominus ait: In quo iudicio iudicauerunt, iudicatum est: & in qua mensura mensi sunt, remensum est eis: contigit enim illis, quemadmodum Vitali quondam & Miseno Episcopis, qui sicut isti Constantinopolim missi eorum, pro quibus destinati sunt, aduersæ parti communicando, non executores, sed impugnatores inuenti sunt: de quibus beatus Felix Apostolicæ sedis Antistes, & Alexandrini Petri, seu Constantinopolitani Acacij præsulum damnator Imperatori Zenoni scribens, inter cetera Vitalem, ait, atque Misenum cur vel impulsus ad ista consenserint, honore simul & communione Apostolica censura priuauit. Quoniam factum est sicut ipse Cyrillo abbati Acrinitensi scribit, ut eorum præuaricatione deciperetur populus Christianus: qui rursus de eis mentionem faciens, ad iam fatum principem de eorum transgressione dicit: Plebi suam est Christianæ nos talibus præbuisse consensum, quos mox ut regressi sunt, præuaricatio impunè non habuit. Nam eos apud beatum Petrum Apostolum sancta mecum synodus residens dum conuicti plura mentirentur ordine & communione nudauit: ne eorum incorrupta perfidia securitatem præberet inimicis. Iam verò si vos prædictis Legatis nostris vim (quemadmodum ipsi fatebantur) intulistis, licet eos exemplo memoratorum oportuerit Antistitem deterreri, immo ne vel impulsus ad talia laberentur, Domini: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, dicentis, debuerint præceptis arceri. contra diuinam tamen reuerentiam à te, ò Catholice Princeps probatur admissum, ut beati Apostoli Petri directæ legatio, immo hæc in illo proferentis Christi, qui dicit: Qui vos spernit, me spernit: tamquam in captiuitatem redacta teneretur.

Matth. 10.

Luc. 10.

Verum quia res & personæ vtrarumque partiū istius temporis cum illo penè in cunctis conueniunt, memorabilis viri iam nominati Felicis sedis Apostolicæ præsulis apud vos etiam clementissimè verbis alloqui procurauimus, qui ad super scriptum Augustum scribens inter alia: Cum, inquit, apud barbaras etiam nationes, atque ipsius deitatis ignaros, pro exequendis negocijs vel humanis, iure gentium semper legationis cuiuslibet habeatur sacrosancta libertas, notum est omnibus: quanto magis ab Imperatore Romano, & Christiano Principe in rebus præsertim diuinis oportuerit intemeratam seruari? Sed quia superius de falsatæ epistolæ per iam dictos tunc Rhodoaldum, & Zachariam Episcopos ad te directæ scriptura memoriæ fecimus, restat ut partim loca, in quibus falsata est, quantum inspectis exemplaribus græcis, quæ nobis per Leonem à secretis missi, nosse tribuitur, aperiamus. Afferentes primitus, quomodo non ordo legitimus, nec à sanctis Patribus visitatus, in lectione ipsius epistolæ fuerit obseruatus: quandoquidem eadem epistola non solum de sacris Imaginibus, verum etiam de audiendo fratre & Coepiscopo nostro Ignatio sententiâ sedis Apostolicæ continebat. Et vos eam in causa quidem Ignatij cõsacerdotis nostri, quæ prius ventilata est, nescimus cuius vsi consilio, silentio contexistis, solum hanc postea

A postea, quâdo pro veneratione sanctarum Imaginum synodus collecta est, demonstrantes: quamuis in his, quæ ibidem ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa mutata, plura subtracta reperiantur, & per omnia talis à vobis effecta sit, ut aut nihil aut parum aliquid nos per eam decrebro dicti comministri nostri Ignatij disposuisse causa videamur: sed verè nõ sic in synodis prius tempore collectis, non sic actum fuisse nonnullorum gesta Conciliorum demonstrant. In illis enim Apostolicæ sedis scripta non sub occultationis modio tegebantur, sed vt omnibus, qui erant in domo Dei lucerent, in propatulo ponebantur, & vt siqua turpitudine vel macula in fidei pulchritudine à quolibet tentaretur induci, facile patefceret, ac si specula in omnibus habebantur, & quasi quædam rectitudinis formula, qua imprimi ceteri posset posita, colebantur.

Mos in Synodis proferendi Apostolicas.

B Quod vt manifestius pateat ex his huic epistolæ pauca duximus inserenda. Primo etenim loco sancta synodus apud Ephesum cõgregata, sanctæ memoriæ Cælestini Papæ prius epistolam legit, & ita demum ad alia exequenda vacauit, ita vt iubente sancto Cyrillo, qui idcirco in præfata synodo ante omnes sedit, quia & ipse locum iam memorati Papæ ibidem (sicut gesta eiusdem synodi testantur) obtinuit: ipsa epistola cum competenti honore latinè primitus, & postea in græcam dictione sine vilo fucositate iam translata sit coram synodo lecta. In tantum, vt ex eius propemodum specialis iudicij tenore sit perfidus Nestorius Constantinopoleos Antistes expulsus, dum eadem synodus in sententia contra eum prolata tali modo prosequitur: Necessario, inquiens, coacti tam ex canonibus, quam ex epistola sanctissimi patris nostri & cõministri Cælestini episcopi Romanorum Ecclesiæ

Cælestini epistola primo loco lecta est in Ephes. synodo.

Synod. Ephes. in sententia Cælestini secuta iudicium.

C lachrymantes sapius, ad hanc mœrore plenam contra eum venimus sententiam. Et ad eundem Papam postea scribens, præfatum Nestorium per epistolam ab ipso sanctissimo Præsule scriptam, rationabiliter asseuerat fuisse damnatum. Epistola quoque sancti Leonis Papæ adeo apud omnes orientales Episcopos extitit venerabilis, vt hanc columnam orthodoxiæ vocarent: & omnes in ea Præsule Constantinopoleos Anatholio præcedente subscriberent: ita vt Chalcedonensis magna synodus nil diffinisse, nil respuisse, nil suscepisse, nisi quod vel illa, vel vices Apostolicæ sedis ibi reseruantes diffinierunt, proiecerunt, vel admiserunt, penitus agnoscat, & (sicut in reuelatione sua, quam ad piæ recordationis suæ Marcianum Augustum habuit, inuenitur) prima ruina Dioscori, qui epistolam sancti Leonis recitari prohibuit, extitit, dum sic aiunt: Nos igitur considerantes & vniuerso orbe factas tempestates, & causam inquirentes huius rei auctorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum Episcopum primum quidem, quia epistolam à sanctissimo Archiepiscopo senioris Romæ Leone directam ad sanctæ memoriæ Flavianum quondam Constantinopolitanæ Urbis Episcopum recitari prohibuit. Sed quid per singularum Concilia synodorum immoremur, cum in omnibus illis semper ab Apostolica sede scriptum prolatum & ordine præponatur, & auctoritate scripturis ceteris antecellat? Quod si sublimitatis tuæ non latuit sapientiam, oportebat vt etiam ipsa diebus suis talium sequeretur exemplorum vestigia.

Epist. S. Leonis vocata à Chalced. synod. columna orthodoxæ fidei.

Sed tandem aliquando ad ostendendum partim falsata in epistola nostra loca, opitulante Domino, sicut præmissimus accedamus: partim verò dicimus, quoniam prolixitate vitantes, eadem cõmemorare per singula recusamus, quandoquidem nec in his, quæ de venerandis Imaginibus per eandem lo-

curi sumus epistolam tenor styli nostri, vel intentionis extiterit obseruatus. **A** Siquidem cum nos inter alia commemorassemus, quod multoties conuentus factus fuerit sanctorum Patrum, à quibus & deliberatum, ac obseruatum extitit: qualiter absque Romanae Sedis, Romaniq; Pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur. Hoc videlicet de maioribus dumtaxat Ecclesiae negocijs nos inuenientes, quod & veraces historiae, & synodalia gesta saepe diffinitum, saepe & factum fuisse testantur: Vos erasistis, absque, & interposuistis, cum, significare scilicet attentantes: Deliberatum fuerat à sanctis Patribus, vt cum sedis Apostolicae, & ecclesiae vestrae consensu omnis rei finis debeat omnino proferri: cum hoc fieri semper nulla ratione valeat, nullo prorsus exemplo gestum pateat, praesertim cum haec Apostolica semper sedes in sana doctrina perfluerit. Vestra verò ecclesia (quantum ad praesulatum pertinet) infirmante capite saepe languerit: ac per hoc ista nequiuertit asere quouis modo consensum, cuius pessimum execrabatur non immerito sensum. Deinde cum nos exprobrantis affectu per eam causari videamur, pro eo quod coetus conueniens Constantinopolim sine Romani consensu Pontificis Ignatium proprio priuasset honore, quod nusquam nimirum de Constantinopolitano Praesule nisi fortassis ab haereticis absque Romano Papa factum fuisse recolitur: Vos hoc commutastis dicentes, quod id nos prius à vobis fieri non debuisset non scripsissemus, tamquam vel nos postea id fieri censuissemus: aut tamquam nos Legatos nostros non ad audiendam solummodo & nobis referendam Ignatij causam, sed ad diffinendam Constantinopolim miserimus, cum nonnullis in eadem epistola interpositis inueniri queat, quod depositionis eiusdem sacerdotis nostri censuram, non terminari sed tantum perquiri, & nobis significari ad diffinendam auctoritate Apostolicae luce clarius decreuerimus. Nam si nos pro diffinienda controuersia fratris nostri Ignatij, tunc Legatis nostris quicquam praecipimus, vel eum damnationi subijci debemus, vt quid ne sententia diffinitiuam suscipere, licet non dignè nec legitime decertauerint, attamen quantumcumque & quomodo documque contradixisse, ac ne deponeretur, restituisse probatur. Siquidem (vt cetera nunc commemorare differamus) in epistola vestra ex ore vestro didicimus, quomodo illi non solum consensum noluerunt ipsius praebere damnationi, verum etiam qualiter, ne tantum piaculum à vobis in eum committeretur, interdixerint: quare profecto & ipsi minimè contradicerent, si vt depositioni eius interessent, nos sibi mandatum tribuisset recolerent, & vos postea nisi illos praeter iussionem nostram fecisse clarescitis, eos & nobis commendare, & super huiusmodi noxa transgressionis excusare nullo modo studeretis. **D**

Iam verò si dicitis, quamobrem illos deposuerimus, cum eos in damnatione saepe fati Patriarchae consentire noluisse tam manifestè sciamus: Respondemus, quia nihil illis bonum profuit inchoasse, & in bonitate minimè perdurasse: quoniam qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Quid enim proderit alicui pro veritate primum quidem impetum dare, & post paululum aut suasionibus, aut terroribus, aut alio quolibet vitio à veritatis tramite declinare? Porrò si Vitalis & Misenus, de quibus supra diximus, à beato Felice Papa honore pariter & communione priuati sunt, qui ad talia vel impulsu dilapsi sunt; quanto potius isti pari debent ultioni succumbere, qui parem quidem praerogationem, sed non pares, immo nullas poenias sicut illi quondam perpessi sunt. Post haec autem quicquid de iam fati fratris,

Matth. 10.

A fratris & comministri nostri Ignatij tyrannica repulsione, quicquid de incofiderata & inuidiae plena in eum prolata sententia, quicquid de violatis paternis diffinitionibus, quicquid de Photij scripseramus irregulari promotione, saltu quodam astutiae trascēdentes, etiam sanctorum Patrum instituta, quae sancti Spiritus afflatu sunt edita, ne ad Concilij peruenirent notitiam contexitis, & veluti in quodam silentij sudario ligata in terra dñi diuinitus attributa talenta fuerint abscondistis, licet continuatim deueniendo in conspectu Missorum nostrorum & perquirendo Ignatio. Quamobrem traditam sibi plebem, & constituta decessorum meorum spreuerit, quae nos post multa scripsimus, dictis superioribus conglutinaueritis. Non tamen quae nos confessim subintulimus, passivè ad cognitionem ecclesiae Constantinopolitanæ, vel ad Synodi auditionem perferri. Subintulimus quippe nos post illa verba ita continuo prosequentes, & in hoc agendum subtili examine à nostrae iussionis Legatis depositionis eius cēsurā perquiratur: quatenus inquirētes inuenire queat, vtrū canonicus tenor in eadē obseruatus fuerit, vel nō manifestum existat; ac deinde cum nostro praesulatu significatū fuerit, quid de eo agendum sit, Apostolica sanctione diffiniamus, vt vestra ecclesia, quae tantis quotidie quatitur anxietatibus, inuiolabilis deinceps & inconcussa permaneat: sed vos haec, vt praetulimus, occultantes à piorum, qui fortassis illic habebantur, notitia subduxistis. Ad nihil planè aliud intendentes, nisi vt non tenebrarum opera manifestatione lucis arguerentur, & vt nos his quae illic irrationabiliter acta fuerant, dum nostra scripta tacentur, consensum praebuisse reputaremur, probat hoc praecipue post multa vtilia, quae ibi non vtiliter corrupta, vel defraudata sunt, nouissimus eiusdem epistolae locus; in quo nos quidem Legatos nostros commendantes, amplitudinem tuam deprecari fueramus de ipsis inter alia dicentes: Et cum in conuentu Ecclesiae sederint pro Ecclesiasticis diffinitionibus, nihil à vobis, vel ab alijs alicuius contrarietatis impetum sentiant: vos verò protinus subintulistis, quasi nos his continuatim subiunxissemus perhibentes: A nobis enim quae huiusmodi sunt dispositionis & statuta sunt & diffinita.

C Hoc praeepto vestra vtinam placens Deo sagacitas innuere volēs quacūque à Legatis nostris statuta fuerūt & diffinita, nos statuisse, vel diffinisse per omnia dignoscamus: qui tamē scriptus verficulus, nec à nobis prodit, nec eis (praeter quod ad sacras Imagines pertinet, & id quoque irreprehensibiliter) diffiniendū siue scripto, siue verbo terminare quicquā, vel deliberare praecipimus. Ita esse quae diximus superius à nobis annotatis sententijs, testificantibus exemplaribus eiusdem epistolae nostrae, vbi nos deprauada reiacent affatim edocentibus. Nam si nos ideo Missos nostros destinassemus, vt vice nostra Ignatij essent negocij iudices, quemadmodum vos praetendistis, qui latrocinale illud Concilium, in quo Ignatius deponi putatus est iudicium nostrum scribentes asseritis. Ante totius litis motionem, atq; ante omnis initium controuersiae sedem ei propriam restitui proculdubio censuissemus, vt legitimè nimirum reciperet, quod nulla lege dictante perdiderat, atq; per Ecclesiasticum canonem resumeret quod illi potentia saecularis ademerat: quatenus sic deinde propria sede, necnon & omnibus suis ante receptis, viribusq; resumptis restitutus iam & armatus, cum accusatoribus suis certaminis campum, & litigij conflictum posset arripere. Quod cum in mundanis negocijs legibus tuis fieri censeas Imperator; multo magis vt in Ecclesiasticis atq; diuinis obseruaretur, pietas tua debuit prauidere. Sed haec

Episcopus spoliatus primo restitendus, deinde iudicandus.

nos ex innumeris studio veritatis defalsata memorata crebrius epistola no-
 stras dictionibus summam tetigisse sufficiat. Cetera vero, quae super sunt,
 per Legatos nostros, quos ad diuinitis protectum imperium tuum ecce
 direximus, inspectis immutatis exemplaribus, quae illis tranquillitati
 tuae demonstranda tradidimus, facillime potes agnoscere. Quamobrem
 & nos quoque dilectionem tuam paterno salutantes affectu deprecamur, &
 per Deum, in cuius manu corda sunt regum erixius obsecramus, ut eandem
 ipsam epistolam, quam gloriae tuae per longe superius memoratos, Rhadoal-
 dum & Zachariam misimus, his praesentibus Missis nostris monstrare, atque
 ad collationem cum exemplaribus quae eis dedimus, faciendam mora suffi-
 ciente accommodare digneris: quatenus per hoc scire valeant, utrum sic ea-
 dem epistola in sua penes vos integritate maneat, quemadmodum extite-
 rat a nobis tuae sublimitati directa: an a quoquam fuerit postmodum ad su-
 perius annotatas deprauationes perducta. Et si quidem per vestrum ali-
 quem tantum nefas patratum est: quoniam apud Graecos (sicuti nonnulla
 diuersi temporis scripta testantur) familiaris est ista temeritas: miramur, &
 modis omnibus obstupescimus, si regius excellentiae tuae honor, qui iudicium
 diligit, ad tantum potuerit dedecus incuruari, cum ad hoc magis diuinitus
 ordinatus sit, ut deprauata corrigat, & falsata pristinae veritatis honestati re-
 stituat. Aut enim iusta fuerunt, quae misimus, sicque consequenter oportuit
 ea seruari, aut si iusta putata non sunt, in quo iusta non fuerint, per aliud fal-
 tem scriptum exponi, vel nobis referri, & summa ratione debuerunt paten-
 ter ostendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel Ecclesiae, quae apud vos
 est, cognitione priuari, vel aliqua falsitatis deprauatione fraudari.

Porro si tuae maiestudinis postposita notitia hoc immane sacrilegium ge-
 ritum est, nihilominus immensa admiratione ducimur, & quia tantum impe-
 rium illud potuit, & tantam fraudem perferre iure dolemus. Denique sacri-
 legium non immerito commississe dicendus est, qui scripta pietatis fidelium,
 atque principis notioni vel subducit, vel a sui veritate submouens velamen-
 to praestigiorum suorum obnubilat. Verumtamen nos quomodocumque fal-
 sitati, vel deprauationi eadem sit epistola submissa, grates innumeras agimus
 Deo, cuius inspiratione & fidelia eius exemplaria penes nos retinimus, &
 cuius permisso qui haec vel authenticam ipsam scripsere superesse noscuntur.
 Nos autem Ignatij fratris & Coepiscopi nostri priuationi quocumque discrimi-
 ne, priusquam a nobis specialiter ad iterationem eius perducatur nego-
 rium, quia nec hactenus consensimus aliquando, Deo nos confirmante, nul-
 lo modo consentimus. Verum non ita iustificamus eum, ut nihil hunc re-
 prehensione dignum admisisse dicamus, pro quo fortasse merito poterat, le-
 gitima discussione facta, quodlibet canonicae iaculum pati sententiae: cum
 scriptum in Apostolicis litteris consisteamur, dicentes: In multis offendimus
 omnes, & rursus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos sedu-
 cimur, & veritas in nobis non est. sed ita volumus, & ita decernimus istiusmo-
 di Pontificem digna pro factis recipere, ut sacerdotale decus penitus non
 vilescat, nec tam facile pontificalis apex terratenus incuruetur. Ita inquam
 volumus, & ita decernimus hunc, immo quemcumque Pontificem, iustae
 subditae sententiae, ut non a saecularibus quibuscumque iudicetur, non ty-
 rannice propellatur, non ante audientiam ecclesiae sua priuetur, non ab
 inferioribus, sed a maioris auctoritatis personis recti calculi sententiam
 consequatur. Ita denique volumus, & ita decernimus istius, immo vero
 cuncto-

Jacob. 3.
1. Ioan. 1.

Episcopus non
iudicetur nisi a
superioribus.

A cunctorum sacerdotum causas examinare, culpam suam punire, ut paternos
 terminos non transgrediamur, sacros canones non conculcemus, nec decre-
 talia sedis Apostolicae constituta, quibus Ecclesia tota fulcitur, atque muni-
 tur, quoquomodo violemus.

Ad extremum ita volumus, & ita decernimus, Pontificem, qualiscumque sit,
 iudicari: ut ecclesiae, cui praest, iura nulla temeritate, nulla praesumptione
 frangantur. Nullum quippe poterit Ecclesiae ius dignum seruari, si Praesul
 eius a quibuslibet, vel quoadlibet, aut quomodolibet impetatur, & pro libi-
 to cuiuscumque tanta facilitate pellatur. Quod cum ita sit, non possumus
 interim fratrem nostrum Ignatium, qualiscumque sit, non inter sanctissimos,
 & beatissimos Patriarchas connumerare. Qui licet apud vos sit tot oppro-
 brijs, tot persecutionibus fatigatus, a nobis tamen non nisi qualis a decesso-

B ribus meis habetur, creditur & veneratur; nullo quippe nostro examine
 alicuius criminis reus, nullo est nostro speciali iudicio repertus obnoxius;
 ac per hoc (cum nulla est) nulla sententia condemnandus, aut a nostri,
 ecclesiaeque nostrae communionem collegij sequestrandus, aut alicuius,
 nisi honorabilibus vocabulis appellandus. Sed nec in Photij sacerdotali
 prouectu, praestando fauore in vota condescensionis nostrae modo quoli-
 bet inclinabimus. Ergo tranquillitas tua litterarum saltem nunc tenore
 cognoscat, sedem beati Petri Apostoli in neophyto, & moecho, & Con-
 stantinopolitanorum ecclesiae in ualere Photio olim iusteque damnato, ac ni-
 hilominus praesentia synodali nuper eliso, communionis nunquam, nisi a pra-
 uaricatione cessauerit, praebituram esse consensum. Qui (ut cetera nunc omit-
 tamus) a Gregorio Syracusano, vel ceteris schismaticis institutus, immo de-
 structus, contra omne fas alterius praesidere non potest ecclesiae. Nam meri-
 to destructus esse creditur, qui a destructo aedificari sperans, etiam si qua alia
 bona fortassis habuit, nimiae praesumptionis eius temeritati communicans,
 perdidit. Nam Gregorius quomodo quemquam aedificare poterat, qui mul-
 tipliciter iam noscebatur elisus? Quomodo quemquam in aliquo Ecclesia-
 stico poterat ordine stabilire, qui Ecclesiae unitatem scindens, ipse iam vide-
 batur omnino deiectus? Sicut enim ligatus ligare, & deiectus dicere non
 potuit, sic destructus construere, & elisus quemquam ordinare nequiuit. In
 summo quippe status sui oportet eum vigore consistere, & firmis inniti per
 omnia bassibus, qui alterum vel prosternere, vel conatur statuere.

Gregorius ergo, qui canonicè, ac synodicè depositus, & anathematizatus
 erat, quemadmodum posset quemquam prouehere, vel benedicere, ratio nul-
 la docet. Igitur nihil Photius a Gregorio percepit, nisi quantum Gregorius
 habuit: nihil autem habuit, nihil dedit. Per eorum quippe, ut legitur, manus
 impositionem & inuocationem dabatur Spiritus sanctus, qui nouerant mur-
 das ad Dominum manus leuare. Ceterum Gregorius, qui transgressor factus
 est legis ad iracundiam sui magis quam ad consecrationem alicuius Spiritum
 sanctum per impositionem suae manus sine dubio prouocauit, etiam si is qui
 ordinandus erat, nullas alias haberet sibi regulas obuiantes. Hinc enim
 scriptum est: Qui obturat aures suas ut audiat legem, oratio eius erit execra-
 bilis. Si execrabilis, utique & non audibilis; si non audibilis, ergo inefficax;
 si inefficax, profecto Photio nihil praestans: nimirum qui vulneratum caput
 per illam manus impositionem potius habere dignoscitur. Porro si praeten-
 dit iniuste ab Ignatio se fuisse depositum, quid de omnibus, qui in synodo il-
 lo tempore conuenerunt, sententiaque in eum protulerunt, perhibebit? Quod
 si &

Episcopus alia
ordinare non po-
test.

Prou. 27.

si & illos iniuste fecisse dicere praesumit; quare cum eis nunc communicat, A
& quosdam eorum sacerdotio dignos existimat? Quos tamen recte prius
non iudicasse reprehendit, & sententiam, quam protulerunt, eos secundum se
debere succumbere non nescit? Sed videamus quorum iudicio, vel quorum
auctoritate Gregorius post depositionem & anathema, honorem Episcopatus
praesit, vel officium pristinum recepit. Omnes enim illum & depositum no-
runt & anathematis vinculis obligatum, ac per hoc totius Ecclesiae commu-
nitione priuatum. Iam vero si dixeritis quia ipse sibi Gregorius & honorem
resumpsit & pristinum officium recepit; audite quid Apostolus dicat: Nec
He b. 5. quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: sed
& Christus non semetipsum clarificauit, ut Pontifex fieret. Sed & venerabi-
les Antiocheni canones praecipunt: Si quis Episcopus damnatus a synodo;
vel presbyter, aut diaconus a suo Episcopo, aut fuerint aliquid de sacro mi-
nisterio iuxta praecedentem consuetudinem contingere, siue Episcopus sit,
siue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo resti-
tutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes om-
nes abijci de Ecclesia, & maxime si postea quam didicerint aduersus memo-
ratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare praesumpserint. Car-
thaginenses quoque regulam excommunicatum qui ante audientiam commu-
nicare tentauerit, ipse in se damnationem protulisse manifeste denunciat.
Si ergo secundum Apostolum nemo sibi honorem accipit, & Christus non se
clarificauit ut Pontifex fieret, qui omnes cum Patre & Spiritu sancto glori-
ficantes se glorificat, & ipse est Pontifex, de quo rursus idem dicit Apostolus:
Talis decebat ut nobis esset Pontifex sanctus, &c. Et si Episcopus, qui damna-
tus a synodo est, iuxta sacros canones, si ausus fuerit aliquid de sacro mini-
sterio iuxta praecedentem consuetudinem contingere, & ante audientiam
communicare, ipse in se damnationem protulit; ita ut nullo modo liceat ei
nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed &
communicantes omnes abijci de Ecclesia: quanta putas Gregorius poena
multandus est, qui post damnationem sui & anathema, in hac omnia com-
mississe probatur, id est & super Christum se extulit, & quod ipse non fecit,
iste & honorem sibi resumpsit, & ut Pontifex esset, se arrogantissime clari-
ficauit, & ante audientiam excommunicatus communicare, & verita usurpa-
re praesumpsit, & damnatus de sacro ministerio non solum aliquid, verum
etiam multa iuxta priorem consuetudinem tetigit? Quod certe Gregorius
agere omnino non debuit, etiam si nulla commissa existerent, pro quibus
damnari potuisset: quoniam praelati iudicium semper inferioribus formidanda
D
est, ne si ei non obedierint, licet ab eo fortassis iniuste ligentur, ipsam
obligationis suae sententiam ex alia culpa, id est inobedientia, mereantur.
Igitur praelatos damnare indifferenter, oportet horrescere. Quicumque
vero minoris auctoritatis sunt, damnare sollicitè caueant, ne maiorum suo-
rum sententiam transgrediantur: Alioquin licet iniuste nonnumquam
damnati sunt ex ipsa temeraria praeruaricatione, culpa quae nondum forte
perpetrata fuerat, & vltio quam culpa nec dum merebatur, proculdubio subse-
quatur. Nihil quippe lignum vetitum in se mortiferum habuit: sed qui inobe-
dienter ex eo comedit, mortem sibi & posteris propinauit: non quia lignum
malignum; cum quod Deus fecit, totum fecerit bonum: sed quod mala sit
transgressio, & nolenti subijci, per eam merito sit orta damnatio. Porro si di-
citis Gregorium ab imperio vestro, & ab Antistitibus fuisse receptum, per-
contari

Sententia pasto-
ris etiam iniu-
sta timenda.

Gen. 3.

A contari libet o sapientissime Imperator, quibus hoc documentis, quibus ca-
nonibus iubentibus agi rite potest, ut hi qui abijciuntur, ab alijs recipiantur?
id etiam veneranda & vniuersali synodo Nicæna de vtraque professione lu-
ce clarius inhihente? Nam a saeculari potestate nec ligari, nec solui sacro-
tem posse manifestum est: & idcirco affatim approbatus Syracusanus Gre-
gorius per imperialem tantummodo sententiam nullo modo valuisse reco-
ciliari. Vbi si Pontificum quoque sociatur assensus; quarimus verum praesef-
ferit, an fuerit subsecutus? Si subsecutus est, nihilominus ad id reditur, ut
absolutio a saeculari potestate per praescepta valere non possit, Pontificumque
secutus assensus, adulationis, vel terroris fuerit potius, quam legitimae san-
ctionis: si praesefit, doceatur a quibus, & ubi ille sit gestus, si secundum Ecclē-
siae regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si Maiorum more
B prolatus, si competenti examinatione depromptus, si ad maioris auctoritatis
Sedem, quam illa est, a qua Gregorius damnatione tenebatur obstrictus, se-
cundum Ecclesiae regulas est relatum, si ipse Praesul, qui ligauit, absoluit. Si
haec gesta non sunt, quo more, quo ritu Syracusanus Gregorius se gloriatur
absolutum, cum nec a Pontificibus ordine debito, nec Ecclesiasticis legibus
fuerit expetitus, nec a mundana potestate potuerit praeter Ecclesiae tramitem
prorsus absolui? Iam vero si dicatis; non ego absolui, sed a Pontificibus ut
solueretur postulauit: è contra illi multo magis a vobis postulare debuerunt,
ut si eum velletis absolui, legitima Ecclesiastici tenoris absolutio praeniret;
& haec omnia quae superius dicta sunt, secundum Ecclesiae tramitem serua-
rentur, praecipue cum non ab inferiori vel pari, sed a maiori persona: & (sicut
ex Apostolicis canonibus edocemur) solum ab eo qui eum sequestrauit, aut
C certè a prima Sede iure possit absolui. Inferior quippe, vel compar antelatum,
vel comparem non annuente maiori, absoluere non potest. Sola igitur po-
terior inferiorem conuenienter absoluit. Proinde inferioris loci Pontifices eos,
quos potior suus obligauerat, sine prima Sede absoluere non potuerunt.
Verum tamen, licet contra Nicænenses sacros canones praefatum Grego-
rium, qui abiectus fuerat, receperint; nunquam tamen eum a vinculo damna-
tionis & anathematis exuerunt, quem absolute praeruaricatoria potius
nexuerunt, & hunc, dum soluere nixi sunt, nodis maioribus dederunt. Qui-
nimmo dum sententiam maioris contemnentem transgressi sunt, vel etiam
suam tergiversatorio consilio, lenique sensu sibi met facti contrarij destruere
sunt moliti, pari praeruaricatione habentur innexi, & simili poena secundum
Apostolicos, & nonnullos alios canones tenentur obstricti: ita ut communi-
D cantes expelli de Ecclesia iubeantur, ac per hoc, reos reum iustificare constat
minimè potuisse, nec ligatos ligatum soluere modo quolibet valuisse. Ecce
a quibus o Christianissime Princeps, Photius est institutus, Ecce qualis est
Gregorius, qui Dormitantius conuenientius poterat dici. Quamobrem co-
gita fili carissime, tracta & tecum sedula meditatione perquire, si stare Pho-
tius possit, etiam si miris virtutibus polleat, etiam si omni scientia fulgeat,
quando qui hunc statuisse tentauit, dudum iam cecidit: & volens erigi cum
conantibus se erigere, nunquam recuperaturus denuo ruit. Consideret ergo
diuinitus vester inspiratus apex, quomodo Photius (etiam si nihil aliud
sibi iure valeat impedire) queat in sacerdotali gradu persistere: quando qui-
dem institutor suus cum hic ordinaretur, non solum sacerdotio, verum etiam
ipso carebat Christiano vocabulo: & sicut iam exposuimus, nec damnatus
iustificare, nec depositus erigere, nec ligatus potest quemquam per imposi-
tionem

Ab Ecclesia
dannatus, ab Im-
peratore non po-
test restitui.

Inferior, nec
par maiore au-
thoritate pro-
pria non absoluit.

Matth. 16.

tionem manus prouehere: impossibile est enim horum aliquid fieri. Iudica- A
te ergo mansuetissime Imperator cui potius obediendum est, Deo, an homi-
nibus: iudicate cui potius resistendum sit, potestati quam in Petro Deus om-
nipotens ordinauit, quamq; super cunctam Ecclesiam extulit, an ordinatio-
ni Gregorij Syracusani, cui dicendum est: Vae homini illi, per quem in Eccle-
siam Christi tot scandala venerunt: quiq; olim (sicut ipsi scitis) à fratre &
comministro nostro Ignatio, & à synodo quæ sub eo erat, depositus est: & vt
Apostolica sedes in eius damnatione consentiret, ab ipso confacerdote no-
stro postulata est. Sed decessores mei beatæ memoriæ Leo ac Benedictus
sedis Apostolicæ moderamina seruantes, noluerunt sic vnã partem audi-
re, vt aliæ parti nihil penitus reseruarent: Vnius quippe mediator non est.
quamobrem interim depositio ipsius à sede Apostolica non suscepta, remã-
sit infirma. Cumq; idem Gregorius per Legatum suæ partis, Zachariam no- B
mine, sedem agnouisset Apostolicã, in sua depositione nullatenus consensit
se, non gratias egit, non à cœptis in iam dictum fratrem nostrum sãuētibus
contumelijs conqueuit: sed benignitate Dei, & patientia sedis Apostolicæ
in superbia abutens, in ipsum videlicet Ignatium Patriarcham suum rediui-
ua iacula impietatis irreuerenter exacuit: & eo superstitite neophytũ in Cō-
stantinopolitanam Ecclesiã consecrauit: quin potius & aduersus sedis istius
decreta contumax esse non destitit, qui pro se, non contra se ipsius ab ea de-
creta paulo antea data, tãquã ingratus nō recolit, & veluti tergiuersator ar-
ma præparat aduersus arma, sibi tutelam salutis non modicè conferentia, &
murum destruere nititur, qui ne ipse destrueretur fortissimè custodiuit. Et
agit nunc quantum in se est, vt ea statuta prorsus habeantur inualida, quæ
cum ipse his egeret, supplex petebat, & vt fortiora essent adamãte, submissus C
oprabat, atquẽ vt sibi auxiliaretur, humiliter implorabat, necnō & contra ea
repugnantes forsitan tyrannos & sacrilegos iudicabat. Nisi enim sedes Apo-
stolica ei parceret, ille quomodo conreuerendissimum Ignatium posset de-
struere, brachium non haberet. At ille vsus est sedis Apostolicæ bonitate in
malignitate, & beneficium in patris sui conuertit exitum.

Dicite igitur ò Imperator, obsecro, cum ita sit, quomodo non debeamus
nos Ignatium non adiuuare? aut vsque ad audientiam (quantum in no-
bis est) indemnem non penitus conseruare? vel quomodo non possimus Gre-
gorium, & hos qui ex parte ipsius sunt, meritò condemnare? Quando Igna-
tius, nisi à nobis esset impeditus, sic illos canonicè forsitan sterneret, vt & eũ
nullo conamine potuissent impellere: isti qui non nobis hæserunt, quos in
adiutorium suum habere promptissimos meruerunt, nec à nobis cõsiliũ D
potuissent. sed vires suas à nobis ne frangerentur seruantes, eas aduersus
eum protinus præpararunt. Vndiq; perpendite quantum nos nunc Ignatio
debitores sumus, qui sibi obstaculũ, & inimicis eius facti sumus defensionis
vmbra culũ: quamuis nos non ideo iudiciũ istorum distulerimus, vt ei nocen-
di iacula præpararent, sed vt sic sententia in hos prolata valetudinem habe-
ret, vt à nobis examinatio præcederet: & rursus sic ab istis in eum obiecta pe-
nitentia nostræ præsentia non deesset. Quamobrem dilato parumper iudicio, &
interim infirmata sententia, missum est vtriq; parti, sedis Apostolicæ Præsuli
lis præsentandum optatibus, ac etiam (vt par est) subijciendum diffinitioni-
bus: sed dum pars Ignatij properando disponit iter, ab hostibus eius viribus
resum-

A resumptis, non iam fidem Apostolicam petentibus, non Petri memoriam fa-
cere dignatibus Ignatius trahitur, impellitur, & innumeris malis affectus, ab
Ecclesiæ regimine sequestratur. Et hoc totum factum est, eo quod prædicti
Pontifices vtrique parti æquitatem seruantes, & vtriusque lateris audientiã
postulantes, Ignatij non firmando sententiam, immo verò interim infirman-
do, inimicis eius quodammodo manum porrexerint, dum nimirum senten-
tiã in eos prolatam, nō interim auctoritate sedis Apostolicæ roborauerint,
sed vsque in præsentiam eiusdem Apostolicæ sedis differri decreuerint.
Quamobrem carissime fili, & laudabilis Auguste, quia quasi per nos inuen-
ta est Ignatij deiectionis materia: idcirco præter id quod frater adiuuari de-
bet à fratre, præter id etiam quod Petro cuius in terris, licet indigni, vicem
gerimus, Christi oraculo peculiariter dicitur: Et confirma fratres tuos. Etia Luc. 22.
hoc specialiter dicitur eũ nō solum adiuuare & cõfirmare, verum etiam (fi-
cuti ipsi potestis aduertere) totis nos pro illo viribus oportet per omnia di-
scipulare: vt videlicet totum in illo funditus aboleatur, quod per nos lædẽdi
fomitẽ aduersarijs eius reperientibus, ei violentiam inferri monstratur: to-
tumq; recipiat Christo propitio, quod, dum nos moderatè, ac regulariter ge-
rimus, ipse præiudicialiter amississe dignoscitur. Quoniam & præfati decesso-
res nostri, Leo scilicet & Benedictus beatæ recordationis Pontifices, si tale
quid diebus eorum Gregorius, vel complices eius patraffent, videlicet vt
abusi tanto compassionis & patientiæ sedis Apostolicæ circa se beneficio in
Ignatium manus suas inieciissent, aut aduersus eum, ipsis sanctis præsulibus
inconsultis, linguas suas taliter exacuissent; profectò eos tamquã ministros
inquietudinis, & ipsos se sole clarius obnoxios ostendentes, sine quauis re-
C tardatione protinus condemnassent, & tantum piaculum impietatis eorum
destruere ardentissimè studuissent. Sed quia illi diuina vocatione ab hac
conualle lachrymarum subducti sunt, hanc tyrannidem nondum intuen-
tes, nos debemus in eorum labore succedere, qui successimus in honore, in
cuiusque tempore crudelitas, quæ diebus ipsorum cœpit radices mittere,
consummata perpätuit. Proinde nos, primo quia sedis Apostolicæ de tota
ecclesiã fas habentis iudicare, moderamina retinemus: secundo quoniam
fratribus iniuriam passis subuenire debemus: postremò quia (sicut iam dixi-
mus) oportet nos in eorum labore succedere, in quorum successimus pontifi-
catus honore: quemadmodum ipsi decessorum suorum exempla secuti sunt,
& operis eorũ strenui cultores inuēti sunt: quod ipsi profectò agerēt adiuuã-
te Domino: habentes (quemadmodum illi) eiusdem zelum iustitiæ, seu pri-
uilegium dignitatis nos studiose perficere procurauimus: nimirum quod
D omittere proculdubio, sicut nosse cunctis clarè tribuitur, non valemus.
Sed dicis ò Imperator etiã sine consensu nostro Photiũ & ecclesiam retẽ-
turum, & communionem Ecclesiæ habiturum: Ignatium verò nihil per nos
meliorationis penitus adepturũ. At nos è diuerso credimus, quod Ecclesia
Christi sacros canones, & præcipuè Nicænos non tradat obliuioni, præcipiẽ-
tes videlicet, vt hi qui abiiciuntur, ab alijs non recipiantur. Credimus etiã,
quod diu mēbrũ incolume non subsistat hæres mēbris capiti nō hæretibus.
Postremò credimus, quod cetera membra (si tamen affectant viuere) ca-
put quandoque sequantur. Verum in omnibus his (secundum Aposto-
lum) non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: & ideo pro Rom. 9.
labore pietatis moras vllas, roborante nos Deo, minime fastidimus,
quia etiam nostrum est currere, diuinæ tamen est potestatis quando ei placue-
rit ad

rit ad palmam perducere. Quod autem facere Apostolicam sedem decuit, A
sicut ad omnes orthodoxos Ecclesiae Catholicae scripsimus, strenue fecit:
Dei verò est coepa perficere: nam nos vomere quidem linguae terram prof-
scindimus mentium, & in ea verborum semina spargimus: Deus autem potes
est illa & sui rore spiritus infundere, & augmento gratiae fecundare, atque
eorum quanta, & qualia vult, & quomodo vult ad vberem & multiplicè fru-
ctum perducere: quoniam nos etsi agri Dominici cultores sumus; attamen ne-
que qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.

1. Cor. 3.

Verum his ita se incùstanter habentibus, constat eos, qui semel à sedis Apo-
stolicae praesulibus perculsi sunt, sententia illius hodieq; cōstringi: ita ut eorū
nōnullos quidē prolata cōtra se iudicij tela principū tegmine munitos non
statim sauciauerint, quādoq; tamē medullitus penetrauerint, nōnullos autē
etiā post mortē susceptā cūctis execrabiles omnino reddiderint. Quotquot B
autē in ipsa cōmunionē sedes Apostolica tenuit, aut dum viuerent ab Ec-
clesia sunt vniuersali recepti, aut postmodum ab ea summa celebritate retē-
ti. Præterea illos in quorum damnatione nō consensit, singulari prærogatiua
dissoluit. Quæ ut manifestius prudentia tua cognoscat, ex his pauca comme-
morare studebimus. Primo quidem clauiger cæli Petrus & primus sessor Se-
dis istius, Simonem magum nō ferri sed linguae mucrone prostrauit. Sed
ille principum vtens virtute non solum in nequitia sua permansit, sed & ma-
le moriens, sui causa, in eiusdem damnatoris sui mortem principes inflam-
mauit. Deinde cum Asiani omnes inter ceteros, Euangelista Ioanne aucto-
re, quartadecima luna cum Iudæis putarent Pascha celebrandum; hos Præ-
sul meritis & nomine Victor à cōmunionē collegij separauit. At illi omnes
cum nōnullis ecclesiarum Præsulibus non solum huic manus minimè præ-
buerunt, verum etiam pertinaciæ redarguerunt. Felix quoq; Papa Constan-
tinopolitanum Acacium non solum deposuit, verum & insolubilibus ana-
thematis vinculis innodauit. Sed adeo est cōtemptus, vt idem Acacius, mū-
di dilectorum tuitione protectus, etiam nonnullis Romanis Pōtificibus de-
cedentibus, & officio sacerdotali iuxta præcedentem consuetudinem funge-
retur, & exceptis paucis, omnium orientalium cōmunionē frueretur.

Eusebius. lib. 5.
histor. cap. 24.Felix. III. in
epist. 3. & Libe-
ratus de causa
Nest. & Eutych.
cap. 18.Agapitus in
ep. 4. & 5. & Li-
berat. cap. 21.
Pōtifical. in Sil-
uerio & Vigilio.

Porrò Agapitus Apostolicæ sedis Præsul Anthimum Constantinopolitanū
similiter Antistitem condemnauit, & in loco eius ordinauit Mēnam, pro quo
videlicet Anthimo Siluerius & Vigilus Romani Pontifices ab Augusta
Theodora multa incommoda, sed & discrimina sunt perpeffi: sed ad restitu-
tionem eius nullatenus inclinati.

His ergo de pluribus sedis Apostolicæ magnis & præclaris rectoribus D
carptim commemoratis; quid mirum si nos pro Photio contemnimur, cum
videamus Apostolorum principem pro veritate contra Simonem defensa,
etiā mortem subire? quando quidem, licet fero, licet post multos sudores,
quandocumque tamen mundus rotus ea defendit, quæ Petrus contra Si-
monem defendisse dignoscitur: ea damnat, quæ illum damnasse describitur.
Quid autem mirum, si nobis pro Ecclesiastica correctione laborantibus ma-
num non datis, sed & duritijs redarguitis? cum videamus Victorem Papā &
martyrem, qui ideo verè victor est, quia martyr, pro Ecclesiastica traditione
penē à totius Ecclesiae præsulibus pertinaciæ redargutum: quando quidem
Ecclesia tota nunc cum illo sapit, & quod fecit laude prædicat dignum. In
quo animaduertendum, quia si tunc ille pro iustitia tanta sæueritate non
vteretur, sicuti nonnulli hortabantur Episcopi, hæcenus fortassis error ipse
mansisset,

A mansisset, præcipue cum etiam eo tantò zelo succenso, vsque ad Ephesinam
priorem in aliquibus perdurasse synodum legerimus. Quid præterea mi-
rum, si sedes Apostolica diebus tuis parvipenditur, nec ab imperio tuo, ti-
biq; subiectis auditur? cum videamus sanctum Felicem a deo ab Imperato-
ribus prædecessoribus tuis contemptum, vt ab eo anathematizatum Aca-
cium ita sua protectione munirent, vt & sede Constantinopolitana dum vi-
xit abuteretur, & in perfidia sua mala moreretur. Verumtamen propitiò
Christo, sedis Apostolicæ Pontificibus indefessè certantibus, à Catholicis
iugi fatigatione remota, tandem aliquando à sæpe fati beati Felicis sen-
tentia, id est Ecclesia tota conuersa. Et quia prædictus Acacius non est in-
uentus superstes, consequenter nomen eius in Ecclesia taceri sancitum est.
Sed & tu Imperator orthodoxe de ipso nūc cum sede Apostolica sapis, qui
B si illo tempore fuisset repertus, pro eo contra eam, & in hac causa fieres for-
tassis accensus. Ad extremum quid mirum, si pro deiectione Photij nobis
minaris? quando Antecessores tui principes pro Anthimo iam dicto præde-
cessores meos vsq; ad confessionē persequendo perduxerint? Verumtamen,
licet diutissime laborauerint, sæuerint, & tot diras aduersus eos afflictiones
commouerint: sententiam tamen eorum mutare, vel Anthimum reuocare
ad pristinum statum nullo modo potuerunt: qui licet tardè, quandoq; tamē
& ipsum Anthimum, & sensus eius cum sede Apostolica sapientes detestati
sunt: & Mennam virum sanctum ab ipsa promotum, nō sicut vestrates falso
autumant, sed cum ea hūc dignè recipientes veneratè amplexi sunt. Quis
verò tunc videns Petrum vel successores eius Simonem, præfatosq; præua-
ricatores tam fortiter debellare, non poterat indignari? & eos tamē insensa
C tos efferri penitus arbitrari: præsertim cum pro eisdem perfidis totus præter
paucissimos aduersus illos cum principibus suis pugnauerit orbis? Sed quia
veritas regi funditus humanis non potest conatibus, & præfati, quin & alij
sancti summiq; Pontifices spe freti, quæ non confundit, tot labores arripue-
runt: idcirco sol iustitiæ radios suos fortasse mittens & nebulam dissipauit
erroris, & veritatis paularim lumen ostendit: sicq; demum quantum illi de-
fensores Ecclesiae rectè sapuerint, & isti nequiter oberrauerint, tandem eui-
denter innotuit. Ira quoq; & nos (vt verbis egregij loquamur Apostoli) ha-
bentes eundem spiritum fidei, quem & Patres nostri) sicut scriptum est: Cre-
didi propter quod locutus sū) & nos credidimus propter quod & loquimur;
& confidimus, quoniam qui Abraham, contra spem dedit filium, potens est
nobis pro Ecclesia sua laborantibus & incrementa spiritalium frugum do-
nare, & earumdem frugum vberem fructum multiplicare.

Rom. 5.

2. Cor. 4.
Psal. 125.

D Vnde dicito, quæsumus, o Imperator pijsime, cuius prolixitatis inobe-
dientia, vel cuius multitudinis insolentia, aut cuius potestatis excellentia,
nos ab hac fide, vel spe debeat aut valeat saltem parumper auertere? Præ-
sertim cum beatissimus iam designatus exclamet Apostolus: Est iniquus
fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. & rur-
sus: Spes, ait, quæ viderur, nō est spes: nam quod videt quis quid sperat? si au-
tē quod nō videmus, speramus, per patientiam expectamus. Hac igitur fidei
suar spe certificati, fili carissime, nos quidem de percipienda mercede labo-
rum (etiam si vos nobis nunquam obediueritis, etiam si quātum potestis Apo-
stolicæ sedi reniti contenderitis) nullatenus dubitamus. De te tamen tamē
de dilectissimo filio vehementer ingemiscimus & tristamur: quoniam non
piorum vestigia, sed prauorum principum exempla sectatus, Apostolicæ

Hebr. 11.

Epist. Tom. 3.

G

& primæ

& primæ in toto orbe terrarum sedis edicta, peruerforum hominum suasio-
bus illectus, atq; decreta postponis, & anathematis obligamenta, quibus
persecutores Ignatij comministri nostri, Photium videlicet, qui post deposi-
tionem nimis multa de ministerio sacro contingere iuxta præcedentem con-
suetudinem ausus est, & fautores eius regulariter irretiuit, contēnis: & quasi
minus Christianus temerè paruipendis. Quod quantum sit à pio intellectu
remouendum, & à fidelium cordibus execrandum, eximius Præsul nostræ
sedis moribus & nomine Gregorius ostendit, cum de hoc scriberet, dicens:
Si sunt qui certissimè talia sentiunt, vel tenent, quia Christiani non sunt; du-
bium non est eos, quæ & ego & omnes catholici Episcopi, atq; vniuersa Ec-
clesia anathematizamus, quia veritati contraria sentiunt, contraria loquun-
tur, & rursus: Ipsi, inquit, sibi testes sunt, quia Christiani non sunt, quia li-
gamenta sanctæ Ecclesiæ vanissimè æstimant conatibus soluere, ac per hoc
nec absolutionem sanctæ Ecclesiæ, quam præstat fidelibus, veram putant,
si ligaturas eius valere non æstimant. Contra quos diutius disputandū non
est, quia despicendi per omnia & anathematizandi sunt, vt vnde veritatem
fallere se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur.

Sed si fortè dicis non debuisse nos tam concitè audita dicta credere, nec
tam ad proferendam sententiam esse procliuēs; noueris ò Imperator hoc ra-
tionabiliter posse dici, si culpa cum clamore, quemadmodum Sodomorum
& Gomorrhæorū, nō esset: si quæ de Gregorio gesta superius intimaui-
mus, tam in propatulo non extitissent: si scripta vestra, quæ apud Constantinopo-
lium contra confacerdotem nostrum Ignatium, vel circa Photium, immo ve-
ro per Photium gesta sunt euidenter, nullatenus indicassent: vel si Legatos
nostros, & epistolas pietas tua benignè suscepisset: vel si susceptas ausu temerario
nemo fallaciā deprauasset, & illas ab earum veritatis tenore nul-
latenus amouisset. At vbi piaculum non solum cum voce, sed & cum cla-
more commissum est, & sanguis insontis fratris (sicut hæcenus) clamabat
ad Deum de terra, & vestrates (iuxta quod per Prophetam de reprobis ex-
probianti s effectu perhibetur) peccatum suum, quasi Sodoma prædicau-
erunt, nec absconderunt: postquam scripta quoque vestra, id est peccatum
consummatum, liquidò demonstrarunt, postquā etiam Missos nostros auer-
satos à colloquio fidelium, & iussis nostris auersos, & epistolas nostras oc-
cultatas, atque falsatas agnouimus; quid potuimus consultius, vel cautius
agere, quàm (ne vt magis ac magis scelus, vt cancer serperet) id funditus ex-
tirparemus: & (ne vt desides & negligentes iudicemur) pro domo Dei ce-
lerem, feruidumque zelum ostenderemus? Præter hæc autem, quia falso
diuulgati fueramus, nos vel Ignatij depositioni, vel Photij promotioni
consensisse idcirco veloci studendum esse satisfactione, & Christi Eccle-
siam de hoc certificare iure præuidimus. Verum quemadmodum audita
crimina non facile credi, sed cognita sine tarditate puniri debeant; sanctus
iam nominatus Papa Gregorius & magister egregius, sapienter edocet di-
cens: Peccatum cum voce, culpa est in actione: peccatum verò etiam cum
clamore, est culpa cum libertate. Sed quid hoc exemplo nisi nos admo-
nemur ne ad proferendam sententiam vniquam præcipites esse debeamus,
ne temerè indiscussa iudicemus, ne qualibet mala audita nos moueant,
ne passim dicta sine probatione credamus; quod profectò perpetrare per-
timescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe vt nos
à præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda & aper-
ta sint

S. Grego. epist.
lib. 9. epist. 49.

Contra contem-
nentes celsuras.

Esa. 3.

Nec citò credit
crimen debet,
nec cognitū tar-
dè puniri.

S. Greg. in expo-
si. 2. psal. peni-
ten.

A ta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare: qui ait:
Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere cōpleuerint,
an non est ita, vt sciam. Omnipotens itaque Dominus, & omnia sciens, cur
ante prouocationem quasi dimittit, nisi vt grauitatis nobis exemplum pro-
ponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quàm probare? Ec-
ce per angelos ad cognoscenda mala descendit, moxq; facinorosos percu-
tit, atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est: Tu autem Domi-
ne cum tranquillitate iudicas. ille de quo rursus scriptum est: Dominus
patiens est redditor, in tanto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam
prætermisit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos
igne iudicij ante iudicij diem præuenit: & ecce malum & quasi cū difficul-
te credidit, cum audiuit, & tamen sine tarditate percussit, cum verum cogno-
scendo reperit: vt nobis videlicet daret exemplum, quòd maiora crimina
& tardè credenda sunt cum audiuntur, & citius punienda, cum veraciter
agnoscuntur.

Nos igitur quomodo ad puniendum audita mala procliuēs, aut præci-
pites fuimus, quando (sicut longe superius diximus) antequam Legati ve-
stri Arsa vir videlicet illustris spatharius, ac ceteri Romam venissent, quæ
apud Constantinopolim postea gesta fuissent veraciter agnouimus, nos iam
audita, nec tamen credita penitus habebamus? Postquam verò, idem Missi
vestri ad sedem Apostolicam peruenerunt, quæ auditu solo primitus didi-
ceramus, patefieri corā nobis, & tota Ecclesia, quæ apud nos est, manifeste
cœperunt: nec tamen nos interim ad sui damnationem quoquomodo pertra-
xerunt. Postquam verò Missi nostri, quos istuc ad hæc per ordinem, ac subti-
liter inuestiganda, & pleniter inuenienda, seu vestræ notitiæ veraciter referē-
da destinaueramus, vnā cū Leone à secretis Imperiali Legato regressi sunt:
& tam epistolam tuam, quàm cetera scripta de his, quæ Constantinopoli ge-
sta sunt, ab illo suscepimus, & diligenter inuestigauimus, eosdem Missos no-
stros, vnā cum sancta synodo regulariter examinauimus; cuncta, quæ gesta
sunt, enucleanter didicimus, omne quodq; dubietatis nubilum ex corde pe-
pulimus, ac per hoc docente magnifona Christi tuba præfato scilicet Papa
Gregorio, quod supra meminimus, sicut audita mala tardè credidimus, ita
tot probationibus cognita, citius punire necessariò procurauimus, & hoc
ritè: nam ad cognoscendam & condemnandam impietatem Nestorij, san-
cta Ephesina synodus solam epistolam eius, quàm ad beatum Cyrillū scri-
pserat, recitatam sufficere credidit. Quinta præterea synodus etiam iam
mortuos Origenem, atq; Theodorum per eorum damnanda scripta nō recte
sapuisse repertos, anathemate perculit. Sanctus quoque Papa Gelasius de
damnatione Acacij vestræ quondā vrbs Episcopi ad Dardanos scribit, di-
cens: Hic, si examinatio quaeritur, iam iudicio non erat opus, postquā litteris
suis ipse confessus est. Christi præterea cōfessor Papa Martinus Cyrrhū, Ale-
xadrinum, Sergium, Pyrrhū, & Paulum Cōstantinopolitanos, solis eorum in
sua sacra synodo scriptis recensitis, damnationi contradidit. Hęc ergo, & tot
prædecessorum meorū exempla sequentes, solenniter nos Photiū & compli-
ces eius damnasse manifestum est: præsertim cum ex vobis audierimus in
scriptis Ignatiū, qui meritò Christus Domini dicendus est, à subiectis & in-
ferioribus suis sententiæ gladio transfuerberatum fuisse, ac detrimentum di-
gnitatis propriæ pertulisse, quod aptè secundum Dauid in Saule, quem dicit
Christum Dei, nuncupatur: abiectus tamen à Domino iam dignoscebatur

Gen. 18.

Sap. 12.
Eccl. 5.

S. Greg. epist.
lib. 6. ep. 14.

Epist. 11.

Martinus in Cō-
cil. Lateran.

3. Reg. 7.
Proprijoris cō-
fessione alio te-
ste probat.

exhoruisse, regum prodit historia: qui dum ex ore pueri Amalachitæ, etiā **A** mendaciter dicentis audisset, quod occiderit Saulem, non alia certitudine requisivit, sed protinus hunc percussit dicens: Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est aduersus te dicens: Ego interfeci Christum Domini.

Verumtamen quid opus est hinc multa prosequi, cum hodieq; penes Ecclesiam Constantinopolitanam impietas ipsa vigeat, prauaricatio regnet, schismata multiplicentur? Porro si sententiam nostram exhorrescitis, & hæc alicuius valetudinis esse putatis, ne illam formidatis tantum quia in prauaricatores & contaminantes prolata est, quantum quia perpetuo constringit inobedientes, & nisi respicientes numquam omnino resoluit: Quapropter fili carissime & christianissime princeps, quem cum omnibus imperio tuo subiectis alloquimur, auferte malum de medio vestrum, tollite adulterum, **B** tollite tyrannum & peruasorem Ecclesiæ: reddite fratri & Coepiscopo nostro Ignatio ecclesiam sibi diuinitus creditam: de qua vos illum ante omnem audientiam canonicam expulistis: reddite quod tulistis, & emendate pro Deo quod contra Deum egistis: relinquite malum, conuertimini ad bonum, reuertimini ad nos, & corrigemini: & liberati à malo, à nobis nullatenus diuidemini; quoniam nos non in Photium ideo sententiam tulimus, quia homo est, quia Photius dicitur: sed quia est persona prauaricatrix, & quia viuientis Antistitis, & ea nulla ex parte legitime carentis, vsurpauit ecclesiam. Itaq; malefactum quod in ea est & in fautoribus eius punitur irrogatione sententiæ: quæ prauaricatio, quod malefictum si recedat, iam non erit illa persona; in quam sententia prolata est. Remanebit enim homo & Photius, quem non damnat in quantum homo est & hominis nomine censetur, sed in quantum **C** prauaricator & malefactor est. Si ergo desinat esse prauaricator, sententia nostra in eo locum penitus non habebit: alter enim erit quam ille, cui illata sententia est, dum incipiet esse quod non fuit, vel non esse in quem prolata sententia est: nam quamdiu in hoc manet cui illata sententia est, verè insolubilis est illa sententia. Et quantumlibet floreat ille, cui irrogata est, quantumlibet affluat honoribus, tantumlibet miris laudibus offeratur, illa sententia perpetuo constringentur. Et nisi respiscat, si non modo, certe vel post paucos, aut etiam post multos annos, aut certe quandoq; et si non vita sua carebit ecclesia, quam tyrannicè possidet, carebit tamen post mortem Christianitatis proculdubio nomine, cuius professionem inuerecundè conculcat.

Iam verò si sententia nostra se, ac fautores suos iudicat obligatos, & **D** idem cum eis posse absolui; hoc enim significare videmini, cum epistola nobis directa nos mutare voluntatem, consilium, ac sententiam sæpius exhortamini: Vtique non præ tendit iniustitiam, & esse alicuius momenti profectò non dubitat, quæ tum potuit obligare, & à qua se cum fautoribus suis possit absolui: quia non posset obligare nisi iusta. Cum autem iusta sit, non nisi damnato errore iuste resoluitur. Ergo fateatur errorem Photius cum fautoribus suis, deponant prauaricationem omnes, quos ligatos tenet iusta sententia: sed tu multo magis fili carissime, qui tantum iustitia & pietate cunctos debes superare, quatenus dissoluta prauaricatione dissoluatur quisque, consequenter & sententiæ prolatae censura: quia & Nathan Propheta palam, publiceq; in facie regis Dauid, & commissum pronunciauit errorem, & quia hoc ipse commiserit omnino non tacuit, sed cōfessione correctum

A rectum consequenter absoluit. Præterea non omittendum esse credidimus nos commemorare præterito anno per indictionem videlicet tertiamdecimam epistolam sub nomine vestro conscriptam, per Michaelem protospatharium suscepisse: quæ tantis erat verbis contumeliosis, immo blasphemis resperfa, vt scriptor eius non nisi in gutture colubri calamum tinxisse putetur, & dictatoris labia pro dictionibus venena fuisse videatur, adeo vt si cuiuspiam simpliciorum cor penetrant (non enim hæc aures prudentium suscipiunt) hunc continuo necent, nimirum tanto miserabilius, quanto mors animæ magis quam corporis per illum virulentum haustum admittitur. De cuius immanitate piaculi, licet vobis iam nos scripsisse recolamus, eadem tamen scribere vestræ sapientiæ nunc, mihi quidem non pigrum, vobis autem & multis necessarium. Denique opinati sumus, & adhuc nihilominus **B** opinamur, quod pietas vestra tandem aliquando respiscat, & de Ecclesiæ Constantinopolitanæ restaurando statu, nobis salubria sua dentibus acquiescat. Sicq; demum omnia scripta, quæ male sint compilata, non solum aduersum nos, & hanc sanctam Ecclesiam, verum etiam contra fratrem nostrum, & comministrum Ignatium, coram vniuersa imperij sui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin iam cunctis Ecclesiæ fidelibus quæ foret Apostolica sedis auctoritas, vel quæ fabricatoribus mendacis, seu inuentoribus peruersorum dogmatum immineret vltio, profectò patefceret. Impossibile est enim (quamquam nostras nos speciales iniurias curare floccipendamus) vt tantorum, ac talium sanctorum Patrum, & propugnatorum Catholicæ Ecclesiæ, ac destructorum diuersarum hæresum, atq; **C** defensorum orthodoxæ fidei blasphemias æquanimiter sustineamus, vel etiã tantæ Sedis, siue tam excellentis Ecclesiæ Romanæ, cui Deo deseruimus auctore, contumelias perferamus.

Verum quamuis & de nobis humiliter sentiamus, non tamen (conscientia dictante) vera esse quæ vos de nobis perhibetis, asseueramus: sed vt diximus, ea postponentes, illa potius quæ Iesu Christi sunt inuestigamus. Et si male congesta aduersus eius famulos, aduersus eius ordinationes, aduersus eius dispositiones stabilita priuilegia reperiuntur; nulla patientia toleramus: & non solum hæc destruere totis viribus anhelamus, verum etiam confiatoribus tantæ peruersitatis dignam vicissitudinem reddere necessario meditamur. Nimirum ne hos quis impunitos intuens, aut nunc, aut futuro tempore deinceps talia præsumat præstigia falsitatis componere, vel commenta blasphemiarum huiusmodi figmentis contradicere. Quapropter, Imperator sublimissime, diligenter propter Dominum inquirentes, atq; scrutantes, si vestra illam non fuisse præceptione tam cœnosam inueneritis confectam, immo toxicatis syllabis infectam epistolam (vt interim de tot præstigiis textentium poena taceamus) quam illi vobis zelo veritatis flagrantibus inuoluere, conuenit saltem huius sociæ accepta, & palam cunctis igne succensa per augustales vestros tam nobis, quam omnibus, ad quorum notitiam peruenit, destinatos apices competenti satisfactione à tam peruerso sensu, & tam profanis adinventionibus, quod à sensu vestro non fuerint cōmētis tradita, vos exhibere profus immunes. Iam verò si vobis in multis huius mundi sollicitudinibus occupatis surreptum est, vt talia scribere mandaretis, ne pigeat clementiam vestram hoc etiam ipsum humiliter confiteri, & legibus vestris vt huiusmodi scripta nullius habeantur momenti, decernere: ita vt penes quem reperta fuerint, impunito non euadente, ipsius

quoque saepe memoratae, ac semper execratae epistolae, vel exemplaris A
eius apices intemeratis pro reuerentia manentibus sacris dictionibus, flam-
meo dedantur igni voranda: vt & sinistrae opinionis nauo quod ex bla-
sphe mis scriptis incurreretis, carere valeatis. Et ingrati filij circa ma-
trem vestram, ex qua imperandi fastigium vos, & patres vestri ordi-
ne calitus disposito percepistis, nullatenus appareatis. Sin autem scito-
te, quoniam postquam in hac vos pertinacia persistere finerentus velle
compererimus: primum quidem congregatis cunctarum occidentalium
regionum venerabilibus sacerdotibus, dictatores, & dispositores, atque
praecipuos tantae fallaciae, seu crudelissimae derogationis sanctorum, vel
paternarum traditionum, ab omni Christiana compage remotos, Apo-
stolica freti auctoritate, diris anathematis vinculis innodabimus. Nec
non & patrum, ac praedecessorum meorum secuti vestigia, qui soliti sunt B
etiam numerosorum concilia nequiter celebrata, cassare Pontificum,
siqua socia sunt crebro dictae, vel exemplaria fortassis epistolae, quin po-
tius non solum haec, sed & omnia scripta, quae vel aduersus fratrem & Coe-
piscopum nostrum Ignatium inique confecta, vel aduersus nos causam il-
lius canonicè prosequentes furiosè deprompta sunt, perenni damnationi
mandabimus.

Deinde verò decernentibus nobiscum, & simul considerantibus eisdem
sanctissimis fratribus & Coepiscopis nostris, ipsam epistolam in stipite vi-
dentibus cunctis suspensam, vasto supposito foco, ad vituperium vestrum
coram omnibus nationibus, quae penes memoriam sancti Petri multipli-
ces inueniuntur, extremae perditioni donabimus. Quatenus his rite pa-
tratis discat pius quod amet, & crudelis quod timeat: Nam tot, & talia C
blasphemiarum commenta, quin potius veracium litterarum deprauatio-
nes audisse & tacuisse, cohibuisse est. Quamobrem venerabilis Impe-
rator, valde mihi, sicut ipse comprehendere poteris, cauendum est, ne;
si nos praestigiorum figmentis minus celeriter obuauerimus, tamquam
vera recognita, vel comprobata haec admisisse fallaciter apud stolidos aesti-
metur. Nec possumus in Ecclesia Dei dissimulando tam spurca relinque-
re germina, quae Antecessorum nostrorum beatissimorum Pontificum tem-
pore, aut numquam exorta, aut certe si vndecumque, vel quemodo-
cumque exorta sunt, eorum iudicij ligone, antequam proficerent radi-
citus extirpata sunt. Destruite ergo vos, & dissipate illa, alioquin à no-
bis fore destruenda, seu funditus dissipanda (modo quem praediximus)
antenoscite, quamuis antequam nos ista vobis scriberemus, quae nunc D
sublimitatem vestram hortamur, hoc vos sponte facturos esse putaremus:
sed quia quod putatum est, nullum effectum haecenus habuit: idcirco
nos salutem vestram illaefam manere volentes, vt hoc nunc saltem aga-
ris, affectu paterno monemus. Alioquin (vt iam praefati sumus) sic,
Deo fauente, de cetero vigilabimus, & studijs quibus possumus, insiste-
mus, vt inter exanimes computentur qui auctoritatem Petri non sense-
rint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint: ita vt nec ista,
quae perniciosè compilata sunt defendere: sed nec his similia, vt non dicam
scripto tradere, vel in mentem voluere, quis vltius audeat. Non enim
figmenta, quae ordinationi Dei resistunt, quae Euangelicis vocibus con-
tradidunt, quae sanctorum patrum definitionibus obuiant, quae synodi-
cis constitutionibus aduersantur, quae si sic dimittantur, innumera pos-
sunt

A sunt fidelibus auxilia Petri quaerentibus, inferre dispendia, incolumia sine
discrimine nostro valemus deferere, & existimationi nostrae vel nunc, vel
post decessum nostrum tantum (quod absit) nedum ad destructionem sim-
pliciorum, & mutilationem sedis Apostolicae priuilegiorum relinquere.

Itaque fili desiderabilissime & Auguste clementissime, tamquam sapien-
tissimus filius laetifica patrem tuum, & tandem aliquando maestitiam de
pectore matris tuae veluti gratissimus natus repelle, remouendo videlicet
moechum, & ei reddendo legitimum. Destruere, quae sumus, opus diabo-
li, & omnes supplantationes eius subuerte. Opus est enim diaboli, & eius
subuersitij actum est, mihi credite, vt Patriarcha pelleretur Ignatius, &
sibi ecclesiam creditam Photius adulter inuaderet: ipse quippe callidus,
& veterinosus inimicus volens inferioris dignitatis sacerdotibus impone-
re sempiternum silentium, eum, quem sublimioris auctoritatis esse conspe-
xit, impetendum primitus existimauit: & ad hunc prosternendum quot-
quot potuit vires armavit, atque totius inuidiae facibus etiam mundi prin-
cipes inflammat. Cur hoc, nisi vt dum illi eum, qui super se esset, eli-
sum cernerent, ipsi (vt pote minoris auctoritatis) pro veritate loqui peni-
tus non auderent, & tanto iam sublimioribus personis prauè agentibus,
minus audenter ex aduerso se opponerent, & tanto minus pro domo Do-
mini murum licenter conscenderent, quanto in potiore suum talia per-
petrari conspicerent. Sed tu Imperator, qui plus religione, quam brachio
carnis hostes Ecclesiae vincis, vince versutias eius, & omnia molimina ip-
sius subuerte: exaudi nos si libet, sin autem vel protectorem tuum exaudi,
& verba, quae ad Hieremiam locutus est, ad te delata cognosce. Ait enim:

C Ecce constitui te hodie super gentes & regna vt euellas & destruas, & Hierem.
disperdas & dissipas, & aedifices & plantes. Euellas videlicet, & de-
struas, & disperdas, & dissipas, iuxta competens imperio vestro ministe-
rium, omnes argumentationes diabolicas, & omnia membrorum eius
machinamenta, & praecipue illa, quae per Photium orta sunt, male pullu-
lantia germina: aedifices autem & plantes cunctarum virtutum moenia,
& honestorum odorifera morum aromata: immo quaecumque per vos
de fratris & Coepiscopi nostri Ignatij sunt dignitate destructa, & de his,
quae ad officium Patriarchale pertinent, à persona qualibet irreuerenter
euulsa.

Iam verò si vel peccatis impediens, vel peruersis hominibus suaden-
tibus, Missis imminentibus nostris, quod suadere vobis etiam ad impe-
rij vestri felicitatem nitimur, non ducitis quod gementes dicimus, ad im-
plendum, & dilationibus (proh dolor) solum decernitis fore studendum.
Scire volumus excellentiam vestram, quoniam de persona Ignatij, atque
Photij, de quorum agitur controuersia, nihil discretius, atque mitius, nec-
non & salubrius arbitramur, quam vt vterque & Romam ad renouandum
examen, quod tamen secundum indulgentiam promittimus, tenore, ac
ordine, quo iam vobis per Michaellem protospatharium significauimus, ve-
stro fauore veniat, ita vt Ignatius, qui omni est humano destitutus auxi-
lio, quemadmodum venire valeat vestro pro Christi amore collato sibi ful-
ciat iuuamine. Iam verò si epistolae per eundem Legatum vestrum, à quo
vobis modò delata non est, tenorem vel ordinem, quo diximus praenomi-
natas personas Romam fore venturas scire cupitis, à praesentibus Missis
nostris exigite, & hunc nosse plenè valebitis. Siquidem illis exemplaria
episto-

epistolarum, quas magnitudini vestrae necnon Photio per Rhodoaldum, **A**
& Zachariam tunc Episcopos direximus, scripta pro collatione cum au-
thenticis facienda tradidimus: cum quibus etiam exemplaria epistola-
rum, quas vobis & Photio per Leonem à secretis misimus, & huius, quam
per Michaelem protospatharium nos destinasse praediximus, secum nihi-
lominus deferendum contulimus. Iuxta ergo tenorem & ordinem, quo
praefatas personas ad iterandum iudicium huc venire decreuimus, latius
sagax industria vestra reperiet, quem nos in hac fastidium prolixitatis de-
clinantes, replicare refugimus. His igitur, inspirante Deo, ita vestrae Sere-
nitatis auribus intimatis, sciat à Domino redimitum imperium vestrum
Missos sibi à Praesulatu nostro (Deo auctore) destinatos, Donatum videli-
cet reuerendissimum & sanctissimum sanctae Ecclesiae Ostiensis Episco-
pum, & religiosos, ac venerabiles sanctae Romanae Ecclesiae Leonem tituli **B**
sancti Christi martyris Laurentij, qui appellatur Damasi, presbyterum atque
Marinum Apostolicae nostrae sedis Diaconem, quos benignè clementia ve-
stra suscipiens, utpote Christianae religionis cultrix, in omnibus pie tra-
ctet, & intactos quamdiu vos penes remorantur, & indemnes prorsus ma-
nere decernat: quin & aditum, simulque locum, quae iniuncta sunt sibi vobis,
licenter exponendi congruum eis, ac sufficientem impartiri dignetur. Sicque
demum in quibus Deus annuerit, & cordi vestro impetrauerit, ordinatis,
illatos ad nos protinus eos, & absque qualibet impediende molestia, re-
dire sinat.

Sed quoniam in Dei omnipotentis seruitio diriguntur, per ipsius terri-
bile nomen, quod est Trinitas inseparabilis: & per horrendum diuinum iu-
dicium, in quo ante pauendum Christi Dei nostri tribunal omnes astabi-
mus, & districtam reddituri sumus pro meritis rationem, vos adiuramus, **C**
& totis praecordijs obsecramus; ut eisdem Missis nostris apud vos positis,
nullam laesionem, vel cum reuerti inde voluerint, obstaculum inferatis,
neque inferre alium quemlibet permittatis: quin potius à cunctis insidia-
torum molitionibus eos intrepidus & securos reddatis. Quatenus illis ad
nos, etsi vestram vobis salutem suadere possunt, efficacibus redeuntibus,
cunctis gentibus pateat quantum Deum coronatorem vestrum, pro cu-
ius Ecclesiae pace, atque correctione, legatione perfuncti sunt, honoretis:
& quantam reuerentiam principum Apostolorum, à quorum Sede profes-
sti sunt, praec oculis habeatis. Siquidem nos, o tranquillissime Imperator,
illos non ad synodum celebrandam destinauimus, non ad lites & conten-
tiones excitandas direximus. Scimus enim, quod, docente Apostolo, ser-
uum Domini non oporteat litigare: sed hoc torum est, pro quo misimus, vi-
delicet, ut seruata Apostolicae sedis auctoritatis reuerentia, restauratio-
nem ecclesiae Constantinopolitanae status sui recipiat, & pax & vnanimi-
tas sanctis Ecclesijs, & imperio vestro reddatur, atque perpetuis (Deo pro-
pitio) temporibus custodiatur: necnon & nomen vestrum diutinis, ac pro-
speris crescat successibus. Et quemadmodum piorum praecedentium Au-
gustorum miris hic post funus praeconijs attollatur, & in caelis aeterni re-
gni beatitudine perfruatur. Alioquin secundum Apostolum, verbum Dei **D**
non est alligatum, qui rursus ait: Viuus enim est Dei sermo, & efficax, &
penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem
animae, ac spiritus; compagum quoque ac medullarum, & discretor co-
gitationum & intentionum cordis. quo vsi nec inobedientes, nec aduer-
santes

Rom. 14.

1. Tim. 2.

2. Tim. 2.
Hebr. 4.

A santes Ecclesiae Dei, nec molestiam inferentes famulis eius dimittere quo-
quomodo poterimus impunitos. Qui habet aures audiendi audiat: quae **Matth. 11.**
nos omnia licet strictim, idcirco dicimus & satagimus, necnon & diligen-
ter exequimur, ut plurima commemorare praetermittamus. Primò, ut nos
de talenti acceptance, quam in priuilegiorum quantitate percepimus distri-
ctam, si pigri reperiamur, coram summo iudice cogamur reddere rationem.
Secundò, ne in irregulari deiectione Ignatij confacerdotis nostri & fra-
tris, vel in promotione Photij quoquomodo consensisse putemur. Tertio,
ne sacerdotalis ordo tam ignominiose vilescat, ut Domini ministri & sa-
crum corpus eius tractantes, atque sancti Sanctorum eius velamina pene-
trantes, & praecipue summum in dioecesi sua locum retinentes, tam facile
decetero impellantur, & à vulgaribus quibusque ac inferioribus suis, necnon
B & laicis prosternantur, & absque villo examine, aut comprobato crimine,
gradu proprio, & ecclesia sua priuentur. Quartò, quoniam manifestum
est, qualiter sede Apostolica in Gregorij Syracusani & sociorum eius dam-
natione non consentiente, ipsi, modo quem praediximus, ad hanc excitanda
furrexerint: & nunc nisi nos hęc corrigamus, vel puniamus, veremur ne no-
bis deputetur in culpam. Nimirum qui successores sumus eorum, quorum
ipsi benignitate abusi: licet nobis inconsultis ad ista prolapsi sunt. Quintò,
ne ipsum quoque imperium vestrum, vel successorum vestrorum tam leui-
ter aduersus Ecclesiam Dei, vel praesules eorum peruersae suggestionis flati-
bus commoueantur.

Vnde pietatem vestram obsecramus, & coram Deo & sanctis angelis
eius contestamur, ut obediat is nobis, & nos in hac vita potius audire cure-
tis, hortantes atque rogantes, quam beatum Petrum caelestis regni clau-
gerum in futuro sentiat is accusantem, atque damnantem. Nam si nobis
non obedieritis, ipse contemnitur, cuius vices gestamus, & auctoritate cla-
mamus. Porro si illum contemnit is, ipsi iam considerate quid de vobis erit,
vel quam in terribili iudicio Dei rationem dabit is, qui in tanta sublimitate
positi, per exemplum vestrum cunctis subiectis vestris vltimi exitus praeci-
pitium demonstratis: non solum autem in praesenti tempore, verum etiam
in futuro, Imperatoribus videlicet & cunctis mundi principibus, necnon &
omnibus omnino fidelibus. Exhorrescite igitur tot hominum exemplo ve-
stro pietatem destruere: formidate tantarum animarum operari periculū:
pertimescite fidelibus ad salutem fortè tendentibus, tantam perniciem
praeparare: & pro his omnibus coram districto iudice sine quibuslibet excu-
sationis ambagibus de omnibus rationem omnimodam dare. Quoniam
D quot exemplo vestro ad talia fuerint deuoluti, de tot animarum dispendio
eritis prorsus obnoxij; & tot proculdubio (quod non optamus) poenas lue-
tis, quot noxiae actionis vestrae forma, inobedientiae chaos dimergitis. Quae
omnia, pietate vestra nobis obediēte, auertat Dominus: nam ista nos
pro salute vestra prosequimur & exigimus. Vnde ne irascaris, si te tan-
tum diligimus, ut temporale regnum, quod affecutus es, te velimus habere
perenne. Et qui imperas nunc hominibus, regnes cum Christo; & qui cras
moriturus es, vitam percipias, & gloriam aeternam. Data Idus Nouem-
bris Indictione xv.

EPISTOLA X. B. NICOLAI PAPAE I. A

PERCENSET omnia, quæ à die, quo Constantinopolim missi sunt Rhodoaldus & Zacharias, fuerunt acta. Item commemorat concilij Romani decreta; repetitque omnia, quæ in superiori epistola dicta sunt de promotione Photij, & de Gregorio Syracusano, qui Photium consecrauit, & de epistola Imperatoris, quam comburi iubet.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerendissimis & Sanctissimis confratribus nostris Ar-
chiepiscopis Metropolitanis, & Episcopis Constan-
tinopolitanæ sedi subiacentibus, atque vni-
uerso venerabili clero Constantinopo-
litanorum ecclesiæ. B

Extat in octaua
synodo act. 7.



NA quæ nuper apud Constantinopolim gesta sunt, hætenusq; geruntur, sanctitatem vestram non credimus ignorare: sed qualiter zelo zelati pro domo Dñi, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis, more decessorum meorum sollicitudinem omnium Ecclesiarum Dei circumferentes, nos de his egerimus, vel disposuerimus, vobis non tam breuiter, quàm veraciter intimamus. Igitur postquam audiuius, quòd quidam vestrum inuidiæ facibus accensi, & superbiæ fastu arroganter elati, more Iudæorum contra pastorem & magistrum suum, fratrem videlicet cõministrum nostrum Ignatium, ecclesiæ præfatæ sanctissimum Patriarcham insurrexerint: quidam verò instar viperarum, ac parricidarum parentem proprium, eundem scilicet beatissimum virum, ferinis dentibus impetierint, & ab ecclesia ipsa, cui iure præsidebat, tyrannidis suæ cornu penitus remouerint, acerrimis doloribus angustiati, atque mœroribus vehementibus cruciati, cœpimus qualiter erga eum viscera benignitatis (vixote circa fratrem) ostenderemus, sedula meditatione tractare. Scriptum quippe est: Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Maximè cum schisma in iam dicta vrbe, & in adiacentibus sibi ciuitatibus, propter quemdam Photium ex foro & sæculari militia & habitu, atq; à palatinis ædibus educum, ac subito tonfuratū, & in eadem ecclesia contra sacros canones promotum, non modicum audiremus obortum. Alijs videlicet Photij promotionem defendentibus, alijs autem hanc tamquam inconuicta & superstite Ignatio factam, meritò detestantibus. D

Ioa. 3.

Schisma pro-
pter Photium.

Sed dum quod hinc à nobis fieri deberet, vel qualiter tanti rumoris certitudinem nosse possemus, incessanter & anxie cogitaremus: ecce repente cū epistola regia quidam Episcoporum, quorum vnus erat Cangrensum Metropolitanus, cum Arsa viro glorioso spathario, angustalem ferentes legationem ad sedem Apostolicā peruenerunt, accusationes quasdam in scriptis aduersus iam fatum consacerdotem nostrum Ignatium, & in verbis excusationes pro Photio deferentes, & vt à sedē Apostolica Missos daremus, qui scandala illa sedarent, & schismata dissiparent, magnopere postulantibus: Quibus ritè susceptis, & legationis iniunctæ sibi, seu epistolæ de latæ imperialis inspecto tenore, mæstitiam, quam prius rumor solus in corde nostro pepererat,

A pepererat, casuum euidenter ostensorum certior confestim relatio multiplicauit. Quapropter quia (sicut diuinitus inspirata sapientia vestra nouit) cunctarum Christi ouium cura constringimur, cum vices illius per abundantiam cælestis gratiæ geramus, cui specialiter à Deo dicitur: Pafce oues meas, & rursus: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Non potuimus dissimulare, aut negligere quominus visitarem oues dispersas & dissipatas, vel quominus confirmarem in fide & moribus bonis fratres nostros, & proximos.

Cura omnium
Christi ouium
Petro successo-
ribusque com-
missa.
Luc. 22.

B Et quia inter cetera, quæ de schismate iam fata Constantinopolitanae ecclesiæ, hi, qui missi fuerant, testabantur, maxime eandem Ecclesiam ab Iconomachis recidiuam contemptionem excitantibus asserant vexari, Christumq; per singula conuenticula blasphemari: idcirco duos Episcopos, qui nobiscum erant, quiq; ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis esse videbantur, Rhodoaldum scilicet & Zachariam vnà cum ecclesia, quæ apud nos est, datis litteris tã ad Augustum, quàm ad Photium scriptis Constantinopolim, idem nimirum piaculum execrantes, è latere nostro direximus, nihil eis penitus iniungentes, nisi vt tantummodo causas Ignatij Patriarchæ, qui antea de ecclesia pulsus, quàm ab aliquo accusatus extiterat, diligenter inuestigarēt, & sedi Apostolicæ plenis & veracibus referret indicijs (quemadmodum Iob beatissimus edocēs) Causam, inquit, quam nesciebā, diligentissimè inuestigabam: Photij verò consecrationem non solum minime interim admittēdam esse credidimus, verum etiam ipsis Legatis nostris, ne cum illo, nisi quæ cum laico vsq; ad noticiam nostram communicarent, frequenti ac omnimoda iussione præcepimus. Quoniam sicut magniloquus

Iob. 29.

C Leo Papa scribens ad sanctum Flavianum dicit Antistitem: Nos qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis præiudicium diffinire, priusquam vniuersa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus. Tantum eis de venerabilibus Domini nostri Iesu Christi, eiusdēq; genitricis sēper Virginis Mariæ, ac Sãctorū ipsius imaginibus, quicquid quæstio afferret, iuste, ac piè diffinire licētiam dātes, quæ cūcta ita esse, vt dicimus, litteræ nostræ, quas augustæ māuetudini, necnon & Photio per eosdem Missos nostros destinaueramus, si ita sunt apud vos, quemadmodum à nobis fuere transmissæ, patenter poterunt indicare. Nam si nos pro diffinienda controuersia fratris nostri Ignatij tunc Legatis nostris quicquā præcepimus, vel eum damnationi subijci decreuimus, vt quid nec sententiam diffinitiuam suscipere, licet non dignè, nec legitimè decertaerint, attamen quantumcumq; & quomodocumq; contradixisse, ac ne deponeretur restitisse, probantur: siquidem, vt cetera nunc cõmemorare differamus, in epistola imperiali didicimus, quomodo illi non solum consensum noluerunt ipsius præbere damnationi, verum etiam qualiter ne tantum piaculum committeretur, interdixerunt: cui profectò & ipsi minimè contradicerent, si vt depositioni eius interessent, nos sibi mandatū tribuisse recolerēt: & carissimus filius noster pius Augustus, nisi illos præter iussionem nostram egisse claresceret, eos & nobis commendare, & super huiusmodi noxa transgressionis excusare nullo modo studeret. Iam verò si dicitis quamobrè illos deposuerimus, cum eos in damnatione sæpefati Patriarchæ consentire noluisse, tam sciatīs manifestè respondemus, quia nihil illis bonum profuit inchoasse, & in bonitate minimè perdurasse: quoniam qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Quid enim proderit alicui pro veritate primum

Epi. 10.

Matth. 10.

quidem

quidem impetum dare, & post paululum aut suasionibus, aut terroribus, aut aliquolibet vitio à veritatis tramite declinare? Porro si Vitalis & Misenus à beato Felice Papa honore pariter & communionem priuati sunt, qui olim ad talia, quemadmodum isti nunc vel impulsu vel dilapsi sunt; quanto potius isti pari debent vitio succumbere, qui parè quidè prauaricatione, sed non pares, immo Cōstantinopoli nullas pœnas, sicut illi quondam perpeffi sunt? Porro si nos ideo Missos nostros destinassemus, vt vice nostra Ignatij essent negotij iudices, quemadmodum imperatoria perhibebat epistola, per Leonem à secretis missa, quæ atrocinale illud Concilium, in quo Ignatius deponi putatus est, iudicium nostrum fuisse non veraciter assererat: profectò anterioris litis motionem, atque omnis initium cōtrouersiae, sedem ei propriam restitui procul dubio censuissimus, vt legitimè nimirum reciperet, quod nulla lege dictate perdidit: atque per Ecclesiasticum canonè resumeret, quod illi potentia saecularis ademerat: quatenus sic deinde sede propria, necnon & omnibus suis ante receptis, viribusque resumptis, vestitus iam & armatus, cum accusatoribus suis certaminis campum & litigij confictum posset arripere. Quod cum in mundanis negotijs legibus fieri censeatur, multo magis, vt in Ecclesiasticis atque diuinis obseruaretur, debuit praeuideri.

Præterea quando præfatos Missos à nobis direximus, epistolam quam eis mansuetissimo Imperatori (sicut prætulimus) dandam tribuimus, in tribus voluminibus, vno eodemque tenore, ac eisdem syllabis scribi præcepimus. Et vnum quidem ex his apud nos pro futuro testimonio retinuimus, suspecti videlicet iam de fraudanda epistola: quod postea probauimus. Aliud verò (vt præmissum est) iam memorato pio Augusto eis dedimus offerendum. Porro tertium eisdem Legatis nostris præbuimus, iniungentes, vt hoc sibi ad instructionem suam tamquam speculum præ oculis iugiter habitum reseruarent, & cum Cōstantinopoli conuentus fieret sacerdotum, in quo à Legatis nostris comminister noster Ignatius fuerat audiendus, si præfatus Augustus nollet ibidem sibi missum recitari epistolæ nostræ volumen, ipsi hoc, quod illis apud se retinendum dederamus, quodque vniuersi formæ per omnia cum ceteris duobus, quorum iam mentionem fecimus, erat, in ipso conuentu legerent, & ad notitiam omnium vestrum quomodocumque perferrent. At illi peruenientes Cōstantinopolim, minis imperatoriae potestatis (sicut ipsi postea fatebantur) deterriti, spretis monitis nostris, ac epistolis sibi à nobis coram tota Ecclesia nostra datis; immo postposito timore Dei (sicuti postea claruit) in contrarium vertere omnia, quæ sibi fuerant imperata. Denique & cum Photio adultero, Ecclesiæ inuasore, atque neophyto, quod sibi multipliciter prohibitum fuerat, inter sacrosancta mysteria communicauerunt: & Ignatium virum senem & sanctum, ac per duodecim annos innocenter Ecclesiam Dei regentem, & nobiscum & vobiscum atque cum vniuersali, & orthodoxa Ecclesia communicantem, Cōstantinopolitanorum factioni perniciosissime concinentes, damnauerunt: & sacerdotalibus infulis expoliati ab ecclesiæ regimine modis omnibus expulerunt. Quem non ita iustificamus, vt nihil hunc reprehensione dignum admisisse dicamus: pro quo fortasse merito poterat, legitima discussione facta, quodlibet canonicè iaculū pati sententiae: cum scriptum in Apostolicis litteris confiteamur, dicentes: In multis offendimus omnes. & rursus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed ita volumus, & ita decernimus, istiusmodi Pontificem digna pro factis recipere, vt sacerdotale

decus

Iob. 3.
I. Ioan. 1.

A decus penitus non vilescat, nec tam facile pontificalis apex terratenus incuruetur. Ita inquam volumus, & ita decernimus, hunc, immò quemcumque Pontificem iustæ subdi sententiæ, vt non à saecularibus quibuscumque iudicetur, non tyrannicè propellatur, non ante audientiam ecclesia sua priuetur, non ab inferioribus, sed à maioribus auctoritatis persona recti calculi sententiam consequatur.

Ita denique volumus, & ita decernimus, istius, immo verò cunctorum sacerdotum causas examinare, culpasque punire, vt paternos terminos non transgrediamur, sacros Canones non conculcemus, nec decretalia sedis Apostolicæ constituta, quibus Ecclesia tota fulcitur, atque munitur, quoquomodo violemus. Ad extremum ita volumus, & ita decernimus, pontificem, qualiscumque sit, iudicari, vt Ecclesiæ, cui præest, iura nulla temeritate, nulla presumptione frangantur. Nullum quippe poterit ecclesiæ ius dignum seruari, si Præful eius à quibuslibet vel quandolibet, aut quomodolibet impetatur, & pro libito cuiusque tanta facilitate pellatur. Quod cum ita sit, non possumus interim fratrem nostrum Ignatium, qualiscumque sit, non inter sanctissimos, & beatissimos Patriarchas connumerare: qui licet apud vos sit tot opprobriis, tot persecutionibus fatigatus: attamen non nisi qualis à decessoribus meis est habitus, creditus & veneratus, habetur, creditur & veneratur, nullo quippe nostro examine alicuius criminis reus, nullo est nostro speciali iudicio reperiendus obnoxius: ac per hoc nulla est nostra sententia condemnandus, aut à nostris ecclesiæque nostræ communionem collegij sequestrandus, aut aliquibus nisi honorabilibus vocabulis appellandus: sed ad narrationis ordinem redeamus. Missi præterea nostri tandem reuersi, nihil aliud renūciauere, nisi depositum Ignatium, & Photium in sede Cōstantinopolitana firmatum.

C Post duos verò dies Legatus à nobis imperialis, nomine Leo, à secretis susceptus, duo volumina obtulit, quorum vnum depositionis Ignatij gesta continebat, alterum autem de sanctis habebat Imaginibus acta, per quæ videlicet cognouimus quia nec Imperator epistolam nostram, qua fratrem & Coepiscopum nostrum ad solam audientiam ante conspectum Missorum nostrorum accersiri decreueramus, in depositione ipsius confacerdotis nostri, quæ prius, sicut putatur facta est, ostendit: nec iidem Missi nostri parilem eius, ac per omnia consimilem, quam eis in Episcoporum conuentu recitare iusseramus, demonstrare curauerunt. Sed nec, quantum in eisdem voluminibus in latinum sermonem ex graeco translatis, reperitur, ordo legitimus, & à sanctis Patribus vstris in lectione ipsius epistolæ extitit obseruatus. Quamuis & in his quæ in cōuētu, qui posterius pro sacris Imaginibus collectus est, ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa mutata, plura subtracta reperiantur, & per omnia talis effecta sit, vt aut nihil, aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comministri nostri Ignatij disposuisse causa videremur. Quicquid enim de ipsius recessu vel præiudicio, quicquid de sententia non à Romano Pontifice secundum morem in eum prolata, quicquid de violatis paternis diffinitionibus, quicquid de Photij scripseramus irregulari promotione, saltu quodam calliditatis transcendentis, etiam sanctorum Patrum instituta, quæ sancti Spiritus afflatu sunt edita, ne ad Concilij peruenirent notitiam, more suo falsidici transcederunt, & cum diuinitus attributa talenta fuerint, velut in quodam silentij sudario ligata sub terra penitus absconderunt. Quo cōperto moleste tulimus, & quid sine Missis nostris actum fuerit, confestim intelleximus, qui talia cum Missis nostris perpetrata fuissent,

Epist. Tom. 3.

H

paten-

patenter agnouimus. Aut enim iusta fuerunt quæ misimus, sicq; consequenter oportuit ea seruari, aut si iusta putata non sunt, in quo iusta non fuerint per aliud saltem scriptum exponi, & nobis referri, & summa ratione debuerunt patenter ostendi. In nullo tamen oportuit ea vel ecclesiæ, quæ apud vos est, cognitione priuari, vel aliqua falsitatis deprauatione fraudari. Detulit præterea idem Leo Imperialis Legatus augustales litteras deprecantes, quatenus & in depositione Ignatij, & in confirmatione Photij consensum præberemus, & subscriberemus. At nos (diuina docente gratia) dum idem adesset Missus, conuocata tota, quæ apud nos est ecclesiæ decreuimus, & statuimus, atque professi sumus coram ipso, & coram eadem sancta Ecclesiæ, sicuti est nunc, per eandem, ac per vos profitemur coram vniuersali sancta Christi Ecclesiæ, pro deiectione Ignatij, vel cõsecratione Photij nõquã misisse, nõquam misuros esse, & in depositione Ignatij, & promotione Photij numquam consensisse, numquam consensuros esse. Ex his sæpius dictis, & palam annunciatis, atque in Apostolatus nostri epistolis taliter insertis, & eidem Leoni à secretis tam Imperatori, quàm Photio ad defendendum datis, hunc à nobis remisimus.

Igitur cum hæc gerebantur, nõdum Rhodoaldus & Zacharias Episcopi, quos (vt præmissum est) Constantinopolim miseramus, confessione propria, vel synodali examine conuicti erant, aut patenter ostensi, quod ipsi deposuissent Ignatium, vel communicassent adultero Photio: quamuis hoc & illa Concilia, quæ imminentibus illis Cõstantinopoli celebrata sunt, videlicet tam id quod aduersus Patriarcham Ignatiũ, quàm id quod pro factis Imaginibus collectum est, patenter innuerint, & imperialis epistola clare denũciauerit, atq; præfatus Leo à secretis regiis, his negantibus, in facie sæpissimè, atq; cõstãtissimè coram nobis, & primoribus ecclesiæ nostræ iã direxit. Sed procedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romã uenientium, quinimmo persecutiones à fautoribus Photij commotas fugientium, sensim eisdem cœpit Episcopos muneribus fuisse corruptos diffamare, & quod communicassent Photio, & deposuissent Ignatium, diuulgare. Quo audito, nimio mœrore repleti, qualiter ab Ecclesiæ Christi, cui diuina dignatione præsumus, non habente maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sinistram procul faceremus suspensionem, videlicet, ne in hanc saltim tenuis, subfannandi oriretur occasio, cogitare cœpimus, & mente reuoluere. Tunc conuocato multarum prouinciarum occidentalium regionum sanctissimorum Episcoporum cœtu, & collecta sancta synodo in Ecclesiæ Dei, in qua beatus Petrus Apostolorum princeps corpore redolet, & virtutibus emicat: deinde propter frigidiorum locum in Ecclesiæ Saluatoris, quæ ab auctore appellatur Constantiniana, & quæ prima in toto terrarum orbe constructa est, ibique recitatis omnibus scripturis, de græco sermone in latinum conuersis, tam videlicet nefanda synodo, quæ per iam fatum Leonem à secretis Apostolicæ sedis delata est, quàm etiam imperiali epistola: In quibus omnibus existimata depositio Ignatij continebatur: & deductus in medium Zacharias tunc Episcopus, quia Rhodoaldus propter absentiam haberi ad præsens non poterat, & discussus, & diligenter examinatus, inuentus est in depositione Ignatij, & communionem Photij omnino culpabilis, in quo idem Zacharias se obnoxium recognoscens, proprio ore, ac proprio scripto se Constantinopolim à sede Apostolica directum iisse, & quæ sibi à nobis agenda fuerant, iniuncta neglexisse: ac quæ sibi fuerant prohibita,

Eph. 5.

De excellentia
Ecclesiæ Lati-
ranen.

A bita, peregrisse confessus est: Ignatium scilicet sine iussione Apostolicæ sedis depõnendo, & Photio contra nostri apostolatus perceptionem cõmunicando. Tunc, decernente sancta nobiscum synodo, depositionis & excommunicationis suæ sententiam, præfatus Zacharias accipiens, foueam, quam aliis præparauit, incidit. Alterius, idest Rhodoaldi, examinatione propter absentiam, usq; ad aliam synodum protelata, ad quam canonicè sæpe inuitatus, qui occurrit depositionis & excommunicationis sententiam, quam cõplex eius promeruit: in super & anathematis, si cum Photio decetero communicasset, obligamentum meritò non euasit. Dignum quippe fuit, vt par iniquitas, par gigneret utriq; iudicium, & æqualitas esset in retributione, quibus parilitas extitit in transgressione. Nam quia idem Rhodoaldus obiecta non diluit, vera esse, quæ de illo dicebantur, etiam si alia nulla constarent indicia, examen subterfugiens omnino firmavit. Et idcirco iure illi non profuit absentia, quam ipse non casu accedente, sed voluntate propria ministrante (quemadmodum Nestorius quondam, & Dioscorus) sibi procurasse probatum est. Nam (vt sanctus Papa Bonifacius in Decretali suo docet) manifestum est confiteri eũ de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi se occasione non vitur. Nihil enim interest, utrum in præsentis examine omnia quæ dicta sunt, comprobentur, cum ipsam quoq; pro confessione procuratam toties constet absentiam.

Hinc etiam egregius sedis Apostolicæ Præsul, & magnus Ecclesiæ propugnator scribit Hormisdæ: Soli, inquiens, declinãt examen conscientia, quæ iussa sunt non tenentes. Sed vt quid multa prosequamur, cum iuxta quod Dominus dicit: Iudicio quo iudicauerunt, iudicatum sit eis: & in qua mensura mensi sunt, remensum sit eis. Contigit enim illis quemadmodum Vitali quondam & Miseno Episcopis, qui sicut isti Constantinopolim missi, eorum pro quibus destinati sunt, aduersæ parti communicando, non executores, sed impugnatores inuenti sunt. De quibus beatus Felix Apostolicæ sedis Antistes, & Alexandrini Perri, seu Constantinopolitani Acacij Præsulum damnator, Imperatori Zenoni scribens, inter cetera: Vitalem, ait, atque Misenum, cur vel impulsi ad ista consenserint, honore simul & communionem Apostolicam censuram priuauit, quoniam factum est, sicut ipse Cyrillo abbati Acymetensi scribit, vt eorum præuaricatione deciperetur populus Christianus: qui rursus de eis mentionem faciens, ad iam fatum principem de eorum transgressione dicit: Plebi sua sum est Christianæ nos talibus præbuisse consensum, quos mox regressi sunt, præuaricatio impune non habuit. Nam eos apud beatum Petrum Apostolum sancta mecum synodus residens, dum conuicti plura mentirentur, ordine & communionem nudauit: ne eorum incorrecta perfidia securitas proueniret inimicis. Porrò, quæ in superius memorata venerabili & sancta Synodo vnanimiter, ac consonanter de Photio usurpatore, ac inuafore Constantinopolitanorum ecclesiæ, atque fautoribus eius: seu de fratre ac confacerdote nostro Ignatio Patriarcha: vel de his qui ex parte ipsius sunt: necnon & de sacris Imaginibus canonicè, rationaliter, catholiceq; statuerimus & promulgauerimus, subter annexis Capitulis declaratur.

PHOTIVS, qui ex schismaticorum, & se à sanctæ communionis participatione auertentium parte esse dignoscitur, & ex sæculari ministracione, atque militia, & ex foro subito tonsuratus, à Gregorio Syracusano dudum Episcopo, à synodo damnato, & ab Apostolica sede conuicto Episcopus Epist. Tom. 3. H 2 ordina-

Epist. 3.

Math. 7.

Cap. 1.
Photij dãnatio.

ordinatus est: & viuentē ac superstitē confacerdote nostro Ignatio sanctae A
ecclesiae Constantinopolitanae Patriarcha sedem ipsius inuasit, & in spon-
sam, quam à Christo sponso immaculatam custodiendā, veluti amicus spōsi
perceperat, non per ostiū, quod Christus est, sed aliunde ex aduerso in ouile
Dominicum more furis, atq; latronis ingrediens, ac si violentus, rapax & sce-
lestus adulter irrupit. Deinde cum damnatis & anathematizatis, atq; cum
his, qui ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, à decessore
meo sanctae memoriae Benedicto Papa fuerant obligati, quotidie, ac indiffe-
renter communicans, & conuersans contra fidem promissam, contraq; suam
professionem, qua pollicitus est se aduersus iam fatum Patriarcham nullum
sinistrum consilium esse facturum, congregauit Concilium, & vnā cum se-
quacibus suis depositis & damnatis excommunicatis & anathematizatis, B
& aliis sine sedibus, atque cum his, à quibus vel ille irregulariter & illicitē
prouectus fuerat, vel quos ipse temerē, ac indebitē prouexerat, contra eum-
dem fratrem, & comministrum nostrum Ignatium depositionem facere, &
anathema dicere ausus est. Deinde Apostolicae sedis Missos, quos pro causa
sacrarum Imaginum, & pro inquirenda & nobis renuncianda iam fati Pa-
triarchae deiectione, & ob inueniēdum modum promotionis huius neophy-
ti destinaueramus, quibus potuit argumentis à nostris mandatis auertere
(more Acacij quondam Constantinopolitani haeretici Patriarchae) praesumi
psit, & ad processionem, quae ei cum comparibus suis habebatur, sicuti eorū
professione patefactum est, & sancto Spiritu reuelante, venerandae synodo,
quae à nobis collecta est, claruit, ad damnatorum & schismaticorum cōmu-
nionem, contempta legatione, quae vel Gentilium more seruari debuit,
pertraxit, & in illusionem beati Petri Apostoli, à cuius sede profecti fuerāt, C
non solum inefficaces redire fecit, sed etiam impugnatores omnium, quae
fuerant mandata monstrauit. Postremò Episcopos, qui ei tamquam adulte-
ro & peruafori communicare noluerūt, exilio relegauit, & sui sceleris com-
plices in eorum surrogare locis non timuit. Et vsque hodie Ecclesiam Dei
diuersis persecutionibus impugnare non desinit: ita ut fratrem & Coepisco-
pum nostrum Ignatium sanctissimum Patriarcham inauditis poenis & hor-
ribilibus tormentis afficere non quiescat. Sed & omnes quotquot pro veri-
tate & fide cum eodem persistere comprehenderit, quibus prauallet modis
perdere impratermisse moliatur.

Haec & his similia contra Euangelicā, Apostolicā, Prophetica, atque ca-
nonica instituta se efferens, sit Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorū
principum Petri & Pauli, ac omnium simul Sanctorum, atq; venerandorum D
sex vniuersalium Conciliorū auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos
iudicio, omni sacerdotali honore, & nomine alienus, & omni clericatus offi-
cio prorsus exutus: ita ut si post notitiam huius sanctionis, quā diuina inspi-
ratione depromptam esse credimus, cum vnanimitate & concordia sanctae
Synodi sit proculdubio promulgata, tentauerit in Constantinopolitano
throno praesidere, aut saepe fatum venerabilem Coepiscopū nostrū Ignatiū,
quominus Ecclesiam sibi commissam sine quauis inquietudine regere possit,
impedierit, vel si vltorius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sa-
cerdotis contingere, iuxta praecedentem consuetudinem, nullo modo li-
ceat ei communionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed anathe-
matis vinculis innodatus, vnā cum communicatoribus suis, atque fautori-
bus suis perpetuo Dei per nostram mediocritatem iudicio, ac sententia sa-
crum

A crum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non nisi vicino mor-
tis periculo, omnino percipiat: ut haec vnusquisq; discens, nequaquam decete-
ro temeraria praesumptione ex laicis subito in Dominicis castris insperato
quodammodo impetu irrepere audeat, & principatus amore ante ducatum
praestare velit, quam tyronis consumet officium; & ante tentet docere, quam
discere, sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse
comperimus. Et rursus ne cōtēptis clericis, quorū vtpote in tā niagna vrbe
copiosa multitudo est, quiq; ab ipsis (vt ita dixerimus) incunabulis imprae-
termisso labore in Ecclesia Christi desudant, & indefinentia Domino exhi-
bent seruitutis obsequia; is qui de foris est alterius ouilis Christi repēte prin-
cipatū arripiat, & nitatur quos esse suos non recognoscit, discerpere: & grex
Dominicus incipiat eum, vtpote extraneum & improuifum omnino contē-
nere: praesertim cum perspiciat nil sibi stipēdia profuisse meritorum, & alien-
um suorum carnem consumere fructus laborum.

Gregorium sanē, qui Syracusanā ecclesiae irregulariter, atque Deo
contempto praest, eo qd & ipse ex parte schismaticorum sit, & postquam à sy-
nodo episcopatus officio priuatus, & à decessore meo sanctae memoriae Papa
Benedicto obligatus est, & Photium laicum subito consecrare in Episcopū
non formidauit, & de sacro ministerio ausus est multa contingere: iuxta pra-
cedentem consuetudinem sancimus, & iuxta canonicam deliberationem
Apostolica auctoritate diffinimus, atq; statuimus omni sacerdotali carere,
atq; priuatum fore ministerio; ita, vt nullo modo liceat ei in qualibet syno-
do restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Quòd si de reliquo
praesumpserit in sacro officio more sacerdotis quouis tēpore ministrare, ana-
thema sit. Sed & si contra fratrem & coepiscopum nostrū Ignatiū turbas ex-
citauerit, vel ab eius communionem fidelis auerterit, anathema sit & omnes,
communicantes ei ab Ecclesia abijciantur: sed & ipsi anathema sint.

Eos verò, quos Photius neophytus & Constantinopolitanae sedis inua-
for, in quolibet Ecclesiastico ordine prouexit, quoniam manifestum est eos
in omnibus consecratoris sui prauitibus consensisse, atq; ei post inuasionē
cōmunicasse, omni clericali officio priuamus, & Apostolica, atq; canonica
auctoritate, & synodali decreto eos penitus sequetramus.

Reuerentissimum & sanctissimum fratrem & Coepiscopum no-
strum Ignatiū sanctae Constantinopolitanae ecclesiae Patriarcham, qui pti-
mo quidem imperiali violentia, ac terrore proprio throno priuatus est; & po-
stea à Photio adultero praeruaricatore, ac peruafore sedis Constantinopoli-
tanae, & ab eius complicibus, excommunicatis videlicet & anathematizatis,
atq; damnatis, & sine episcopalibus sedibus, & à decessore meo sanctae recor-
dationis Benedicto Papa (obligatis hominibus) anathematizatus est: & po-
stremò ab Apostolicae sedis Missis contra nostram praerceptionem (vt sancte
synodo Spiritus sanctus reuelauit) & Zacharias dudū Episcopus, qui vnus
de eisdem duobus legatis extitit, propria confessione manifesta uit, infulis
est sacerdotibus despoliatus: Auctoritate summi iudicis domini nostri Ie-
su Christi promulgamus, sancimus, atq; decernimus, vnquam nec fuisse,
nec esse depositum, vel anathematizatum, tāquam qui ab imperiali potētā
sit absq; vlla canonica auctoritate pulsus ecclesia, & tamq; qui ab obligatis
nullo possit haberi vinculo colligatus; & ab eis, qui nullam cum iudicandi
potēstatem, vel ab Apostolica sede auctoritatem habuerint, nullum sui ho-
noris discrimen pati debuerit. Et ideo illum (id est eundem fratrem & con-

Cap. 2.
Gregorij episco-
pi Syracusani i-
terata dānatio.

Cap. 3.
Eorum priuatio
quos Photius or-
dinauerat.

Cap. 4.
Restitutio Igna-
tij.

sacerdotem nostrum Ignatium Patriarcham) omni vinculo anathematis ab eo remoto, per potestatem diuina voce beatissimo Petro collatam, & per auctoritatem sacrorum canonum, & decretalium cōstitutionum, more sanctorum Patrum prolatarū pristino honori, pristinae dignitati, & sedi pristinae, gradui & Patriarchio, ac pristinis pōtificialibus infulis, atque officiis restitui mus, statuimus, ac cōfirmamus: ita ut quicūq; post notitiā huius Apostolicæ, atq; synodicæ sanctionis quominus omnia, quæ præmissimus insignia pontificatus recipiat, eum impedierit, & non in omnibus huic decreto obediens, vel se ab eius communione separauerit, vel ulterius contra eum aliquod iudicium proferre tentauerit, absq; sedis dumtaxat Apostolicæ præmissio consensu (si quidem clericus fuerit) ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus sit alienus, atq; perenni pœna, tāquam qui magistrum prodit, cum Iuda traditore constringatur, & nisi à praua intentione recesserit, perpetuo anathemate maneat condemnatus: si verò laicus extiterit, ille quisquis est, huic nostræ constitutioni contraire tentans, & eum sedem & omnem pristinam dumtaxat dignitatem recipere non permiserit, vel si post receptā priorem sedem, denuo illum impellere, & à Patriarchio expellere tētauerit, vel personæ ipsius, seu sacerdotali honori aliquam molestiam sine primæ huius Sedis cōsensu intulerit, omni benedictione paterna priuetur, & maledictione Chanaam filij Cham, qui verecundiam patris videns non cooperuit, sed irrisit, mulctetur, & cum patricidis æterna pœna, Domino iudicante, percellatur, & nexibus anathematis, non nisi resipiscens, penitus eruarur.

Gen. 9.

Cap. 5.
Restituitur Episcopi à Photio relegati.

Eos autem Episcopos, seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post iniustam deiectione fratris, & Coepiscopi nostri Ignatii, vel in exilio relegati, vel ministerio, aut gradu inuidiose priuati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias sedes, atq; gradus recipiant. Quod si quisquā huic decreto nostro cōtrariè presumpserit, & ut sedes, vel gradus resumant, impedierit, quousq; obtēperauerit, anathema sit. Sanè si qui ex eis ab alijs criminatur, decernimus eos antea sedes quidē & proprios gradus recipere, iudicari autē nisi à sede Romana nō patimur: sed si qua præter regulā forte egisse dicuntur, nostrō eos decreto iudicādos referuari statuimus: iuxta quod & sacri præcipiūt canones.

Cap. 6.
De sacris Imaginibus.

QVONIAM oportet nos maiorum nostrorum statuta, immoto mentis intuitu conseruare, & in omnibus sanctorū Patrum semper dogmata venerari; diffinimus de sacris & reuerēdis Imaginibus Domini nostri Iesu Christi, eiusq; semper virginis genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum, qui Deo ab Abel iusto placuisse creduntur, quæ Ecclesia sancta in vniuerso orbe diffusa antiquitus accepit, quæq; sedis Apostolicæ Præfules pro eis decreuerunt, ac statuerunt illibata persistere, atque intemerata manere. Quapropter Ioannem quondam Constantinopolitanum Antistitem, & sequaces ipsius, qui eas frangendas atque calcandas esse ore polluto asseuerant, quamdiu de his nobiscum non senserint, & iuxta sanctorum Pontificum Romanorum decreta, & aliorum catholicorum Patrum instituta non sapuerint, sancimus eos à Christo, & ab Ecclesia Catholica atque Apostolica esse anathema. Hæc sunt, quæ de his sedes Apostolica statuit: hæc sunt, quæ synodicè regulariterq; decreuit: hæc sunt, quæ vos tanto studiosius oportet amplecti, tanto sollicitius obseruare, quanto satius nostis, quæ ab ea statuta fuerint, hæc vniuersalem semper Ecclesiam tenuisse, ita ut contra singulos errores in Ecclesia exortos prior hæc secundum primatus sui auctoritatem sententiæ terminum dederit. Et ita demum vniuersalis Ecclesia, licet aliquan-

A aliquando per aliquantulum temporis in quibusdam reluctata sit, quæ illa tamen probauit, quandoq; probauerit; & quæ illa refutauit, ipsa refutauerit. Verum vos quomodocumque obediens, vel non obediens diuinis institutis, vel paternis canonibus; nos tamen in Ignatii fratris & Coepiscopi nostri quocumque discrimine, priusquam à nobis specialiter ad iterationem eius perducatur negotium, quia nec hactenus consensimus, aliquando Deo nos confirmante, nullo modo consentiemus. Sed nec in Photij sacerdotali proeectui præstādo fauore, vota condescensionis nostræ modo quolibet inclinabimus, sed omnibus viribus nostris, atque conatibus, pro coactæ iustitiæ profectio, pro restaurando videlicet legitimo, & repellendo mœcho (quamdiu viuam) occurrere; & quod nostrum est agere, nullatenus, auctore Deo, cessabimus, & nunc obsecrando, nunc hortādo, nunc increpando, nunc etiam regulariter admonendo. Insuper & auctoritate Apostolica eos, qui cōtumaces sunt, feriendo nunc verbis, nunc litteris, quod rectum & iustum, atque inchoatum est, die ac nocte cum virtute Summi opificis consummare studebimus. Ergo fraternitas vestra litterarum saltem nunc tenore cognoscat, sedem beati Petri Apostoli, neophyto, & mœcho, & Constantinopolitanorum Ecclesiæ inuasi Photio olim, iusteq; damnato, ac nihilominus præsentia synodali nuper eliso, vel fautoribus eius, nisi à præuaricatione cessauerint, communionis numquam præbituram esse consensum. Qui (ut cetera nunc omittamus) à Gregorio Syracusano, vel ceteris schismaticis instructus immo destructus, contra omne fas nulli præsidere potest Ecclesiæ. Nam meritò destructus esse creditur, qui à destructo ædificari sperans, etiam si qua alia bona fortassis habuit, nimix præsumptionis eius temeritati communicans perdidit. Nam Gregorius quomodo quemquam ædificare poterat: qui multipliciter iam noscebatur elisus: quomodo quemquam in aliquo Ecclesiastico poterat ordine stabilire, qui Ecclesiæ vnitatem scindens, ipse iam videbatur omnino deiectus? Sicut enim ligatus ligare, & deiectus deicere non potuit, sic destructus construere & elisus quemquam ordinare nequiuit. In summo quippe status sui oportet eum vigore consistere, & firmis inniti per omnia basibus, qui alterum, vel prosternere, vel conatur statuere. Gregorius ergo, qui canonicè, ac synodicè depositus, & anathematizatus erat, quemadmodū posset quemquā prouehere, vel benedicere, ratio nulla docet. Igitur nihil Photius ex Gregorio percepit, nisi quantum Gregorius habuit: nihil autem habuit, nihil dedit: per eorum quippe, ut legitur, manus impositionem & inuocationem dabatur Spiritus sanctus, qui nouerant mundas ad Dominum leuare manus. Ceterum Gregorius, qui transgressor factus est legis, ad iracundiam sui magis, quam ad consecrationem alicuius Spiritum sanctum per impositionem suæ manus sine dubio prouocauit, etiam si is, qui ordinandus erat, nullas alias haberet sibi regulas obuiantes. Hinc enim scriptum est: Qui obturat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis: si execrabilis, utiq; non audibilis: si non audibilis, ergo inefficax: si inefficax, profectò Photio nihil præstans: nimirum qui vulneratū caput per illam manus impositionem potius habere dignoscitur. Porro si præterdit iniuste ab Ignatio fuisse depositū, quid de omnibus, qui in synodo illo tempore conuenerūt, sententiāq; in eū protulerūt, perhibebit? Quod si & illos iniuste fecisse dicere præsumit, quare cū eis nunc cōmunicat, & quosdam eorum sacerdotio dignos existimat? quos tamen rectè prius nō iudicasse reprehendit, & sententiæ, quam protulerunt eos secundum se debere

Prou. 21.

bere succumbere, non nescit? Sed videamus quorum iudicio, vel quorum A
auctoritate Gregorius post depositionem & anathema, honorem Episcopatus resumpsit, vel officium pristinum recepit. Omnes enim illum & depositum norunt, & anathematis vinculis obligatum, ac per hoc totius Ecclesiae communione priuatum. Iam verò si dixeritis quia ipse sibi Gregorius & honorem resumpsit, & pristinum officium recepit; audite quid Apostolus dicat: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aarò: sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pōtifex fieret. Sed & venerabiles Antiocheni canones præcipiunt: Si quis Episcopus damnatus à synodo, vel presbyter, aut diaconus à suo Episcopo ausi fuerint de sacro ministerio contingere, siue Episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei; nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & cōmunicātes omnes abijci B
de Ecclesia, & maximè si postea quā didicerint aduersus memoratos prolata fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint. Carthaginenses quoque regulæ excommunicatum, qui ante audientiam communicare præsumpserit; ipsum in se damnationem protulisse manifestè denunciant. Si ergo secundum Apostolum nemo sibi honorem accipit, & Christus non se clarificauit vt Pontifex fieret, qui omnes cum Patre & Spiritu sancto glorificantes se glorificat, & ipse est Pontifex, de quo rursus idem dicit Apostolus: Talem decebat, vt nobis esset Pontifex sanctus, &c.

Et si Episcopus qui damnatus à synodo est iuxta sacros canones, si ausus fuerit aliquid de sacro ministerio iuxta præcedentem consuetudinem contingere, & ante audientiam communicare, ipse in se damnationem protulit, ita vt nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum C
habere satisfactionis; sed & cōmunicātes ei omnes abijci de Ecclesia: quāta putas Gregorius poena mulctandus est, qui post damnationem, siue anathema hæc omnia commississe probatur, id est & super Christum se extulit, & quod ipse non fecit, iste & honorem sibi resumpsit: & vt Pontifex esset, se arrogantissimè clarificauit, & ante audientiam excommunicatus communicare, & verita usurpare præsumpsit, & damnatus de sacro ministerio, non solum aliquid, verum etiam multa, iuxta priorē consuetudinem tetigit: quod certè Gregorius agere omnino non debuit, etiam si nulla com-
missa existerent, pro quibus damnari potuisset. Quia prælati iudicium semper inferioribus formidandum est, ne si ei nō obedierint, licet ab eo fortassis iniuste ligentur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa, id est inobedientia, mereantur. Igitur Prælatos damnare indifferenter oportet D
horrescere. Quicumque verò minores sunt, damnari sollicitè caueant, nec maiorum suorum sententiam transgrediantur: Alioquin licet iniuste nonnunquam damnati sunt, ex ipsa temeraria præuaricatione, culpa quæ nondum forte perpetrata fuerat, & vltio quam culpa necdum merebatur, proculdubio subsequuntur. Nihil quippe lignum veritum in se mortiferum habuit; sed qui inobediēter ex eo comedit, mortem sibi & posteris propinauit: non quia lignum malum, cum Deus, quod fecit, totum fecerit bonum; sed quod mala sit transgressio, & nolentis subijci, per eam meritò sit orta damnatio. Porro si dicitis Gregorium ab Imperatore, & ab Antistitibus fuisse receptum, percōtari libet, o sapientissimi fratres, quibus hoc documentis, quibus canonibus iubentibus agi ritè potest, vt hi qui abijciuntur, ab alijs recipiantur. Id etiam venerāda vniuersali synodo Nicæna de vtraque professione, luce

Hebr. 5.

Cap. 4.

Sententia maioris etiam iniusta rimenda.

Cap. 5.

- A luce clarius inhihente. Nam à sæculari potestate nec ligari, nec solui sacerdotem posse manifestum est: & idcirco affatim approbatur Syracusanum Gregorium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo valuisse reconciliari: vbi si Pontificum quoque sociatur assensus, quærimus vtrum præcesserit, an fuerit subsequutus: si subsequutus est, nihilominus ad id reditur, vt absolutio à sæculari potestate percepta valere non possit; Pontificumque securus assensus adulationis, vel terroris fuerit potius, quàm legitimæ sanctionis: si præcessit, doceatur à quibus & vbi ille sit gestus, si secundum Ecclesiae regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus, si ad maioris auctoritatis sedem, quàm illa est, à qua Gregorius damnatione tenebatur obstrictus, secundum Ecclesiae regulam est relatum, si ipse præsul, qui ligauit, absoluit.
- B Si hæc gesta non sunt, quo more, quo ritu Syracusanus Gregorius se gloriaur absolutum, cum nec à Pōtificibus ordine debito, nec Ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec à mundana potestate potuerit præter Ecclesiae tramitè prorsus absolui? Iam verò si dicitis non Imperator absoluit, sed à Pontificibus vt solueretur, postulauit. E contra, illi multo magis ab Augusto postulare debuerunt, vt si eū vellet absolui, legitima Ecclesiastici tenoris absolutio proueniret. Et hæc omnia, quæ superius dicta sunt, secundum Ecclesiae tramitè seruarentur, præcipue cum non ab inferiori, vel pari, sed à maiori persona, & sicut ex Apostolicis canonibus edocemur, solum ab eo, qui eum sequestrauit, aut certe à prima Sede, iure possit absolui. Inferior quippe, vel compar antelatum, vel comparē, nō annuente maiori, absoluere non potest: sola igitur potior inferiorem conuenienter absoluit. Proinde inferioris loci pontifices eos, quos potior suus obligauerat, sine prima Sede absoluere non potuerunt. Verumtamen licet contra Nicænos sacros canones præfatum Gregorium, qui abiectus fuerat, receperint; numquam tamen eum à vinculo damnationis & anathematis exuerunt. Quem absolute præuaricatoria potius nexuerit, & dum hunc soluere nisi sunt, nodis maioribus dediderunt. Quinimmo dum sententiam maioris contemnentem transgressi sunt, vel etiam suam tergiuersatori cōsilio, leniq; sensu sibimet facti contrarij destruere sunt moliti, pari præuaricatione habentur innexi, & simili poena, secundum Apostolicos & nonnullos alios canones tenentur obstricti: ita, vt communicantes ei, pelli de Ecclesia iubeantur. Ac per hoc reos, reum iustificare constat minime potuisse, nec ligatos ligatum soluere modo quolibet valuisse. Ecce à quibus, o beatissimi Christi ministri Photius est institutus; ecce qualis est Gregorius, qui dormitantius conuenientius poterat dici.
- D Quamobrem cogitate fratres carissimi, tractate, & vobiscum sedula meditatione perquirite, si stare Photius possit, etiam si miris virtutibus polleat, etiam si omni scientia fulgeat, quando qui hunc statuisse tentauit, dudum iā cecidit, & volens erigi cum conantibus se erigere, numquam recuperaturus denuò ruit. Consideret ergo vestra diuinitus inspirata prudentia, quomodo Photius, etiam si nihil aliud sibi iure valeat impedire, queat in sacerdotali gradu persistere: quandoquidem institutor suus cum hic ordinaretur, non solum sacerdotio, verum & ipso carebat Christiano vocabulo. Et sicut etiam exposuimus, nec damnatus iustificare, nec depositus erigere, nec ligatus potest quemquam per impositionem manus prouehere. Impossibile est enim horum aliquid fieri. Quapropter attendite carissimi, non solum hæc, verum etiam paternos canones, & præcipue Apostolorum Antiochenos, atq; Carthaginen-

thaginenses, & quid de damnatis & excommunicatis, atque de his præcipi- **A**
piat, qui merito facinorū suorum ab Ecclesia pulsi sunt, diligentissimè confi-
derate, ac studiose recolite: nam nos quod decreuimus, quod statuumus de
his, quos recepiimus & ereximus; vel de his, quos abieciimus & à sacerdo-
tio, vel communione pepulimus, vestra in Christo fraternitati notum facere.
canonicè procurauimus: iuxta quod & magni venerandiq; Nicæni Conci-
lij regulis admonetur, quatenus de his, qui communione quandoq; priuan-
tur, seu ex clero, seu ex laico ordine Episcopis, per vnamquāq; prouinciam
sententia regularis obtineat, vt hi qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur.
Ergo nos quod debuimus, fecimus; ea videlicet vos scire volentes, quæ
Deo teste, non nisi zelo reſtitutionis egimus, & affectu conseruandæ paternæ
constitutionis exequuti sumus: vestrum autem est obedire: alioquin eandē
cum eis sententiam iure, meritoq; subire, Antiochenis canonibus secundo **B**
Capitulo præcipientibus ita: Si quis de Episcopis, aut presbyteris, aut dia-
conis, seu quilibet ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis com-
municare, etiam iste communione priuetur, tamquam qui regulam confun-
dat Ecclesiæ. Et rursus Capitulo quarto, quod etiam superius commemorauimus:
quid idem dicat antiquitus acceptum concilium, studiose recolite.
Cauete ergo dilectissimi, ne cum his cōmisciamini, qui sanctis fuerunt inobedi-
entes institutionibus, ne par sententia inuoluat quos vno communionis
glutino inuenerit irretitos.

Videte præterea quia de ignorantia nullum iam potestis excusationis ha-
bere præsidium, qui & canonum, Deo inspirante, memores, & nostris edocti
iam nunc estis epistolis. Nolite communicare itaque peccatis alienis, nolite **C**
nobis inobedientes esse, quoniam inobedientia Protoplastum de paradiso
expulit. Inobedientia, idololatriæ merito nūcupatur, sicut sanctus Samuel
ad Saulem loquitur, dicens: Quasi peccatum ariolandi est repugnare, &
quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Perpendite ergo quantum sit exe-
crabile repugnare, quantum detestandum acquiescere nolle, quod ariolan-
di peccato, sceleriq; idololatriæ comparatur. Clamat Apostolorū princeps:
Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. & Coapostolus eius Paulus:
Qui resistit, inquit, potestati, Dei ordinationi resistit. Iudicate ergo cui po-
tius obediendum sit, Deo an hominibus: Iudicate cui potius resistendum
sit, potestati, quā in Petro Deus omnipotens ordinauit, quamq; super cuncta
Ecclesia extulit, an ordinationi Gregorij Syracusani, cui merito malitiæ
suæ dicendum est: vā homini, videlicet per quem in Ecclesia Christi tot scan-
dala venerunt, quiq; olim, sicut ipsi scitis, & nos supra retulimus, à fratre & **D**
comministro nostro Ignatio & à synodo, quæ sub eo erat, depositus est, & vt
Apostolica sedes in eius damnatione consentiret, ab ipso confacerdote no-
stro postulata est. Sed decessores mei beatæ memoriæ Leo & Benedictus
sedis Apostolicæ moderamina seruantes, noluerunt sic vnam partem audi-
re, vt aliæ parti nihil penitus reseruarent: Vnius quippe mediator non est.
quamobrem interim depositio ipsius à sede Apostolica non suscepta, reman-
sit infirma. Cumq; idem Gregorius per Legatum suæ partis Zachariam no-
mine sedem agnouisset Apostolicam in sua depositione nullatenus consen-
sisse, non gratias egit, non à cœptis in iam dictum fratrem nostrum sauenti-
bus contumelijs conqueiuit: sed benignitate Dei, & patientia sedis Aposto-
licæ in superbiam abutens, in ipsum videlicet Ignatium Patriarcham suum
rediuiua iacula impietatis irreuerenter exacuit, & eo superſtite neophytum
in Con-

Cap. 10.

1. Reg. 15.

Inobediētia ido-
latriæ compa-
ratur.

Act. 4.

Rom. 13.

Matth. 26.
Mar. 14.

A in Constantinopolitana ecclesia consecrauit: quin potius & aduersus sedis
istius decreta contumax esse non destitit, qui pro se, non contra se, ipſius ab
ea decreta paulo ante data tamquam ingratus non recolit, & velut tergiter
fator arma præparat aduersus arma sibi tutelam salutis non modicè confe-
rentia, & murum destruere nititur: qui ne ipse destrueretur, fortissimè custo-
diuit. Et agit nunc quantum in se est, vt ea statuta prorsus habeantur inuali-
da: quæ, cum his ipse egeret supplex petebat, & vt fortiora essent ad amante
submissus optabat, atque vt sibi auxiliarentur humiliter implorabat, nec non
& contra ea repugnantes, forsitan tyrānos. & sacrilegos iudicabat: nisi enim
sedes Apostolica ei parceret, ille quomodo contra reuerendissimum Ignatiū
posset exercere brachium, non haberet. At ille vsus est sedis Apostolicæ bo-
nitate in malignitatē, & beneficium in patris sui conuertit exitium.

B Dicite igitur, obsecro fratres, cū ita sit, quomodo nō debeamus nos Igna-
tium adiuuare, aut vsque ad audientiam (quantum in nobis est) indemnē
non penitus conseruare? vel quomodo non possumus Gregorium, & hos qui
ex parte ipsius sunt, meritō condemnare? quando Ignatius, nisi à nobis esset
impeditus, sic illos canonicè forsitan sterneret, vt eum nullo conamine po-
tuissent impellere. Iſti qui non nobis hæſere, quos in adiutorium suum
habere promptissimos meruerunt, nec à nobis consilium acceperūt, vt cum
Patriarcha suo vel pacificari, vel canonicè iudicari potuissent: sed vires suas
à nobis ne frangerentur seruatas, aduersus eum protinus præpararunt. Vnde
quæſo perpendite, quantum nos nunc Ignatio debitores sumus, qui sibi obsta-
culum, & inimicis eius facti sumus defensionis vmbraculum. Quamuis nos
non ideo iudicium istorum distulerimus, vt ei nocendi iacula præpararent,
C sed vt sic sentētia in hos prolata, valetudinem haberet; vt à nobis examina-
tio præcederet: Et rursus sic ab istis in eum obiecta penitus corā nobis admit-
terentur, vt partis Ignatij persona vocata, vel conuicta nostræ præſentia non
deesset: Quamobrem dilato parumper iudicio, & interim infirmata senten-
tia, missum est vtrique parti sedis Apostolicæ Præſulis præſentandum obtu-
tibus, ac eius (vt par est) subiiciendum diffinitionibus. Sed dum pars Igna-
tij properandi dispoſit iter, hostibus eius viribus resumptis, non iam sedem
Apostolicam petentibus, nō Petri memoriam facere dignantibus, Ignatius
trahitur, impellitur, & innumeris malis affectus ab ecclesiæ regimine seque-
stratur. Et hoc totum factum est, eo quod prædicti Pontifices vtrique parti
æquitatem seruantes, & vtriusque partis audientiam præſtolantes, Ignatij
non firmādo sententiā, immo verò interim infirmādo, inimicis eius quodā-
D modo manum porrexerūt, dum nimirum sententiam in eos prolātam, non
interim auctoritate sedis Apostolicæ reuocauerint, sed vsque in præſentiam
eiusdem Apostolicæ sedis deferri decreuerint.

Quamobrem, carissimi, quia quasi per nos inuēta est Ignatij deiectionis
materia, idcirco præter id, quod frater adiuuari debet à fratre, præter id etiā
quod Petro, cuius in terris licet indigni vicem gerimus, Christi oraculo pec-
culiariter dicitur: Confirma fratres tuos, etiam pro hoc specialiter eum non **Luc. 22.**
solū adiuuare & confirmare, verū etiam (sicut ipsi potestis aduertere) to-
tis nos pro illo viribus oportet per omnia decertare, vt videlicet totum in il-
lo funditus aboleatur, quod per nos lædendi fomitem aduersarijs eius repe-
rientibus ei violētiam inferre monstratur, totumq; recipiat, Christo propitio,
quod dum nos moderatè, ac regulariter egimus, ipse præiudicialiter amissi-
ſe dignoscitur. Quoniam & præfati decessores nostri (Leo scilicet & Bene-
dictus

dictus beatæ recordationis Põtifices) si tale quid diebus eorum Gregorius, A
vel complices eius patraffent, videlicet vt abusi tanto compassionis, & paci-
tiæ sedis Apostolicæ circa se beneficio in Ignatium manus suas iniecißent:
aut aduersus eum ipsis sanctis Præfulibus inconsultis linguas suas taliter
exacuiffent, profectò eos tamquam magistros inquietudinis, & ipsos se sole
clarius obnoxios ostédentes, sine quauis retractatione protinus cõdemnas-
sent: & tantum piaculum impietatis eorum destruere ardentiffimè studuis-
sent. Sed quia illi diuina vocatione ab hac conualle lachrymarum subdu-
cti sunt, hanc tyrannidem nondum intuentes, nos debemus in eorum labore
succedere, qui successimus in honore, in cuius tempore crudelitas, quæ die-
bus ipsorum cœpit radices emittere, consummata perpatuit? Proinde nos
primò quia sedis Apostolicæ de tota Ecclesia fas habentis iudicare, mode-
ramina retinemus: secundò, quoniam fratribus iniuriã passis subuenire B
debemus: postremò, quoniam (sicut iam diximus) oportet nos in eorum la-
bore succedere, in quorum cessimus pontificatus honore; quemadmodum
ipsi decessorum suorum exempla secuti sunt, & operis eorum strenui cultores
inuenti sunt, quod ipsi profectò agerent, adiuuante Domino, habentes
quemadmodum illi eundem zelum iustitiæ, seu priuilegium dignitatis stu-
diosè perficere procurauimus. Nimirum quod omittere proculdubio (sicut
nosse cunctis clarè tribuitur) non valemus: sanè quia Gregorium neophy-
tum consecrasse diximus, ne Phorium quidem neophytum quando quasi in
sacerdotem consecratus est, negent; sancti Papæ Gregorij, & Anglorum am-
pliffimæ, ac fideliffimæ gentis Apostoli (nam signaculum Apostolatus eius
ipsi sunt in Domino) verba commemoremus, qui ait: Sicut autem tunc neo-
phytus dicebatur, qui initio in sanctæ fidei erat conuersatione plantatus, sic C
modo neophytus habendus est, qui repente in Religionis habitu plantatus
ad ambiendos honores sacros irrepperit.

Præterea non omittendum esse credimus, nos commemorare præterito
anno per Indictionem videlicet tertiam decimam, epistolam sub nomine
principis conscriptam, per Michaellem imperialem protospatharium suscep-
tissè, quæ tantis erat verbis contumeliosis, immo blasphemis resperfa, vt
scriptor eius non nisi in gutture colubri calamum tinxisse putetur, & dictato-
ris labia pro dictionibus venena fudisse videantur, adeo, vt si cuiuspiam sim-
plicium cor penetrent (non enim hæc aures prudentium suscipiunt) & hos
continud necent; nimirum tanto miserabilius, quanto mors animæ magis,
quàm corporis per illum virulentum haustum admittitur. De cuius immani-
tate piaculi licet Augusto per iam fatum legatum iam nos scripsisse recola- D
mus, eadem tamen nunc scribere vestræ beatitudini ratum duximus. Deni-
que opinati sumus, & adhuc nihilominus opinamur, quod pietas eius tandè
aliquando respiscat, & de ecclesiæ Constantinopolitanæ restaurando statu
nobis salubria suadentibus acquiescat: Sicq; demum omnia scripta, quæ
male sunt compilata, non solum aduersus nos & hanc sanctam Ecclesiam,
verum etiam contra fratrem nostrum & coministrum Ignatium, coram
vniuersa imperij sui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin iã cun-
ctis Ecclesiæ fidelibus quæ foret Apostolicæ sedis auctoritas, vel quæ fabri-
catoribus mendacij, seu inuentoribus peruerforum dogmatum immineret
vltio profectò patefceret. Impossibile est enim (quãquam nostras nos spe-
ciales iniurias curare floccipendamus) vt tantorum ac talium sanctorum Pa-
trum & propugnatorum catholicæ Ecclesiæ, ac destructorum diuersarum
hæreseon,

S. Greg. epist.
lib. 7. Indict. 2.
ep. 110.
Quis neophy-
tus dicatur.

A hæreseon atque defensorum orthodoxæ fidei blasphemias æquanimiter su-
stineamus, vel etiam tantæ sedis, siue tam excellentis Ecclesiæ Romanæ, cui
Deo deseruimus auctore, contumelias perferamus. Verum quamuis & de
nobis humiliter sentiamus, nõ tamen, cõsciẽtia distante, vera esse quæ de no-
bis perhibuit, asseueramus: sed (vt diximus) ea postponentes, illa potius quæ
Iesu Christi sũt, inuestigamus, & si qua male cõgesta aduersus eius famulos;
aduersus eius ordinationes, aduersus eius dispositiones stabilita priuilegia
reperiuntur, nulla patientia toleramus; & non solum hæc destruere totis vi-
ribus anhelamus, verum etiam confessoribus tantæ peruersitatis dignam vi-
cissitudinem reddere necessariò meditamur. Nimirum ne hos, quis impuni-
tos intuens, aut nunc, aut futuro tempore deinceps talia præsumat præstigia
falsitatis componere, vel commenta blasphemiarum huiuscemodi figmen-
tis contrahere.

B Quapropter eidem Imperatori sublimissimo per epistolam præsulatus no-
stri cohortando direximus, in qua etiã vos ad votum nostrũ laborare sum-
mopere conuenit: quatenus diligenter inquirat, atq; scrutans si sua illã non
fuisse præceptione tam cœnosam inuenerit cõfectam, immo toxicatis sylla-
bis infectam epistolam (vt interim de tot præstigia textetiũ poena taceamus)
quæ illos se zelo veritatis flagrantes, inuoluere conuenit; saltẽ huius socia
accepta & palam cunctis igne succensa per augustales suos tam nobis quàm
omnibus à quorum notitiam peruenit, destinatos apices competenti satisfã-
ctione à tam peruerso sensu, & tam profanis adinventionibus, quod à sensu
suo non fuerint commentis tradita, se exhibeat prorsus immunem. Iam ve-
rò si sibi in multis huiusmodi sollicitudinibus occupato surreptum est, vt ta-
lia scribere mandaret, ne pigeat clementiam eius etiam hoc ipsum humili-
ter confiteri, & legibus suis, vt huiusmodi scripta nullius habeantur momen-
ti, decernere: ita, vt penes quem reperta fuerint, impunito nõ euadete, ipsius
quoq; sæpe memoratæ, ac semper execrandæ epistolæ, vel exemplaris eius
apices, intemeratis pro reuerentia manentibus sacris dictionibus, flammeo
dedantur igni voranda. Et vt sinistra opinionis nauo, quod ex blasphemis
scriptis incurreret, carere valeat, & ingratus filius circa matrem suam, ex
qua imperandi fastigium ipse & patres sui ordine cælitus disposito per-
cepit, nullatenus appareat. Sin autem scitote, quoniam postquam in hac
eum pertinacia persistere finetenus velle compererimus; primum quidem
congregatis cunctarum occidentalium regionum venerabilibus sacerdo-
tibus, dictatores & dispositores, atque præceptores tantæ fallaciæ, seu
crudeliffimæ derogationis sanctorum, vel paternarum traditionum ab
D omni Christiana compage remotos, Apostolica freti auctoritate, duris
anathematis vinculis innodabimus: necnon & patrum, ac prædecessorum
meorum secuti vestigia, qui soliti sunt etiam numerosorum Concilia ne-
quiter celebrata cassare pontificum, si qua socia sunt, crebro dicta vel
exemplaria fortassis epistolæ: quin potius non solum hæc, sed & omnia
scripta, quæ vel aduersus fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium
iniquè confecta, vel aduersus nos causam illius canonicè prosequentes,
furiose deprompta sunt, perenni damnationi mandabimus. Deinde verò
decernentibus nobiscum, & simul considerantibus eisdem sanctiffimis fra-
tribus & Coepiscopis nostris, ipsam epistolam in stipite videntibus cunctis
suspensam, vasto supposito foco, ad vituperium imperialis apicis coram
omnibus nationibus, quæ penes memoriam sancti Petri multiplices inue-
niuntur,
Epist. Tom. 3. I niuntur,

niuntur, extremæ perditioni donabimus: quatenus his rite patris, discat A
pius quod amet, & crudelis quod timeat. Nam tot & alia blasphemiarum
commenta, quin potius veracium litterarū deprauationes, audisse & tacuif-
se, conuiuiffe est.

Quamobrem venerabiles fratres valde mihi (sicut ipsi cōprehendere po-
teritis) cauendum est, ne, si nos præstigiōrum figmentis minus celeriter ob-
uiauerimus, tamquam vera, recognita vel comprobata, hæc admisisse falla-
citer apud stolidos existimemur. Nec possumus in Ecclesia Dei dissimulan-
do tam spuria relinquere germina, quæ antecessorum nostrorum beatiissi-
morum Pontificum tempore aut numquam exorta, aut certe, si vndecumq;
vel quomodocumq; exorta sunt, eorum iudicij ligone antequā proficerent,
radicitus extirpata sunt. Destruat ergo etiam vobis hortantibus ipse & dissi-
per illa; alioquin à nobis fore destruenda, seu funditus dissipanda, modò B
quem prædiximus, antenoscite: quamuis antequam nos ista vobis scribere-
mus, pro quibus nunc sublimitatem eius hortamur, hoc ipsum sponte factu-
rum esse putarem. Sed, quia quod putatum est, nullum effectum hæcenus
habuit; idcirco nos salutē ipsius illæsam manere volentes, vt hoc nunc saltē
agat, affectu paterno monuimus: Alioquin (vt iam præfati sumus) sic Deo fa-
uente, decetero vigilabimus, & studiis quibus possumus, insitemus, vt inter
exanimis computentur, qui auctoritatem Petri non cōfenserint, immo Dei
hanc ordinantis in Petro non intellexerint: ita vt nec ista, quæ perniciose
compilata sunt, defendere, nec his similia, vt non dicam scripto tradere,
vel in mente voluere quis vterius audeat. Non enim figmenta, quæ ordina-
rioni Dei resistunt, quæ Euangelicis vocibus contradicunt, quæ sanctorum
Patrum definitionibus obuiant, quæ synodicis constitutionibus aduersantur, C
quæ (si sic dimittantur) innumera possunt fidelibus auxilia Petri quæren-
tibus inferre dispendia, incolumbia sine discrimine nostro valemus deserere: &
existimationi nostræ, vel nunc vel post discessum nostrum tantum, quod ab-
sit, nūum ad destructionem simplicium, & mutilationem sedis Apostolicæ
priuilegiōrum, relinquere.

Ceterum vt caritas vnanimitatis vestræ de fratris & comministri nostri
Ignatij sanctissimi Patriarchæ deiectione nobiscum doleat quæ præualent
ei solamina nobiscū exhibeat. Nam si iuxta Apostolum quod patitur vnum
membrum, compatiuntur omnia membra; quanto potius compatiendum est
illi, quod inter cetera membra præcipuum tenuisse locum dignoscitur? Vn-
de si non pro vnus & specialis personæ prælati fratris nostri repulsione, vel
certe pro summi sacerdotis conculcatione dolere, gemere, flere, currere, ac
decertare debetis. Nam si licitū fuerit sæculari potestati de Ecclesiæ Domi-
ni Præsulibus taliter iudicare, vel si rursus fas extiterit inferioribus de Præ-
latis sibi tam temerè ista patrare; perpendite, ne ad perniciē vestram, immo
rotius Ecclesiæ nunc & futuris tēporibus præsumptio talis præualeat: quod
si attenditis, ecce iam cernitis. Nam impietas tantum caput extulit, vt Ecce-
siarum Præsulibus postpositis, & ordine canonico conculcato, laici nunc Ec-
clesiastica moderamina teneant, & pro libitu proprio modò istos remoueāt,
modò illos in locum eorum promoueant. & rursus, quos nunc approbant,
post modicum mentis victi leuitate repellant. Vt enim sæculares, ac laici
homines quælibet scelera valeant licenter committere, & pro his à nullo
Pontificum, qui ex clero promotus hæc summa poterat auctoritate com-
pescere, liberè redarguantur. Nec de clericorum catalogo permittunt ad
facros

1. Corin. 12.

A facros ordines prouehi, qui vitam eorum tanto audacius; quanto diutius,
ac familiarius sub Christo duce forti militantes fortius comprimere pos-
sent: sed ex seipsis eligunt, qui facta eorū tanto minus præsumant arguere,
quanto se paulo ante de horum coetu, fauore ipsorum promotos memine-
rint: quod illis partibus tanto familiarius agitur (ista præsumptio videlicet,
vt ex laicis subito tondeantur, & in Episcopos consecrentur) quanto ex con-
suetudine hac inoleuisse testantur, quam nos è contra tanto studiosius ex Ec-
clesia Dei eradicare volumus, quanto nimium noxæ iam esse clericis, & om-
ni religiose plebi supra docuimus; quantoq; scimus ex sacris canonibus,
quod non minus mala consuetudo, quam perniciose corruptela vitanda sit;
& scimus quod paulatim crescens, iam suæ pestiferæ nequitie gramine mul-
tos inuasit, adeo vt temeritas hæc tantum excreuerit, vt iam minimè cleri-
cis egeant, dum contra sacros canones ex seipsis subito tonsurati, quem vo-
luerint, eligant, & ad labores clericorū mentis oculos nō insecant. Ac per-
hoc fit, vt alienus comedat ipsorum fructus laborum, & stipēdia meritorum.
extraneus hostis insperatus surripiat, ita vt nihil proficiat clericis in castris
Dominicis militasse, vel gradatim per singulos Ecclesiasticos ordines ascē-
disse, dum alter saltu hos omnes transcendit, & repentē principatur in eis,
qui inter eos nec contra spiritales hostes arma sustulit, nec diuersis Ecclesiæ
aduersarijs pro veritate prælians aliquando restitit.

Quantum autem ne de laicis temerè quislibet ad Episcopatum eligatur,
sacri canones, cum aliis prohibeant, Sardicenses ostendunt, Ofio Episcopo
cap. xij. dicente: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimè tractetis, si
forte aut diues, aut scholasticus de fori administratione Episcopus fuerit
postulatus, vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio dia-
coni, aut presbyteri fuerit perfundus, & ita per singulos gradus, si dignus
fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones,
quæ habebunt utiq; prolixū tempus probari qua fide sit, qua modestia, qua
grauitate & verecundia, & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illu-
streur: quia conueniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, vt temerè,
& leuiter ordinetur, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophy-
tus est: maximè cū & magister gentiū beatus Apostolus, ne hoc fieret, denun-
tiasse, & prohibuisse videatur: sed hi, quorum per longum tēpus examinata
fit vita & merita fuerint cōprobata. Conueniunt ergo, & futura, immo vrgē-
tia mala conspiciat: medici estis, imminētes morbos per præcedentia signa
præuidete: Episcopi estis, exurgens in Ecclesia Christi horrendum exitium.
perspiciat: speculatores estis, in altam mētis arcem conscendite, & in gregē
Dominicū feram pessimam irruere cupientem à longe contēplamini. Quasi
tuba exaltate vocem vestram, & annunciate populo Dei scelera eorum: su-
per montem excelsum, id est altitudinem virtutum, ascendite. Qui euangeli-
zatis Sion state in fortitudine, potestatibus huius sæculi ex aduerso ascen-
dite, & murum pro domo Dei opponite, ac quibuslibet potestatibus iniquè
agentibus contraite: sicq; fiet, vt nec sicut canes muti de taciturnitate argui
valeatis, nec de talenti occultatione districtam Domino rationem reddere
compellamini, vosq; Episcopos & sacerdotes nostros, immo Ecclesiam
Christi illis in partibus constitutam ab ingenti perniciē, ac noxia labe ipso
iuuante laudabiliter eruatis, mirabiliterq; regatis.

Verum nos de ipsis hæc vobis scripsisse sufficiat. Pax autem Dei, quæ exu
perat omnem sensum præcordiorum vestrorum intimè penetret: & quam

Epist. Tom. 3.

I 2

desa-

Ecclesiasticæ di-
gnitates his con-
ferendæ, qui in
Ecclesijs deter-
uiunt.

1. Tim. 5.

Officia Episco-
palia.

Esa. 52.

Philip. 4.

1. Corin. 1.

de salute omnium vestrum solliciti sumus, vobis Deus omnipotens clementer aperiat: & quomodo vos cupiamus in visceribus Christi, & in Ecclesiae gremio continere, quae diffusa in toto orbe terrarum, quasi vnus Christi thalamus est, atque in sancta communione vna vobiscum persistere, vt vnum sapiamus omnes, & non sint in nobis schismata, illuminationis suae gratia reuelare dignetur: ita vt de correptione fidelium congaudentes, & congratulantes vno animo, & vno ore glorificemus & collaudemus Deum Patrem videlicet & Filium, & Spiritum sanctum per infinita saecula saeculorum. Amen.

Quisquis autem hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit, & eorum notioni, quibus missam intellexerit, quicquam ex his, quae in ea sunt occultauerit, si locum potest inuenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quicquam mutauerit, vel subtraxerit, aut super addiderit praeter illud, quod idioma graecae dictionis exigit, vel interpretanti scientiam intelligendi non tribuit, anathema sit.

EPISTOLA XI. B. NICOLAI PPAE I.

EXPROBRAT Photij multa crimina, quae in occupanda Ignatii sede commisit: probat, illum & diuinum & humanum ius violasse, nuntiat ipsum depositum fuisse; & si non pareret sententiae minatur illi perpetuam usque ad obitum excommunicationem.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Viro Photio.



Numerabilium reperis praeruaricationum obnoxius, & venerandorum canonum, atque paternarum definitionum, quinimmo & diuinorum mandatorum contumelijs multipliciter, ac impudenter elatus: siquidem & ex schismaticorum; sed & cum venerabilis frater & Coepiscopus noster Ignatius Constantinopolitanam regeret ecclesiam, a sanctae communionis participatione contra regulas auertentium parte fuisse dignoscere, & ex saeculari administratione, atque militia, & ex foro subitono furatus, a Gregorio Syracusano dudum Episcopo, a synodo danato, & ab Apostolica sede conuicto episcopus ordinari & nuncupari passus, etiam viuente ac superstite Ignatio Patriarcha sedem ipsius inuasisti; & sponsam, quam a Christo sponso immaculatam custodiendam, veluti amicus sponsi perceperat, non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex aduerso in ouile Dominicum more furis, vel latronis irrumpens, ac violentus, rapax & scelestus aduiter surripuisti. Et praeter, immo aduersus Apostolicos canones, saecularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per eos obtinuisti. Deinde cum damnatis & anathematizatis, atque cum his, qui ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, & a decessore meo sanctae recordationis Benedicto Papa fuerant obligati, quotidie ac indifferenter communicans, & conuersans contra fidem promissam, contraque tuam professionem, qua pollicitus es, te aduersus iam fatum Patriarcham nullum sinistrum consilium esse facturum, congregasti Concilium, & cum sequacibus tuis depositis & damnatis & excommunicatis, & anathematizatis, & aliis sine Ecclesijs, atque cum his, a quibus vel tu irregulariter, ac illicitè prouectus fueras, vel quos ipse temere ac indebitè

A indebitè promoteras contra eundem fratrem & comministrum nostrum depositionem facere, & anathematizare ausus es. Deinde Apostolicae sedis Missos, quos pro causa sacrarum Imaginum, & pro inquirenda, & nobis renuncianda iam fati Patriarchae deiectione, & ob inueniendum modum promotionis tuae destinaueramus: quibus potuisti argumentis a nostris mandatis auertere, more Acacij quondam Constantinopolitani haeretici Patriarchae, praesumpisti, & ad processionem, quae tibi cum comparibus tuis habebatur; sicuti eorum professione patefactum est, & sancto Spiritu reuelante venerandae Synodo, quae a nobis collecta est, claruit ad damnatorum & schismaticorum, tuamque confusionem contempta legatione, quae vel Gentilium more seruari debuit, pertraxisti, & in illusionem beati Petri Apostoli, cuius sede profecti fuerunt, non solum inefficaces redire fecisti, sed etiam impugnatores omnium, quae sibi fuerant imperata, monstrasti. Postremo episcopos, qui tibi tamquam adultero, & peruasori communicare noluerunt, exilio relegasti, & ipsis iubentibus contra canones tui sceleris complices in eorum surrogare locis non timuisti. Et vsque in praesens Ecclesiam Dei diuersis persecutionibus impugnare non desinis. Ita vt fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum Patriarcham inauditis poenis & horribilibus tormentis afficere non quiescis: sed & omnes quotquot pro veritate, & fide commodè persistere deprehendis, quibus prauales, modis perdere impraetermisse moliris.

Quamobrem in his & huiuscemodi te cognoscentes contra Euangelicas, Apostolicas & propheticas, atque canonicas institutiones efferre dolemus, & nimis moeroribus affecti, necessariò te praesentibus apicibus admonemus; hortamur & obsecramus, vt in tanta gloria non deciparis, & aeterna bona pro his breuibus non amittas. Pensa quam pauca sunt omnia, quae hic multent, quamlibet multa esse videantur. Perpende quae so, quam multiplex sit, & quam proluxa poena gehennae, & hanc incidere pertimesce, hanc tibi acquirere medullitus exhorresce. Nam, secundum Euangelium, quid prodest homini si lucretur totum mundum, animae verò suae detrimentum patiarur? Scimus quoniam sapientia praeditus, & scientia ditatus haberes. Sed audi quid Propheta de quibusdam sapientibus dicat: Sapientes, inquit, sunt, vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. Porro de scientia egregius Apostolus ait: Scientia inflat, caritas verò aedificat. Ergo quantum non profit, immo quantum obstat, non ad bona, sed ad mala facienda habentibus sapientiam animaduerte: & noli gloriari, si habes scientiam sine caritate, quoniam, teste Apostolo, illa inflat, ista aedificat. Et certe absurdum, ac indecens est, vt eam, quae inflat, virtutem habeas; illa verò quae aedificat, careas. Quam autem habuisti caritatem, quando videbas fratrem & comministrum nostrum Ignatium ab ecclesia sua pelli, impeti & aduersus eum coniurationes & conspirationes preparari? Et non solum minimè illum, esse posses, utpote ad saeculum clarus & honorabilis adiuuisti, verum etiam cum factiosis concurristi, & cum machinantibus aduersus eum, & varias malignitatis argumentationes excitantibus concertasti. Quin potius horum omnium peccatum, quod generat mortem, in te proprie consummatum est, nimirum qui cunctarum praeruaricationum in illum commissarum tu auctor factus es. Nam & si te homicidam dicimus, non mentimur, Ioanne Apostolo clamante, qui ait: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: si ergo qui odit fratrem homicida est; quanto potius is, qui patrem non solum odit, Epist. Tom. 3. I 3 sed &

Mar. 8.

Ierem. 4.

1. Cor. 8.

Iac. 7.

1. Ioan. 2.

sed & quantum in se est, mactat. Insuper etiam si, ut Achab, quæ illius sunt rapit, & possidet, homicida dicendus est, & non solum qualicumque homicida, verum etiam & parricida. Pater enim tuus erat Ignatius, & tu filius eius, qui tantum à te præ naturali patre debuerat venerari, quatum spiritus, quo relatiua hæc nomina mutuò possidetis, præferendus est carni.

Porrò si te viperam appellamus, non fallimur, si quidem tu, non nisi parente perempto, proficere credidisti. Iam verò si te tam similem asserimus, nec sic erramus: ipse quippe adeò in irrisionem & contumeliam patris prorupisti, ut de cathedra sacerdotali cum proijceres, & ad illudendum Mimis, & Scœnicis inuerecundè proderes. Extremò, si te Iudæis comparamus, fortasse nec modicum quidem à vero discedimus: nam ipse non solum super magistrum tuum contra Euangelium factus es, verum etiam ordinationi Dei resistens aduersus eum dentes tui, arma & sagitta, & lingua tua machæra acuta effecta est. Quandoquidè non, sicut sanctus Dauid mittere manum in Christum Domini formidasti, sed sicut principes latronum non habentes bona regem suum trucidantes, insurgere contra rectorem tuum versutis insidijs magnopere procurasti. Quos idem sanctus Dauid, sicut & illum qui se Christum Domini (Saullem videlicet) peremisse nunciauerat, tamquam homines impios, & principem suum trucidantes, tradere morti laudabiliter iussit. Quamquam etiam si nihil in his reprehensionis admitteres, cum pridie laicus fueris & sæculo militaueris, nequaquam tam repente debueras ad summi sacerdotij peruenire fastigium: quandoquidem nec monachorū poteras tam subito secundum probabilium patrum traditionem, perfectionem consequi, Gelasio, Gregorio & Hadriano magnis, & verè sanctis sedis Romanæ præsulibus id ipsum, quod serenissimo Augusto, atque tibi iam scripsimus, multipliciter inhibentibus. Sane si horum tamquam ignotorum, sanctitatis insignia non agnoscebas (licet cuius fidei, cuius studij fuerint, per eorum nosse scripta sufficeret) saltem Cælestini, atque Leonis, eiusdemque sedis Pontificum reuerentiam præ oculis habuisses: quorum sententiæ tota per mundum diffusa inclinatur Ecclesiæ: quorumque doctrinam (sicut in sacratissimis tertia & quarta Synodis videre est) Christiana veneratur apprimè Religio. Quinimmo & quorum virtutum decus, & eloquentiæ nitorem, nec non & morum probitatem, ac exhortationum suauitatem non solum fideles reges, verum etiam infideles, ac tyranni, barbarique principes, reuerentia, vel pauore non modico mansuefacti vehèmenter amplexati sunt & sectati. Quòd si magnos, sanctosque fuisse non negas (quia nec vales, alioquin pugnavit pro eis orbis terræ contra insensatos) oportet ut in cunctis Ecclesiæ dogmatibus, & disciplinis eos solerter attendas, & veneranter admittas. Nam si in ceteris nostræ religionis negocijs eorum assertionibus cesseris, & in his eos in quibus tuæ promotioni contradicunt, contempseris, apparet te minus salutis communi, quam sorti priuatæ intendere, ac per hoc non quæ Iesu Christi, sed quæ tua sunt, querere. Aut illæ bonæ arbores fuerunt, & bonos fructus fecerunt, aut malæ (quod absit) & fructus eorum mali: & si quidem boni fuerunt & fructus eorum boni, oportuit eos tamquam bonos sequi. Non enim potest (Euangelio testante) bona arbor malos fructus facere. Porrò si de eisdem non cum tota Christi Ecclesiâ sapias, necesse est qualiter vel ipsi vel fructus eorum mali fuerint, plurimis adhibitis ex omni Ecclesiâ testibus cōprobes & affirmes: quoniam tibi soli super hoc negocio contraria suadenti non creditur.

Iam

- A** Iam verò si dixeris bona & grata sunt, atque salubria quæ prædicauerunt, vel statuerunt, sed non omnia, nam horum quædam dulcia, quædam amara fuerunt, Iacobus tibi pro eis respondet Apostolus dicens: Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? quoniam sicut idem iterum ait: Neque salis dulcem potest facere aquam: Spiritus enim sanctus quorum vasa isti fuerunt, non potest nisi dulcia per hos quos repleuerit, eructare. Præterea si profiteris omnia eorum decreta salutifera quidem fore, sed hæc vos hætenus ignorasse, nec sic profectò excusabiles eritis. Nisi enim ignorantia peccata essent, nequaquam Psalmista pro his Dominum precaretur, dicens: Delicta iuuentutis, & ignorantia meæ ne memineris. qui rursus denique dicit: Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Qui enim non ait, non intellexit, sed noluit intelligere, ut bene ageret, profectò monstravit, quia sæpe proposito voluntatis ignorantia procuratur. Idcirco de ignorantia cuncta ad securitatem auferes, si Apostoli formidolosa verba consideraueris, quibus ait: Si quis autem ignorat, ignorabitur: quia profectò, docente sancto Gregorio Papa, qui ea, quæ sunt domini nesciunt, à Domino nesciuntur. Sed dicis hæc non in lege suscepimus, & præuaricatores, qui significantius græcè paranomi dicuntur, non sunt, nisi qui præter legem acceptam aliquid prauitatis committunt, sicut Apostolus ait: Vbi non est lex, nec præuaricatio. Sed audi, & expauesce, quod rursus idem dicit Apostolus. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Alioquin gentes, quæ legem non acceperunt excusabiles fateberis. Verum ego vniuersos, qui iniquè agunt, transgressores dixerim, Psalmographi habens auctoritatem, qui canit: Præuaricantes, inquiens, reputaui omnes peccatores terræ. Dicens ergo præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, etiam gentes, quæ legem non acceperunt, comprehendit. Quoniam etsi legem per Moysen datam non acceperunt, acceperunt tamen legem naturæ: quæ nisi corrupta fuisset, lex Mosayca data non esset: quam videlicet legem naturalem nunc à te non inconuenièter exigimus, qui gloriaris sanctorum tantorum pontificum edicta nullatenus accepisse.
- Denique hanc sibi datam, si volumen cordis tui conscientia scrutata fuerit, proculdubio non negabit. Ibi quippe scriptum reperies lege naturæ dicente: à nemine velle lædi, à nemine velle tua prorsus auferri. Quapropter aptè præcipitur. Quod tibi non vis fieri, alijs ne feceris. & Domino dicente: Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Ideoque non poteris hanc te legem non accepisse negare, cum eam etiam ipsa natura doceat, & propria vniuscuiusque voluntas edere iugiter innoscat. Quod si hanc datam tibi fuisse denegas, profectò sedis Apostolicæ præsulum decreta te accepisse demonstras. Quid enim illa nisi quod tibi non vis, alijs ne feceris, dicunt? Quando præcipiunt ne subito factus clericus clericis dominetur, qui per singula stipendia militauerunt, & omnem in Dominicis castris ætatem egerunt. Quid inquam illa, nisi omnia, quæ vultis ut faciant vobis homines, & vos eadè facite illis iubent? quando præcipiunt, ne prioris ordinis tui quislibet saltu præpropere in alienum honorem ambiat in moderata cupiditate transcendere, vel pro suo libitu iura studeat aliena peruadere. Et certè si tu per singula stipendia in ecclesia Constantinopolitana militasses, & omnem in Dominicis castris ætatem egisses, & quilibet prioris professionis saltu præpropere in honorem tuum ambiret, & immoderata cupiditate transiret, & pro libitu studeat tua peruadere, mox in vocem prorumpere-

Exod. 20.

Luc. 3.

prorumperes, & aduersus hunc querelas exponeres. Et quia præceptum est: **A** Non concupisces rem proximi tui, neque omnia quæ illius sunt. & rursus: Quod tibi non vis fieri, alijs ne feceris, sufficientibus scriptis palam cunctis ostenderes. & quod Ioannes Baptista militibus, vt neminem concuterent, neq; calumniã facerent, & contenti essent stipendijs suis præcepit, intentissimè commemorans, & ait: Noli me concutere, noli mihi calumniam facere: sed esto tu, qui miles sæculi hætenus fuisti, stipendijs tuis contentus, quia sic tibi præcursor Domini dicit, & excelsis vocibus exclamares, & feres forte singultiens: Ea stipendia, eorumq; fructus laborum noli concupiscere; noli furrripere, noli de me, vel de meis commilitonibus male sentire: noli modo vincere nos omnes tot curriculis temporum diuersis prælijs domini iam fessos, tot sudoribus & vigilijs pro ciuitate ipsius, iã tabefactos velle saltu quodam ambitionis transcendere, & in nobis ex militia nostra non electus, vel **B** prouectus noli ducatu arripere. Igitur cū ea, quæ sedis Apostolicæ præfules instituerūt in litteris sacris inuenias, immo verò in temetipso iugi perseuerantia relegas. Noli, quia decreta ipsorum non susceperis amplius asseuerare: cum ipsi nihil, nisi quod naturalis, quod Mosayca, necnō & gratiæ lex iussit, instituat; & quicquid in Sardicēsi sancti Patres Concilio statuerūt, custodiendū prorsus diffinierunt. Inter quos Osius ille famosus & magnus inuētus est Athanasius, quamuis timeamus quid somnians dicas eiudē Concilii canones apud vos non haberi, quod procul à vero multis esse probatur indicijs.

Primum quidem quoniam quando Zacharias, qui se prætendebat Episcopum, ex parte Syracusani Gregorij, & collegarum eius Apostolicam sedem adiit, eorum deposcens renouari iudicium: hos se in appellatione canones, & eos, à quibus missus extiterat, fuisse secutos aiebat. **C** Deinde nos diligentissimè requirentes reperimus ipsos canones eo sensu, & numero non solum in nouis, verum etiam in veteribus, atque authenticis codicibus, qui veraciores soliti sunt inueniri, græcè conscriptos, quò ceteris Latinis canonibus inserti esse cernuntur, nimirum qui & à Præfulis prouinciarum pene totius orbis diffiniti sunt, & illis omnibus satis placuisse per eadem exemplaria græca monstrantur. Quomodo autem non esse penes vos Sardicenses canones, tu solus astruere poteris? quando non solum à latinæ, verum etiam cum alijs à græcæ linguæ hominibus statuti sunt, & promulgati? Qua de re credibile non est, quod illic diffinitum est, vnumquemq; ipsorum minime linguæ propriæ tradidisse. Aut quomodo non sunt penes vos canones Sardicenses, quando inter quinquaginta titulos, quibus concordia canonum apud vos textitur, ipsi quoque reperiuntur? Iam verò si & habitus tū præfatorum insignium Romanorum Pontificum decretalibus institutis de laicis ad Ecclesiasticos gradus non temerè prouehendis emissis, cōtemnendos esse putasti, saltem doctorem gentium Paulum Apostolum audire consensisses, & quàm sancti Patres in Sardicēsi Concilio conuenientes in hoc cum eo concordauerint, attendisses. Nam & audenter dicimus, & veraciter profitemur, quoniam qui Sardicēse Concilium non recepit, nec Paulū Apostolum recepit. Quid enim (vt cetera prætermittamus) Sardicēse concilium statuit? quando dicit: Si forte aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratione sæculari Episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio Diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmē episcopatus? Potest enim per has promotiones, quæ habebūtur utiq; prolixū tem-

pus

A pus, probari qua fide sit, qua modestia, qua grauitate & verecundia, & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, vt temerè & leuiter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est, maximè cum & magister gentium beatus Apostolus ne hoc fieret, denunciasset, & prohibuisse videatur: sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata, nisi quod Apostolus præcipit; dilecto discipulo dicens: Manum cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Et de diaconibus: hi autem probentur, & sic ministrent. **Quis autem** maiorem concordiam quàm in his verbis Apostoli, & memorati Concilij poterit inuenire? Quid verò est, cito, nisi ante maturitatē ætatis, ante tēpus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, immo ante exhibitionem subiectionis potius, quàm celsitudo prælationis? Iam verò si **B** Apostolus (vt intermisit prædicti Concilij mentio differatur) diaconos probari præcepit, & sic ministrare quanto igne doctus Episcopus diutinis est tēporum spacijs per omnium exercitia virtutum probandus, & tamquam aurū in fornace diuersarum tentationum examinandus? Sicq; demum purgatus iam, & expiatis cunctis probis moribus & virtutibus, manifestus ad prælationis fastigium prouehendus. Igitur nos quidem de indebita promotione tua summatim hæc scripsisse tibi cognosce.

Tu autem qui etiam cogitationum tuarum testis es, quàm illicitè sis prouectus, scire facilius poteris. Qua de re alienum cessa de cetero peruasum locum tenerè, nec fias domui Israel in offendiculum iniquitatis, & nec amplius cæcis ducatum præstes erroris. An non (vt multa omittamus) offendiculum domui Israel factus es, qui tantam Domini plebem Ignatium deserendo contra suam subscriptionem, vel professionem agere compulisti? An non ei ducatum erroris præstasti, quando illi pastorem suum infideliter deferere, & te, cui non pertinebat aliquid de ouibus, sequi callidè suastisti? Verum tanti reatus pondere iam fugeres, si veritatis sententiã sollicita cordis aure penfares, quæ ait: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola afinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Per molam quippe afinariam sæcularis vitæ circuitus, ac labor exprimitur, & per profundum maris, extrema damnatio figuratur. Melius ergo tibi fuerit, vt sub exteriori habitu te ad mortem sæculi acta constringerent, quàm sacra officia ambiendo, & non solum vnum, sed etiam cum magistro patre, ac pastore tuo plurimos eorum, qui in Domino credunt, scandalizando, in culpa te ceteris imitabilem demonstrares: quia nimirum si solus caderes, vtrumque te tolerabilior inferni pœna cruciaret. Fuge itaque principatum nequiter vsurpatum: declina præfese, qui innumris dignosceris indefinenter obefse. Scriptum legisti quia Iesus (qui vtique Rex verus est) cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit. **Quis enim** principari omnibus tam sine culpa potuisset, quàm is, qui hos nimirum regeret, quos ipse ereauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit, vt non solum nos per passionem redimeret, verum etiam per conuersationem doceret, exemplum se sequentibus præbens, rex fieri noluit. Ad Crucis verò patibulum sponte cum venit, oblatam gloriã culminis fugit, pœnam probrosæ mortis appetijt, vt videlicet membra eius discerēt fauores mundi fugere, terrores minimè timere; pro veritate aduerfa diligere, prospera formidando declinare.

Igitur

Concordia canonum apud Græcos.

1. Tim. 5.

Math. 18.

Ioan. 6.

S. Leo epist. 12.
ad fin.
Ioan. 10.

Igitur tandem aliquando audi nos, quos si audieris, non senties erga te penitus inflexibiles, nec ad misericordiam duriores: quia, ut Leo magnus Apostolicae sedis Antistes beato Flauiano scribit: Dominus noster verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos suam vult esse pietatis, ut peccantes quidem iustitia coerceat, conuersos autem misericordia non repellat. Si quidem nunc pro omnibus, quae sparsim per huius epistolae textum te contra omnia iussa diuina perpetrasse commemorauimus, Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum principum Petri ac Pauli, ac omnium simul sanctorum, atque venerandorum sex vniuersalium Conciliorum auctoritate, necnon & Spiritus sancti per nos iudicio cuncto sacerdotali honore, ac nomine (quod gemetes dicimus) alienus & omni clericatus es officio prorsus exutus. Ita ut si post notitiam huius sanctionis, quam diuina inspiratione depromptam esse credimus, dum vnanimitate & concordia sanctae Synodi sit proculdubio promulgata, tentasti in Constantinopolitano throno praesidere, ac sepe fato venerabili Coepiscopo nostro Ignatio, quominus ecclesiam sibi commissam sine quauis inquietudine regere posset, impedisti: vel si de ministerio sacro ulterius ausus fuisti aliquid more sacerdotis contingere, iuxta praecedentem consuetudinem (quod contra canones est) nullo modo liceat tibi communionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus vnica cum comunicatoribus tuis, atque fautoribus perpetuo Dei iudicio, ac sententia per mediocritatem nostram existens, sacrum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi non nisi vicino mortis periculo percepturus. Quatenus haec vnusquisque discens, nequaquam decetero temeraria praesumptione ex laicis subito in Dominicis castris insperato quodammodo impetu irreperere audeat, & principatus amore ante dux esse velit, quam tyronis consummet officium, & ante teter docere, quam discere, sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse cooperimus. Et rursus ne contempnis clericis (quorum ut pote in tam magna vrbe copiosa multitudo est) quisque ab ipsis (ut ita dixerimus) cunabulis, impraetermissis labore in Ecclesia Christi desudat, & indefinita Domino exhibent seruitutis obsequia, is qui deforis est, alterius ouilis Christi repente principatum arripiat, & nitatur quos esse suos non recognoscit, discerpere, & grex Dominicus incipiat eum utpote extraneum, & improuifum omnino contemnere, praesertim cum perspiciat nihil sibi stipendia profecisse meritorum, & alienum suorum cernat consumere fructus laborum. Dat. idibus Nouembris, Indictione XV.

EPISTOLA XII. B. NICOLAI PAPAE I.

DOLET se depulsum fuisse de spe, quam ob multa, quae a principio de eius pietate audierat in ipso collocauerat. hortatur eum ut resipiscat, & causam Ignatii apud Imperatorem agat, ipsiusque legatis sedis Apostolica faueat.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
in Christo diligendo filio Bardae inlyto Caesari.

Nostquam Dei omnipotentis in te coeperunt dona miris successibus abundare, eorumque donorum insignia longè lateque gloriosissime coruscare, necnon & apud aurium nostrarum auditus odorifera crebrescente fama laudabiliter frequetare, coepimus & nos exinde immensas eidem omnium donorum largitori Domino gratias agere: & ut hac

A. hac in te crescere faceret, enixius implorare, qui pro magnae pietatis suae, ac ineffabilis misericordiae multitudine tanto apicem excellentiae tuae post sublimius extulit, quanto per te oppressos erigi, & opprimentes comprimi, & exaltantes ecclesiam suam exaltari, & humiliantes hanc voluit humiliari. Posuit quippe te in Ecclesia sua, sicut Cedrum, ut sub umbra tua refrigerium cruciati, & protectionem inueniant desolati, ac diuersis fatigationibus lacerati. Post haec autem audiui in Constantinopolitana Vrbe dissensiones, contentiones, clamores, coniurationes, conspirationes, factiones, animositates, simultates, & cetera incommoda, seu discrimina, ita ut iam imminere credamus illa tempora, quae ab Apostolo nouissimis diebus instatura fore praedicta sunt, & virgere putarentur omnia signa, quae redemptor noster finem mundi praeventura esse praenunciauit. Quid autem nequius, immo periculosius, quam ante iustam, canonicamque audientiam sola saeculari potentia Praesulem a sua sede propelli, atque Ecclesia sibi diuinitus commissam, consensuque ac subscriptione prouincialium sacerdotum, & compatriarcharum communionem roborata priuari? & cum qui inter Deum & hominem interpres, ab intercessione populorum nulla monstrata noxa, solo pro libitu vnus cuiusque remoueri? Quid inquam nequius, aut periculosius, quam ut discipuli manus in magistrum iniiciant? filii viperas imitantes parentem proprium (quatum in ipsis est) interficiant? eique maledicere, a quo benedicti sunt? eum proijcere, a quo ad singulorum graduum honorem prouecti sunt? Quid verò praesumptiosius, quam si pulsus aliquem pellere, aut remotus remouere, aut ligatus ligare tentet? Quid praeterea inconuenientius, vel inordinatius, atque confusus agi potest, quam tanta numerositate Constantinopolitanorum clericorum, tamquam tota vel fidei violatione polluta, vel inscitiae insipientia eneruata, vel diuersis criminibus irretita, sprete penitus, ac reprobata, laicum super hanc erigere, & extraneum super eam inducere, & in ea contra sacros canones, immo verò aduersus Apostolum neophytum ordinare? Iam verò si neophytum non nisi nouiter in fide plantatum dicitis; respondemus, non hoc illud nobis nomen significare: siquidem in illo nomine, quod est neophytus, nihil de fide sonat.

Quid significet neophytus.

C. Sed dicitis ita hoc sancti patres nostri interpretantur, videlicet ut neophytus nouiter in fide plantatus intelligatur: at nos respondemus, quod postquam in compositione nominis huius nil de fide sonare scit, non solum in fide, verum etiam in clericali militia nouiter insertus neophytus valeat appellari, quem admodum & sanctus Papa Gregorius, & Anglorum gentis Apostolus intercessor vester apud Deum, qui & vim nominis istius perspicaciter intellexit, & patres illos forsitan, quos dicitis, subtiliter inuestigauit, inter cetera scribit, dicens: Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio in sanctae fidei erat conuersatione plantatus, sic modò neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros irreperit. Quid rursus perniciosius est, quam cuiquam ex schismaticis intra septa Dominica principum tribuere, & per damnatos sanctificare, & per depositos ad sacerdotium sublimare, & viuentis locum furripere, & alteri Christi sponfam commissam temerare, & in apostasiam multos demergere, & in infidelitatem impellere, & a professione, vel subscriptione sua non paucos auertere, & ecclesiam per exteras potestates accipere, ac per hoc in ouile Dominicum, non per ostium, sed ex aduerso, ac aliunde conscendere, & in id more furis, atque latronis, seu lupi rapacis irreperere, & primum quidem pastorem necare, deinde verò ouium

S. Greg. lib. 7. ep. Ind. 2. ep. 110.

ouium alias quidem trucidare, alias autem dispergere, cōterere, nudare, la-
cerare, ac diuersis modis & machinationibus disperdere? Quid postremo,
quæsumus, horribilius & execrabilius, quàm Dominica, seu sanctorum pa-
trum, necnon & Apostolicæ sedis scripta pro Religione, pro disciplina, pro
correctione missa violare, & quædam quidem eorum fidelibus occultare,
quædam verò defraudare, & subtractione, ac commutatione, necnon & ad-
ditione quædam callidè deprauare? Missos quoque beati Petri Apostolorū
principis varijs argumentis à sibi cōmissis auertere, & ad præcessionem, quæ
à schismaticis, excōmunicatis & damnatis agebatur, pertrahere, illosq; con-
tempta legatione, quæ vel gentiliū more tractari debuit, nonnullis incom-
modis subdere, & ad extremum in illusionem beatissimi Petri, à cuius sede
profecti fuerant, nō solū inefficaces redire facere, verū etiam impugna-
tores omnīū, quæ mādāta fuerāt, demonstrare: quæ & his similia, nec nō & his
pluriora in Constantinopolitana Vrbe, vel in adiacentibus sibi ciuitatibus
patrari audientes, immenso sumus mœrore repleti, & anxietate nimia per-
turbati. Sed quia horum omnium auctor, tu existere fama, diuulgante di-
ceris: intolerabili cruciatu mentis afficimur, & doloribus vndique coangu-
stamur. Vnde videlicet cum Hieremia in vocem prorumpere, ac libet lamē-
tabiliter mœstitiæ operam dare, flebiliterque exclamare: Quis dabit ca-
piti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, vt plangam, & lugeā
tantam & talem perniciem, tantum & tale dispendium? Frustrata est enim
spes nostra: cōfidentia nostra decepit nos. O damnū incomparabile, ò exitiū
non nisi per te Domine Iesu, quo quomodo destruēdū? Versa sūt dona Dei,
quæ olim fuerāt tibi collata, in armaturam aduersus Ecclesiam eius, & quæ
ille pro salute plurimorum tribuit, in perniciem euidentem sunt commutata
multorū. Sed reuertere fili mi, reuertere pijsime Cæsar, reuertere: quia Do-
minus noster misericors est, & te reuertentem extensis benignitatis brachijs
clementer amplectetur. Et non tantum indignatus est pro læsione, quam Ec-
clesiæ illius operatus es, quantum lærabitur, si quem læsisti aduersus Eccle-
siam, adiuuare cōtenderis. Porrigat igitur pietas tua Constantinopolitanæ
ecclesiæ manum, nec patiatur hanc amplius suo iam dēstitūtā rectore, substi-
tere: & mœrentem, ac lugētem incedere. Virtutum charismata, quæ tibi Do-
minus noster Iesus Christus contulit, non contra se, sed pro se, proque sancta
Ecclesia sua præparata semper inueniat: teque de beneficijs suis esse melio-
raturum gaudeat, & gratias agere continuis horis, atque momentis reperiat.

Legatos præterea (Donatum videlicet reuerendissimū, & sanctissimum
sanctæ Ecclesiæ Hostiensis Episcopum, & religiosos, ac venerabiles sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Leonem tituli sancti Martyris Christi Laurentij, qui ap-
pellatur Damasi, presbyterum, atque Marinum Apostolicæ nostræ sedis
diaconem) quos Constantinopolim in nomine Domini destinauimus, ita li-
benter, ita benignè suscipite, atque tractate, quemadmodum orthodoxi
principes beati Petri Apostoli Missos suscipere, necnon tractare soliti fuisse:
multis apicibus referuntur. Nam & impietatem paganorum transcendere
comprobantur, quicumque Legatos Ecclesiarum quibuslibet putauerint
contumelijs impetēdos. Apud ipsos enim & si non habetur legatio fortassis
accepta, persona tamē Legati semper iudicatur immunis, præsertim cum le-
gatio præfatorum nihil nisi quæ pacis sunt, satagat, & tantum quæ iustitia
diligit ipsa verecundè suadere contēdat. Scilicet vt ablato mœcho ecclesiæ
Constantinopolitanæ proprio reddatur Episcopo: & siquid huic restituto
iam

Hier. 9.

Legati immu-
nes.

A iam fortassis obijcitur, seruato ordine audiatur, & iudicetur, videlicet vt in-
ferior à potiori iudicetur, & non minorum (quod contra omne fas est) sentē-
tiæ subijciatur. Quam præterea fortitudinem ostēderis, si totius indignatio-
nis vestræ pondus super duas, vel tres personas inflectitis; Et pedes euange-
lizantium pacem, euangelizantium bona solum calcandos vel conterendos
existimatis? Sed videte (quia eius capitis pedes calcantur, quod olim, vt
quid sibi persecutio ingerebatur, pro ipsis è cælo clamauit) ne verbū allige-
tis, neque occultetis legationem nostram: quoniam dicente Apostolo: Nec
verbum Dei est alligatum, nec veritas vllō pacto poterit occultari. quæ etiā
dicit: Nihil opertum quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur. Si
autem talentum acceptum in terra abscondere extremæ damnationis est,
quanta pœna multandus est, qui alterius talentum volentis hoc ad lucrum
domini sui multiplicare, tollit, & abscondit? vel etiam fraudare nō pauescit?
B Porro de talenti acceptione nullam poteris omnino excusationem præten-
dere. Accepisti quippe non minimum talenti donum: etiam & antequam ad
cæsareas infulas peruenires, familiaritatis scilicet locum apud Augustum,
& impetrandi quod volebas, facillimā gratiā. Si ergo nihil ei pro ecclesiæ
proprio rectore desolatæ detrimentis locutus es, nihil pro his, qui pro fra-
tre, & pro Coepiscopo nostro Ignatio Patriarcha abiecti, vel exiliati, aut op-
pressi sunt, pie suadere curasti: pro talenti retentione profectò positurus es ra-
tionem. Habens igitur magnificentia tua obtinendi penes Augustum talen-
tum, ea, quæ postulant damnationem, pro retento talento timeat, si, cum va-
let apud eum pro reddendo priori ecclesiæ Constantinopolitanæ Præsule,
vel pro perdendis nimis oppressis instanter interuenit. Præcipuè cum donā-
te diuina gratia sublimitas vestra non solū impetrādi quod vult apud Au-
gustum munus assequuta sit, verū etiam per cæsaream excellētiam, quam
adepta est, ipsa valeat concedere quod rogat, & largiri quod sibi ad lucrum
proficiat sempiternum. Tantum quippe ab vno quoque nostrum venturus iu-
dex exigit, quantum dedit. Quamobrem valde nobis carissime metuendū
est, & omnibus modis formidandum, quod sapientia terribiliter mūdi, prin-
cipes admonens: Discite, inquit, iudices finium terræ, præbete aures vos, qui
continentis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam da-
ta est potestas à Domino vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit ope-
ra vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni il-
lius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum
voluntatem Dei ambulastis: horrendè, & cito apparuit vobis, quoniam iudi-
cium durum his, qui præsumunt, fiet. Exigua enim cōcedetur misericordia. Po-
tentes autem potēter tormenta patientur, quas voces sedulo tractās & men-
te reuoluens pietas tua paucat ò Cæsar: quoniam secundum Apostolum,
Horrēdum est incidere in manus Dei viuētis. & idcirco consilium nostrum
audi: & quæ contra fratrem & comministrum nostrum Ignatium, vel aduer-
sus complices eius, vel communicatores egisse te recolis, celeri stude satisfa-
ctione corrigere: & quæ per te destructa sunt, indifferētī cura pristino statui
reddere: quæ cuncta, Domino auxiliante, facile (sicut credimus) adimplebis,
si tranquillitas tua in susceptione & auditione Missorum sancti Petri debi-
tum honoris officium exhibuerit. Testis autem mihi est Deus, quomodo
vos cupiam in visceribus Christi, & hoc ipsum idcirco magnopere postulem,
vt & ministerium meū adimpleam, & Ecclesiæ status, & ordo reformetur, &
gloria magnificentiæ vestræ, præstante Domino, de corruptibili felicitate
Epist. Tom. 3. K ad

Rom. 10.

2. Tim. 2.

Luc. 12.

Sap. 6.

Hebr. 10.

Philip. 1.

ad incorruptam, à mortali vita ad immortalem, & à culmine terreno ad caeleste fastigium, & à temporali, atque cito defluenti claritate ad perennem & semper manentem beatitudinem perducatur, & diuina visione cum sanctis omnibus & electis angelis perfruatur. Dat. idibus Nouembris, Ind. XV.

EPISTOLA XIII. B. NICOLAI PAPAE I.

CERTIOREM Ignatium facit de omnibus, quae in eius causa à reditu legatorum Zachariae & Rhodoaldi acta fuerunt, & qualiter Photius fuerit in concilio depositus, & anathematizatus cum suis sectatoribus: Ipse verò vnà cum suis restitutus.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerendissimo, ac sanctissimo fratri, & comministro nostro Ignatio Patriarchae Constantinopolitano.

Hic non potest, frater carissime, quantis mœroribus, vel quantis anxietatibus ob immensitatem tribulationum, & persecutionum in vos illatarum afficiamur, quantisque nos laboribus, & certaminibus fraternam dilectione prouocati, iugiter ac indefinenter immisceamur. Nimirum qui & causam vestram nostram reputamus, & onera totius Ecclesiae baiulamur. Etenim considerato ministerio nostro, quod diuinitus per beatum Petrum Apostolum ad nos usque deriuatum suscepimus, non est nobis dissimulare, non est pro fratribus nostris silendi facultas, quibus maior & honor & onus cunctis Christianae pietatis, & Ecclesiarum correctionis inesse debere sollicitudo dignoscitur. Sustinemus quippe cunctorum, qui premuntur grauamina, quin potius sustinet in nobis haec sanctus Petrus Apostolus, qui in omnibus (ut confidimus) administrationis suae protegit, ac tuetur haeredes. Quae verò de vobis sedis Apostolicae auctoritate habentes, ac priuilegia ipsius vindicantes decreuimus, dilectioni vestrae his intimamus affatibus: quoniam apud nos hoc semper fuistis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse: non quod ex voluntate hominum putamini non esse. Igitur postquam Legati nostri (Rhodoaldus scilicet & Zacharias dudum Episcopi) quos Constantinopolim pro inquirenda solummodo causa remotionis vestrae, à sede Constantinopolitana, inter illa, quae iussu nostro pro sacris Imaginibus erant agenda, miseramus, reuerse sunt: & tam eorum relatione, quam scriptis per Leonem imperialem à secretis nobis delatis coperto, quod ipsi etiam sententiam contra vos dederint, tanta sumus mœstitia, tantoque cruciatu mentis attriti, quanto contraria gesserunt omnibus, quae sibi fuerant imperata: quantoque per eos visa sunt stabiliri, quae credebamus penitus exinaniri: quantum etiam subreptum est, atque persuasum omnibus nos in talibus praestitisse consensum. Quapropter dum apud nos (id est Leo) Imperatorius Missus adesset, conuocata tota, quae apud nos ecclesia est, professi sumus coram ipso, sicut & profitemur, pro deiectione vestra & confirmatione Photij numquam misisse, numquam missuros esse; & in depositione vestra, vel promotione Photij numquam consensisse, numquam consensuros esse. Et haec sepius dicta, & palam annunciata, atque in Apostolatus nostri epistolis taliter inferta, tam excellentissimo Imperatori Michaeli, quam

SUMMORVM PONTIFICVM. EPI.

A quam Photio destinatis praefato Leoni à secretis decretis deferenda tradidimus. Deinde verò qualiter ab Ecclesia Christi, cui diuina ordinatione praesumus, non habente maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, hanc ^{Eph. 5.} sinistram procul faceremus suspicionem (ne videlicet in hac saltem tenuis subsannandi, oriretur occasio) cogitare coepimus, & mente reuoluerit: tunc conuocato multarum prouinciarum occidentalium regionum sanctissimorum Episcoporum coetu, & collecta sancta synodo in Ecclesia Dei, in qua beatus Petrus reiacet: primum quidem (decernere nobiscum sancta synodo) Zacharias depositionis & excommunicationis sententiam pertulit: Rhodoaldi comparis videlicet sui iudicio propter absentiam protelato, quod tamen se similiter deponens, & communionem priuatus, & ipse non in sinem euasit. Praeterea deposuimus Photium, immo Deus deposuit eum tamquam neophytum & peruaforem, atque adulterum, & omni sacerdotali honore, seu clericatus officio, necnon & patriarchatus nomine prorsus exuimus: & si post notitiam huius nostrae sanctionis in Constantinopolitano throno praesedit, aut vobis ad recipiendam ecclesiam impediuit, vel si ausus fuit de ministerio sacro quicquam, more sacerdotis contingere, communionem & loco satisfactionis omnino priuauimus, & vnà cum comunicatoribus & fautoribus suis anathematizauimus pariter & Gregorium, qui Syracusanam ecclesiam Deo contempto, praestitit, eo quod à vestra se communionem sequestrauerit, & Photium irregulariter ordinauerit, & post depositionem sacrum ministerium tetigerit, sanciuimus, atque statuimus omni sacerdotali gradu fore priuatum: ita ut si postea praesumpserit in sacro officio more sacerdotis ministrare, anathema sit. Et si contra vos turbas excitauit, vel excitauerit, vel à vestra communionem fidelis auerterit, anathema sit: & omnes communicantes ei ab Ecclesia abiciantur: sed & ipsi anathema sint. Eos verò, quos Photius ordinauit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratori suo communicasse, omni clericatus officio dispoliauimus. Vos autem auctoritate summi iudicis Domini nostri Iesu Christi promulgauimus numquam fuisse, nec esse depositum, vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sis absque vlla canonica auctoritate tua pulsus ecclesia, & tamquam qui ab obligatis nullo possis haberi vinculo colligatus: & ab eis, qui nullam te iudicandi potestatem, vel ab Apostolica sede auctoritatem habuerint, nullum tui honoris discrimen pati debueris. Itaque vos omni vinculo anathematis per potestatem diuina voce beatissimo Petro collatam, & per auctoritatem sacrorum canonum remoto, pristinae dignitati, sedi, gradui, patriarchio, ac pristinis & pontificalibus infulis, atque officijs restituiimus, & confirmauimus: ita ut quicumque in omnibus huic decreto non obedisset, vel se à vestra communionem separasset, vel ulterius contra vos aliquod iudicium absque sedis Apostolicae consensu protulisset; siquidem clericus esset, ab omni clericatus officio coram Deo & hominibus foret alienus. Si verò laicus extitisset ille, qui (quisquis esset) constitutioni nostrae contraire tentasset, & vos sedem & omnem pristinam dignitatem recipere non permisisset, vel si post receptam denuò vos impellere tentasset, vel per sermonem vestrum aliquam molestiam irrogasset, omni benedictione paterna priuaretur, & maledictione Chanaan filij Cham, qui verecundiam patris non cooperuit, sed irrisit, multaretur, & cum parricidis aeterna poena (Domino iudicante) percelleretur, & nexibus anathematis non nisi respiciens penitus erueretur. Eos autem Episcopos, seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post nec dicendam depositionem

vestram in exilio relegati, vel ministerio, aut gradu cassati, ac priuati sunt. A statuimus, ut exilio dissoluto proprias ecclesias, atque gradus recipiant: ita, ut si quisquā huic Decreto nostro cōtraire præsumpsit, & ut ecclesias, vel gradus resumant, impediuit, vel impedierit, quousque obtemperet, anathema sit. De his autem, qui ex horum catalogo forte ab alijs criminarentur, decreuimus eos antea quidem proprias ecclesias, & gradū recipere: non autem nisi ab Apostolicæ sedis Romano Pontifice iudicari. Sed si qua præter regulam egisse forte dicerentur, nostro eos decreto iudicandos referuari statuimus: iuxta quod sacri præcipiunt canones. Hæc sunt frater carissime, quæ in superius memorata veneranda synodo vnâ cū fratribus & cōsacerdotibus nostris diuersarum prouinciarum occidentalium, secuti Antecessorum nostrorū auctoritatem egimus, & statuimus. Quæ idcirco beatitudini vestræ nota facere curauimus, ut scire valeat, quæ nostra sit super negotio vestræ fraternitatis intētio, & nemo possit aliter vobis de his suadere quæ gesta sunt.

Rom. 5.

Nunc autem hortamur, ut spe, quæ in Deo est, erecti, ne deficiatis in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Nam & nos licet longe positi, vbi prauitatem persequentium vos agnouimus, fraterna sollicitudine nos vrente non modico flagramus incendio, licet inter ecclesias Dei, quæ in vnum Christi thalamum vndique referuntur, nihil longe sit, nihil habeatur extraneum. Vnde frater carissime, consolatio vestra ex Deo sit, qui dat semper virtutem confidentibus in eum. Habetis exempla sanctorum, qui olim seminantes in lachrymis, in gaudio messuri sunt in futuro. Non amat Dominus noster seruum, nisi experimentis probatum Christianas animas rerū palestra semper exercet. Nostri nobis bella mouerunt (si tamen nostri dicendi sunt) quos ad inimicū transiisse foedere rupto sentimus. Nulla est tribulatio temporalis, si sit ante oculos præmium sempiternum, cui nihil conuenit anteponi. Clamat noster hymnicus: Si aduersus se castra consistant spe illuminationis eius sibi penitus non timendum. Rogamus ergo quicquid inimicus intulit, ferre patienter. Indixit iniurias, indixit contumelias, indixit exilia; ille in suis hoc passus est, qui pertulisse pro nobis sputa, flagella, mortemq; dignoscitur. Patientiæ vobis, atq; constantiæ forma Stephanus primus Christi martyr existat. Sed lōgū est ire per singulos, qui vitam vel moriendo, vel cōfitendo mercati sunt. Habetis tamē vos, qui ecclesia estis expulsi, beatæ recordationis Athanasij Alexandrinæ ecclesiæ prudentissimi sacerdotis exemplum, cui non consolationis sit illius tolerantia, cui non spem faciat eius expectata reuersio? Eijcitur Ario persequente, sed reuocatur Domino prosequente. Passus est carcerem, passus est angustias; nec mirum, si vir Apostolicus ea passus est, quibus Apostolus se gloriatur; exercitus fugatus illinc in nostris partibus roboratus est, & in hac sede requiem communionis inuenit, à qua semper catholicis subuenit. Verumtamen sensit in tribulationibus lassitudinem, qui factus est in persecutione confessor: vnde non debetis temporalem vobis illatam deiectionem dolere, quia (sicut credimus) Deo non cecidistis. Phorium ergo ne timeamus, ne à regione viuorum deijciamur: illud est nostrum, illud æternum. Nostrum enim non est, vnde transitur; sed illa verè nostra sunt quæ spes certissima pollicetur. Sunt autem, dicente Apostolo, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit Deus diligentibus se. Dat. idibus Nouembris Indictione. XV.

Psal. 26.

1. Cor. 2.


EPI-

A EPISTOLA XIII. B. NICOLAI PAPA I.

HORTATUR Augustam, quam multis laudibus ornat, ad patientiam; & ad collocandum in Deo spem suam. Ostendit se in Ignatij restitutione omnem suam ponere operam.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectissimæ filiæ Theodoræ Imperatori quondam
terreno, nunc autem spiritualiter cælesti coniunctæ.

De Theodora
Anastasio i præ
fatione octauæ
synodi. Cedren.
& Zonar. in Mi-
cha.

B  Irtales vestras, quibus prædita antecedentium vos Augustarum nulli diebus istis apparuistis secundæ, quibus etiã, & præcipuè in causa pietatis, earum nemini estis inferiores inuenta, subtiliter atque sollicitè recolentes, Deo cunctipotentem, cuius munere has percepistis, grates immensas referre, & eius sancto nomini benedicere non cessamus, atque piorum studiorum vestrorum præconia pro imitatione audientium inter fidelium colloquia iugiter enarramus. Tu quippe etiam principe Marito tuo contra leges Ecclesiæ sentiente superstite, sana sapere & recta defendere non formidasti. Tu inquam in orthodoxa religione perseverans, vnicum filium non terreni patris, sed supercælestis iter aggredi docuisti. Quis autem morum insignia, quis correctionum tuarum facta fortia narrare sufficiat? Cum enim sola principabaris, Domino cooperante non solum ab hoste visibili, verum etiam nullo mare infirmior Ecclesiã Domini ab hoste inuisibili (hoc est ab errore) texisti: & peruersorum dogmatum nebulam, tamquam solis radius ab Ecclesiæ facie pepulisti. Senferunt in te hæretici virile pectus, & mirantes insuperabile robur, quod femina fueris, ambiguit habuerunt. Cur hoc nisi quia sedis Apostolicæ dogmata sequebaris, & Constantinopolitani monita pontificis, cui Romana Ecclesia communicabat, amplectebaris? Sic enim deuoti filij paternum venerantur affectum: & in vilo prorsus ingrati circa parentes suos consentiunt inueniri: sed inimici quid agunt? apprehendunt, eijciunt, & quid plura? omni dehonestati subijciunt. Sed exempla patientiæ, quibus ista contemnere: & illa, quæ sunt æterni imperij, docearis appetere, o Christianissima filia, satis abundant. Nam legifer Moyses & Aaron sanctus Domini murmur, & duras contumelias, atque seditionem patiuntur ab ijs, quos velut filios in sinu portabat, & adeo diligebat, ut Domino volenti eos perdere, & facere eum in gentem magnam, diceret: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. sic beatus Samuel ab his quibus multa præstiterat beneficia, de principatu propellitur: sic Propheta Zacharias ab eo, cui pater suus Regnum vindicauerat, & ipse viam salutis ostendebat, lapidibus impetitur. Sed quid per hominum genus diutius immoremur? quando ipse mediator Dei & hominum Dominus noster Iesus Christus ab his, quibus cæcos illuminauit, languidos plurimos pristinae sanitati restituit, mortuos excitauit, probra sputa, flagella & mortem crucis sustinuit? Deuenimus quippe, heu, in ea, quæ beatus Apostolus prædixit periculosa tempora Paulus, cum scriberet: Et in nouissimis temporibus instabunt

Exod. 32.

1. Tim. 2.

2. Tim. 3.

Epist. Tom. 3.

K 3

tem-

tempora periculosa, & erunt homines seipfos amantes, cupidi. vbi & interposuit: Parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace. Immo deuenimus in eos lugendos & deplorandos dies, in quibus, pro dolor, iuxta quod & Dominus in Euāgelio dicit: Tradet frater fratrem in mortem, & insurgent filij in parentes. Sed hæc faciētes & saeuientes hostes quid agunt? dum cupiunt obesse, profunt: & cum lædere moliantur, plurimum præstant: priuant tyrannicè regno temporali, sed donant (licet nolendo) imperium sempiternum: auferunt terrenam gloriam, sed conferunt cælestem beatitudinem. Commutatur enim eorum argumentum iniquitatis in artificium æquitatis: & arma perniciæ seu tyrannidis versa sunt in instrumenta salutis & pietatis. Quoniam quantumlibet sauiant amulii, quantumlibet hostes insaniant, diligentibus tamen Deum omnia cooperantur in bonum: nimirum quia Non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra Dominum: Ergo carissima filia confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, & in aduersitatibus vnicuius Domini solum adite refugium: statuentes etiam pedes vestros in petra, super quam Dominus principaliter suam construere delegit Ecclesiam: & ab eius communionis soliditate, sicut nec hætenus, ita quoque vsq; in finem nullis procellæ alienamini statibus. Nos verò, qui eiusdem immeriti sumus vicarij, tam circa statum ecclesiæ Constantinopolitanæ, quamq; circa recuperationem fratris & Coepiscopi nostri Ignatij, iuxta ministerium nobis creditum segnes inueniri, vel desides nullo pacto confidite. Quomodo autem erga vos, vel erga dilectas filias vestras agatur, vel si forte quid cordi est, per presentes Missos nostros, quibus suffragari vos in opportunitatibus petimus, fida mente nobis, & indubitabili conscientia quæsumus intimare. Dat. Idibus Novembris Indictione xv.

EPISTOLA XV. B. NICOLAI PAPAE I.

ROGA. Ut agat partes Ignatij apud Imperatorem.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Dilectæ filiæ Eudociæ gloriose Augustæ.

Nihil in regia sublimitate iustitia dilectione decentius, nihil in infirmitate muliebri fortitudine mentis honestius. Quid autem laudabilius vel robustius, quam si femina virile peritus induat, & adhuc in causa pietatis virorum studia superet? Qua de re principio sermonis nostri sublimitatem vestram nunc primitus litteris alloquentes, hortamur, & vehementissimè deprecamur, ut Deum omnipotentem affectu, quo decet, & cultu quo conuenit, diligatis: & præcipua sollicitudine circa statum Ecclesiæ ipsius inuigiletis: ita, ut apud dilectissimum filium nostrum à Deo protectum Michaelē tranquillissimum Imperatorem, coniugem vestrum summa instantia impetrare procuretis, & femina infirmitatis oblitæ viriliter agere studeatis: quatenus in uasore Constantinopolitanæ ecclesiæ, seu mœcho, atq; neophyto Photio remoto, fratri & Coepiscopo nostro Ignatio eadem Ecclesiæ permissione ipsius, atq; fauore reddatur: quoniam contra omnē regulam, & præter omnem ordinem, illa præfatus reuerendus Antistes dispoliarus, atq; priuatus

A priuatus est. Verum adeo imperium vestrum pro hac eadem re nouerit, præfatus à Deo conseruado Augusto desiderabilissimo filio nostro Missos, & litteras Apostolatus nostri competitibiles destinasse: quibus vestram quoque pietatem sociantes petimus, ut tantum legationem eorum adiuuetis, & eis in omnibus suffragemini, quantum beatum Petrum Apostolum & cælestis Regni clauigerum culmini vestro semper adesse benignum medullitus exoptatis. Nō enim frustra nobilitatē vestrā Christus Deus noster imperij coniugis vestri fecit confortē, nec posuit vos, nisi ut Ecclesiā eius adiuuetis, erga statū eius uigiletis, famulis ipsius auxiliemini, mærentes consolemini, oppressos & elisos erigatis, pullos & exiliatos reuocetis, & cuncta deprauata, confusa, inordinata, atque destructa, vigori pristino reformetis: verum etiam, ut tamquam fortis virago & insignis adiutrix viro vestro ad multa intendenti, & innumera disponenti, adiutorium impendatis: & ne inter tot uarietates à iustitiæ culmine decidat, manū solatij quodammodo porrigatis. Sic Dominus in principio conditionis humanæ Protoplasto mulieris adiutorium sibi simile tribuit, ne uidelicet vir solitarius alterius forte consilio destitutus, facilius ad ima decideret, difficiliusq; post casum resurgeret. Iuxta quod scriptum est: Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem: quamuis ipsi dispensationem diuinam in contrarium uerterint, & concessa liberi arbitrij dignitate, seu ditissima potestate petulanter abusi sint. Porro si vos nunc cooperanti Collegæ vestro prospera vel amica Ecclesiæ suggeritis: si, ut mœchum repellat, & legitimum ecclesiæ Constantinopolitanæ reddat, suadetis: si penes eum, ut ea quæ in plurimis occupatus, pariter & intentus minus recte patrauit, in priorem ordinem reducat, obtinetis: quid vos, nisi saluterferum eius dicemus adiutorium, & laudabile vestrum prædicabimus contubernium? Nam (nobis credite) non minus his temporibus venerabilis Ignatij repulsio, seu reuerentis Photij promotio Imperio vestro, quàm Euæ suggestio nocuit. At verò si è contra, salubri vestro nomine, seu certamine, quæ callide sunt suasa, vel carissimo filio nostro suggesta, dissoluantur, & quæ nos pro salute communi decreuimus, adimpleantur, profectò in Imperij vestri orbe quasi per alteram Euam (id est per obediētem) cuncta, quæ destructa sunt, restaurabuntur. ille namq; priscus serpens & antiquus aduersarius non cessat Ecclesiam Domini, quæ de utroque sexu componitur, diuersis versare machinamentis. Vnde & Apostolus ne sensus quorundam corrumperentur, à castitate Christi, memor seductionis Euæ validè formidabat. Quamobrem necesse est, ut cum forte calcaneo vestro (id est perfectioni bonæ operationis vestræ) per vasa sua, id est per malos operarios tentauerit insidiari; caput eius protinus conteratis, id est in ipso mox initio prauæ suggestionis deprehensas serpentis, & ministrorum eius venenosas suasionēs quasi conculcantes, ad nihilum redigatis. In calcaneo namque finis est corporis, quo non inconuenienter consummata virtus exprimitur. Has quippe inimicitias posuit Deus inter serpenterem & mulierem, uidelicet ut ipse coluber ab ea, quam deceperat, non spatio quolibet interposito, sed confestim in ipso virulentæ suggestionis articulo conteratur: nec ei diutinus venena sua spargendi aditus concedatur: quæ velut cancer serpat, & ad corysque penetrando perueniant. Quæ autem sint, quæ dicimus, præstantissima sapientia vestra (credimus) iam aduertit. Nolumus enim vos à quoquam decipi: nolumus vos à caritate Christi quibuslibet subuerti versutijs: nolumus quorumuis vipereis

viperis aduersus Ecclesiam Dei commoueri suasionibus, qui magis volumus & optamus, & pium fastigium vestrum enixius imploramus, vt vos in integritate fidei, & in tramite rectitudinis populo Dei, qui est Ecclesia, more sanctæ illius Hester reginæ perseuerantes, virum quoque vestrum circa Dei timorem, amoremque succendatis: & erga sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ recuperationem, prudenter inflammetis: quatenus à Photij mœchi, neophyti, ac inuasoris, ac per hoc damnati, & anathematizati, communionem se muniens quicquid in fratrem & Coepiscopum nostrum Ignatium molestiæ intulit, & sibi commissam regere permittens ecclesiam corrigat: salutique suæ, atque imperij sui consulat, & Dominum sibi, suisque omnibus propitium faciat. Quod vos cum virtute summi Regis, in cuius manu corda regum sunt, obtinere posse proculdubio credimus: & excusationem de impossibilitate nullam habere (si voluntas affuerit) omnimodis arbitramur. Siquidem per mulierē fidelem, secundum Apostolum, etiam infidelis vir saluabitur. Quando Photius per fidelissimam feminam vir poterit saluari, qui, Deo gratias, non solum infidelis non est, absit, verum etiam Christianissimus & religiosissimus esse dignoscitur.

Deponite ergo cunctam muliebrem infirmitatem; & erga eum, ea, quæ pia sunt, quæ sanctæ Ecclesiæ congruunt, impetrare satagite: nec deficiatis, neque tardetis, vt nostris obediat precibus, nostras exaudiat tamquam spiritalis patris sui petitiones, indefinentibus apud eum suggestionibus, atque supplicationibus agere; ne non & quasi virili fortitudine circumcinctæ in constantia continua decertare. Quoniam (vt prætulimus) non vos Dominus frustra imperij coniugis vestri fecit esse confortem; & nisi pro populo eius legitime laboraueritis, in districto diuino iudicio distinctam proculdubio dabitur rationem. Aggredimini ergo, & induimini fortitudine, & pro statu, ac ordine Ecclesiæ Dei & erectione afflictorum, & oppressorum certamen assumite, imitantes videlicet superius memoratam beatam Reginam Hester, quæ pro populo Dei etiam in mortem dedit animam suam, & quousque hunc liberauit, anima ferias nullas suo certamini tribuit: cui Mardocheus ille laudabilis patruus eius (quemadmodum nos nunc vobis) inter cetera ita suggererat: Ne putes, inquit, quod animam tuam tantum liberēs, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis. Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tempore tali parareris? Quantum autem piæ Imperatrices, quarum vos imitatrices esse volumus, sedi beati principis Apostolorum Petri deuotæ fuerint: & hanc præ cunctis sedibus honorauerint, qualiterque sublimissimos principes circa reuerentiam Romani Pontificis inflammauerint, ex epistola Gallæ Placidia, quam Theodosio Augusto scripsit, potestis agnoscere: quam idcirco solam commemoramus, quoniam epistolarem excedere locutionem vitamus. Ait ergo: Non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, vt fides, quæ tantis temporibus regulariter custodita est, à sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus in Imperio splenduit, Christianitas nuper turbata sit. Ad arbitrium vnius hominis es, qui in synodo Ephesinæ ciuitatis odium & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia, & metu appetens Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum Flavianum: eo quod libellum ad Apostolicam sedem emisserit, & ad omnes Episcopos harum partium per eos, qui directi fuerant in Concilio à reueren-

1. Cor. 7.

Hester. 4.

Epistola Gallæ Placidia extat inter epistolas Præbular. Cœcil. Chalced.

à reuerendissimo Episcopo Romæ, qui secundum diffinitiones Nicæni Concilij consueti sunt interesse domine sacratissime filii venerabilis Imperator. Hac itaque gratia, tua mansuetudo tantis turbis resistens, veritatem immaculatam fidei catholicæ religionis saluari præcipiat, vt secundum formam & diffinitionem Apostolicæ sedis, quam etiam nos tanquam præcellentem similiter veneramus, in statu sacerdotij ille remanente per omnia Flauiano ad Concilij & Apostolicæ sedis iudicium transmittatur; in qua primus ille, qui cælestes clauis dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinauit. Quando scilicet decet nos huic maximæ ciuitati, quæ domina omnium est, tuam in omnibus reuerentiam conseruare: diligentius autem etiam in hoc prouidete, ne quod præcis temporibus nostra generatio custodiuit, sub nobis imminui videatur, & per præsens exemplum similia gerantur in Episcopos, ac sanctas Ecclesias. Videte igitur carissima filia, qualiter hæc Dei cultrix Augusta, vt præscam fidem seruet, satagat, & quod Constantinopolitanus Episcopus sæcularium metu fuerit appetitus, doleat: qualiter eum libellum ad sedem Apostolicam misisse commemoret: qualiter sedem Apostolicam, tamquam præcellentem veneretur: qualiter secundum formam & diffinitionem eius Flavianus submitti ad iudicium sedis ipsius (quemadmodum & nos de Ignatio & Photio statuimus) hortetur: qualiter in sede Romana illum primum qui cælestes clauis dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinasse recolat: qualiter etiam diligenter prouidendum esse censeat, ne quod præcis temporibus custoditum fuerat, imminui videatur, & per præsens exemplum similia gerantur in Episcopos, ac sanctas Ecclesias. Quæ cuncta filia carissima diligenter attendentes, & per huius piæ Augustæ vestigia gradientes; huiusmodi reuerentiam, huiusmodi cultum circa sedem beati Petri, & exhibete, & exhiberi à Christianissimo coniuge vestro strenuè suadete. Quatenus imperium, quod temporaliter assecuta estis, cum illis Dei cultricibus, & honorem sancti Petri sedi exhibentibus Imperatricibus, percipiatis æternum, & gloriam incorruptibilem eodem intercedente Apostolorum eximio, cui vos in legatis, & in legatione ipsius reuerentiam per obedientiam impendere cohortamur, in cælesti palatio incorruptibilem & immarcescibilem largiente Rege regum domino consequamini. Dat. idibus Nouembris Indictione XV.

EPISTOLA XVI. B. NICOLAI PAPAE I.

Vt faueat causæ Ignatij, & abstineat à communionem Photij.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Singulis quibusdam Senatoribus Constanti-
nopoleos à paribus.

Nidelium relatione, qui ad sanctorum Apostolorum limina orationis gratia veniunt, agnouimus gloriam tuam in Dei esse timore pariter & amore semper intentam, & in eius famulatu summa, iugique deuotione sollicitam. Quapropter Deo gratias agimus: & vt bono studio quod cœpisti, perseuerantiam det, atque in futuro

futuro dignam vicissitudinem tribuat, eius misericordiam suppliciter exoramus: præcipue quoniam diceris miseria Constantinopolitanorum ecclesiae compati, & eius perturbationem, atque detrimentum molestissime ferre: ita ut fratri & Coepiscopo nostro Ignatio eiusdem ecclesiae Patriarchæ, eiusque deiectionis condoleas & congemiscas: licet (sicut oportebat) liberè pene nullum ei auxilium præstes. Nam perfectorum virorum est, non solum iustitiam & veritatem quæ Christus est, coram cunctis mundi principibus confiteri, verum etiam, si necesse sit, usque ad mortem tota virtute defendere. Quis enim filiorum, nisi ingratus, nisi impius, non doleat, non usque ad mortem satagat pro spiritali patre suo tam furiose deiecto, & à commissa sibi ditinuitus cura pastoralis tam temerè sequestrato, & in locum eius adultero surrogato? Quis, inquam, filiorum, nisi ingratus, nisi impius, non doleat, non usque ad mortem satagat pro sancta Ecclesia matre sua, quam tantis vderit quotidie perturbationibus agitari, & tam irregulariter suo rectore priuari, & inuasori, ac neophyto pro libitu vniuscuiusque contradi? Curre igitur dilectissime, & si est perfectus in te Domini timor, nulli potestati veritatem absconde: redemptorem audiens dicentem: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timere, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Porro si tanta libertas in te spiritus non est, nec te tantum amor Christi succendit, ut mundi potestatibus, quod præuè fecerunt, non corrigentibus liberè contradicas: saltem à fratribus, & Coepiscopi nostri Ignatii, & communicatorum eius (quod tamen secundum indulgentiam dicimus) te quacumque læsione coerce: & à communione inuasoris, neophyti, ac adulteri Photij omnino suspende; sciens quia nos Apostolica, canonica, necnon & rationabili censura iustè hunc, & synodicè, atque secundum priuilegiorum Apostolicæ sedis auctoritatem iure deposuimus, & pro tot præuocationibus, & præsumptionibus suis vnà cum multarum prouinciarum occidentalium regionum Antistitibus, eum consonanter anathematizauimus. Proinde prouideat, & præcaueat prudentia tua, carissime, ne communicet peccatis alienis, ac per hoc alterius irretiat nexibus vinculorum: quin potius si potest Ecclesiae Dei subueniens pro repellendo mæcho & reuocando legitimo dare operam, benè: sin autem vel saluans saluet animam suam, & secundum illud propheticum: Exite de medio eorum, & pollurum nolite tangere. Legatos præterea, quos Constantinopolim misimus, pro eius amore, à cuius Sede profecti sunt, in quo se occasio præbuerit, benignè subsequi caritas tua contendat: videlicet ut propitio Christo & legatio eorum efficax habeatur, & ipsi sine læsione qualibet ad nos reuertantur.

Deus omnipotens & pietatem, atque dilectionem, quam te circa sanctæ Ecclesiae statum fama frequens habere testatur, in præcordijs tuis per amplius, & perfectius augeat: & te, quæ diximus, sollicitè prosequentem hic diu præsentis felicitatis munere perfrui faciat, & futuræ beatitudinis præmia sine fine concedat.

Institia vsque ad mortem defendenda.

Matth. 10.

Es. 52.

SVM MORVM PONTIFICVM. 119
A EPISTOLA XVII. B. NICOLAI PAPAE I.

LEGATOS ad synodum mittit, ad quam præcipit, duos de Carolo Lotharij patru Regno Episcopos accedere, sicuti de Ludouici & Caroli fratris eius regno alios conuenire iusserat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Lothario Regi, Pro synodo.

Sequentes Epistola excerptæ sunt ex vetusto manuscripto codice.

Regalibus excellentia vestra nuper Apostolatu nostro direxit, ut pro perficienda synodo, Missos è latere nostro dirigere dignaremur. Quod nos & ante litterarum vestrarum preces & postmodum facere desiderio ardenti cogitauimus. Sed quia multis sanctarum Ecclesiarum Dei vtilitatibus hætenus fuimus occupati, tam celeriter (ut volebamus) eos destinare nequiuimus. Nunc autem (Domino nostro Iesu Christo fauente) legatos sanctæ nostræ, cui Deo auctore deseruimus Ecclesiae, duos reuerentissimos & sanctissimos episcopos Rhodoaldum sanctæ Portuensis ecclesiae & Ioannem sancti Fundensis ecclesiae deliciosos nostros, quorum aduentu, atque præsentia Dei sacerdotum synodus congregetur, transmittimus, sicut nostris vobis iam pridem direximus litteris, quibus magnitudini vestræ intimatum est, binos Episcopos de regno Ludouiciregis patru vestri, & Caroli regis vestri fratris ad ipsam synodum conuenire debere. Nunc autem volumus, atque litteris nostris directis iubemus similiter duos de Regno Caroli regis gloriosi patru vestri ibidem sine aliqua ambiguitate adesse. Quas sanè litteras nobilitati vestræ dirigentes, petimus, ut eas Carolo regi de præfenti per vestrum fidelem hominem transmittatis: quatenus & duo regni eius episcopi (ut diximus) ad prædictam synodum, quæ auxiliante Domino congreganda est, cum nostris pariter legatis valeant conuenire. Quos sanè Apostolatus nostri legatos excellentia vestra digno honore suscipiat, & familiaritatis eius locum concedat, ut Domino auxiliante, cum ad nos fuerint reuersi, digna nobis de parte vestra nuntiantes, maximas Deo gratias referre, & Apostolicæ vos benedictionis munere ditare possimus, congaudentes sanè in vestræ humilitatis deuotione fideli. Dextera vos supernæ maiestatis illæsos conferuare per tempora longa dignetur.

D EPISTOLA XVIII. B. NICOLAI PAPAE I.

IVBET duos de eius regno Episcopos ad synodum proficisci.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Carolo glorioso Regi, Pro synodo.

Sedes hæc sancta, atque præcipua, cui Dominici gregis & sollicitudo, curaque commissa in omnibus mundi partibus rectitudinis suæ dispositione salubri cuncta ordinare, perficereque diuino freta procurat auxilio, & quod singulari etiam auctoritate perficere valet, multorum sæpe sacerdotum decernit diffinire consensu, & iustitiæ censura

cenfura, ea fcilicet emendando deliberare, quæ perperam, atque enormiter fuerint alicubi commiffa. Vnde vestræ regali Deoq; amabili excellentiæ norum effe volumus, quia ad futuram fynodum, quæ Metis ciuitate regni Lotharij regis nepotis veftri pro Theuperga forore Vberti & Vualdrada congreganda eft, duos de regno veftro Epifcopos, quos prudentes atq; veraces vos effe cognofceris, conuenire iubemus; qui vnà cum sanctæ Sedis noftræ Legatis, quos illuc (Domino auxiliante) nunc deftinamus, & aliorum venerabilium Epifcoporum cœtu, qui ad eandem fynodum conueniendi funt, fubtili cuncta indagazione, rectæque valde inquisitione, fecundum Deum & venerabiles sanctorum Patrum institutiones examinare, ac diffinire decerent. Nam & Ludouico glorioso Regi fratri veftro, fimili modo litteras noftras direximus, duos regni fui Epifcopos ad ipfam fynodum cõuocantes, quatenus in omnibus quæ ibi ftatuenda funt, rectitudo vigeat, iuftitia polleat, & falfitate fugata, veritas fplendeat, vt venerabili facerdotum Dei certamine Chrifti Ecclefia ab omnibus inconcufla confiftat aduerfis. Quos fanè in veniendo epifcopos ad iam dictam fynodum iuffione noftra volumus occurrere. Dat. &c.

EPISTOLA XIX. B. NICOLAI PAPAE I.

COMMENDAT legatos ad fynodum miffos, ad quam duos de Caroli regno Epifcopos ire præcipit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ludouico Imperatori, Pro fynodo.



Vgultæ ferenitatis magnitudini vestræ imperiali fulgèti decore his Apostolarum noftri litteris innotescimus; quia multis & quotidianis ecclesiarum Dei sollicitudinibus & vtilitatibus, quibus nos vigilanter infistere decet, præpediti, Miffos noftrios pro perficienda fynodo, quam pro causa Lotharij gloriosi Regis fratris veftri, noftra Apostolica fieri aucto-ritate decreuimus tam celeriter vt inter nos statutum est, in Franciam destinare nequiuimus, & quam Ecclesiasticæ rectitudinis & vtilitatis zelo, quo nos femper feruere oportet accensi, legatos nunc (sicut diximus) noftrios duos venerabiles Epifcopos, Rhodoaldum videlicet sanctæ Portuefi. ecclesie, & Ioannem sanctæ Fundensis ecclesie antiftites deliciosos noftrios illuc pro eiuſdem rei quam fcitis negocio canonicè diffiniendo direximus: quos clementia veftra benignè fufcipiat, eisq; fidelem, atq; prudentem tribuat hominem, qui eos vsque ad locum, quo à talibus fufcipiatur hominibus, quorum comitatu ad prædictum regem Lotharium fratrem veftrum illuc si valeant peruenire, fecuros & quieros, omniq; fuauitate deducat. Cognofcat præterea clementia veftra, quia pro communi Ecclesie pace, atque confensu duos Epifcopos de regno Caroli regis patrui veftri, ad ipfam fynodum, quæ Domino auxiliante in Metis ciuitate congreganda est; sedis Apostolicæ miffa vocatione conuenire præcipimus, qui vnà cum Mifforum noftrorum præfentia, & aliorum sacerdotum Dei conuentu, quod diffinire oportet, iuste, canonicèq; decernant. Dat. &c.

EPI-

A EPISTOLA XX. B. NICOLAI PAPAE I.

PETIT vt Balduino parcat, qui filiam eius rapuerat & in vxorem acceperat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Carolo glorioso Regi Maiori, Pro Balduino.

BEato ac precioſo Chrifti Dei noftri cruore Ecclefia sanctare dempta, & sacro ipsius Domini super solidam veræ fidei petram fundata eloquio, pietatis suæ viscera omnibus, non solum quos ex aqua regenerauit, & spiritu delinquentibus, verum etiam quot quot sacri nec dum lauit vnda baptismatis, patet, atque gremio gratulatur fouere salubri. Vnde ab ipso institutionis eius exordio, ad eam omnes velut ad pium carissimæ genitricis gremium confugere digna deuotione procurauit, qui se in aliquo flagitij scelere iacere cognoscunt, vt per spiritualem gratiam, quæ rite ignoscit petentibus, à peccatorum nexibus absoluantur. Et quoniam ad hanc sanctam Romanam, cui Deo auctore deseruimus Ecclesiam, quæ ob sui priuilegij principatum, quo ceteras Dei ecclesias orbe vniuerso diffusas, excellit diuinitus, de diuersis mundi partibus quotidie multis sceleribus oppressi confugiunt, remissionem scilicet & venialem sibi gratiam tribui supplici & ingenti cordis mœnore poscentes: à qua verò ob insigne dilectionis meritum, & debitæ compassionis gratiam recti libraminis auxilium cunctis fida petentibus intentione tribuitur, atq; largitur. Idcirco ad beatissima sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli confugere limina, nostrumq; pontificium Balduinus vassallus vester ardenti animo accedere studuit, qui vestræ se habere indignationem, eo quod Iudith filiam vestræ illum præ ceteris diligentem sine vestræ voluntatis consensu in coniugium elegerit, eamq; volentem acceperit, ore proprio rerulit. Quamobrem præfultui noftrio preces multitudinis fudit, orans & petens obnixè, vt magnitudinis vestræ per noftram interuentionem adipisci gratiam mereretur. Cuius nos crebris petitionibus, & misericordiæ largitate commoti, vestræ regalem excellentiam his Apostolatus noftri apicibus, præfentibusq; legatis Rhodoaldo videlicet & Ioanne reuerentissimis & sanctissimis Epifcopis deliciosis noftris valdè precamur, vt pro Iesu Chrifti Domini noftri amore, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, quorum auxilium ipse Balduinus magis quam Regum terræ fide deuota quæſuit, noftraq; dilectione, quam vos luculenter habere cognoscimus, iam dicto Balduino, quia & talem iam olim alijs euenisse Regibus fcitur, indulgentiam pariter & plenariam gratiam largiatis, vt vestræ amplitudinis fretus benignitate confiftat, maneatq; inter ceteros vobis fideles securus. Cui fanè ideo vestræ sublimitatis gratiam vt tribuatis, depofcimus, non solum quia pio amore omnibus, qui aliquo fuerint sceleris contagio maculati, huius Apostolicæ sedis opem, atque misericordiam & præfidium postulantibus, humiliq; deuotione quærentibus, pro qualitate facti subuenire debemus: Verum etiam metuentes ne propter iram indignationemq; vestræ ipse Balduinus impijs Normannis & inimicis Ecclesie se sanctæ coniungat, & in populo Dei, quem prudenti consilio, menteq; sollicita saluum & incolumem regere & gubernare de-

De Normannis
Annonius lib. 5.
de gestis Fran-
corum.

Epist. Tom. 3.

L

betis,

betis, aliquod ingerat periculum, & scandali fomitem, quo fidelium coetus A
depopuletur, immittat, & ob hoc animæ vestrae, quod absit, contingat di-
scrimē. Dextera vos supernæ protegat maiestatis, & ab omnibus semper ad-
uersitatibus illæfos custodire dignetur. Dat. &c.

EPISTOLA XXI. B. NICOLAI PAPAE I.

Eiusdem argumenti.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hermentrudæ Reginae, *Pro Balduino.*



Idelium vniuersitas gentium ex varijs mundi partibus, cu-
iusquam sint ordinis vel ætatis, si qua fortè criminis noxa,
vel seniorum suorum formidine detinentur, ad hanc san-
ctam omnium terrarum matrem Ecclesiam Romanam, vt
salutare peraccipiant remedium, recurrunt, & ab ea non so-
lùm animæ, sed & corporis saluationem (vt omnibus pa-
tet) hum ili prece suscipere precantur. Quibus, multis diuinitus sulta au-
ctoritatibus, & sanctorum Patrum roborata documētis, materno amore so-
laminam subministrat, & fugenda vbera consolationis compatiendo inferre
minimè recusat. Et quia hic Balduinus, qui carissimam filiam vestram contra
diuinarum legum sanctiones rapuit, de his se esse recognouit, liminibus
sanctorum Apostolorum lachrymosis, mœstisq; precibus lugubriter se ob-
tulit, & vt pro tanto crimine Apostolicam opem acciperet, nostro Aposto-
latui nihilominus stendo se presentare quæsiuit: cuius cum lamentabilem,
& tanto scelere plenam cognouissemus petitionem, ad mentem redijt,
quod per prophetam Dominus dicit: Misericordiam volui, & non sacri-
ficium, miserti fuimus, & hos vestrae in Christo dilectæ industriæ Apostoli-
cæ sollicitudinis apices fieri statuimus, missosq; etiam Rhodoaldum & Io-
annem reuerentissimos & sanctissimos Episcopos delitiosos nostros pro eo
vestrae claritati direximus, per quos obnixius deprecamur, vt prædictus Bal-
duinus, quia apud vestram per Apostolorum intercessionem desiderat ma-
gnificentiam obtinere (pro Dei amore, gratiam percipere valeat, & de sui
affectione nostri præfulatus oraculis consolationem resumat: quatenus, vt
qui se per infelicem culpam à norma æquitatis declinasse non ambigit, me-
delam Apostolorum agnoscat, & apud vestrum seniore venialem (vobis
iuuantibus) vigorem obtineat. Dextera vos superne protegat maiestatis,
& ab omnibus semper aduersitatibus maculisq; custodire dignetur.

Matth. 9.

EPISTOLA XXII. B. NICOLAI PAPAE I.

Vt ad synodum Metis celebrandam vnà cum legatis accedant, ibiq; Lotharium
Regem euocent, qui sedis Apostolicæ non expectato iudicio, Theupergam uxorem
repudiauert & minatur eum se excommunicaturum, nisi penitentiam & satisfactio-
nem egerit.

NI-

A NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Archiepiscopis per Galliam & Germaniam
constitutis, *Pro synodo.*



Necognitum vobis esse non credimus, qualiter pro dua-
bus feminis Lotharij Regis Ecclesie Dei facies illiciti
connubij næuo asperit, vel qualiter vna repulsa, idem Rex,
alteram sibi sceleratissimè copulauerit. Quarum prior
Theuperga nomine pro sui repudio acriter dolens per
emissam legationem super hoc negocio sedis nostræ ex-
petiuit iudicium. Ex qua re vnus partis causam sine alterius iudicare ca-
nonicè fore minimè duximus: Statuimus fraternitatem vestram Meti col-
lectam pariter cum legatis nostris eiusdem Lotharij causam audire, &
canonicè communi sententia diffinire. Itaque iuxta statutum nostrum,
cum duos illos in partes fratres nostros destinarem Episcopos, acci-
dit ad nostram notitiam peruenire, quòd Lotharius legitima & prima
repulsa muliere, secundam sibi asciuerit coniugem, neque sedis nostræ pe-
titum, ac promissum iudicium expectans, neque canonico iudicio vsquam
succumbens. Qua ex re quid aliud datur intelligi, nisi quia vbi plurimo-
rum iudicium præuenit, ibi suo iudicio præuaricatorem se iudicauit? Et
ideo vniuersaliter hanc fraternitati vestrae Apostolicæ auctoritatis epi-
stolam destinauimus, vt Christianæ religionis zelo accensi pariter cum
Missis nostris Metim profisciscamini: illucq; Lotharium conuocantes au-
diatis, & in eum canonicum iudicium proferatis. quòd si venire distulerit,
& à præsentia se synodali præsentibus legatis nostris subduxerit, & ad præ-
nitentiam, ac satisfactionem repedare minimè curauerit, ita vt præsentiali-
ter ad synodum coram Missis nostris satisfacturus, & à scelere recessurus oc-
currat; illum de cetero excommunicatum reddemus, & quamdiù in hoc
permanerit, à totius Ecclesie confortio faciemus exortem.

EPISTOLA XXIII. B. NICOLAI PAPAE I.

Vt causam Theuperge iudicent, & concilij acta ad se mittant.

D NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus reuerentissimis & sanctissimis Archiepiscopis
confratribus nostris, & Episcopis concilio re-
sidentibus, quod Metis celebratur.



Reuerentiæ sacerdotali tunc debitus honor impenditur, cum
eos in omnibus, quæ ab illis sub æquitatis libramine geri
debentur, trutinam misericordiæ cum lance rectitudinis te-
nere conspiciamus, & tenēdo nullius fauore retenti, aut quo-
rumcumq; terroribus permoti, vel etiā numerosis pecunijs,
aut honorum amplitudinibus à tramite iustitiæ quoquomo-
do inclinati permurantur; sed quātum eis erga proximos in discutiendo cu-
Epist. Tom. 3. L 2 rare

rare conceditur, tantum his sine personarum acceptione, ad sui custodiam A
pauor cum zelo reſtitutionis proculdubio adhiberi debet, ne immemores
illius Apoſtolicæ ſententię videantur dicentis: Vnuſquiſque propriam mer
cedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Nam cum inter multarum Eccle-
ſiaſticarum rerum, quæ ad ſalutem & fidei ſoliditatem populi Dei pertine-
re videntur, noſter Apoſtolicus animus cauſas extenderetur, de quarumdã
feminarum controuerſia Theuergæ ſcilicet atq; Vualdradæ admodum, ſi
cut quorundam referentium, quia paſtoralis noſ cura ad audiendum com-
moueat, relatio intentos reddidit. Et ne aliquo violentię morbo per deſidiã
grex fatigetur Dominicus, ad medelam recuperandæ ſanitatís, ardore cari-
tatis feruentius inuitauit. prædicta quippe Theuerga multis vicibus ſedẽ
Apoſtolicam lachrymoſis litteris ſtuduít appellare, in quibus affatu ſebi-
li puram ſe quo accuſatur crimine inquit, atq; inſontem, ad quod negociũ B
& iudiciĩ diſcretionem, ſicut iam veſtram fraternitatem nuper per Apoſtoli-
cos apices commonere decreuimus, Apoſtolicò vos hortamine ad eſſe volu-
mus, quatenus à Pontificij noſtri latere venientibus Miſſis ſynodicam illic
celebrationem Apoſtolicam ſulti auctoritate cũ fraternitate veſtra præſiden-
tibus adunare debeatis, & vnã cum eis vigilantius ſine dolofitatis macula
vel fomento inuidiæ, aut odij nutrimento, quæ poſſunt homines à via veri-
tatis peruertere, & à calle reſtitutionis, pro dolor, declinare, ſemper Deum
præ oculis habentes, perſonas principũ, & terrores, qui ad tempus inſurgũt,
& in tempore finiuntur, contemnes; quid in his iuſtius, quid ueracius cũ
fatis Miſſis noſtris inuenire valueritis, horum conſenſu diſſinire & ſtatuerẽ
proculdubio ſtudeatis: cauentes hoc, quod per prophetam dicitur: Vx his
qui dicunt bonum malum, & malum bonum, qui ponunt tenebras lucem, & C
lucem tenebras, & dicunt dulce amarum & amarum dulce. Nam & Euan-
gelica inter cetera, quæ nos ad bene viuendum inſtruit, ſententia admonet
dicens: Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.
Pſalmiſta quoq; ait: Si vere utiq; iuſtitiam loquimini, iuſta iudicate filij ho-
minum. Igitur cum multa ſint, quibus veſtram fraternitatem non obliuionis
aut ignorantia cauſa de vobis iudicantes, ſed caritatis ſtudio amplexetẽtes
cõmonere poſſimus: hæc ideo ſufficere credimus, quia ad plura vos & Euan-
gelicæ, atque Apoſtolicæ, Propheticæq; lectiõnis dogmata in talibus me-
moria tranſcendere non dubitamus. Tantum eſt, vt cum æquitatis iuſti-
tia in præſenti examinatione ſine aliquo dolo, vel inuidiæ macula (ſicut
præfati ſumus) quia Deo præſente adſiſtitis, proximorum cauſas, cum iam
dictis Miſſis noſtris ita iuſtè & irreprehenſibiliter cum Dei timore diſſinire D
ſatagatis, vt illorum in omnibus, veſtræq; ſanctitatis conſenſus, atque iudi-
cium æquitate fulgere videatur. Nam ſi vos, vel illos in aliquam partem
pro cuiuſcumque favore à Canonicis & ſanctorum Patrum institutioni-
bus (quod non optamus) declinare perſpexerimus, arguere non dubita-
mus. Si verò aliarum Eccleſiaſticarum vtilitatum in eodem concilio res
acciderint digno examine, pertractantes eas cum Dei timore diſſinire ſa-
tagite. Si autem aliqua in eo fuerit contentio orta, in qua diſſinitiones po-
nere nequiveritis fortæſe cẽſuram, noſtro eam iudicio reſeruare ſancimus.
Statuimus autem vt cuncta quæ in eodem concilio peracta fuerint, ac diſ-
ſinita noſtro præſulatu geſtorum ſerie incunetanter ſignificetis, vt ſi ea iu-
ſtitia pulchritudine, probabiliq; ſanctione diſſinita perſpexerimus, Deo
omnipotenti gratias referamus. Si verò iniuſtitia, quod nolimus, & con-
tra-

1. Cor.

Eſa. 5.

Ioan. 7.

Pſal. 57.

A trarietatis fuerint acta intentione, ea renouare ſummopere iubeamus.
Miſſos quidem noſtri Pontificij (vt in prima epiſtola veſtræ dilectioni ſi-
gnificamus) pro quibuſdam Eccleſiaſticis vtilitatibus, quibus ſuimus oc-
cupati, deſtinare nequiuimus. En Chriſto iuuante ſtrenuitatis pollentes
ſcientia, atq; doctrina reuerentiſſimos nunc dirigere Miſſos decreuimus,
Rhodoaldum ſcilicet, atque Ioannem Episcopos delicioſos & conſiliarios
noſtros, qui prædictum cum veſtra ſanctitate concilium, vt prouelimus, ſtu-
deant celebrare.

Omnipotens Deus, qui vos ſacri regiminis culmine perornauit, veſtræ
beatitudinis corda reſtitutionis & iuſtitia claritate repleat, atque decoret,
vt in omnibus veſtris actibus æquitatis videamini plenitudine rutilare.

Dat. ix. Calen. Decembris, Indiſt. xj.

B

EPISTOLA XXIII. B. NICOLAI PAPAE I.

CONFIRMAT privilegia Monasterij Corbeia.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Trafulſo religioſo Abbati, & per te venerabili Monaste-
rio beatorum Principum Petri ac Pauli, quod
appellatur Corbea in perpetuum Cuen.
Apoſtolicò moderamini.

C



Vod beatus Apoſtolorum Petrus eximius per attributam &
reuelatam ſibi diuinitus gratiam, licet ſuis longè imparibus
meritis, nobis tamẽ ſingulari prærogatiua, vt in totius Chri-
ſtiana religionis vniuerſitate principaliter excelleremus,
contulit: Quatenus ſicut dignitate & auctoritate per ipſum
ſingulare priuilegium omnibus præeminemus, ita vniuerſa-
rum eccleſiarum Dei ſollicitudinem habeamus, ſinguliſq; fidelibus,
atque piis locis, in quibus iugi Deo famulantium ſedulitate placatur, diui-
nitus opportuna ſuffragia conferamus. Vnde quia non multis interceden-
tibus annis monaſterium beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli, quod ap-
pellatur Corbeia, venerabilis qui tunc fuerat Abbas Odo, & glorioſus di-
lectus filius noſter Rex Francorum Carolus, deceſſorem noſtrum ſanctæ
recordationis Benedictum Pontificem directis ad eum tam litteris, quam
Miſſis poſtulauere in prædicto Monasterio, & rerum ſuarum liberam con-
cederet diſpoſitionem, & in eligendo de ſemetiſſis Abbate, regularem
daret canonicamq; licentiam: Quorum petitionem ille gratanter acci-
piens petita conceſſit, & vt conceſſionis eius perpetuitas ſeruaretur, priu-
ilegium monaſterio iam dicto fecit. Nunc verò adueniens venerabilis Odo
Beluacenſis Episcopos, qui prius Abbas Corbeienſis monaſterij fuerat,
innotuit nobis tam petitionem ipſius benigni principis, quam poſtulatio-
nem tuam, qui prædicti monaſterij Corbeia Abbas eſſe dignoſceris, quia
poſtulasti, vt quæ prius monaſterio illi à deceſſore noſtro beata recorda-
tionis Papa Benedicte conceſſa fuerant, auctoritatis noſtræ promulgatio-
ne firmare non abnueremus. Nos itaque conſiderantes religioſam eſſe pe-
titionem

Epist. Tom. 3.

L 3

titionem

tionem tuam, & nihil noui nos constituturos, si praedecessorum nostrorum A
decreta sequamur; pastoralis quoque pariter esse officij seruatorum Dei iu-
giter utilitati, commodisq; prospicere: decernimus vt monasterium Cor-
beia, quod ad laudem Dei in honorem sanctorum Apostolorum Petri ac
Pauli constructum esse dignoscitur, & à Baltilde regina Francorum, filioq;
eius Lothario à principio fundatum, & donarijs rebusq; necessarijs locuple-
ratum, quod est in Pago Ambianensi super fluuium Sumna situm, rerum
suarum liberam in omnibus habeat disponendi regulariter potestatem, vt
quaecumque eius monasterio in auro vel in argento, & in agris vel famulis,
seu quibilibet rebus fuerint oblata, siue in praesenti die collata esse con-
stant, in tua, tuorumque successorum Abbatum, fratrumque maneant di-
spostione, vt quicquid secundum Dei timorem ad Ecclesiam ipsius utilita-
tem regulariter & canonicè disposueritis agere, liberam in omnibus ha-
beatis faciendi potestatem. B

Episcopus verò Ambianensis nullam ex eis vel accipiat, vel exposcat
portionem, neque vel in Abbate vel in fratribus, vel in ipso cœnobio po-
testatem obtineat, neque in cellis ipsius monasterij dominatione potia-
tur vlla, neque in clericis, neque in famulis; & in omnibus quaecumque
ad monasterium illud videntur habere possessionis respectum, sicut iam
olim concessum illi monasterio cognouimus ab Episcopo Ambianensi, & ab
alijs Episcopis Galliarum, & priuilegio cessionis firmatum tam temporibus
dilecti filij nostri Caroli praesenti tempore regnantis, quam antiquis
temporibus Baltilde Lotharioq; Francis principantibus, nisi quantum ca-
nonicus ordo permittit, nec ad monasterium seu cellas eiusdem, vel ipse
per se Episcopus, vel œconomus eius, vel Archipresbyter, vel Archidiacono
E illius, aut quilibet ex eis agentibus persona, potestatem habeat acce-
dendi, nisi forte ab Abbate monasterij, vel fratribus necessitatis causa, vel
dilectionis gratia vocatus aduenerit; ne importunitate sui, ministrorumque
suorum inquietudine Fratres vel Abbates sustineant vllam molestiam, neque
in Ecclesijs praedicto monasterio subiectis, vel in presbyteris eiusdem ecclesijs
ordinatis aliquam tentet facere perturbationem, vel Abbati, vel Fratribus
nouam constituendo & antiquam consuetudinem violando: sed sicut regula-
riter & canonicè disposita sunt, & longo iam tempore manentia; ita quo-
que futuris temporibus maneat inconcussa, nec potestate episcopalis fa-
ctus abutens violenter contra constituta maiorum disponere velit ali-
quod aduersus voluntatem Abbatis & Fratrum in ipso cœnobio Deo
quocumque tempore militantium. ordinationes quæ necessariae fuerint in
monasterio, siue de monachis, siue de canonicis, & quas petierint Abbas &
Fratres, agere non differat; altaris quoq; & basilicarum benedictiones, siue
consecrationes, prout necessitas postulauerit vel in ipso monasterio, vel in
agris ipsius monasterij libenter concedat; chrisma quoque & oleum con-
secratum per singulos annos praebere non differat; & pro his omnibus
nullum munus accipiat, ne Spiritus sancti gratiam vendere conatus, Simo-
nis damnationem (quod absit) sustineat. Hoc constitutum non solum Episco-
pum Ambianensem, verum etiam omnes per Gallias, Germaniasq; provin-
cias Episcopos, vbiq; praefatum monasterium, vel ecclesias, vel agros,
vel famulos habere dignoscitur, obseruare sine cunctatione, seu contradic-
tione decernimus; vt nullus potestatis iure, de rebus praefati monasterij, sine vo-
luntate Abbatis, fratrumq; ipsius cœnobij abutatur; sed maneat omnia,
quæ

Aqua collata sunt, fuerintq; in territorio ipsius monasterij potestate & regu-
lari dispositione: neq; sit aliquis vel Regum, vel vllius potestatis, seu digni-
tatis sultus gradu, qui de monasterij praefati rebus vel violenter, vel poten-
ter inuadat aliquod, vel diripiat. Abbatem verò fratres ipsius monasterij de
se ipsis eligendi semper habeant potestatem; & eam personam eligant, quæ
monachi propositum & habitum monachi profiteatur, non canonicum, aut
laicum, neque alterius monasterij monachum: quoniam monachico ordi-
ni praeficere vel laicum, vel canonicum, non est seruare ordinis professionem,
sed euertere: quod vnusquisque praepositus cuiuscumq; ordinis, eius quo-
que erit & propagator. Nec bene disponet aliquando cuiuscumque militiae
vitam, cuius non fuerit ipse qui disponit æmulator: sed neque Rex, neque
potestas aliqua vllam monasterio Corbiensi praeponat personam, quam
B non fratres ipsius elegerint monasterij. Debent enim mundi principes ho-
norè praefare Deo, quæ sibi volunt praestari à Deo, videlicet, vt quemadmo-
dum cupiunt à Deo sibi collatum Regni honorem conseruari, sic Ecclesia
Christi suam non dedignentur seruare legem. Non enim decet, neque ius-
tum videri poterit, vt sibi militantibus de Ecclesia Christi possessionibus
mercedem restituant, & quod de republica sua retribuere debent, id redde-
re velint de his quæ collata sunt Deo. Qua de re praecipimus omnino, vt mo-
nasterio Apostolorum Petri ac Pauli, quod Corbeia dicitur, nullam praefi-
ciant personam vel ex sibi militantibus, vel ex alieno monasterio sumptam,
quæ non per electionem sumatur probabilem, siue de laico, siue de canoni-
co, siue de quocumque fuerit ordine.

Quonia verò multæ quaeruntur ab importunis hominibus malignitatis oc-
C casiones, & necesse est semper aduersarij tela clypeo protectionis repellere:
Decernimus, vt Abbas postquam electus fuerit & ordinatus, nulla potesta-
te praualente deiciatur, nisi in criminis causa fuerit deprehensus, cuius me-
rito rectoris non debeat administrare officium. Infamiae verò maculis, seu
criminis alicuius denotatione si fuerit appetitus, non praeter canonicam &
regularem deponatur examinationem. hoc autem constitutum, si fuerit ab
aliquo prauaricatum, per Episcopum Ambianensem, quisquis ille fuerit,
ex nostra conueniatur auctoritate, aut eum qui huius Sedis constituta con-
uulserit conueniat, & iniquitatis suæ culpam commoneat, cuique periculo
subijciatur notum faciat. Quod si vel ipse neglexerit, vel despexerit, vel
timuerit perficere, Metropolitanus Episcopus conuentus à fratribus ipsius
cœnobij, personam huius sanctionis violatricem adire non differat, & huius
D nostri decreti testificationem innotescat, vtque ab eo, quod praue gessit, re-
cedere non moretur, ex sua nostraq; auctoritate contestetur. At si ille contu-
maciter in sui facti perpetratione permanere decreuerit, & non quod inique
gessit, corrigere maluerit, licentiam habeant fratres monasterij praedicti Ro-
manam Apostolicamq; sedem adire, & necessitatis suæ causas ante Papam,
qui tunc fuerit Urbis Romæ, deponere, & praesentis praeccepti constitutionem
manifestare: sicq; Romanus Pontifex cognita causa iustæ damnationis sen-
tentia reum mulctare non cunctetur. Siquis verò sacerdotum, vel clerico-
rum hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens contra eam venire ten-
tauerit, ordinis sui dignitate careat: laicus verò cuiuscumque sit potestatis,
vel dignitatis, si huius priuilegij decreta in aliquo violauerit, reum se iudi-
cio diuino existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & nisi vel ea quæ ab
eo sunt male ablata, restituerit, vel legitima penitentia illicitè acta desue-
rit,

rit, Dei & beatorum Apostolorum Petri ac Pauli auctoritate, atque nostra A
sententia anathematis vinculo innodatus, à sacratissimo corpore & san-
guine Domini nostri Iesu Christi alienus existat, atq; examini districtæ vl-
trionis subiaceat. Cunctis autem eidem venerabili monasterio iusta seruanti-
bus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ
actionis recipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ quietis inue-
niant.

Scriptum per manum Leonis Notarij regionarij & scrinariij sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ in mense Aprilis, Indictione Vndecima. Dat. IIII. Cal.
Maias per manum Tiberij Primicerij sanctæ sedis Apostolicæ imperate Do-
mino pijsimo Augusto Ludouico à Deo coronato magno pacifico Imp. an-
no XIII. post eius annum XIII. Indictione vndecima.

EPISTOLA XXV. B. NICOLAI PAPAE I.

CAROLVM ad pacem cum Imperatore seruandam adhortatur.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo glorioso Regi.

Nitium locutionis meæ, quam ad vos nunc habeo, carissime;
ecce cum Apostolo Paulo sumit exordium, & vox mea vox
illius est, dicens: Filioli mei, quos iterum parturio, donec for-
metur Christus in vobis. Quo autem modo Christus forma-
ri melius in cordibus vestris poterit, quam si euulsis ex
præcordijs vestris odiorum & simultatum vepribus, pacem
in visceribus vestris concipiatis, quæ Christus est, sicut per eundem Apo-
lum de eo dicitur: Ipse est pax vestra, qui fecit vtraque vnum, & caritatem in
inuicem obseruetis, quæ Deus est; veluti à Ioanne describitur: Deus caritas
est. Nulli ergo dubium est, quod qui caritatem & pacem in se non habet,
Christum Dominum Deum nostrum, qui per hæc vocabula designatur, è cor-
de suo proiecerit, & quasi conformatum ex intimis vteri sui pepulerit.
Quamobrem necesse est, vt sicut sancta mater Ecclesia, cui mea humilitas
per abundantiam diuinæ miserationis præest, vt habitaret Christum per fidem
in cordibus vestris, olim vos per Euangelium genuit: ita quoque, vt per mi-
nisterium Apostolatus mei in præcordijs vestris pacem & dilectionem, idest
formetur Christus, nunc vos iterum parturiens gignat, & vt in virum per-
fectum occurratis informet. Quomodo autem Christus in vobis forma-
ri potest, qui in scissis mentibus non habitat, qui totus est pax, totus iusti-
tia, totus est veritas, vel in vobis quomodo formatur, qui licet in pectore
vestro per fidem sanam solidus & integer habitet, per discordiam tamen
minus in vobis perfectus, & velut informis habetur. Concipite itaque filij
pacem, parturite iustitiam, & alternam amplectimini caritatem. Audite quod
dicat Apostolus: Pacem sequimini cum omnibus. & rursus: Quod, inquit, ex
vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Vnde intimo mentis
intuitu & summa est diligentia perpendendum: quoniam si tantus Apo-
stolus cum omnibus hominibus pacem sequi, & cum omnibus pacem habe-
re commonuit; quanto potius, quantoq; salubrius cum his sequenda, cum
illis

Gal. 4.

Eph. 2.
1. Ioa. 4.Hebr. 12.
Rom. 12.

A illis habenda est pax, quibus consanguinitate propinquiores, & materia car-
nis proximiores, ac iuramento seruandæ vicariæ pacis connexi arctius esse
ferimini. Qua de re mihi nunc sermo est, & ad regium culmen vestrum, meum
tendit eloquium: ad ea videlicet vos dirigens, per quæ non solum terrena
regna debito iure possidendo dies vestros in quiete maxima transeatis; ve-
rum etiam beatitudinis hæreditatem capescentes, filiorum quoque Dei vo-
cabula sortiamini. Scriptum quippe est: Beati pacifici, quoniam filij Dei vo-
vocabuntur. Matth. 5.

Igitur memores filij dilecti estote, memores estote nominis Dei nostri,
cuius mentionem coram nonnullis testibus facientes, terribili estis alternam
pacem inuicem pacto polliciti, & pertimescentes tantum nomen in vanum
accipere, reddite Domino iuramenta vestra. Fœdus, quod ad alterutrum
B pepigistis, inuiolabili maneat apud vos veritate repositum, & immaculatè
vigat vestra sublimitas insignia fidei cunctis circumquaque nationibus re-
præsentans. Parcete gladio, & humanum fundere sanguinem formidolosius
exhorrescite. Cesset ira, sedentur odia, sopiantur iurgia, & omnis ex vobis
simultas radicitus extirpetur; vnusquisque vestrum sua sit forte contentus,
& funiculo hæreditatis diuinitus sibi collato pacificè perfruatur. Aliena iu-
ra non inuadens, non subtrahens, non conturbans; liceat dilectissimo filio
nostro, vestro autem nepoti à Deo conseruandum imperium suum cum re-
gno proprij germani quietam possidere tranquillitate, & statui eius summa fe-
caritate consulere, & gubernacula ditione debita moderari: ad salutem vi-
delicet, ac defensionem populi Christiani, & ad sanctæ matris suæ Romanæ
scilicet insignis Ecclesiæ libertatem & sublimitatem. Non autem in vobis va-
næ gloriæ typhus, non supercilij fastus, non alterius vsurpandi terminos am-
bitio: sed iustitia, caritas & concordia regnet: ac summum pax inter vos te-
neat omnino fastigium. Sanè cum pro cõcordia scribimus, cum pacem præ-
dicamus, de ea nos concordia, vel pace non opinemini agere, quam solet
mundus diligere, ac reprobis adinuicem obseruare. Denique, vt illi liberius,
& audacius possint mala perpetrare quæ cupiunt, & plures, ac validiores,
atque gestiunt reperire, vnanimiter student, & pacem inter se irrefragabi-
liter, & imprætermisse tenere: quam Dominus sciens, & hanc à sua pace se-
cernens, dilectoribus suis aiebat: Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem
meam do vobis: quod qualiter accipiendum sit, sanctus Augustinus salubri-
ter & luculenter exponit: cetera verò quæ ne modum excederemus, episto-
larem huic paginæ inferenda non duximus, Arsenio reuerentissimo & san-
ctissimo Episcopo apochrifario, & misso apostolicæ sedis, & consiliario no-
stro defecatisimè prosequenda non indecenter (vt credimus) scriptis & di-
ctis iniunximus. Cui bene faciet gloria vestra in cunctis attendens, & in
his, quæ sibi ex nostri Apostolatus auctoritate de pace sanctæ Ecclesiæ
perhibuerit, non immeritò credula, vel inambigua, fidem certam accom-
dans, incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat, dilectissi-
me fili. Ioa. 14.

EPISTOLA XXVI. B. NICOLAI PAPAE I.

Vt Regem ad pacem cum Imperatore seruandam adhortentur. Arsenium Lega-
tum commendat.

NICO.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, A

Omnibus reuerentissimis ac sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in regno Caroli gloriosi Regis constitutis.



Studium nostrum semper fuit & est, fratres dilectissimi, vt pro ædificando mutuæ caritatis & pacis bono non solum his, qui propè, sed & his qui longè sunt officij nostri velle vigere, & impigrum extendere famulatum, ad id quoque inter cetera, quæ suggestionibus vestris inter vos à nobis disponenda crebrius exegistis, hortatu vestro plurimum inuitati. Sed innumeris vndiq; Christi Domini nostri Ecclesiæ, cuius principaliter curam gerimus, laboribus impediti, hæc vt optabamus hæcenus agere profectò nequiuimus. At nunc postquam toties (vt ita dicamus) ille vir Macedo, qui olim apparuit Paulo, transi & adiuua nos, proprias nobis sanctitatis vestræ voces exclamauit, & nostro Apostolatui ostium per gratas Deo vestras, vt credimus, orationes, sicut ipsi egregio tunc Apostolo tandem apertum est: Nihil desidiæ, nil tanto volumus operi tarditatis afferre: sed potius cœptis alijs negocijs Ecclesiasticis, & pernecessarijs pariter omisis, Rogabimus quæ ad pacem sunt Hierusalem, illius scilicet, quæ partim in cælo iam cum sponso regnat, partim adhuc in terris incolatur, & premitur: quatenus concordia, ac dilectionis fundamentis in ædificatione ipsius positus, fiat etiã consequenter pax in virtute illius, & abundantia in turribus eius. Huius gratia rei præsentia fraternitati vestræ scripta direximus, quibus admoniti, sicut boni commilitones, & quasi Dominicæ vineæ cultores, vitia nobiscum expugnatæ, virtutum charismata prædicatæ, discordiam destruite, vnanimitatem ædificate, odia extirpate, caritatem plantate, rixas dissipate, pacem euangelizate: haud talem (quod absit) vnanimitatem, vel pacem, quali Iudæorum ysa est in Domini Saluatoris nece conspirans factiosa caterua, vel Herodes & Pilatus ex inimicis eodem tempore ad inuicem pepigere. Sed ralem qualem audiere pastores cælestem militiam in Natiuitate nostri Saluatoris canere, cum dicerent: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Intonans enim pax hominibus, subintulit, bonæ voluntatis, vt maliuolæ voluntatis homines à pace huiuscemodi sequestraret. Nam peruersi quique, quò pacatiores sunt inuicem, eò proculdubio ad agendum perperam validiores existunt. Vnde & Apostolus non solum euangelizantium bona speciosos pedes admiratur: sed & euangelizantium pacem addens, nulla bona sine pace, nec rursus pacem sine ceteris bonis innuit fore sequendam. Et aliàs pacem cum omnibus, & sanctimoniam sectandam præcipit, sine qua nemo videbit Deum. Quas ita connectens vnâ sine altera minus ostendit esse proficuum. Habentes ergo carissimi dilectionem in vobis, pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam; non pacem qua etiam corui potiuntur in inuicem: sed quam simplex, & à laniatu prorsus extorris columbarum possidet miranda concordia. Non solum autem vos pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat: sed & per vos omnes qui sub vestro moderantur regimine, coadunet & vinciat: præcipuè Regem vestrum, quârocus informare satagite, ad quæ illi scripsimus, & iuxta quod eum instruximus, exhortantes videlicet, vt memor sit memoriæ districti iudi-

Actor. 16.

Phil. 121.

Luc. 2.

Eg. 5.
Rom. 10.

Philip. 4.

- A** Æi iudicij, cuius nomen multis audientibus nominans iure iurando conseruandam fratribus, eorumque liberis inuiolabilem pacem spondit, & per timefcens tam tremèdum nomen in vanum assumere, reddat Domino iuramentæ suæ, cui solum vota vltro Domino promissa non reddere, impium est. Commonete itaque eum, vt illud fœdus quod cum fratribus pepigit, perpetua vnitæ conseruet, & id immaculatè custodiens cunctis de se imitabile præstet exemplum. Parcat bello, & Christi sanguine, sanguinem emptum fundere magnopere perhorrescat. scriptum quippe est: Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Vnde sua sit forte contentus, & funiculo hæreditatis cælitus sibi data, pacificè perfruatur, aliena iura vsurpare non tentans, non ambiens. cesset temeraria præsumptio, & auidi anhelitus medullitus comprimantur, maximè à finibus dilecti filij nostri excellentissimi Augusti, vel à metis regni vterini eius longè distantis: permittatur ergo præclaro Imperatori quietam ducere vitam, atque tranquillam, & patris suis nullam præsumptionem monstrantibus macharè vsurpationem quem primum à Petri principis Apostolorum Vicario contra infideles accepit, non cogatur in Christi fideles conuertere. Liceat inquam ei per hæreditarium regna sibi ius deriuata, & Apostolica sedis auctoritate firmata, & summi Pontificis manu capiti superposito diademate augustissimè decorata, cum suis fidelibus piè, ac iustissimè gubernare. Sinarur omnino à Deo protectum imperium suum, quod cum benedictione & sacratissimi olei vnctione, sedis Apostolicæ præfule ministrante percepit ad exaltationem & quietem matris suæ huius sanctæ catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ licenter, ac rectissime moderari. Alioquin quisquis contra huius nostræ salutiferæ communitatis paginam agere fortasse præsumpserit, & aduersus iam fatum filium nostrum Augustum referre tentaerit, nouerit sibi & Deum omnipotentem, cuius Imperium terminum nescit, refragaturum, & Apostolatuum nostrum iuxta competens sibi ministerium, proculdubio reluctaturum.
- B** Porro scitote nos tã ad gloriosum Regè vestrũ quàm ad vos Arseniũ Episcopum, venerabilem virum Ortensem Archiepiscopum Apochrifarium, & Missum Apostolicæ sedis, & dilectum consiliarium nostrum, cuius apud nos approbata est fides, & comperta deuotio, & vobis quoque persona, vel est forte non omnibus ignota prudentia, destinasse, quem tanto debetis & vos, & admonitione vestra filius vester Rex benignè suscipere; quanto scitis quia pro cunctis laborat, dum pro communibus Ecclesiæ negocijs, quæ omnium mater est, tantum fastigium non recusauit assumere. Immo quanto portando pacem, Christum, qui est pax vera, in se longè lateque gestare dinoscitur. Ad quem vestra etiam sanctitas iungi, cum sibi quomodo aduentus illius innotuerit, accelerare non renuat: quatenus alterna visione ac colloquio fruiti, quæ circa veram pacem sunt, liquidius agnoscat: ita vt & vos legationis eius tenorem, & ille quæ per tot curricula temporum anhelastis, euidentius comprehendat. Tumque demum si quæ sunt, quæ per se corrigere possit, auctoritate nostra corrigat. Reliqua verò quæ forte difficiliora sunt, Apostolatui nostro diffinienda referret. Optamus fraternitatem & sanctitatem vestram in Christo bene valere.

Phil. 5.

Imperator gladium à Romano Pont. contra infideles accepit.

EPISTOLA XXVII. B. NICOLAI PAPAE I.

QVERITVR Episcopos Romam ad synodum missos non fuisse. ait se ad Lotharium ne Romam veniret, litteras dedisse, significans illum posse Theuergam cum fidei uisione recipere. Nunciat se misisse Arsenium, ut Lotharium ad obtemperandum impellat. Praecipit ut in Ecclesia Colonienſi consecretur Antistes, & tandem ut ipsi sedis Apostolicae praecipis obediant.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectissimis filijs Ludouico & Carolo gloriosissimis Regibus.



Redimus ex Dei dono filij carissimi processisse, quod vnanimis effecti vos de corpore puro, & cōsciētia bona & fide nō ficta vixistis. Vnde fit vt vno animo, & vno ore per vos glorificetur Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, & ad sanctā Catholicā & Apostolicā Ecclesiā, regniq̄ue vestri decus coniunctio vestra proficiat, & salutem. De epistolis autem nostris, quas suscipiētes Archiepiscopis & Episcopis regnorum vestrorum, immo & Lotharij regni pariter Archiepiscopis & Episcopis secundum tenorem illarum dedistis, grates excellentiā vestrā retulimus. Sed quia eos ad synodum nostram, & pro angustia temporis, & pro iniuria transitus occurrere non valere dixistis, merito durē tulimus, cum tanta temporis angustia non immineret, vt saltem de vobiscum conuersantibus, binos mittere nequiuissetis: praecipuē tu fili Carole Rex, qui regnum tuum per maximū spatium longius quā fratris tui Ludouici gloriosissimi dilecti filij nostri Regis, ab hac sancta sede in occidentalibus partibus secus mare Oceanum disparari fateris. Non enim credibile potest existere, vt adeo longius dispareretur Regnum tuum, vt sicut suprameminimus, saltem de vobiscum conuersantibus, vel binos vnus, aut duarum Metropoleos legatos omnium vices agentes dirigere non valuisses: reprehensibile denique valde esse constat, quod subintulisti dicendo maiorem partem omnium Episcoporum die noctūq̄; cum alijs fidelibus tuis contra Piratas maritimos inuigilare, ob idq̄; Episcopi impediantur venire: Cum militum Christi sit Christo seruire: militum verò saeculi, saeculo; sicut scriptum est: Nemo militans Deo, implicat se negocijs saecularibus. Quod si saeculi milites saeculari militiae student, quid ad Episcopos & milites Christi, nisi vt vacent orationi? Sperabamus te fili carissime in talia non prorumpere, qui, Deo gratias, clarus in cunctis haberis. Aditus autem veniendi ad tantum negocium Antistibus illis denegari non debuit: Et si forte denegare vellent, quoquomodo si monitis nostris parere delegissent, aditus illis, & transitus patefieret, si venissent collectis operarijs, hoc vtique ne fieret, melius corrigeremus: quia illis inde, & nobis hinc Deus in cōuētū nostro medius tribuerat, vt & nostris & vestris deinceps aditus denegari non posset. Nam nec de nostris melius dicere possumus, nec peius de vestris, quia quid nobis impediatur, longum est enarrare. Quod si intercapedine temporis ad clausas pro Deo aliquod tolerassent, lucrum pro tentationibus & laboribus à Domino magnum reciperent: Sed quia occasione transitus suffugiunt, nos licet coacti adhuc hęc grauamina sustinebimus,

Episcopi nō debent militaribus se miscere negotijs.
2. Tim. 2.

A nebimus, vos tamen videbitis, sed intelligi datur eos monitis nostris non velle parere propter illud quod in litteris vestris subditur. Dicunt post aliquanta, vt Episcopos de regnis vestris ad synodum Romam mittendi necessitas non postulet. Vnde si vos forrasse aliter dicitis; nos illud dicimus, quod diuinitus reuelatur: quia cum nouitatum mala multiplicari videamus, si ex diuersis prouincijs fratres in inuicem conuenissent iuxta priscum morem, & nos consensu illorum (reuelante Domino) quæ decernenda sunt, decerneremus, & ipsi necessitates suas referentes, & nos nostras exponentes, quæ decreta fuissent, melius in omnium notitiam facerent peruenire, qui semper synodalem conuentum à nobis aggregari patiē, sicque fieret, vt secundum qualitatem morbi medicina conficeretur, & ad sananda vulnera longē lateq̄ue effunderetur. Salomon quidem verbis nostris consensit, cum dicat; Salus vbi multa consilia: An nescitis nonnullos ex nonnullis prouincijs praefules ita fecisse? Quod facilius scire potestis, si vultis, licet vos, si vultis minimē lateat. Denique tam prudentes, tamq̄; praecipuos & praclaros, ac quos Deus in caritate vestra coniunxit, viros reprehendere nolumus, quin potius vt dilectissimos filios paterno amore excolimus, & vt in vnitae fidei permaneat cunctipotētis clementiā exoramus. Quod si qui ex confratribus nostris Episcopis talia nobis misissent, habueramus, qualiter illos reprehendere & redarguere deberemus, excepto si regalem magnitudinem vestram sibi impedire dixissent, in nobis hoc pendere, & corrigi debere videretur. Ecce Episcopis Regnorum vestrorum impedimentum praeparatur, ne veniant: Lotharij autem Episcopis, qui frater istius est, quod obstitit, nisi quia de vestris sumat occasionē, & sicut vestri, ita & illius negligentes appareant? Nam inter cetera plurimum nunc in causa eiusdem Lotharij, de quo subinferemus, profuerant, si venissent: quia auditis decretis & institutis, lucidius cuncta referrent, ita vt nubilum aliquid minimē remaneret. fortasse etenim hęc illorum dilatio & absentia magis obfuit in eius emendatione, quā obstinatio: quia si absentia & dilatio nō esset, obstinatio vtique iam saltem coacta cessaret. Sed his omissis, ad vestra consulta stylum nostrum reflectamus. Dicitis enim vos praefatum commouisse Lotharium sicut in commonitorio nobis à vobis directo legere praeva luissimus, & eundem saepe vobis mandasse asseueratis, quod Romam pergere velit, & per nostram dispositionem de causa sui coniugij facere. Sed his dictis opus non accomodatis, quia saepius de directione commonitorij mentione facta, idem commonitorium abfuit, & nobis frustratis nequaquam comparuit. Quod si habuissimus certamen nostrum super his cognosceremus: sed cum illud defuerit, nescimus si labor vester fructuosus fuit. Ipse quidem Lotharius nobis vt vobis per Imperiales legatos mandauit, quod Romam velle venire, cui interdiximus & omnino interdiximus, vt itertalis qualis nunc est non arripiat, eo quod sancta Romana Ecclesia talem respuat & contemnat, & in hoc perseveret, quod latē in toto diffusum est orbe. Nam verso diu lumine per apices vestros anhelantes praestolamur locum attingere, qui nos vel verbo aliquo opis annueret, quo possemus aliquam laetitiam praesumere: sed perscrutatis omnibus, ac ad calcem vsq̄; relectis, post lectionem ipsa quæ inerat laetitia abcessit, & nos dolor continuus illico possedit, quia in cunctis sumus frustrati; & quod non optabamus, derelicti. Verumtamen quoniam circa missam sancti Ioannis, de quo diximus Lotharium dispositum habetis denuo commonere, non molestē tulimus:

Epist. Tom. 3.

M

forfan

Cur episcopi ad synodum accedere debeant.

PROV. 11.

forfan omnipotens Deus cor eius ad sibi placita inclinare dignabitur, & de **A**
preuaricatore tandē faciet conuertendo dilectum. Si autem subdole Theu-
pergam, vt eam perdat velle repetere dicitur, si ipsa tales elegerit, per quos
sibi securitas certissima fiat, ecce benē: Sin autem, idem Lotharius præbeat
sacramentum, quo polliceatur eam digno matrimonio recipere, & vt vxorē
legitimā decenter venerari & colere, ac deinceps incolumem cōseruare.

De pænitentia autem eius nostro iudicio reseruantes statuimus, vt si præ-
dictæ Theupergæ captiose aliqua crimina alia, postquam eam à se repulit,
objicere voluerit, hoc expurgetur sacramento, si ita necessitas compulerit.
Quod si innupta manere decreuerit, & viro suo reconciliari noluerit; sancim-
us, vt cogatur in amplexus vxorios redire: quia vtriusque separandi non
fuit voluntas. Nam si vtrique in diuortio consenserint, & Lotharius iam **B**
omnino copulam concubitus non repetierit, hoc fieri non prohibemus: quia
Dominus de dimittenda vxore causam tantum fornicationis exceptit. igitur
si Lotharius, quem hætenus conuerti præstolati sumus, & vindictam in eum
ne sanguis effunderetur, & ne bella excitarentur, propalare distulimus, cor-
nu extulerit, & nostris vestrisque monitis obedire neglexerit, de cetero talis
habēdus est qualem illum per epistolam nostram Rhodoaldo dudum Epi-
scopo, & Ioanni Episcopo missam, nos habere iam cognouistis. Sed filij di-
lectissimi, & singulariter à nobis diligendi, Ecce Arsenium venerabilem
Episcopum ad hoc vobiscum pertractandum, & monitionibus corrigendum
cum Apostolicis epistolis illuc destinauimus. Quarum exemplaria, ne au-
thenticæ istorum, aut interceptæ, aut à quibus fortasse dehonestatæ, aut per-
ditæ, aut etiam propter quod vobis dubietas credendi generaretur pro libi-
tu aliter habitæ fuissent, magnitudini vestræ per hunc Gerulum transmissi-
mus. Tunc si authenticas ita se habere repperitis, assensus vester eidem Ar-
senio præbeatur: Sin autem, excepto Derothado & Albuino, illi vos cre-
dere non oportet: & quicquid illis in partibus actum fuerit, sub gestorum
insinuatione nobis antequam illud per alios cognoscamus, optime munitū,
vt melius laborare possimus, dirigere petimus nequaquam omittere.

Sunt & alia quamplurima quæ vobis nos mandare validè oportuerat:
sed quia tam clarissimis & prudentissimis pauca sufficiunt, & hic Gerulus
nobis erat incognitus, atque hoc eum latebat, præter hæc scribere desumus.
Porro de ecclesia Colonnensi, de qua nos consuluistis decernimus, vt ibi
consecratur Antistes. De Cameracensi verò, quod statutum habemus, vo-
lumus obseruari, videlicet, vt si ibi electio canonica fuerit, cōsecrari debeat **D**
in ea Episcopus. Ad extremum, quod silere non possumus, quinimo super
dictis vestris obstupescimus; de Sueffonica scilicet ecclesia, de qua fili mi
Carole, quod loquimini, per os alterius loquimini, quia etiam per XXX. cir-
citer annos ab infructuosa ficulnea Rothaldo inutiliter occupatur: excepto
solo nomine pastoralis dicitis vacasse sollicitudine; miramur cur tantus Rex
suasorij verbis cedit, & non magis nobis qualiter de Rothaldo obediat,
procurat. Desine ergo fili, & deceptoris verba pelle à corde, incipeque
nostris monitis parere, vt excellentissima gloria vestra cum exultatione
fructificet, & cum gaudio manipulos colligat. Tamen qualiter de illo
sublimitatem vestram oporteat facere, alijs litteris nostris liquidius co-
gnoscere valebitis. Quibus cognitis, credimus, vt quod petimus,
obtineamus: & quod decreuimus ratum coram oculis Dei, & coram
vobis esse videatur. Apud nos namque idem Rothaldus fructuosa fi-
culnea

A culnea manet, tamen post renouatum iudicium eius, si fructuosa est, pater
ter declarabitur, habitis omnibus secundum quod de illo statuimus. Hanc
autem epistolam ideo more solito scribi non fecimus, quia & legatus vester
sustinere non poterat, & ob festa Paschalia scriniarios nostros, eo quod de-
bitis vacabant occupationibus habere vt debuimus, non valuimus. Rogamus
præterea & expresse vos adiuramus, vt quæ superius exarata sunt, non
simplicitate sermonis, sed ex quanta mœstitia & compunctione process-
isse, interiori oculo, non exteriori tantum attendatis, & omnes necessi-
tates nostras in his consideretis dolore patris mirabiliter moti vt filij car-
rissimi. Diuina maiestas ad exaltationem sanctæ suæ Ecclesiæ vos confer-
uet incolumes.

B. EPISTOLA XXVIII. B. NICOLAI PAPAE I.

*LAUDAT, quod sedem Apostolicam consuluerit. dicit Rothaldum, cum ad eam
sedem appellasset, Episcopatu electum. iubet vt quæ pro illo ipse scripsit, efficiat; &
tunc eius Ecclesiæ privilegiorum pollicetur confirmationem. hortatur vt Carolum in
dilectione Romanæ Ecclesiæ contineat.*

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hincmaro Archiepiscopo.

Beatitude tuæ lectis apicibus, quia fraternitatem tuam cir-
ca sanctam Romanam sedem, cui auctore altithrono præsu-
mus, erga que nostrum Pontificium, in eadem, qua solita erat
persistere deuotione, reperimus, lætitia multa repleti, debita
omnipotenti Domino gratiarum officia percolimus, sancti-
tatemque vestram ad sedem Apostolicam de his quæ sibi vi-
sa sunt referentem, ac pro ecclesiæ sibi commissa necessitatibus atque vti-
litatibus Apostolatuum nostrum postulante laudauimus: & nihil esse quod
fraternitati tuæ denegare oporteret, penitus iudicantes, vt annueremus
petitis; confestim corde concepimus, menteque deliberauimus. Cumque
lectis monumentis gestorum, quibus cum ceteris Episcopis tuis visa est tua
quoque venerabilitas subscripsisse; inuenimus sanctissimum fratrem Ro-
thaldum Apostolicam sedem appellante vobis iudicantibus, gradu **D**
Episcopatus deiectum valde doluimus. Et cordis nostri gaudium, quod
fratris & Coepiscopi nostri Qdonis aduentus fecerat, cognito, à venera-
tione tua, contra spem, huiusmodi commisso, mœrorum continuus pepulit.
Præsertim cum tanta apud sedis Apostolicæ Præsules circa reuerentiam
tuam, sit longo iam tempore confidentia, vt ubi præsentia tuæ dilectionis
existeret, nunquam appellante Apostolicam sedem, quoduis sustinere
detrimētum credere aliquo modo quiuissemus, etiam si de huiusmodi re
in sacris canonibus quid obseruandum esset, nihil prorsus inueniretur.
Præcipue cum tantæ sapientiæ te virum esse nosceremus, tantæque fami-
liaritatæ fiduciam apud dilectum filium nostrum regem Carolum compe-
rissemus eam habere sanctimoniam, vt si quæ in illis partibus mala in Ec-
clesia Domini pullularent, per tuam sollicitudinis industriam rescare radi-
citus meditaremur. Debuerat certe beatitudo tua cum Rothaldum totiens
Epist. Tom. 3. M 2 exami-

*Qdonis Belgia-
corum episcopi
meminit Amoi-
nus de gestis Frã-
corū lib. 5. c. 25.*

examinaueras, scribens sancti Petri memoriam honorare, eiusque iudicium, A
etiam si numquam appellasset idem Rothaldus, modis omnibus postulare.
Et si id agere noluisse, saltem post appellationem, cathedra ipsius qui vi-
debatur eiectus, alterum non ordinasset, priusquam eius causa iuxta sacros
canones in nostro iudicio fuisset terminata. Verum de Rothaldo viro ve-
nerabili secundum indultam nobis a sanctis regulis potestatem, qua praeci-
piunt id obseruandum quod nostro qualicumque Concilio visum extite-
rit, in Epistola nostra quam ad communes fratres & Coepiscopos nostros
in regno gloriosi Regis Caroli carissimi filij nostri, constitutos transmissimus,
inter quos & tua connumerata sanctitas cernitur, decretum atque definitum
a nobis esse dignoscitur. Ad quam fraternitas tua recurrens, quid de te cen-
suerimus facile cognoscere poterit: cui diffinitioni nostrae bene facies at-
tendendo, ne si diutius contra interdicta praesumpserit, canonicis legibus B
angustetur.

Priuilegia praeterea ab Apostolica sede vestrae ecclesiae confirmanda
deposcitis: qui tamen nostra priuilegia quantum in vobis est, infirmare sa-
tagitis. Portum salutiferum sanctam Romanam Ecclesiam appellatis, qui
tamen, in eo, ne aliqui saluentur, quantum potestis, satagere procuratis.
Quomodo, rogo, priuilegia tua stare potuerint, si ita priuilegia illa cassentur,
per quae tua priuilegia initium sumpserunt? Aur cuius momen-
ti erunt tua, si pro nihilo nostra pendantur? Si namque sal infatuatum fue-
rit, in quo salietur? Verumtamen sanctitati ac dilectioni tuae iniungimus
ac praecipimus, ut lecta sanctionis pagina nostrae, quam per Odonem com-
munem fratrem & Coepiscopum beatitudini tuae, atque ceteris communi-
stris tuis direximus, quae de saepe nominato Rothaldo decreuimus, vna C
cum eis studeas consummatione perficere, ut caritatis nostrae & amicitiae
atque gratiae particeps semper inueniaris ad amputanda noxia hostium san-
ctae Domini Ecclesiae germinata, atque ad salubria ferenda sanctitatem
tuam consociam de cetero familiariter habeamus: sicque demum tanto stu-
deamus etiam non postulari circa omnes maleuolos tuos, tuasque ecclesiae
aduersarios, tibi priuilegia indulgendo & acrius inharendo fortiter expu-
gnare, quantum senserimus fraternitatem tuam contra beati Petri Aposto-
lorum principis, eius priuilegia nullo argumento, nulla prorsus adinuen-
tione anhelare: sed in eorum veneratione & defensione atque excusatione
totis viribus, tota intentione velle persistere. De reliquo, frater carissime,
hortamur ut dilectum filium nostrum Carolum excellentissimum Regem
ad diuina praecipua semper erudias, semper accendas, & ut in ea qua coepit D
deuotione atque dilectione erga sanctam Romanam Ecclesiam Apostoli-
camque sedem permaneat, studio curioso decertes, solertiaque prudenti inui-
giles. Cetera vero, quae huius paginae tenori non sunt inserta, communis
frater & Coepiscopus Odo, qui & tuae sanctitatis virtutibus nostrum ani-
mum plurimum exhilarauit, viua voce poterit enarrare. Sanè postremo ad
memoriam tuam reducere voluimus, nos ecce iam secundo, ut virum vene-
rabilem Rothaldum Apostolicae sedi destinasses, sanctitati tuae misisse. Quod
prouidendum est, si tercio dilectioni tuae dirigere pro hoc ipso coacti fueri-
mus, ne in contemptorem sacrorum canonum diffinitionum ac preceptorum
(quod non optamus) sententiam proferamus.

Marc. 9.
Luc. 14.

EPI-

A. EPISTOLA XXIX. B. NICOLAI PPAE I.

OSTENDIT Rothaldum Episcopum iniuste in exilium pulsam. Praecipit ut sua
Ecclesiae restitatur: Et si Hincmarus iuste in eum se egisse pretendat, intra triginti
dies ipse vel eius legati Romam veniant: nisi obedierit, Missarum celebrationem
ei interdicit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hincmaro Archiepiscopo Rhemenfi.



Anditatem vestram, quam semper in virtutum exercitijs co-
uersantem comperimus, & in doctrinis Ecclesiasticis profi-
cientem, fama crebrescente, didicimus, aliter Apostoli-
cam reuerentiam praeculis habere sperabamus, quam fre-
quens dictat opinio; denique fidelium multorum exemplum
dolentium, auditu veraci cognouimus, quod Rothaldus
frater & Coepiscopus noster ecclesiae Sueuonicae, pro quodam presbyte-
ro qui pro facti sui qualitate, honoris proprii ante triennium, fuerat priua-
tus officio, a vestra sanctitate fuit impetitus, & adhuc, quod nefas est, se-
dem Apostolicam appellans, iuxta quod sibi a patribus constat esse per-
missum, Episcopatus etiam absens expoliatus honore, & in exilium de-
portatus, haecenus in monasterio retrusus existat. Vnde gemimus, valdeque
dolemus: Nam cum debuerat honoribus pro sua senectute multiplicibus
ampliari, & pro tot laboribus ac obsequijs in Ecclesia Domini pariter &
Principibus mundi fideliter ac vtiliter impensis maiori dignitate frui, & iam
C tandem sine cuiusquam impulsione quietus existere; nunc est contra deho-
nestatus, & ad iniuriam beati Petri Apostolorum principis cuius Sedem ap-
pellauerat, fame & siti, ac innumeris maceratur miserijs, ac depositus pa-
riter & abiectus existit. Vnde valde miramur ac vehementissime obstupe-
scimus, quomodo luminum vestrorum serenitatem tam repentina potuerit
obtenebrare caligo, adeo ut priuilegia Apostolicae sedis, quae intemerata
a tota Christi feruantur Ecclesia, contemplari despexeritis, atque ipsos pa-
ternos canones nescimus qua auctoritate diruperitis: quod omnino inultum
manere non patiemur, ut qui prohibita praesumpsit, minimè quae sit censura
canonica experiatur: ita ut omnibus manifestum faciamus, quod nullum,
fratres nostros, aliquo modo patiamur sui sustinere dispendium, neque san-
ctorum Patrum statuta vilescere permittamus. Verum interim Dei sum-
mi sanctorumque Apostolorum principum Petri & Pauli, & nostra per eos au-
toritate fraternitati vestrae iniungimus, ut si nostrae caritatis, & communio-
nis sicut haecenus voluistis videri participes, iam dictum fratrem nostrum
Rothaldum Episcopio pariter & pristino honoris sui officio restituatis: Ita
ut per omnia tali decoretur honore, & omnibus ita reddatur integer offi-
cij, qualem illum eo constat fuisse tempore, quando expellendus, Apo-
stolicae sedis memoriam fecit. Et ita demum si qui videntur illius esse ca-
lumniatores, cum presbytero illo, qui deiectionis ipsius causa exitit, Ro-
mam pariter cum saepe nominato Rothaldo omni remota occasione indefi-
nenter accurrant. Hoc autem expressè decernimus, ut post triginta dies
postquam haec nostra Epistola apud vos delata fuerit, aut praefatum virum
Rothaldum omnino restituatis pristinae dignitati, aut si iuste vos in eum egisse
putatis, Romam cum eodem vos vel vester legatus vestra vicem in omnibus
D Epist. Tom. 3. M 3 ferens

Priuilegia sedis
Apostolicae inte-
merata seruan-
tur.

ferens, ut vtriusque partis causam ad liquidum sciamus, adueniat. Quod **A** si post praefixos triginta dies, quae in hac Apostolica auctoritate plena continentur epistola, minimè obedire ac perficere studueritis; decernimus ac promulgamus, ut Missarum solènia tamdiu celebrandi non habeatis licentiam, quam diu quae definitimus, perducta ad consummationem non fuerint. Quam sententiam non solum vos, sed omnes Episcopos obligare decernimus, qui vobis in depositione praefati viri Rothaldi consensisse noscuntur. Ipsum verò, illos, per vos scire praecipimus.

EPISTOLA XXX. B. NICOLAI PAPAE I.

*BALDVINVM se non absoluisse significat: hortatur: ut ei parcat, Rothaldum ab exilio reuocet, Romam ad ipsius causam cognoscendam mittat, atque id ab Episcopis **B** faciendum curet: quod nisi illi impleuerint, à Missarum celebratione remouet.*

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo glorioso Regi.



Prou. 3.

Iob. 41.

Matth. 11.

1. Cor. 1.

Quàm vera est fili carissime illa sententia, quam Salomone attestante, de se sapientia profert, cum perhibet dicens: Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quod nisi verum esset, numquam omnino vestra sublimitas, tantæ humilitatis poterat decore vestiri. Quod nisi verum esset, numquam priuatarum legum Apostolicæ sedis decreta tam facili potuissetis tangere mentis intuitu; nam cum de quodam contra Deum se effrente dicatur, Ipse est Rex super vniuersos filios superbiae, & vos è diuerso summa videamus humilitate praediti; quid nisi vestra regalem excellentiam imitatione filium esse illius poterimus aduertere, qui ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde? Per sapientiam ergo Reges regnant; quia sapientia patris, iuxta Apostolum, Christus est, qui est Rex Regum, eorum scilicet, qui omnes motus corporis, omnesque mentis illicitos appetitus competenti regere moderamine norunt; de quorum numero per diuinam gratiam vos etiam perspiciamus & lætamur; & Deo omnipotenti gratias, ex quo regnatis, multiplices exhibemus. Interea nouerit dilectio vestra, Balduinum ut nobis intimatum est, qui natam vestram sibi furto in vxorem contra fas sociauit, quem ideo venerandi praesules Ecclesiam Domini in regno vestro gubernantes, vinculis anathematis obligarunt, ad limina Apostolorum accessisse, & ut à vinculis solueretur, atque per nos gratiam inueniret, sedem adijisse Apostolicam. Nos autem non solum eum à vinculis minimè absoluiimus, aut in communionem nostram recepimus, sed potius tam praesumptuosam temeritatem detestati sumus, atque vestri pectoris naturalem affectum considerantes doluimus, vestraque moestitiæ participes effecti vobis hodieque compatimur. Verum quoniam ad diuina se se praesidia contulit, amatorumque vestrorum Petri ac Pauli Apostolorum principum sibi met expetijt affore subsidia; non potuimus omittere, quominus, ut gratiam vestram perciperet, apud piam excellentiam vestram interueniremus.

Verum vestram in omnibus praeculis habentes dilectionem, quamquam sciamus & filiam vestram si libet posse vos ei legaliter in vxorem dimittere, & pie-

A & pietatis vestrae elemeter gratiam impetrari; non tamen iussa misimus, sed preces obtulimus: sed quoniam dicit Apostolus, Redimètes tempus, quoniam dies mali sunt, & ab eo praedicta periculosa nouissima ecce iam imminet tempora, prouideat solers vestra sublimitas, ne ex hoc deterius adhuc forte aliquod oriatur. Et ita vos cauta prouisione vndique temperate, ut moeror cordis vestri procul abigatur, & circa iam dictum Balduinum usque infirmam nequaquam inexorabiliter, vel inflexibilitèr persistatis. Non quo vos hæc dicendo, terminos quos posuere patres nostri, transgredi cupiamus, quos per gratiam Dei immotos perseverare semper optamus: sed quo gloriam vestram ultraquam dici possit diligentes, nullum velimus locum dare occasionem querenti: praecipue cum idem Balduinus diuinum postularit auxilium, & sanctorum Petri ac Pauli intercessorum vestrorum, quemadmodum **B** dum praetulimus, ut gratiam plenam à vestra clementia consequeretur, legationem, atque interuentionem petierit. Non planè immemor, quod ante aliquot annos quidam, qui in huiusmodi noxam incurerat, memoriam & Sedem adijisset, caelestis clauigeri eiusdem Vicarij interuentu apud piæ memoriae Imperatorem Lotharium non prodita coniuge, plenissimam indulgentiam simul & gratiam percepisset. Nulli praeterea Regum graue videri debet (quod tamen cum pace vestra dixerimus) conseruo tuo debitum centurum denariorum dimittere, qui forrasse à summo Regum, & Domino domitorum decem millia talentorum sibi laxari desiderat. **Matth. 18.**

Porro dilectio vestra nouerit misisse nos ad Hincmarum confratrem nostrum Rheimorum Episcopum, & ad ceteros Metropolitans atque Episcopos Regni vestri, ut venerabilem virum Rothaldum ab exilio reuocarent, Romamque ad ipsius causam in nostra praesentia examinandam dirigerent: dignum quippe est, ut quorum iudicio in exilium est deportatus, eorum sit communi studio beati Petri memoriae, sedique ipsius honorificè praesentatus. Ex illis autem praecipimus, ut duo, vel tres, aut certè quotquot voluerint, veniant, qui ita in cunctis reliquorum, qui occurrere non potuere, praesentiam proferant, ut quicquid agendum est, vel experiendum fuerit, refricata quæ gesta sunt, ipsorum omnium vice prorsus vtantur. Quod si postposito nostro iudicio, quæ auctoritate Apostolica promulgauimus, atque decreuimus, prope contempserint; Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum principum, quorum glorioso agone sancta hæc Romana Ecclesia, cui diuina dispensatione praesumus, est Domino consecrata, atque sanctorum canonum, quorum contemptores proprijs scriptis esse, se liquidò demonstrauere, necnon & nostræ mediocritatis auctoritate, à Missarum solènijs celebrandis, sint quousque **D** diffinitionibus nostris obediant, prorsus extorresita sanè, si post lectum paginae sibi à nobis missæ tenorem, infra triginta dierum spatium, quæ de Rothaldo viro venerabili agèda sanximus, minimè cōsummare studuerint: scietes profectò quoniam si post hanc in sanctorum regularum, & nostro contemptu fuerint diutius conuersati (ipsum quidem Rothaldum à nobis Apostolicæ sedis more) à damnationis vinculis fore soluendum: atque conuocato Episcoporum coetu, foueam quam parauerit, semet penitus incidendos. Quamobrem vestram nihilominus suauissimam pietatem monemus, & quæntis possumus viribus exoramus, vel etiam tamquam deuoto filio praecipiendo fidenter mādamus, ut iam dictum Rothaldum vestro adiutum solatio ad nos usque misericorditer dirigatis: quatenus iuxta decreta sanctorum Pontificum Romanae Ecclesiae, atque statuta sanctorum canonum, nostro sit ipsius causa & pie-

causa iudicio terminata. Nam, mihi credite, supra modum in damnatione A
præfati viri & noster est animus læsus; & totius Ecclesie filiorum, ad quorum
notitiam peruenit, vehementer offensus: Maxime quod ante & post damna-
tionem suam sedis Apostolicæ idem venerabilis vir appellauerit iudicium,
nec impetrauerit, & per talem præsumptionem, summæ Sedis videantur pri-
uilegia temerè violari.

Rom. Pontifex
nō patitur sedis
Apostolicæ pri-
uilegia violari.

Quæ tamen priuilegia vsquē ad mortem, ope freti diuina, prædecessorum
meorum vestigia sequendo, cassari taliter minimè patiemur. Sed & vos cari-
ssime, vt ea, quibus potestis cultibus veneremini, summopere incitamus.
Nam quomodo putatis si opportunitas exegerit, vt vestro regno, vestris ius-
sibus, vestri regni ecclesijs aliquid præstemus solatium, aut contra aduer-
sarios protectionis elypeum conferamus, si quantum in regni vestri partibus
est, quoniam illa omnino scindi non possunt, ea vos aliquatenus minorari B
finatis, quibus vsi patres vestri omne suarum dignitatum incrementum, om-
nemque gloriam perceperint. Priuilegia namque Romanæ Ecclesie, totius
sunt Christi (vt ita dicamus) remedia Ecclesie Catholicæ. Priuilegia in quæ
Petri arma sunt contra omnes imperus prauitatum, & munimenta, atque do-
cumenta Domini sacerdotum, & omnium prorsus, qui in sublimitate confi-
sunt, immo cunctorum, qui ab eisdem potestatibus, diuersis afficiuntur incom-
modis. Turbati enim estis, & multo mœrore affecti (sicut in scriptis vestre di-
lectionis reperimus) eo quod forti vos inuentione conuenerimus, & duris
inreparationibus vestram celsitudinem cumulauerimus. Quadere vestra
profectio non debuit vsquequaq; tristari sublimitas: quoniam et si nulla erat
culpa, sicut astruere humiliter contenditis, vnde vestram oportuerit pieta-
tem durius castigari: tamen discretus pater tunc aliquotiens studet dilectum C
filium diuersis terroribus, vel etiam flagellis competentibus erudire, quan-
do nihil in eo quod reprehendat, penitus intuetur. Sic Dominus beatum Iob
frustra se percussisse perhibet, cum nihil omnino quod tantis verberibus pu-
niri debuisset inuenit: sed tamen frustra non percutit: quia hæc quatenus
per patientiam augeantur ei merita vt discretus pater exercet. Sic nimirum,
sic & vos carissime filii vestram sublimitatem tacita fortasse cogitatione fru-
stra læsam à nobis querimini. Scimus tamen nos, ex qua radice contra dile-
ctione vestra hæc virga processerit, quæ vtique non vt funditus interimeret,
absit, sed quæ ad sempiterni regni gloriam feliciter erudiret; scilicet quam
paterna disciplina (vt apertius dicamus) ex interni affectus ramo protulit,
nō quam malitia ex odij radice produxit. Percuteris ergo, immo pulsaris fili
etiam vbi te cor tuum non reprehendit, vt cautior & sollicitior atque tutior, D
in quibus delicturus eras, Deo auctore, valeas inueniri.

Itaque carissime cum vestra Regiæ potestati ab Apostolica sede interdū
duriora fuerint missa, non moleste feratis, nec vos à nobis odio habitos esse
putetis: quoniam aut manifeste iusta sunt nostræ correctionis iacula, aut
certè occulta sunt, & aliquam habentia rationem: quapropter in vtroque
vestra salutis semper inuenire ne diffidatis antidotum. Nos quidem sem-
per vos in visceribus dilectionis strictos habuimus, & pro vobis Dei omni-
potentis misericordiam implorauimus. Sed postquam frater & coepisco-
pus noster Odo pariter & primus fidelissimus noster, quem ad vestram glo-
riam miseramus, de vestra vestraque eminentissimæ, ac dilectissimæ coniugis
deuotione erga sedē Apostolicā, ac dilectione, quæ circa Domini sacerdo-
tes habetis nobis tot retulere præconia; tanto arctius vos diligimus, tanto
vestri

A vestri pro statu regni, & vestra, vestrorumque salute Dominum Iesum Christū
instantius deprecamur; tantoque de Normannorum vobis subacta rabie gra-
tes auctori exultantes rependimus, quanto hæc non ad tumorem elationis,
nec ad humanæ cupiditatis ardorem profutura, sed ad exaltationem Ec-
clesiarum Dei, & ad libertatem populi Christi, atque ad laudem ipsius credi-
mus incunctanter proficere: Optamus excellentiam vestram in Christo
nunc & semper bene valere.

EPISTOLA XXXI. B. NICOLAI PAPAE I.

HORTATUR Vr Rothaldum suæ Ecclesie restituendum curet.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio nostro Carolo glorioso Regi.

Nunc laudanda est frequens conuersatio, & assidua cum Ec-
clesiasticis & cum sapientibus vestra sedulitas, quam circa
utilitatem Ecclesiarum Domini vos habere auditu gratula-
bundo concepimus; si eiusdem sanctæ Ecclesie Pastorum
cum quibus hanc humilitatem & sollicitudinem salubriter
operamini, sub quadam specie iustitiæ nullum omnino subli-
mitas vestra læserit, sicut de vno quodam Rothaldo nomine, nunc vos egis-
se plurimorum relatu didicimus, maxime cum deiciendus Apostolicam
C sedem iuxta licentiam canonicè sibi concessam appellasse perhiberetur. Pro-
quò (filii carissime) valde gloriam vestram exposcimus, vt præfatum virum
in suo Episcopio, & omni pristino reddi faciatis honori, & ita demum ad
Apostolicam sedem (ad quam illum constat appellasse) securum pro no-
stro amore aditum properandi dare dignemini. Hoc specie tenus cogno-
scentes, quoniam tunc credidimus vos nostrum Apostolatū diligere (sicut
sæpe profiteri videmini) si Deum & Dominum nostrum timere pariter &
amare vos euidenter cognouerimus. Necnon & priuilegia sanctæ sedis
Apostolicæ, & statuta patrum illibata seruantes, ea vilescere vel destrui à
nemine patiamini. Ceterum sciat sublimitas vestra nos ad confratrem no-
strum Hincmarum Archiepiscopum misisse: quatenus aut infra triginta
dies post lectam à nobis sibi missam Epistolam, eundem Episcopum pristi-
no gradui restitueret; aut cum idoneo suo legato, si ipse non posset, vna
cum accusatoribus eiusdem viri (si tamen essent) atque cum presbytero,
qui causa de electionis eius spem Romam veniret. Quod si neutrum ageret,
post triginta dies præfixos, nec ipse, nec quilibet Episcoporum, qui in de-
positione præfati Episcopi consenserunt, licentiam celebrandi Missarum
solemnia penitus haberent; quod utque inijs quæ salubriter deceret, nobis
sint obedientes, ac pleniter ad effectum consummationis perduxerint.

EPISTOLA XXXII. B. NICOLAI PAPAE I.

Dicitur quæ contra Rothaldum acta fuerant, quem sua Ecclesia præcipit re-
stitui. De Balduino, ait, se pro illo precēs tantum ad Imperatorem obtulisse; exponit
quid in Lothary & Theuperga causa egerit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
 Reuerendissimis & sanctissimis confratribus nostris Me-
 tropolitanis Episcopis, & ceteris diuersarum pro-
 uinciarum ac urbium Præsulibus, qui in Con-
 uicinum villam publicam secus ciuitatem
 Siluanectis Concilij conuenistis.



Criptis dilectæ fraternitatis vestræ susceptis & inspectis, at-
 tentius in eis omnis scientiæ & sapientiæ sanctitatis vestræ
 fluentis, quæ non aliunde in pectora vestra utiq; nisi ab ipso
 fonte vitæ poterant emanare, cognita deuotione, & summi
 amoris affectu, quem circa hanc sanctam Romanam Ec-
 clesiam, Apostolicamq; sedem vos retinere monstratis; &
 quoniam ex amore secundum constitutionem maiorum, vt eadem ipsa ver-
 ba ponamus, non solum de omnibus quæ possunt aliquando recipere dubi-
 tationem, vel quamcumque incurere quæstionem: verum de ceteris atque
 maioribus negocijs Ecclesiasticis exequendis, ad apicem Episcopatus, idest,
 ad magni Petri Sedem debere vos referre cognoscitis: horum auctori ac
 omnium honorum largitori Deo & Domino nostro, gratiarum multimodas
 retulimus actiones. Qui ideo in sancta Ecclesia vos rutilantes tamquam
 splendidas stellas verbum vitæ continentis, & morum ac virtutum vestrarum
 lumine longè lateq; proximos illustrâtes voluit collocare, vt merito eamde
 sanctam Ecclesiam, iuxta ipsius magisterij dictum, cæli nomine, vbi talia ni-
 mirum fulgent luminaria, valeamus veraciter appellare. De cetero verò, frater
 es carissimi, discentes in prouincijs vestris Paganorum crebris vos labora-
 re infestationibus, insuper & Ecclesias Christi in illis partibus constitutas,
 ab intestinis, idest à suis, multa incommoda tolerare plurimum lamētamur,
 & vobis oppidò compatimur & cōtristamur: Quamuis, dilectissimi, nō adeo
 super his contristari ac mœroribus affici debeatis, scientes quoniam tribu-
 latio secundum Apostolum, patientiam operatur, patientia autem probatio-
 nem, probatio verò spes, spes autem non confundetur: Siquidem locus hic
 est afflictionis, hic conuallis lachrymarum donec videamus Deum deorum
 in Sion: Hic est vbi in lachrymis seminamus, vt postmodum in gaudio me-
 ramus: hic est, inquam Aegyptus, hic est fornax ferrea, vbi spiritalem Hieru-
 salem diris oportet lateribus fatigari, donec terram promissionis ingredia-
 mur, idest, donec Dominus, cum ei perfecte placuerimus, in regione viuorū,
 se nobis promissum ostendat. Hic opus est, vt quæ ad templi sancti structu-
 ram pertinent, summi Artificis manu & prouisione aptentur, vt cum tuncio-
 nes, sonitus, pressuræ ac persecutiones sæculi præsentis transferant, sine ali-
 qua tortitudine vel inæqualitate in cælesti fabrica, tamquam lapides viui,
 idonei in omnibus comprobemur.

Sedes Romana
 apex episcopatus.

Rom. 5.

Exod. 5.

Luc. 8.

Epist. 78.

Quapropter hoc scientes dilectissimi, spei nostræ anchoram in cælesti sta-
 tione figentes, huius mundi procellas despiciite; quia protector noster om-
 nipotens iam non dormit, qui imperat & mare & venti obediunt ei, fitq; trā-
 quillitas magna. Propterea de Rothaldi damnatione Apostolicæ Sedi re-
 ferre iure studentes, petistis, vt nostræ etiam auctoritate rata esse probaren-
 tur quæ de eo apud vos in Concilio acta fuisse perhibuistis. Quod agere pe-
 nitus recusamus, quando nos (vt eadem ad Flauianum sancti Leonis dicta
 ponamus)

A ponamus) qui sacerdotū Domini matura volumus esse iudicia, nihil possu-
 mus incognitis rebus cuiusque partis præiudicio diffinire, priusquam vni-
 uersa quæ gesta sunt veraciter audiamus. Sed fortasse dicitis vos, vniuersa
 quæ de eo gesta sunt nobis per scripturæ seriem veraciter retulisse, & per
 fratrem & Coepiscopum nostrum Odonem, qui penè consilij vestris sem-
 per affuerit, cuncta pleniter intimasse. Quibus scitote nos satis credere, &
 ad custodiam disciplinæ Ecclesiasticæ consensum præbere potuisse, nisi ex-
 cusationes & defensiones illius, suggestorumq; series, innocentiam ipsius &
 vestram nocentiam demonstrantium, à vicinis vestris complurimis, Apосто-
 lato porrectæ apud nos haberentur, & frater & Coepiscopus noster Odo ni-
 hil accusationis publicæ voluerit à nobis interrogatus ei obijcere. Quam-
 quam si obiecisset, nihil ad damnationem iam dicti Rothaldi proficeret, cū
 neminem partis illius, qui obiectis vel annueret vel renueret, nostram con-
 staret adijisse præsentiam (nam accusatores quæcumq; voluerint dicunt.) Et
 sciamus iustum mediatorem non esse, qui sic vnâ partem audit vt alteri
 parti nihil reseruet: Præsertim cum Dominus pro absente & non audito
 per Moysen præcipiat, iam non maledices, inquiens, surdo, nec coram ex-
 co pones offendiculum. Ignorare autem fraternitatem vestram non pati-
 mur, animus nostrum non mediocriter læsum, eò quod secundum gestorū
 tenorem, & vestrarum suggestionum quas ad sedis Apostolicæ direxistis
 cognitionem appellantem eundem Rothaldum Apostolicâ sedē deposue-
 rit, ac in monasterio retruseritis: Quod nō nisi in contemptum beati Petri,
 cuius iudicium expetiuit, & in contumeliâ sacrorum canonum & Ecclē-
 siasticarum traditionum præsumptè ac temerè admissum minimè dubitatur:
 Insuper autem & ad imminutionem Apostolicæ & summæ Sedis priuilegio-
 rum, quibus vestrarum quoque Ecclesiarum priuilegia firmare deposcitis,
 Imperatorum leges proponitis, quibus quasi prohibentibus astruere nō ha-
 buisse appellationis vocem Rothaldum nitimini, cum constet constitutioni-
 bus mundanarum legum & Imperatorum non omnibus Ecclesiasticis con-
 trouersijs vtendum esse, præsertim cum inueniuntur Euangelicæ ac canoni-
 cæ sanctioni obuiare. Ad quod ostendendum duorum Heroum, Innocentij
 scilicet & Gregorij satis sufficiunt testimonia. Sanctus Innocentius quidem
 in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, ait:
 Nam quod sciscitaris, inquiens, vtrum diuisis imperiali iudicio prouincijs,
 vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani Episcopi debeant nominari.
 Non ergo visum est ad mobilitatem necessitarum mundanarum Dei Ec-
 clesiam commutari, honoresq; ac diuisiones perpeti quas pro suis causis
 faciendas duxerit Imperator. Beatus autem Gregorius scribens ad Theo-
 tistam patriciam, inter cetera: Si enim, inquit, religionis causa coniugia de-
 bere dissolui dicunt, sciendum est, quia & si hoc humana concessit lex, tamen
 diuina prohibuit. Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt Ec-
 clesiastica iura dissolui. Ecce qualiter quod lex humana concessit, lex diui-
 na prohibeat: Non quòd Imperatorum leges, quibus sæpe Ecclesia circa
 hæreticos vtitur, sæpe circa tyrannos, atque circa prauos quosque defen-
 ditur dicamus penitus renuēdas, sed quòd eas Euāgelicis, Apostolicis atq;
 canonicis decretis, quibus postponendæ sunt, nullum posse inferre præiudi-
 cium asseramus. Quamquam scripseritis appellationes eius frustratorias
 excusationes ac dilataciones fuisse tantum querentes, quod quibus argu-
 mentis firmetis, præsertim cum annuentibus sibi Canonibus Apostolicam
 sedem

Leu. 19.

Legibus Impe-
 ratoris quomo-
 do vtendum sit
 in Ecclesiasticis
 controuersijs.
 Innoc. epist. 20.

S. Greg. ep. lib. 9
 ep. 39.

1. Cor. 3.

sedem appellasse solenniter videatur, non facile patet. Quippe cum nemo sciat secundum veritatis attestationem, quæ sunt in homine, nisi spiritus eius, qui in ipso est. Quis autem nesciat constituta Sardicenis Concilij, quæ præcipiunt, post aliquot, capitulo quarto. Si quis Episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putauerit se causam bonam habere, ut iterum Concilium renouetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriæ honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinarunt Iulio Romano Episcopo: Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse ut non refricetur, præsertim quæ acta sunt si decreuerit, confirmata erunt. Item capitulo octauo Osius Episcopus dixit: Placuit autem, ut si quis Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerit congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit qui ei electus est & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri, si iustum putauerit ut renouetur examē, scribere his Ecclesijs dignetur, quæ in finitima & proxima prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem caritatis diffiniant. Quod si is rogat causam suam iterum audiri, & deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi quid velit & quid æstimet: Et si decreuerit mittendos esse qui præsentibus Coepiscopos iudicent, habentes eius auctoritatem à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit Episcopos sufficere ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimum Concilium iudicauerit.

Pont. Romani
presbyter Legatus
ad latere.

Sed sicut in suggestionum vestrarum inuenimus scriptis, nisi habuisse Rothaldum appellationis vocem affirmare conamini, eo quod non habuerit bonam causam, cum constet sæpessatum Rothaldum usque hodie bonam se habere causam putare: Et venerandum Concilium, non solum eum qui causam habet, sed & illum qui se bonam causam habere saltem putauerit, sedi Apostolicæ appellare permiserit, & huic ab eo renouandum iudicium decreuerit, maxime cum iuxta constitutionem sanctæ huius Synodi, etiam si nunquam reclamasset, numquamque sedis Apostolicæ mentionem fecisset, à vobis qui causam eius examinastis, memoria sancti Petri honorari debuerat, atque ei per scribi, ut si iudicaret renouandum esse iudicium, renouaretur, & daret iudices. Verba certè, sicut superius commemorauimus ex eiusdem Concilij sanctione, quod si probata viderentur, statueret. Sed quid mirum, si hoc in despectu Apostolorum principis vos contempserit, cum ad iniuriam sacrorum canonum & venerabilium Romanorum Pontificum decretorum perpetrasset adhuc peius inueniamini, scilicet, ut post appellationem & reclamationem eiusdem Rothaldi, in Cathedra ipsius alterum consecraueritis, cum id manifestissimè à sacris regulis constet esse alienum, ut loco depositi omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata. Sed dicitis post appellationem Apost. sedi illū vocē mutasse, & Episcoporum Concilium experisse. Quibus (cum pace vestra fatemur) quamuis vestris assertionibus fidem adhibeamus, & ita fecisse illum (quando non est quod possit non credi) sanctimonio veraciter teneamus: tamen qua hoc intentione egerit, vel quod si interrogetur à nobis, respondere penitus non ignoramus, ut sicut in alijs & incertæ rei dubium usque ad vtriusque partis examinationem proculdubio remeetur. Præterea fraternitatem vestram non credimus ignorare, ante ad fratrem nostrum Rhemorum Episcopum Apostolatus nostri nos misisse apices, ut aut sæpessatum Rothaldum venerabilem infra triginta

Aginta dies post litterarum nostrarum sibi missam epistolam pristino gradu restitueret, aut eum cum idoneo suo legato, si ipse venire non posset, vnà eum accusatoribus eiusdem viri, si tamen essent, atque cum Presbytero qui causa deiectionis eius fuit, misisset. Quod si neutrum agere voluisset, post triginta dies præfixos nec ipse nec quilibet Episcoporum, qui in depositione præfati Episcopi consenserant, licentiam Missarum solemnium celebrandi penitus habuissent, quousque quæ salubriter decreta à nobis essent, obedienter ac plene ad effectum consummationis perducerent. Sed ad scripta vestra tendentes, quæ nunc per fratrem & Coepiscopum nostrum Odonem ad sedem Apostolicam destinastis, inuenimus iam dictum sanctissimum virum iudicio ac consensu vestro & Episcopatu priuatum, & in Monasterio hæcenus retrusum; in super & in cathedra ipsius alterum Episcopum ordinatum: quod quam sit execrandum, quamque à nobis nulla penitus patientia tolerandum, dici non præualet, etiam si cuncti corporis artus vertatur in linguas. Certè dum suggestiones, relationes, preces, consulta vestra sanctitatis scriptis atque verbis, nostris fuissent auribus inculcata, mox mente concepimus & penè cuncta ut annueremus atque indulgeremus, disposuimus. At ubi iniuriam sancti Petri, sedis Apostolicæ priuilegiorum imminutiones, sacrorum canonum conculcationes perspeximus, nihil potuimus vobis propinare dulcedinis, qui toti nimirum repleti sumus amaritudine. Siquidem è contrario pro rati contemptus mole, digna vos animaduersione canonica seueritate merito puniremus, nisi Apostolica moderatio paululum nos ad magnanimitatem, & vestra dilectio prouocasset.

Quod autem qualiter in vos competenter & regulariter exerceamus, ipsi nos litteris vestris affatim & manifestissimè docuistis, quæ si opportunitas fuerit, colligi & ostendi facilius possunt. Sanè interim Apostolica atque canonica auctoritate vobis duntaxat Episcopis, qui in depositione & exilio supradicti Rothaldi vel iudicium dedistis, vel consensum præbuitis; præcipimus, ut eum mox ab exilio reuocetis. Et quia secundum indulgentiam sibi à scriptis regulis licentiam, hæcenus appellare sedem Apostolicam dicitur, Romam illum ad suam causam in nostra Apostolica præsentia peragenda ac determinanda destinare, immo dirigere nullo modo postponatis. Dignum quippe est, ut qui vestro omnium iudicio in exilium deputatus est, vestro sit è contrario communi studio, beati Petri memoriæ & Sedi eius honorificè præsentatus. Ex vobis verò præcipimus, ut duo vel tres, aut certè si libet, plures mittantur, qui ita cunctis vestrum omnium præsentiam præferant, ut quicquid agendum est vel experiendum fuerit, refricata quæ acta sunt, vestra omnium vice, prorsus sciscitentur. Quod si vos occurrere nequiveritis, vicarios vestros mittite; & ita vnà cum præfato religioso fratre vestro Rothaldo veniant, in omnibus sicut superius diximus, ad cuncta exequenda, vel certè experienda, quæ ventilata coram nobis extiterint, vicem vestram & personam habentes. Quod si postposito nostro iudicio quod auctoritate Apostolica promulgauimus, atque decreuimus, occurrere contempnitis, Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum, quorum glorioso agone sancta hæc Romana Ecclesia, cui diuina dispositione præsumus, est Domino consecrata; atque sanctorum canonum, quorum vos contemptores scriptis proprijs ostendistis, necnon & nostræ mediocritatis auctoritate, à Missarum solemnibus celebrandis estote prorsus, quousque nostris diffinitionibus obediatis,

Ecclesia Rom.
88. Apostolorum
agone Deo consecrata.

extorres; ita sanè vt si post lectum huius paginæ tenorè infra triginta dierum spatium, quæ de Rothaldo viro venerabili sanximus agenda fore, minimè studueritis perficere: Scientes profectò, quoniam si post hæc in sanctarum regularum & nostrarum contemptum fueritis diutius cõuersati, ipsum quidem Rothaldum à nobis Apostolicæ sedis more, à damnationis vinculo fore soluendum, atq; conuocato Episcoporum cœtu, foueam, quam ei parafitis, vobis proculdubio preparandam. Vos autem dilectissimi nolite nostra decreta molestè ferre: quæ sicut beatus Innocentius Macedonibus scribit, graue nõ oportuit videri pijsimis mentibus vestris cuiuscũq; retractari iudiciũ, quia veritas exagitata sepius, magis splèdescit in luce: & perniciēs reuocata in iudiciũ, grauius & sine pœnitentia condénatur. Nam fructus diuinus, iustitia recens erit fratres carissimi, præsertim cum nihil nobis amplius sit cũ Rothaldo q̃ cum omnibus Christianis. Verùm priuilegia Sedis nostræ vsq; ad mortem, diuina annuente gratia, vestigia patrum nostrarum sequentes, defendemus. Sed & vos illa quatenus illibata, vt pote totius Ecclesiæ Domini remedia, custodiantur, toto conamine & omnibus votis operari ac defudare debeatis. Quoniam priuilegia sedis Apostolicæ tegmina sunt, vt ita dicamus, totius Ecclesiæ Catholicæ: priuilegia (inquam) huius Ecclesiæ, munimina sunt circa omnes impetus prauitatum. Nam quod Rothaldo hodie contigit, vnde scitis quod cras cuiuslibet non eueniat vestrum? Sic Apostolus admonet, dicens: Qui putat se stare, videat ne cadat. Id si contigerit, vt verbis vtamur prophetiis, ad cuius, rogo, confugietis auxilium? Hæc quidem de Rothaldo satis dixisse sufficiat.

Ceterum de Balduino, de quo multa iam scripsistis, sciat beatitudo vestra non nos regulas atq; sancta decreta velle corrumpere: sed quia ad limina Apostolorum veniens à nobis petijt se adiuuari, quamq̃ nossemus quod filius noster Carolus gloriosus Rex regaliter posset ei, si vellet, filiam suam in vxorem dimittere, & misericordiæ suæ gratiam impartiri: tamen non iussa misimus, sed preces obtulimus. Quod textus epistolarũ nostrarum, quas ad iam fatum excellentissimũ Regẽ, & filiam nostram Reginã ad id obtinendũ direximus, vobis satis poterit indicare. Nam pro tam præsumptuosa temeritate ipsius viri, maximè cũ consideremus dilectissimi filij nostri Caroli sublimis contritione cordis & pectoris naturalè affectũ, & nos valde doluimus, & ei tota mentis affectione vsq; hodie compatimur. Sed vestra fraternitas præuideat, sicut ait Apostolus, Redimètes tempus quoniam dies mali sunt, & iam sicut ipsi in vestra pagina testamini, periculosa tẽpora instant. Ne ergo peius adhuc aliquid oriat, interuenientes apud eundem gloriosissimũ Regem filium carissimum, quod & ipsius cordis mœrorè pellatis, & eidẽ Balduino non vsquequaq; inflexibilis, perseueret: præcipuè quoniam Apostolorum auxilia deprecatus est, & diuina præsidia requisit. Nulli etenim regum graue esse videri debet conseruo suo debitum centum denariorum dimittere, qui fortasse à summo regum & Domino dominorum decem millia talentorum sibi dimitti desiderat.

Porrò quid de Lotharij vxoribus censuerimus, quando & de hoc nostro scripsistis præsulatui, in epistolarum nostrarum quas per fratres & Coepiscopos nostros Rhodoaldum & Ioannem in Galliam misimus, poteritis exemplaribus reperire: Quæ videlicet exemplaria, vnà cum cõmonitorio, quod præfatis fratribus nostris pro hac eadem causa ad Lotharium regem missis dedimus, per fratrem & Coepiscopum nostrum Odonem vestræ sanctitati

Epist. 6.

1. Cor. 10.
H. sa. 10.Eph. 5.
Colos. 4.Matth. 18.
Luc. 7.

A tati transmissimus. In quibus patenter animaduertere atque scire potestis nobis omnino non opus esse, vt sententiam, quemadmodum nos hortari voluistis, commutemus. Quoniam diuina fauente gratia, tantum cupimus huiusmodi scelus, secundum creditum nobis cœlitus ministerium, ab Ecclesiæ facie radicitus amputare, vt si hac vice idem Lotharius monitis salubribus ac diffinitionibus nostris, Prælati, & Epistolis nostris regulariter sibi missis noluerit obedire, nec ad pœnitentiam competenti satisfactione præmissa, quæzocys repedare, à nobis atq; totius Ecclesiæ corpore canonica atq; Apostolica sententia efficietur, vnà cum omnibus fautoribus & communicatoribus suis, penitus alienus. Præcipuè quo ad eam quam perhibetis die Natalis Domini super adulteros benedictionem, quæ maledictio potius credenda est, petiuisse. Ne verò supplices, quod adulteris aliquatenus cesserimus falsò nos opinentur, non incongruè nostri super hoc animi votũ omnibus fratribus & Coepiscopis nostris intimato, & concionando in ecclesijs vestris publicè cunctis id ad liquidum subditis exponite. De vocandis autem ex singulis prouincijs pro congreganda synodo Episcopis vnde scripsistis, sciat sanctitas vestra misisse nos duos à latere in Galliam fratres & Coepiscopos nostros, quorum superius memoriam fecimus, qui synodũ pro examinanda causa Therbergæ, Vualdardæ feminarum conuocarẽt, vbi & binos ex vobis Præsules, sicut de alijs regnis adesse præcipimus. Qui nisi antea reuersi fuerint, & quæ egerint, nouerimus, nequaquam de Concilio faciendo aliquid deliberare concitè possumus. Licet postquam à nobis sunt separati, audiimus Lotharium à sede Apostolica petiitum non expectasse consultum, nimirum quod præuidẽrat suo detestando minimè pariturũ piaculo. Postquam verò præfati fratres nostri reuersi fuerint, & nobis quæ gesserint, enarrauerint, legatos idoneos ad Concilium quod petitis conuocandum, mittere ad locum designatum Deo opitulante curabimus.

Omnipotens Deus ad profectum & custodiam sui gregis, super quẽ vos rectores ponere voluit, & hic illæsam sanctitatẽ vestrã conseruare dignetur, & post certaminis coronam, in cœlesti patria faciat percipere gloriosam.

EPISTOLA XXXIII. B. NICOLAI PAPAE I.

SIGNIFICAT se pro eius causa sollicitum ad Regem & Episcopos scripsisse.
Hortatur vt quamprimum Romam veniat.

D NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerendissimo Rothaldo Episcopo.



Ognoscat experientia tua, frater carissime, de tuis tribulationibus, multum Apostolatam nostrum doluisse, immo dolere: sed credimus Dei misericordiam tibi proximè affuturam, quæ te & sicut Daniele, educat de lacu leonum, & sicut prodigum filium, prima induat stola. Quæ autem primũ de te Carolo glorioso regi, atq; Hincmaro miserimus, nosse te credimus. Nunc autem Metropolitanis & ceteri Episcopi, qui cõtra te sententiã protulerunt, nobis multa suggestorũ serie de te vel contra te intinuerunt, & vt rata essent, quæ de te promulgauerãt, nostro flagitauerunt consensu roborari: sed hæc nos agere distulimus, immo vt renouaretur Concilium

Epist. 3. Tom.

N 2

cilium

Dan. 6.
Luc. 15.

cilium & iuxta canonum normam causam tuam in nostro iudicio terminaremus; præcipimus eis, ut de monasterio educerent, & sancti Petri memoriam pariter aut ipsi, aut ipsorum Vicarij tecum venientes honorificè præsentarent. Quod si post lectam à nobis sibi missam epistolam, infra xxx. dierum spatium nostram non curassent constitutionem perficere, post xxx. dies, à Missarum solemnibus celebrandis, quæ eis fortiter interdiximus, penitus cessarent quousque; nostris diffinitionibus perfectam obedientiam demonstrarent. Unde, frater carissime, quando causam tuam sine examine dimittere non possumus, ne præiudicium districtioni Ecclesiasticæ facere videamur: rursus quoniam sine præsentia nostra, ne forte iniuste lædaris, in aliorum iudicio causam tuam discuti ac diffiniri dubitamus; stude quantum potes, ut cum tibi rex & Episcopi, quæ admodum statuimus, licentiam dederint Romam properandi, mox utcumque venire non differas. Quod si huc veniendi non tibi tribuerint facultatem, tu tamen id ipsum nobis indicare studeo. Verum quantum audes, quibus potes & quomodo potes, Apostolicam Sedem appellare & hanc adire velle, manifestare ne cesses; si tamen te iniuste læsum nosti, & bonam te causam habere per Dei gratiam arbitraris: quoniam nos, diuina clementia solatiantem, nullatenus te in finem obliuioni tradi, vita comite, patiemur. Optamus sanctitatem tuam in Christo valere.

EPISTOLA XXXIIII. B. NICOLAI PAPAE I.

MONET Rothaldum, ut Romam pergat, si iustam causam habere se credat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, C
Sanctissimo & reuerendissimo Rothaldo Sueffonicae urbis Episcopo.



Ciat sanctitas tua, quod misimus increpatoriæ epistolam pro te Hincmaro sanctæ Rhemorum ecclesiæ venerabili Archiepiscopo, eo quod post appellationem ad sedem Apostolicam in te depositionis intulerit sententiam: quam quidam vir qui cum Bosone comite Romam venerat, ad te deferre debuit: sed hanc rescripsit nobis ipse Hincmarus reuerendus Archiepiscopus quod eam minimè viderit. Insuper tam Hincmarus quam ceteri Episcopi, qui ad eandem Synodum conuenerant, ubi sententiam depositionis circa te protulerunt, & suggestorum serie quæ de te gesserint, nobis latius intimauerunt, accusationes circa te, & pro se excusationes multiplices protendentes, & per Odonem virum venerabilem Episcopum, nostro eas Apostolatu verbo tenus indicantes, per quem tam eisdem Archiepiscopis & Episcopis generaliter, quam dilecto filio nostro Carolo glorioso Regi specialiter rescripsimus, increpantes & admonentes pariter & iubentes, ut te de claustris monasterialibus præsentialiter educerent, & nostro aspectui præsentarent. Nunc autem venit Lindo religiosus Diaconus, secum epistolas iam fati Regis & Hincmari ferens, quæ te iussu ipsius Regis de monasteriali custodia eductum, & cuidam Episcopo familiari tuo commendatum esse fatebantur, per quem tam Carolo glorioso regi, quæ præfatio Hincmaro Archiepiscopo Metropolitano tuo, sicut & prius direximus: ut quia vnam partem sine altera audire non possumus, ad renouandum in nostra præsen-

A præsentia iudicium, & te honorificè & aliquos eorum qui te iudicauerunt, vel ipsos vicarios Romam dirigant. Nunc autem fraternitas tua studeat secum sollicita mente reuoluere, quod tibi quasi in ipsis tuis auribus loquimur, ut si quidem conscientia tua reprehendit te, aut fortè iudicium Episcoporum circa te prolatum admiseris, nec te fatigare nec alios velis. Si verò illi nostro consilio freti Episcopalem tibi reddiderint dignitatem, sicut eis scripsimus, benè. Quod si nostrum consilium paruipendentes hoc agere illi distulerint, & tu in cœpto proprio perseueraueris, aduenire elegeris intrepidus, & de Dei misericordia fidens, occurrere: sciens profectò quia te Deo auxiliante non deseremus, quoad usque iustitia conuertatur in iudiciu, & quæ nunc operata sunt, Dominus reuelare dignetur. Dabitur autem tibi sine dubitatione ad nos aditus veniendi: quod & nos Apostolica auctoritate & firma censura statuimus, & dilectus filius noster Carolus Christianissimus rex, & nobis deuotissimus, pariter & Hincmarus frater & Cœpiscopus noster scriptis suis præsentis tempore te ad nos missuros fore se firmissimè sunt, omnibusque polliciti.

EPISTOLA XXXV. B. NICOLAI PAPAE I.

CAROLVM commendat, quod se Ecclesiæ Romanæ in Rothaldi causa submiserit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo glorioso Regi.



Vm vos tantæ humilitatis, tantæque deuotionis incuruatione sub potenti manu Dei ad reuerentiam præcipuorum ipsius Apostolorum flecti conspiciamus, impletum videmus quod sanctus Iob de Domino loquitur, dicens: Sub quo curuatur qui portant orbem. Nisi enim vos, qui in regali sublimitate positi estis, tamquam ingentis fabricæ bases vestro sudore mundum quodammodo portassetis, nequaquam Græco sermone βασιλῶν vocabula fortiremini. Rursusque nisi tanta coram summo Deo vos humiliatione incuruassetis, nequaquam nobis, licet indignis seruis eius, obedientiæ colla tanta facilitate summitteretis. Operatur autem ipse Deus in vobis hoc, qui & laudandus est propter hoc, qui quæ præiudicavit vos, & ad regni gubernacula destinavit: quo auctore vobis felicitas arridet, ut cernimus, tempora: & prospera prosperis, ut audiuius, succedunt. Quapropter eius misericordiam glorificamus, qua hæc in vobis iudicia diuinitus patrantur, dilectionemque vestram instantissimè adhortamur, ut memores fragilitatis humanæ, nulla vos commoda eleuent, nulla secunda dissoluant: sed semper ad vosmetipsos recurrere: & quia nihil est in homine unde se extolli debeat, sedula consideratione perpendite. Si qua ergo cælitus tribuuntur ad votum, largitorem ante oculos vestra reuocare solertia non omittat, nec in his quæ temporaliter conceduntur bonis, consistere finem existimet, nec cito defuis delectata felicitatibus, perennis beatitudinis gaudia appetere desinat. Prospera verò mundi occasio vobis sint cælestia præmia requirendi, non fomes ad imitandum. Hinc egregius Apostolus admonet, Qui vtuntur, inquit hoc mundo, tamquam non vtantur. Tunc enim vos indubitanter ad aeternam gloriam pertinere posse confidemus, si in huius vitæ gloria positos vos, humilitatè sectarij
Epist. Tom. 3. N 3 vera

Prou. 15.
Prou. 16.

veraciter senserimus. Scriptum quippe est: Gloriam præcedit humilitas: è contrario verò, Ante ruinam exaltatur cor. Sed hæc nos ad ædificationem sublimitatis vestræ, quam paterno incunctanter affectu diligimus, cursim tetigisse vestra libenter tranquillitas nouerit, & eo quo à nobis mittuntur mentis intuitu, vester benignus hæc gratanter suscipiat animus. Ceterum de Rothaldo venerabili Episcopo, de quo Apostolatus nostro omittendum non est, iterum iterumq; suggerimus, vt omni desita amaritudine, quam circa illum celsitudinis vestræ retinet indignatio, pro amore Apostolorum principis, ad cuius sedem, dum anxiaretur cor eius clamauit; gratiam illi impartiamini, & placabilem erga eum pietas vestra, gratamq; in omnibus se prorsus exhibeat; ita vt cum Romam profecturus erit, vestræ illi sufficientiæ in itinere non desint solatia, sed potius vestris, saltem pro nobis beneficiis ac subsidijs, fultus ad cœptum pertingere queat sine aliqua difficultate propositum. Porro de his, quibus Apostolatum nostrum consulere meritò decreuistis, fratri & Coepiscopo nostro Hincmaro, quod nobis tolerabile esse videtur, custodiendum ac decernendum mandauimus. Præterea nolimus ignorare vestram sagacitatem, quòd licet semper dilexerimus vos, plurimum tamen amoris cordi nostro presentium latores inferuerunt, qui sedulis prosecutionibus suis tam miranda de vobis nostris auribus inculcarunt. Vnde & omnipotentem Deum merito laudamus, & ad dilectionis vestræ ardorem magis ac magis cor nostrum consequenter succendimus. Optamus gloriam vestram in Christo bene valere.

EPISTOLA XXXVI. B. NICOLAI PAPAE I.

FIERI non posse quin à se Rothaldus audiatur.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectæ Hirminrudæ gloriosæ Reginae.



Interas dilectionis vestræ, filia carissima, vt gloriosum regem Carolum virum uestrum, nostrum autem dilectum filium, in causa Rothaldi Episcopi exaudiamus, nos hortantes, ecce nunc secundò suscepimus. Pro qua re, mihi crede, multum anxiamur, multumq; vndiq; coartamur: quoniam nec nos possumus vobis ut nobiscum de illo unum sentiaris, id ipsumq; uelitis suadere. Nec rursus causa talis est, quod sine offensione Dei nos ualeamus utrumq; postponere. Verum filia, ut cum caritate uestra dicam, si oporteat obedire Deo magis quam hominibus, ipsa potius iudica. Nos autem causam Rothaldi in uirtute Dei non patiemur uita comite, indiscussam relinqui, præterquam si ante idem uenerabilis uir pristino fuerit honori ac dignitati redditus; quando coram nostra speciali presentia discernenda causa ipsius extiterit presentata. Quis, rogo, in toto orbe regni uestri læsus aut lædendus clamaret umquam ad sublimitatem uestram, cuius uos uocem postponeretis, & non magis ultione districta ipsius iniurias uindicaretis: & nos quodammodo horrari uideamini, ut uocem sanguinis fratris nostri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius cum uehementer paueamus, ne nostra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemusq; sicut scriptum est, & non exaudiamur? Certè pro sollicitu-

A& 5.

Gen. 4.

A licitudine, quam circa Ecclesiã Domini retinemus vniuersam, & pro speciali quam circa cunctos fratres nostros principaliter habemus, & si nunquam uocasset, à nobis summa diligentia quæri, & competenti debuerat studio adiuuari. Quod autem scripistis, quia si exaudiamus filium nostrum, non detrimentum sed augmentum Ecclesiæ nostræ priuilegijs generetur; nos certissimè credimus, quia priuilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ nulli possunt sustinere detrimentum, nec plantatio quam cælestis pater noster plantauit eradicari, nec fundamēta quæ summus posuit Architectus, queant quibuslibet & quantislibet fluctuationibus amoueri. Verumtamen, carissima filia, magnum manet periculum, tam eos qui sua desidia ea minui aliquo modo sinunt, quam eos qui sua præsumptione illa violare contendunt. De exaudiendo uero vel non exaudiendo filio nostro Carolo coniuge uestro, per Guidonem uenerabilem, idoneam uobis, vt remur, misimus rationem. Verum nos quicquid illi admonendo, vel hortando, vel etiam increpando mittimus, ad eius & dilectorum illius salutem, atque ad regni ipsius incolumitatem perficere non dubitamus, immo Deo auctore omnino confidimus. Incolumem serenitatem uestram diuina conseruet maiestas, filia carissima.

*Ecclesiæ Rom.
priuilegia cælestis patris plantatio sunt.*

EPISTOLA XXXVII. B. NICOLAI PAPAE I.

REPREHENDITVR quòd Apostolica sedis præceptis non obedierit, & Rothaldum ab itinere reuocauerit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hincmaro Archiepiscopo Rhemorum.



D fratritatem tuam, epistolam dilecto filio Carolo glorioso Regi, quæ suo nomine titulatur, ad te mittendam dirigimus: Idcirco Apostolatus nostri scripto hortamur, vt illam instantius prædicto Regi destinare procures, & pro nostro amore sine mora facias presentari. Miramur præterea & æquanimiter ferre non possumus, cur Apostolica nostra monita iam totiens pro confratre nostro Rothaldo Episcopo uilipendens, spernere nõ recuses, de quo nõ solum ter, sed & quater caritati tuæ, vt recuperaretur, direximus, & ad vltimum statuimus, vt aut honori pristino redderetur, aut Calend. Maij istius xii. Indictionis Apostolatus nostro cum legatis tuis presentaretur. Quod non tantum fieri renuisti, sed etiã cum ipse venire uellet, iterque iam cœptum haberet, non est permissus: sed potius coactus, retro reuersus est. In quo datur intelligi, vt fraternitas tua ad huius casum prompta existere possit, quando & Apostolica præceptio ad iniuriam beati Petri Apostoli illis in partibus non obseruatur, & à te spernitur ac violatur. Si uero erga Apostolicam caritatem nostram beneuolentia tua haberetur, saltè cur in ueniendo idem Rothaldus fuerit impeditus, nobis significasses. Recognosce ergo atque considera, quia benè agere minimè probaris, cum constet, Domino annuente, prædicti Rothaldi causam, in finem indiscussam nequaquam dimittere, sed pro uiribus, eò quod ad sedem Apostolicam appellauit, ad veri examinis perducere nos uelle æquitatem. Tu autem, frater carissime, omnem inobedientiam depone, & tam per te quam per filium nostrum Carolum gloriosum regem, eundem Episcopum, quem à nobis exaudiendum,

Math. 16.

diendum, venire iubemus iterumque precipimus, ad Apostolicam beati Petri sedem, cuius membra esse probamini, cum Missis tuis quātocyus dirigere studeas, si tuam caritatem in integritate firmissimæ petrae desideras collocare, ubi Christus domum suam fundauit. Nam & alterum Episcopum, qui post illum, Sedem in eius deiectione suscepit, ibi non consecres donec corā nobis, de eo, examinatione premissa, luce clarius causam eius vera intentione discutiamus. Quoniam ut sepe diximus, repetimus ac tenemus, illum sine examine non dimitemus. Sed & illud quod fraternitatem tuam cauere oportet, necessariò intimamus, de Gontario scilicet vno de damnatis, qui contra sanctorum Patrum statuta, contraque nostri Apostolatus & sanctæ Synodi sanctionem, ut fama iactitat, iuxta præcedentem consuetudinem de sacro ministerio quod ei prohibitum fuerat atrectare præsumit, & id quod contra eum canonicè actum est, irreuerenter defendere querit. Nos autem, eò quod sic diffinitum est cum sancta Synodo habemus, nullatenus, si ita est, ei communicamus, sed ab omni communione fidelium illum cum sequacibus consentaneis, fautoribusque suis alienum esse penitus iudicamus. Verumtamen ne illius sola face tu vel suffraganei tui Episcopi, sicut iam vobis mandauimus, coinquinari valeatis, summoperè exhortamur, monemusque, atque precipimus. Nam & qualis sit idem Gontarius, quantumque sanctorum patrum exceßerit regulas, viua voce iubemus omnibus publicare, & eius præsumptionem palam ad canonicam censuram cauendam edicere procurate. Diu sanctitatis vestrae fraternitatem ad exaltationem sanctæ suæ Ecclesiæ, Deus omnipotens seruet incolumem.

ROTHALDI EPISCOPI SVESSION. O

Ad Nicolaum Pontificem Maximum, Appellatio.

EXPONIT quàm iniuste omnia contra se acta fuerint, seq. restitui petit.

DOMINO MEO SANCTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO Nicolao summo Pontifici, & vniuersali Papæ.

Rothaldus peccator, Sueffionensis Ecclesiæ, sedem appellans Apostolicam, irregulariter Episcopatu priuatus, calamitatum mearum suggero lugubrem historiam. Non omnia quæ passus sum retexens, quòd impossibile forsitan erat, & ne nimis fastidiosa narratio tuis, pijsime Præsul, auribus importuna videretur. Venerabilis igitur metropolitanus Hincmarus, sanctæ Rhemensis Ecclesiæ antistes, quibusdam occasionibus exortis acri circa me infestatione certas diu multis ac varijs laboribus meam vexabat exiguitatem. Ego autem quantum poteram illum tolerans, in his ei nequaquam pro suo libitu acquiescere volui, quæ sacris perpendebam auctoribus esse contraria. Dumque ad Synodum iussu gloriosi regis Caroli pro utilitate sanctæ Dei Ecclesiæ conuocatam Episcopi conuenissemus, & ipse, quasi omnium dominus, præsidens ac præualens, sententiam in me damnationis violenter ac præcipitanter iaculari acceleraret, hanc ego Apostolicam sedem atque Apostolicum Præfulem, vniuersalis Ecclesiæ summum Prouisorum, appellare maturavi. Cumque mihi hoc denegare non præsumeret, sancta Synodo decernente, ægrè tamen cuius præbebat assensum, dinumeratos

A ratos dies, vltra quos omnino non retardarem iter, inde ego festinato cursu ad nostram ciuitatem reuersus de instanti itinere moras non patiebar: Quàm latus si ad Apostolorum limina contendere meruissem, ut ad Domini mei tanti Pontificis & pijsimi patris, omnium ad se confugientium tutissimi defensoris ac protectoris sacram peruenirem presentiam. Cumque iam è vicino parti itineris immineret egressus, litteras Domino meo Regi & meo Archiepiscopo dirigere curavi, nostram illis Ecclesiam committens, multumque postulans, ut iuxta suum vtrumque officium, eam dirigere procurarent, donec de me excellentissimus Romanæ vrbis præsul finem determinaret legitimum. Misi & litteras ad illum olim Presbyterum, pro cuius ego regulari depositione, (quia in stupro fuerat deprehensus & abscessus) à meo iudicabar metropolitano, ut & ipse mecum huc ante tuam, Domine Papa, audientiam examinandus adueniret: quarum exemplaria præ manibus habeo, & si vobis placet, Apostolatu vestro offeram. Aliqua quoque capitula conscripta cuidam nostro confratri & Coepiscopo transmisi sub eodè temporis articulo per easdem manus deferens, quæ, ut præmissum est, memorato Regi & Antistiti destinaueram. In quibus sanè capitulis mea talis postulatio continebatur, alijs Episcopis qui in meam damnationem participare nolebant, insinuanda, ut ipsi parati essent sicut fraternitatis amatores & sectatores caritatis, iuxta beatissimi Apostoli sanctionem, meam defendere ac tueri salutem: Sed ille meus, inanimis, frater cui hanc mei curam mittebam, tunc fuit. Hincmarus tamen continuò causam persensit. Adhuc Dominus Rex & isdem meus Prælati in eodem loco manebant, ubi sub vna eademque mora meæ paruitatis epistolæ, & illa capitula, vti relatum est, perscrutabantur. Moxque Hincmarus ipse Archiepiscopus scriptorum portitorem diligenter iussit inquiri, cur illis non ostenderet apices quos singillatim detulerat. Qui confiteri compulsus, respondendo subiunxit: quia ille, inquitens, ad quem mihi crediti sunt perferendi, non hic modò apparet. Nec cessauit ille, donec persuaso Rege, subito quasi collecta Synodo ex ipsis qui supererant Episcopis, Presbyterum introduci fecit inuitum, ipsum videlicet litterarum latorem. Cœperunt hinc & inde in medio positum mouere, pulsare & perurgere, sicuti hoc callidè per insidias argumentatum erat, ut litteras quas Rothaldus per eum suo ad Synodum Metropolitano direxerat, citius præsentaret. Neque ad Synodum missus sum, ait, neque à Rothaldo Episcopo, cuius nec ego sum Clericus, litteras accepi, Hincmaro reddendas. Cumque nullo modo Presbyter ipsa vellet capitula prodere, iubente tamè rege, coactus reddidit: moxque Hincmarus Regem postulauit, ut Trasulfum Abbatem ad me dirigeret: qui ad nostram ciuitatem celerrimè perueniens, me iam paratum ut nostrum iter arriperem, inuenit. Tunc ipse Abbas in atrio Ecclesiæ assistens, publica voce, ex verbo regis & Hincmari Archiepiscopi auctoritate prohibere curauit, ut nullus omnino ab ipsa ciuitate mecum aggredi iter, ac ire volentem, Romam me prosequeretur. Nequaquam ita faciam, ego subintuli: sed sicut primum Romanum appellauit Pontificem ita depositum, Deo auxiliante, minimè differam.

Hinc mirabar & stupèbam quid sibi vellet talis immutatio, aut cur me à meo itinere retardarent. Sed præter aliquot dies fama vulgabat, quòd Hincmarus Archiepiscopus dicere volebat, quasi ego per aliqua capitula scribens, renouari mihi iudicium petiueram. Quod certè falsissimum est, cum nec illa capitula ad eum direxi, neque de aliquo tali iudicio sibi mentionè egi

egi, nec electorum iudicium secundum sacros canones, aut nomina, aut certè numerum expressi. Testor Dominum creatorem omnium, quia nec in cogitatione mihi subripuit, ut Appellationem huius eminentissimæ Sedis ad aliam aliquo modo rationem diuerterem. Proh dolor, ablata est migrandi facultas, & circumseptus custodia, in eadem sum ciuitate retentus. Acceleratur itaque de conuocanda Synodo, qua in suburbio nostræ ciuitatis congregata, Rex inclyrus à Concilio est inuitatus. Tunc tres, Hincmarus Archiepiscopus, Episcopus ad me misit, mandans ad Synodum ipsam, ut sine mora venirem. Quibus ego respondi, quod non mihi ita liceret, neque

Sancta Rom. Ec-
clesia omnium
ecclesiarum ma-
ter

ego hoc vllatenus auderem, ut in præiudicio sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium Ecclesiarum matris, eiusq; excellentissimi rectoris, circa posito cui-cumque præbeam aliquo modo assensum. Ad illam summam auctoritatem sine intermissione appello, cui nullus potest contradicere, quæ à Domino Iesu Christo per beatum Petrum Apostolum tantum meruit principatum. Iudicium ergo illius ad quæ proclamari expeto, nec alibi nisi Romæ iudicari consentio, quia præposterus ordo est, inferiorem superiori anteferri.

His auditis, qui missi fuerant, Synodo renuntiauerunt. Iterum secundo & tertio me continuatim inuitantes, in eadem inuenerunt ratione persistere. Nouissimè verò industriose persuadebant, suam offerentes fidem, nihil incommodi perpeffurum, aut saltem Domino Regi in proximo loco Synodi locuturus occurrerem. Quod etiam mihi nostri fratres Ecclesiæ nostræ filij, iam suadere coeperunt, ut pio Principi meæ paruitatis exhiberem præsentiam. Annui ego, & ad locum quo me ducebant, transiui, sacerdotalibus vestitus indumentis, secundum Euangelium, & lignum sanctæ Crucis circa mea pectora gerens. Cumque me in quoddam diuersorium pro foribus Synodi à nostris omnibus separatim introduxissent, obnixis precibus postulauit per Leudonem Diaconum, ut Dominus Rex locum mihi indulgeret secum loquendi. Qui mox pro sua pietate ad me indignum venire dignatus est, meq; benignè audiuit: sed ex audire non est permissus: Nam cum illum valde suppliciter anxieq; rogarem, ut mihi Romam eundi libertatem, sicut ipse concesserat, non tollerent, sanctamque Apostolicam sedem in suis priuilegijs honoraret, respondit, Ad hoc meum specialiter Metropolitanum sanctumq; pertinere conuentum, se tantum sacris Episcoporum monitis ac depositionibus humiliter obediturum profitebatur, & illico recedens in Synodum abiit, ibiq; resedit. Rursus tres Episcopus consequenter ad me miserunt, qui multum fortiter ad Synodum ut introirem hortabantur, meque impellebant nunc blandiendo, nunc minando, me subuertere volentes. Sed ego toto annisu iuxta votorum meorum primam intentionem perseuerare contendi. Porro cum me perspicerent suis nolle studijs acquiescere, obseratis ostijs in eadem sum cella inclusus, neque egredi omnino poteram, donec de me peccatore, sicut quibusdam tunc placuit, diffinirent. Meus etenim Archiepiscopus voluntatis suæ propositum quantum poterat, implere curauit, factusq; est gratis meus ipse accusator, ipse testis, ipseq; iudex: Et sicut me absentem prout voluit, culpabat, sic & temerè iudicare nec timuit nec retractauit. Sed inter alia quæ mihi mendaciter obiiciebat, hoc vnum specialiter ingessit, quod presbyterum, cuius supra feci mentionem, iniuste deposuissem. Quod proculdubio falsum est, ut multi idonei testes & Episcoporum & ceterorum Clericorum, siue laicorum & nouerunt & noscunt. Quem tamen ipse iam tribus annis ransactis absque meo consensu, seu consultu in suam receperat communionem,

munitionem, ei que sacerdotali officio, quo cum XXX. in Episcoporum iudicio legaliter priuatus erat, citra canonum statuta, fungi præcipit. Illum verò Presbyterum, quem in locum damnati per tres etiam circiter annos substitutum habebam, per violentiam, me ignorante, sibi fecit adduci. Nam cum in Dominicorum die ipse presbyter paratus esset in Ecclesia Missarum solemnia populo celebrare, iussu Archiepiscopi repente ibi homines affuerunt, qui Presbyterum extra basilicam dolo educetes, subito rapuerunt, & infatigabili cursu citius ad eius præsentiam perduxerunt. Quem ipse mox excommunicatum in carcerem retrudi iussit, illumq; depositum, genitalibus truncatum in meæ parocciæ Ecclesia restituit. Hinc quoque mihi contumaciæ & obstinationis imputabat reatum, quoniam sibi in talibus inobediens existerem, hoc à me exigere volens, ut non quasi confrater & Coepiscopus: sed vt proprius Clericus ad sua vota famularet. Similiter quod propter indebitam appellationem ad Apostolicam sedem suis obtemperare precibus contemneret: Immo quod ego non opinabar, canonicis institutionibus contraire.

Hæc autem & alia mihi pari modo falsa ascribebat, quæ diuina fauente gratia, & misericordia opitulante, quasi fauilla ad nihilum redigentur, & quasi fumus euanescent, te quidem, Domine clementissime & Coangelice Papa, cum Apostolorum meritis cooperante ac suffragante. Non enim me ipsum à multis meis excuso peccatis, aut de bonis iustifico, cum sciam quam innumera de me dici possint non bona. Verūtamē illa quæ malitiosè ad meam video damnationem esse reperta, Deo teste & iudice, qui iudicaturus est viuos & mortuos, non vera esse pronuncio. Denique sepefatus Archiepiscopus meus in eodem Concilio tamquam Imperator triumphans, & tamquam summus Ecclesiæ Pontifex decernens, subiugata suo potentatui & oppressa fratrum humilitate, iam mihi intrepidè, & vt reor impiè iudicium depositionis emisit, paruipendens quod vlli vltius inde esset ratione redditurus, & quasi hoc nulli debens, & in seipso cōfidens & illud satis innotuit, quando me, quia ipsum solum offenderam, nullius posse alterius subleuari auxilio demonstrare conabatur, totumq; mihi noceret quod aliud sperabam petebamq; præsidium. Et ecce tres Episcopi, quos Hincmarus huiusmodi simplicitatis esse nouerat, sententia excommunicationis, immo conspirationis ab ipso meo damnatore accepta, ad me violenter inclusum properabant, & sicut illis iniunctum fuerat, lachrymosis suspirijs mihi propinabāt. Mox ego in terra prouolutus orabam, & adiurabam per nomen æterni Dei, vt ab isto iudicio cessarent, mihiq; vt assidue petebam, Romam proficiscendi licentiam non abnuerent. Tunc è vestigio tamquam in latronem, more satellitum, homines in me manus iniecerunt, meque rapaciter ad carcerale duxere custodiam, Quantis postea sim affectus iniurijs, ac per diuersa loca distractus, quanto fuerim labore fatigatus, tædetq; me, pudetq; referre. Ad hoc namque coartare satagebant, interdum aliquos honores, id est, vnam Abbatiam repromittentes atq; spondentes, tantum vt in meam damnationem ego subscriberem. Interea ordinatur Episcopus in cathedra viuientis: quamuis ne vnquam post appellationem Romani Pontificis hoc fiat, sacri canones euidenter vetare noscuntur. Neque enim, sancte Pater, tua mandata per Apostolicas Epistolas debita reuerentia, moreq; solenni, siue auditu congruo fuerunt obseruata. Deniq; requirere dignetur vestra sancta pastoris sollicitudo atque diligentia, quale mihi immerito testimonium nostrum perhibuit Ecclesia, quādo vestris venerabilibus legatis Rhodoaldo atque

Hilmeradi Am-
braensis, me-
nit Synodus in
sua urbe Suc-
sio. coacta ab
Hincmaro Ar-
chiepiscopo
Rhemensi.

atque Ioanni obuia fuit turba ciuitatis nostrae, ac circumiacentis regionis, & A
quid ab eis expetere magnis clamoribus multisq; precibus circa suum pa-
torem satagebant. Licet Hilmerado Episcopo, meo Condiocesano ma-
gnis minis atque percussioibus admodum prohiberentur, Regis atque Ar-
chiepiscopi mei interdictione denunciata, ne omnino aliquid huiusmodi
clamare praesumerent. Et nunc ego omnium Episcoporum minimus, qui
tamen apud quosdam non Episcopus, sed iuxta paternitatis vestrae beatitu-
dinem Episcopus vocor, in Domino valde confidens, ad praecellentiam ve-
stri praesulatus, pijsime Domine confugere elegi: & de magnificentissima
bonitate vestra auxilium sperans, ad sanctorum Apostolorum sacratissima
limina opem suffragaminis impetraturus decenter accessi. Ecce iam per di-
midium annum ante ianuam Apostolicae pietatis pulsans assisto, rationem
de omnibus quae mihi falso & iniuste sunt obiecta reddere paratus. Nul-
lusq; est qui in praesenti aliquam aduersum me vocem proferat accusatio-
nis. Et quoniam ante vestram dignationem neque me falsum exhibere, ne-
que negocij mei causas exponere, vel preces meas, ut decuerat, scio perora-
re; restat, ut ipsi de me, secundum sapientiam calitus vobis donatam, miser-
corditer quod coepistis, perficiatis, ne se iactitent temeratores propter mea
vilitatem seu indignitatem, Apostolica iura & canonica praualuisse infir-
mare statuta.

EPISTOLA XXXVIII. B. NICOLAI PPAE I.

OSTENDIT Rothaldum iniuste Episcopatu fuisse priuatum.

Ab hoc loco no
concordat sen-
sus iste superio-
ri sensui, & alte-
rius Epistolae si-
ne initio aliquo
sensu incipitur.



Ropter eos fratres, qui mihi semper affuerunt, necesse est, san-
ctitati vestrae, causam Rothaldi fratris & Coepiscopi nostri,
quantum Dominus donauerit posse, per ordinem referare.
Quatenus vna nobiscum negocium illius ad liquidum no-
scens fraternitas & vnanimitas vestra nobiscum etiam &
de priuilegijs Apostolicae sedis, seu sanctae Romanae Eccle-
siae, a quibusdam nequiter imminutis & euacuatis doleat, & zelo feruentio-
ri accensa de his recuperandis sollicita sit & inteta, ac de tanto viro, Rothal-
do videlicet confacerdote nostro retractari ac praemeditari studeat: qua-
tenus is qui semper a finibus terrae, vti ita dicam, ad nos & prius absens
clamauit, & beati Petri Apostolorum principis memoriam inter fauient-
ium linguas obliuioni non tradidit: sed de monasteriali districta custo-
dia, velut Ionas de ventre ceti, & Daniel de lacu leonum, ad Dominum
& ad dilectores & dilectos Apostolos eius vociferatus est, & deinde distra-
ctus, licet destitutus vel expoliatus, atque omni ex parte attenuatus:
tandem Deo ducere, praesidium suum, id est Sedem Petri, in qua spei ac fi-
duciae suae pedes, ac si supra firmam petram statuerat, requisit, & pluri-
mis difficultatibus & incommodis atque impedimentorum retinaculis Dei
destruatis virtute, quod inhianter & anxie desiderauit, adeptus est: cum
consolatione & auxilio, ac omnis pristini sui status recuperatione, ad exem-
plum, & fiduciam multorum recedat: Et priuilegia sanctae Romanae Ec-
clesiae, seu sedis Apostolicae semper intemerata minimè vterius haec vio-
lare praesumentes consistant atque permaneant. Denique fratres cum praes-
ens Rothaldus a multis fuisset retro temporibus a Metropolitano suo, &
qui-

Matth. 12.
Dan. 6.

A quibusdam sectatoribus suis etiam a sublimiori saeculi persona incessanter
obseruatus, ut aliquo modo eorum insidijs caperetur, & Dei gratia protectus
numquam omnino capi potuisset: tandem pro quodam presbytero, qui in
turpi fuerat flagitio deprehensus, & membris genitalibus detruncatus, ma-
teriam inimici eius aduersus eum laesionis sumpserunt, eo quod sceleratum
illum presbyterum ab officio remouisset, & post tres annos, quod canones
non admittunt, minimè, vllam vocem proclamationis habentem restituere
voluisset. Cuius rei gratia factò Concilio generali, quod sine Apostolica
sedis praescepto nulli fas est vocandi, vocauerunt hunc Episcopi, quos Hinc-
mari Rhemorum Archiepiscopi, suggestione, regia fecerat illud conueni-
re, quatenus rationem de illo presbytero coram Synodo redderet. Qui li-
benter quidem primum perrexit, sed postea cum vidisset eorum alios quidè
timore regis Caroli qui aderat, obsessos: alios autem fauore Hincmari ho-
stis sui pellectos, iudicium ipsorum rationabiliter deuittans, utpote quorum
hos quidem iam patiebatur infestos, alios autem iam ex praecedentibus iu-
dicijs habebat suspectos; sedis Apostolicae iudicium postulauit, & in Vrbe
Roma canonum fultus auctoritate, agendum sibi negocium proclamauit.
Quo audito Hincmarus admodum quidem licentiam illi Romam veniendi
concessit, sed post paululum penitus impediuit: siquidem rursus conuocatis
quibusdam Episcopis, iussit hunc ad synodum examinandum accedere. Qui
haec audiens, respondit se Apostolicam sedem appellasse, ac eius petijisse iu-
dicium, & idcirco non posse ad illud conuenire iudicium: quia non esset li-
citurum a maiori ad minorem prouocare prorsus auctoritatem.

Generale Con-
cilium sine Apo-
stolicae sedis pre-
cepto non con-
uocandum.

Quamobrem nimis absurdum est, quod Hincmarus fingit dixisse Rothal-
dum, postquam ad iudicium sedis Apostolicae prouocauit, iterum mutata
voce, aliorum iudicia postulasse. Quod etiam si ita fuisset, sicut vestra no-
uit fraternitas, ab illo fuerat emendandum, & ne a maioris auctoritatis exa-
mine, ad minoris valetudinis prouocasset, iudicium corrigendum: licet nul-
lis pateat iudicijs a nostro illum ad alterius cucurrisse iudicium, quem con-
stat in ipso articulo contra se proferendae sententiae, sedem Apostolicam ap-
pellasse. at qui se ab illa iudicari poposcerat, & coram omnibus exclama-
uerat, iustum non fore si ad eorum se iudicia conuertisset: quamuis & ipse se
dem Apostolicam si nullatenus appellasset, contra tot tamen & tanta de-
cretalia se efferre statuta, & Episcopum inconsultè deponere, sicut vos bene
notis, non debuerunt. Quomodo verò alios iudices elegit Rothaldus, cum
in illo scripto per quod fingunt eum a nostro ad suum iudicium prouocasse,
nec nostrum spreuisse nec illorum petiisse iudicium indicetur: praecipue cum
si iudices paternos elegerat, & certum numerum eligendorum iudicum ex-
pressisset, & non utique fratrum solatium, sicut per illud scriptum postu-
lauit solummodo postulasset. Vtrum tamen ipsum scriptum a Rothaldo
misum sit, necne, certissimè nescitur: quoniam alterius & non Rothaldi ho-
mo fuisse conuincitur, qui scriptum portasse nescitur. Quamquam & si
numquam prouocasset, nunquam nos appellasse constaret, quod saepe di-
cendum est, nunquam omnino praeter scientiam nostram deponi debuerit:
quia sacra statuta & veneranda decreta Episcoporum causas, utpote maiora
negocia nostrae diffiniendas censuram mandarunt.

Episcopi no
deponendi sine co-
sensu Romani
Pontificis.

EPISTOLA XXXIX. B. NICOLAI PAPAE I. A

ROTHALDUM suae Ecclesiae restituit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sanctae Catholicae Ecclesiae Romanae omnibus Episcopis,
Presbyteris & Diaconibus, & cunctis in Christo
generalitati Romanae plebis.

Notum sit dilectioni vestrae, fratres mei & filij carissimi, quod quidam Gallorum Episcopi zeli & inuidiae diaboli fascibus accensi: quia mors, sicut scriptum est, per inuidiam introiit in orbem terrarum, huic fratri nostro Rothaldo venerabili viro insultantes, & per octo circiter annos quemadmodum illum proprio priuarent Episcopatu, iudicio meditati sunt. Sed cum diutissime laborantes nihil discriminis potuissent super eum inducere, nouissime mundanis potestatibus vsi, depositionis sententiam in eundem sedem Apostolicam appellantem immanissime protulerunt, & imminutionem & abominationem priuilegiorum sanctae Romanae Ecclesiae; immo B. Petri Apostolorum principis, gradu proprio pulsum, carcerali custodiae manciparunt. Vnde istum clamantem vt adducerent, & ad nostrum illum iudicium ad quod ante depositionem & postea impretermissem prouocauerat, cum suis vicariis, qui illum si valerent, accusatione digna appeterent destinare, plurimis Epistolis, eisdem Episcopis iussimus & hortati sumus. Sed ecce dilectissimi, sicut ipsi scitis, sex mensibus iam praesente Rothaldo Romae apud nos manente, & nobis accusatores vel vicarios eorum praestolantibus, nullus qui hunc accusaret, adesse videtur. In quo, fratres, quid aliud datur intelligi, nisi quod sanctus Papa dicit Bonifacius, quia sicut qui est innocens, vt absoluitur, querit: ita iudicium nocens subterfugit? Verum nos Deo auctore, beatorumque principis Apostolorum Petri Apostoli fulti suffragio, decessorum quoque nostrorum secuti vestigia, priuilegia sedis Apostolicae, quae illi male fregisse probantur, recuperare studentes, iam fatum virum, praesentem videlicet Rothaldum, pristino gradui, pristinis officijs, ac pristino Episcopatu restituumus, & per omnia talem eum reddimus, qualem illum fuisse constat ante excommunicationis & depositionis sententiam in eum prolatam, vel quando sedem Apostolicam appellabat & canonicè prouocabat.

EPISTOLA XL. B. NICOLAI PAPAE I. D

HINC MARI pertinaciam in causa Rothaldi, & erga sedem Apostolicam inobedientiam, atque Rothaldi innocentiam ostendit, quem suae pristinae restituit dignitati, Regemque hortatur, vt bona Sueffonenfis Ecclesiae restituenda curet.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo glorioso Regi.



Vamquam Rothaldum venerabilem Episcopum, sedem Apostolicam appellantem Domini sacerdotes, qui in regno vestro Ecclesias sibi commissas gubernant, in contemptum beati Petri Apostolorum principis, per quem Apostolatus & Episcopatus

in

A in Christo coepit exordium, cuiusque licet immerito, agimus Episcopatum, priuare numquam debuerant: tamen quia hoc praesumpserunt, immo conati sunt agere, aequanimiter satis pro vestra deprecatione pertulimus: Et vt tantam temeritatem corrigerent, eis hortamenta & praecpta potius quam flagella saepius adhibuimus. Sed horum, immo huius contumaciae nullus auctor, nisi Hincmarus Rhemorum Episcopus extat, qui & praedictum Rothaldum, etiam si nunquam ad nostra prouocasset iudicia nequaquam deponere debuit: sed contemptis nobis, quantum ex se fuit, deposuit, & multitudinem iussionum nostrarum vt perisema duxit. Denique cum nostris auribus fuisset ipse Rothaldi depositio intimata, mox epistolam Apostolatus nostri misimus, qua iussimus iam fatum Rothaldum, aut honori Ecclesiae propriae restitui, aut Romam cum aliquibus de Episcopis vel vicarijs, eorum qui illum damnasse videbatur, in praesentiam nostram dirigi, aut certe si neutrum fieret, tamen post triginta dierum spatium, depositores eius a Missarum solemnibus vacarent, quousque nobis super his obedire curassent. De qua etiam Epistola vestrae tunc inrimauimus excellentiam: sed hanc frater Hincmarus, quid dicam audire, cum videre illam, more Diofcori velatus, neglexerit? Neque verò moueat quod obre Rothaldum Episcopum Romam venire, vel apud nos audiri ac iudicari iussimus: moueat canonicam super hoc paternam traditionem, ac specialem praerogatiuam Apostolicae sedis nos extitisse zelatos atque secutos.

Denique vt pauca de multis commemorem, si aduersus Prouinciae Metropolitanum Episcopum, vel clericus habeat querelam, iuxta Chalcedoneses regulas, iubetur vt petat primatem dioeceseos, aut sedem Regiae urbis Constantinopolitanae, & apud ipsum iudicetur. Quod tamen nulli dubium est multo magis apud Romuleam urbem, quam apud Constantinopolitanam esse penitus obseruandum. Nam & ipse Rothaldus secundum Sardicense concilium, agendum sibi negocium in vrbe Roma clamauit. Et beatus Innocentius Papa, sine praedicio Romanae Ecclesiae, praecipit, cum causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, nulli licere relicto his sacerdotibus qui in eadem Prouincia Dei Ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare Prouincias. Sed & Papa Iulius Orientalibus scribens, vtramque partem Athanasij scilicet & aduersariorum eius accelerare praesentiam, quatenus vtraque parte praesente, audiretur reus; & ab omnibus condemnatus, de cetero cohiberetur a sacerdotio. Oportebat inquam, primum hoc fieri, & tunc vacante loco, alterum constitui. In quibus tamen omnibus multipliciter adhuc contempti, per Odonem prius hanc venerabilem Episcopum, ad eadem rursus inter multa monita misimus, videlicet, vt Rothaldus seductus de monasteriali custodia, vel prioris Ecclesiae proprio redderetur honori, vel Romam cum vicarijs Episcoporum, qui depositioni illius consenserant, in conspectu nostro examinandum destinarent, aut post triginta dies, nec ipse Hincmarus, nec ceteri Episcopi; qui eum damnauerant, licentiam faciendi Missas haberent. Sed denuo frater noster Hincmarus in contumelia nostra versatus, non solum non obedire nobis delegit, verum etiam epistolam nostram, quam ad eum & ad Episcopos qui in depositione Rothaldi sibi consenserant, miseramus, apud se per quatuor menses retinens, quae de Rothaldo decreuimus, etiam inter haec diuersis alijs pro hac eadem causa nostris Epistolis per nonnullos directis crebro contemptis agere recusauit. Praeterea Rothaldum de monasteriali custodia eductum, in ciuili commutari praecipit. Tandem

Epist. Tom. 3.

O 2 aliquando

Apostolatus & Episcopatus exordium a Petro.

Can. 9. Ab omnibus ad Romanam sedem potest appellari.

Can. 8. Epist. 1.

Ep. 2.

Epist. 2.

aliquando nobis scribens misisse vnà cum ceteris Episcopis vicarios suos, qui cum Rothaldo in nostram praesentiam peruenirent: sed dictum illis esse nullum sibi aditum Italiam penetrandi, praecustodibus fore, qua de re vnde venerat rediisse. Quo dicto quid inanius, vel stultius aestimari potest, quam quod ad solum vacuum sermonem, nulla persona sibi resistente, nulloq; sibi aduersario certo contradicente, deferere tantum opus, & sine vlla vtilitate retrouertit? Praesertim cum si certissime eos impeditos ne illi quominus commissa sibi responsa vel Ecclesiastica negocia consummarent, comprehendissemus, zelo competenti succenssi, tantò contra huiusmodi temeratores feruèntius inueheremur, quanto hanc impietatem ab ipsis fuisse patratam certius nosse vtique videremus. Verum hæc lusoriè nobis illi vel dicunt vel operantur, cum ecce biennium transferit ex quo diuersis modis pro iam fato viro laborantes, modò hoc, modò illud eis proponentibus, nihil omnino proficimus, sed adhuc dissimulamur, adhuc operimur, & vt cum beato Simplicio Papa dicamus, nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam docente sancto æquè Papa Zozimo, Contumeliae studio fit, quicquid interdictum toties vsurpatur. Sanè his interim omisis considerare libet, quia prius Odo venerabilis Episcopus praesentialiter positus, & inde ceteri nostri legati nihil accusationis aduersus Rothaldum Episcopum se detulisse testati sunt: & illi Episcoporum vicarij, qui ab ipsis suis Praesulibus, vt rationem deiectionis Rothaldi exponerent, mitti dicebantur, nobis professi sunt, scribentes ab itinere, quod non ad accusandum Rothaldum fuerint à suis Antistitibus destinati. Praesertim cū sæpè dictus Rothaldus in Apostolica quam petijt fede, ecce octo circiter mensibus sit commoratus; & qui hunc accusaret, nullum nos penitus videre potuimus. Ergo cū ita sit, restat, vt qui nullum patitur accusatorem, nullo merito sustineat omnino suæ integritatis dispendium. Deniq; tunc constat accusatorem examen subterfugere, quando se iustas posse querimonias habere desperat. Sic nimirum Iudæi lapidibus adultèram mulierem obrui debere putabant. Vbi ad verum iudicium hanc detulerunt; & quod existimabant videre non viderunt; & quod non putabant audire, audierunt: confusi & reueriti discesserunt.

Sic ergo, sic depositores Rothaldi cū ad examè iudicij, in quo inimici fuerunt ipsi accusatores & iudices, venerunt in faciem ipsius, quem supplantare voluerunt, immobiles persisterunt. At vbi ad nostrum prouocatū est iudiciū, in quo Deo reuelate veritas si exaggeraretur, in lucè claresceret, omnia falsitatis argumèta destructa sūt, & fabricatores mēdacij terga subito cōuerterunt. At verò Rothaldus Episcopus conscientia purus, cōuersatione innocēs, columbarum simplicitate, ac prudentia serpentis insignis, cū ad examè Romanæ Ecclesiæ ventū esse perpexit, vbi nullū suspectum habet, nullum inimicū passus est: vbi inquam, vt sanctus Papa Cælestinus ait, semper Catholicis subuenitur, iudiciū non timuit, examen suum renouari petiuit; & quicquid à nobis deliberari cerneret, libenti suscipiendū mente disposuit. Quia vt beatus ait Bonifacius Papa, nullus dubitat, quod ita iudiciū nocēs subterfugit: quemadmodū vt absoluat, qui est innocēs quærit. Ergo videat accusatores vel damnatores Rothaldi, qua intentione cum eo iudicium subire refugerint: quia Rothaldus, qui est auctore Deo innocens, Conciliū sanctorū nō solum non subterfugit, sed & magnopere postulauit. Itaque sciat sublimitas vestra Deo opifice à nobis sæpè factū Episcopū, pristinae dignitati & Ecclesiæ restitutum.

Epist. 16.

Epist. 1.

Ioa. 3.

Epist. 4.

Epist. 2.

A restitutum. In quo vtrum veritate fulciatur, quid de vestra dilectione à nonnullis refertur, modò patebit. Si enim millia gemmarum & pretiosarum specierum beato Petro daretis, nec illi tam accepta nec nobis, quam si nobis super hoc obediatis, profutura existerent: Nimirum cum illius sit hominum salutem exquirere, non cumulos thesaurorum coaceruare. Fauete tandem, quæsumus, nobis pro crebro dicto viro totiens aduentibus, & Ecclesiam sibi commissam recipiendi per vos non impedimentum, sed praesidium prorsus inueniat. Ne, quæsumus, dicatur de nobis procedente tempore, quod nunc de Theodorico scripto profertur. Qui ante patrimonij vel Ecclesiarum quas amiserat receptionem, Papam Symmachum, vt pote Arianus & sceleratissimus rex, cum impugnantibus suis in disceptationem configere iussit: cum potestati eius omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, reddenda, ab honorabilium Italorum Episcoporum Concilio iussa fuissent, & legaliter prius statui pristino redditus tunc veniret ad causam, & si ita rectè videretur, accusantium propositionibus responderet. Cuius rei documento & aliis nonnullis decretis & exemplis imbuti id ipsum de Rothaldo Episcopo nos quoque decreuimus.

Quapropter obtestamur & obsecramus, vt piis nostris monitis, non prauiorum hominum suasionibus pareatis. Scientes quia si pessimo Regi (quod absit) vos æquiparantes super hoc nobis negotio concordantes obaudire renuitis, vos proculdubio de caritate & memoria nostra deletos. Quoniam ita Dei & Apostolorum auctoritate decreuimus & statuimus, vt quicumque sæpe memorato Rothaldo Episcopo ad recipiendam Ecclesiam sibi olim commissam, vel ad Episcopale ministerium peragendum ali-

quatenus impedimento fuerit, donec acquiescat, & ad illi resistendum conatus deponat, à sacrosanctis mysterijs & ab Ecclesiæ feret ingressu reclusus, atque ab omni communione fidelium sequestratus. Præterea vestram volumus nosse experientiam, nostris auribus fuisse multis referentibus intimatum, quod diuersæ res, & nonnulla praesidia sanctæ Suefsonicæ Ecclesiæ viris competentia, ab inuasore ibidem consecrato extitissent pro libitu disposita; & in beneficium data: vel etiam (eo iusto Dei iudicio decedente) ab excellentia vestra quibusdam hominibus æquè in beneficium collocata. Quamobrem etiam & in hoc dilectionem vestram hortamur: atque precamur, vt eadem praesidia, & ipsas res, quæcumque & vbiicumque sint, iam factæ Ecclesiæ restitui, pia vestra præcipiat eminentia, & vt cuncta viris eius reddantur, vestra fatagar excellentia: ita vt secundum sacrorum Canonum sanctionem, in potestate Episcopi res omnes Ecclesiæ consistant, & ille secundum timorem Dei, quibus voluerit, & quomodo voluerit, illas dispenset: quod tamen vestrae pietatis, pro amore Dei & Apostolorum principum, ac nostro, fieri fatagar industria. Scientes profectò, quia qui his rebus frui voluerit, & eas præfata Ecclesiæ reddere forte distulerit, nos hunc ab Ecclesiæ finibus, Anathematis nexibus irretitum, & sacrosanctis mysterijs sequestratum, veluti profanum eliminamus, & quasi rapacem & impium & à contubernio fidelium proculdubio abijcimus.

Anathema in vsurpator. s. pecu-
lij Ecclesiæ Suef-
sonicæ.

EPISTOLA XLI. B. NICOLAI PPAE I.

Hincmaro Rhemenfi.

REPREHENDIT Hincmarum de iniusta Rothaldi depositione, quem Episcopatum suo restituit.



Icoram tuæ prudentiæ oculis vllus esset paternorum Canonum, vel Apostolicæ sedis respectus, numquam Rothaldū Sueffonica vrbis Episcopum, sine nostræ tentasses scientiæ notione deponere. Præcipuè cum negotiū quod merito inter maiora connumeratur (de persona scilicet iudicare, cuius in Ecclesia, ceteris, ordo maior est) ventilanti & multipliciter rimanti, tibi adeo de se difficiles exitus daret, vt octo circiter annos vt deponeretur elaboraueris, & in tanta perplexitate causarū, & in tanta intercapidine temporum, nullam beati Petri memoriam profus habueris. Cuius contra, is qui deponeretur mentionem faciens, tua decernente religiofitate proprio gradu caruisse dignoscitur: Et cum in suis opportunitatibus ad sedem Apostolicam beatitudo tua scripserit, & ab illa sibi manum porrigi contra falsos fratres poposcerit, & quædam priuilegia concedi sibi petierit, in causa Rothaldi solum quasi eius solatiū non indiga, sedis Apostolicæ non memor fuit, nec vtique visitatrix: quinimo contra appellantem hanc, eundem venerabilem virum, tanta molimina tantaque præparare machinamēta, minimè formidasti, vt postquam data sibi Romam veniendi licentia fuerat, priusquā tibi & regi vale fecerat, postea hunc à nostro examine ad tua, vt ita dicam, tribunalia deduxeris (quia Synodus dici non potest, ubi nostri nullus præbetur assensus) & ingredi Prætorium nolentem, depositioni, tyrannico more subijceres, occasionem sumens de quadam epistola, tamquam Rothaldus postquam ad nostrum appellauerat iudiciū, rursus ad vestrū mutata voce prouocasset examen: quod omnino falsum est. Illa nempe epistola per quam conaris frui, sicut veritate clarer & apud nos subtili valde inuestigatione repertum est, fratribus à Rothaldo mittebatur, quos tecū contra se non conspirasse nouerat, ac eos per hoc nec suspectos habebat. In qua videlicet epistola non nostrum iudiciū aspernatur, non sedem Apostolicam spernit, nec aliena iudicia postulat, nec electorum iudiciū numerum exprimit: quinimo nec nomina memorat, sed solum fratres & Coepiscopos de sua certificat innocentia, & hos reddit intentos quatenus si forte Apostolatu nostro secundum sacrorum indulgentiam canonum, scribere examinis renouandi gratia in finitima positus, placeret vt ipse illo in tempore nobis suggestum ire meditabatur, eos quoque aucturos putabat suæ cōsulere innocentia, ac iusto libramine causam suam secundum depositionē nostram sine acceptione personarum exequeretur. Sed arguta sapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij & materiam depositionis aduersus Rothaldum assumpsit, & ab itingere sedis Apostolicæ reuocauit, & continuatim sedem Apostolicam appellantem damnauit, & carcerali custodiae mancipauit; cum etiam si nullus à vestro iudicio prouocasset: priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullatenus debuissetis: quibus venerandi canones iudicia totius Ecclesiæ ad hanc deferri iubent, & ab illa, sicut Gelasius meminit, nusquam appellare sanxerunt: Ac per hoc ipsa de omnibus iudicare, ab illa verò nulli est appellare permissum, sed etiā si ad

- A** si ad vestrum prouocasset à nostro iudicio, à vobis extabat tamquam erroneus corrigendus: quinimo nec ante specialiter fuerat corrigendus, quia nobis peculiarius erat penitus amplectendus. At vbi obdurato mentis intuitu, hæc omnia postposuisse contra spem dolenter audiuius, missis litteris nostris præcepimus, vt eum de carceris angustia educeres, & aut mox pristino gradui redderēs, aut illum cum vicarijs tuis & Episcoporum qui depositioni eius consenserant, in nostram præsentiam destinares. Quòd si neutrum ageres, post triginta dies posteaquam illa nostra lecta fuisset epistola, nec tu nec vllus eorum qui in hoc tibi consensum præbuerant, Misarum solennia celebraret, donec quæ sibi pro Rothaldo à nobis fuerant imperata, perficeret: Quam contemplatus etiam solo tactu tuo indignam iudicans, Dioscorum in hoc imitatus, saltem hæc legere nullo modo cōsensisti. Vnde Rothaldo adhuc in custodia demorante, per Odonem venerabilem Episcopū eadem tuæ sanctitati & ceteris complicitibus tuis per epistolas vobis rescribentes in iunximus; addentes pariter, quòd si nobis de cetero inobedientes essetis, nos iam fatum virum Rothaldū pristinae dignitati & Ecclesiæ redintegraturos, & vobis condignam vicissitudinem reddituros, quas fraternitas tua viij. Calend. Iulij, vt fertur, suscipiens, per quattuor circiter menses neminem has passus es intueri. Post hæc autem Rothaldo tandem de custodia educto, licentiam Romam veniendi vix quidem dedisti: sed vicarij, quos cum illo mittere debuisti, vsquequo voluerunt profecti, suis nobis de itinere significauere, dictum illis fuisse, quòd nullus præ hostibus penetranda Italiae sibi pateret accessus: & præcipuè quòd eorum, quorum auxilio fulciri debuerant, frustrarentur obuentu: Subdentes insuper, quia si peruenire Romam vtcumque valuissent, nullam aduersus Rothaldum omnino deferrent calumniam. Et his ita gestis, quia primum quidē præsumptiones præuaricationesque vestras sumus experiri, deinde verò inobedientia & tergiuersatione tua comperta, atque deinde Rothaldo penes nos sine vlllo accusatore octo circiter mensibus iam retento, & diutius ac subtilius examinato, vobis & vicarijs vestris clamantibus nil vos aduersus eum accusationis habere, quod nisi vt secundum promissionem superius memoratam, tandem pristino Episcopatu redderetur, omnino restabat? Quod per nostram mediocritatem iam nunc factum tua nosse poterit profus industria, cui rei monemus omnimodam patientiam exhibere, tua non negligat vtcumque solertia, ne talionem reddere tibi, sicut dudum promissimus, nostra cogatur auctoritas.
- Hæc quippe nos in Rothaldo idcirco noueris operatos, vt priuilegia sedis Apostolicæ, quæ malè à vobis violata esse videbatur, & à nobis tot impensis laboribus, vestra resistente contumacia, recuperari nō poterant, auctoritate Apostolica & canonica patrum deliberatione, pristino tandem & proprio decoraretur honore. Ceterum si forte quis aduersus Rothaldum voces habet, vel si ipse à sanctitate tua iustas circa se hæctenus sustineat querimonias, volumus & decernimus, vt vtraque parte conueniente, quicquid illud est, coram nostra speciali præsentia dirigatur. Quòd si nullus calumniari coram Apostolatu nostro saepesatum virum impetere voluerit, quæ de illo decernimus illibata & imminuta consistent. Tandem aliquando vnum è duobus quod vult fraternitas tua sibi à nobis optione proposita eligat: quia vtrumque canonicum est, vtrumque ad sedis Apostolicæ pertinet priuilegium, videlicet, aut quæ de sæpe fato fratre & Coepiscopo nostro Rothaldo disposuimus adimplens, in nullo refragatrix sed executrix inueniatur: aut certè

certè Romam coram nobis, seu sancta Romana Ecclesia, cum ipso consuetu sumptura, & pro hoc altercatu properare sine dilatione maturet. Ita dumtaxat, ut prius ipse Rothaldus cunctis ablatis, sicut statumus, recuperatis honoribus, & vires longo labore fessas priori valetudini redditas resumens, diutius possideat, & suis omnibus perfruatur. Quod si neutrum sine procurata mora fortassis agere volueris, & resultare his quae de illo statuimus, solito more ulterius curaueris, ab omni sis sacerdotali dignitate Dei per nos iudicio & auctoritate sedis Apostolicae decetero sequestratus, ita ut nunquam locum satisfactionis, aut ordinis restitutionem operiaris.

EPISTOLA XLII. B. NICOLAI PPAE I.

OSTENDIT ab eis iniuste Rothaldum absque sedis Apostolicae consensu depositum fuisse, quem sua Ecclesia restituit. multa praeterea de decretalium epistolarum auctoritate commemorat, & de sententia in Episcopos non nisi à Rom. Pont. ferenda.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerendissimis & sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis apud Gallias constitutis.



Vamuis singularum ecclesiarum, quae propter diuersitatem terrarum multae esse dicuntur. cum vna sit & vnica sponso suo sicut ipse in Canticis canticorum dicitur: Vna est columba mea. Et per Psalmistam: Breue de manu canis vnicam meam pastor & Episcopus, ac Pontifex Dominus noster Iesus Christus, qui hanc creauit & redemit, existat: ita ut ille veraciter, ac principaliter ista sit omnia; iuxta quod fidelibus per primum Apostolum dicitur: Conuersi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum vestrarum. Et iuxta quod egregius Praedicator de eo loquens: Talis, inquit, decebat ut nobis esset Pontifex: subiturus tamen ad caelos hanc Apostolis commendauit, ac per eos tamquam hereditario iure successoribus eorum, nobis scilicet, quos pastores & Episcopos ac Pontifices super ipsam constituit, eius prouidentiae curam indulsit: quatenus pro patribus nati filij, & pro eis constituti principes in omnem terram imitatores eorum essemus, sicut & ipsius Christi. Verum & inter beatissimos Apostolos, sicut & ille magnus Leo scribit, in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio vni tamen datum est, ut ceteris praemineret. De qua forma, Episcoporum quoque est orta distinctio. Et magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent: sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia. Et rursus quidam in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinem eius susciperent ampliore, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiae cura confluere, & nihil vquam à suo capite dissideret. Quod nisi quidam ex vobis nullo interiori comprehensissent obtutu, numquam Rothaldum Episcopum Sueffonicae vrbis sine consensu nostro deposuissent, depradareretur, & in exilium pulsum monasteriali custodia manciparent. Nam quomodo non omnes vobis omnia vendicatis, qui iudicia Episcoporum, quae merito inter maiora numerantur negotia, vestrae deliberationi tribuistis? An modicum vobis esse videtur, fratres & Coepiscopos vestros, praeter Apostolicae sedis consensum, depositioni

Cant. 2.
Psal. 12.1. Pet. 2.
Hebr. 7.

Psal. 44.

Ordo inter Episcopos.

Iudicia Episcoporum inter maiores causas numerantur, & summo Pont. referuntur.

A tioni subijcere? Quod si damnationes Episcoporum non inter maiora negotia dinumeratis; quorum iam causas inter maiora computatis negotia? Quid rogo de Presbyteris, vel de inferioris gradus clericis agitur, quorum apud nos quoque causa, Chalcedonenis concilij regulis, cum ratio exigit, audiri iubetur? Si Episcopos tanta facilitate deponitis; quomodo rogo, per vos; quorum vel in singulis Prouincijs habetur prima sententia, vel qui in maioribus vrbibus constituti sollicitudinem suscipitis ampliore, ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiae cura confluunt, qui de maioribus deponendis Episcopis, nihil ad eius notitiam deferre curatis? An Episcopi de vniuersali Ecclesia non sunt, ut de illis damnandis per vos aliquid ad vnam Petri Sedem deferri non curetur? vel quomodo nil vsquam à suo capite dissidet, cum de adiudicandis praecipuis membris Ecclesiae, id est, Episcopis, à capite, id est, sede Apostolica dissentitis? An sedes Apostolica caput non est? Frustra ergo, ut multa praeteream, concilium Sardicense ad Iulium Episcopum inter cetera dixit: Optimum & valde congruentissimum esse videtur, si ad caput, id est, ad Petri Apostoli sedem de singulis quibusque prouincijs Domini referantur sacerdotes debet. E contra vos ad eam hanc despiciatis, ut ad eam nihil de maioribus Ecclesiae negotijs referre curetis, ac Episcopum, inconsulta & contempta illa deponere praesumatis, & praecipue sedem Apostolicam appellantes. Nimis namque absurdum est quod dicitis, Rothaldum qui ad iudicium sedi Apostolicae prouocauit, iterum mutata voce, vestra iudicia postulasse. Quod etiam si ita fuisset, à vestra fuerat fraternitate corrigendus; & quia maiori ad minoris auctoritatis prouocasset iudicium, emendandus: licet certis non patere possit vllis indicijs, à nostro illum ad vestra cucurrisse iudicia, quem constat in ipso articulo contra se proferenda sententiam sedem Apostolicam appellasse; & quod se ab illa iudicari posceret, coram omnibus exclamasse. Aequum non foret si ad nostra se iudicia conuertisset: quamuis & si sedem Apostolicam nullatenus appellasset, contra tot tamen & tanta vos decretalia efferri statuta, & Episcopum inconsultis nobis deponere nullo modo debuistis. Quod tamen vos, ut seruata vobiscum medullitus caritate dicam, postposuisse dolemus, & diuersorum sedis Apostolicae Praesulum decreta, in hoc vos contempsisse negotio, non immerito reprehendimus. Absit enim, ut cuiuscumque vsque ad vltimum vitae suae die, qui in fide Catholica perseverauit, vel decretalia constituta, vel de Ecclesiastica disciplina quaelibet exposita, debito cultu, & cum summa discretionem non amplectamur, opuscula: quae dumtaxat & antiquitus sancta Romana Ecclesia conseruans, vobis quoque custodienda mandauit, & penes se in suis archiuis & vetustis ritè monumentis recondita veneratur. Absit ut scripta eorum quoquomodo paruipendenda ducamus, quorum videmus Deo auctore sanctam Ecclesiam aut roseo cruore floridam, aut roristis sudoribus & salubribus eloquijs adornatam. Si enim ipsorum decreto, ceterorum opuscula Tractatorum approbantur vel reprobantur, ita ut quod sedes Apostolica probat hodie, teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur: quanto potius quae ipsa pro catholica fide profanis dogmatibus repellendis, pro varijs & multifarijs Ecclesiae necessitatibus & fidelium moribus diuerso tempore scripsit, omni debet honori praeferi, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretionem vel dispensationem magistra, reuenter assumi? Quamquam quidam vestrum scripserint haud

haud illa Decretalia priscorum Pontificum in toto codicis canonum corpore contineri descripta, cum ipsi ubi suae intentioni haec suffragari conspiciunt, illis indifferenter vtantur, & solum nunc ad imminutionem potestatis, sedis Apostolicae, & ad suorum augmentum priuilegiarum, minus accepta esse perhibeant. Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quae non solum quorumcumque Romanorum Pontificum, verum etiam priorum decreta in suis causis praefere noscuntur. At nunc ubi suis animis resultare, & priuilegia tantopere nos vt in sui status incolumitate persistant, elaborare non cessamus, quanto vniuersae Ecclesiae profuisse, prodesse, ac profutura semper esse probantur. Dignum ergo est, ubi vniuersa fabricae moles innititur, ibi firum validumque habeatur in omnibus fundamentum.

Porrò si ideo non esse Decretales Epistolas priscorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur ascriptae: Ergo nec Gregorij sancti, nec vllius alterius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquid institutum vel scriptum recipiendum, eo quod in codice canonum non habeatur ascriptum: Ergo doctrinam eorum & sanctiones de codicibus suis eradant: vt quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptae. Sed quare multum immoremur, cum nec ipsas diuinas scripturas noui & veteris Testamenti iam recipimus, si istos duxerimus audiendos? Etiam neutrum horum in codice Ecclesiasticorum canonum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad obediendum potius quam ad resistendum semper parati sunt, dicentes, quod inter canones inueniatur capitulum sancti Papae Innocentij, cuius auctoritate doceatur a nobis vtrumque Testamentum iam esse recipiendum: Quamquam in ipsis primitiuis canonibus, nullum eorum contineatur extoto insertum. Quibus ad haec asserendum est: Quoniam si vetus nouumque Testamentum recipenda sunt, non quod codici canonum extoto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis sancti Papae Innocentij prolata videtur esse sententia: Restat nimirum quod Decretales Epistolae Romanorum Pontificum sunt recipiendae, etiam si non canonum codici copaginatae, quoniam inter ipsos canones vnum beati Leonis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicae custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam negari. Ait enim capitulo quinto suorum Decretalium: Ne quid verò sit quod praetermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quam omnium decessorum nostrorum, quae de Ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita vestrae dilectioni custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Dicendo verò, omnia decretalia constituta, nullum de decretalibus constitutis praetermissit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo, omnium decessorum nostrorum, nullum Pontificum Romanorum qui ante se fuerit, excepit, cuius ita non praeeperit Decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi dei neceps nouerit denegari.

Itaque nihil interest, vtrum sint omnia decretalia sedis Apostolicae constituta inter canones conciliorum immixta, cum omnia in vno corpore copaginari non possint, & illa eis intersint, quae firmitatem his quae desunt & vigorem suum assignent: Praesertim cum Synodalia gesta inter quae ipsi canones statuti sunt in Codice canonum non habeantur, sed a nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papae Leoni, sanctus

Decretalium
epistolarum au-
thenticas.

S. Leo ep. i.

Codex canon. ii.

A & facundissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquit: Decretales epistolas, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipienda decernimus. In quo notandum, quia non dixit, Decretales Epistolas, quae inter canones habentur, nec tantum, quas moderni Pontifices ediderunt; sed quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt. Dicitis autem diuersis temporibus, etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quae crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas Episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia praelibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter ea Decreta, quae in codice canonum habentur sedis Apostolicae praesulum, & ea quae praet multitudine vix per singula voluminum corpora reperuntur. Cum omnia & omnium decessorum suorum decretalia constituta, atque Decretales Epistolas, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt, venerabiliter esse suscipiendas & custodiendas, eximios praesules Leonem simul & Gelasium mandasse probauimus. Quamuis & hoc quod saepe commemoratus beatus Leo Apostolicae sedis Antistes ad Anastasium Thessalonicensem Archiepiscopum scribit, quorundam vestrorum praesumptione potentissime feriam, & quod talia negotia nobis inconsultis diffinire minime debeatis, manifeste denunciat ait enim: Nam cum maiora negotia & difficiliore causarum exitus liberum tibi esset sub nostrae sententiae expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id quod mensuram tuam excederet deuiandi. Et ite deinceps: Praesertim, inquit, cum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerit quid ad tua consulta rescriberetur.

C Et paulo post: Sed etiam si quid graue intolerandumque committere, nostra erat expectanda censura, vt nihil ipse prius decerneres, quam quid placeret, agnosceres. Quod nos quoque de Rothaldo vobis non irrationabilius dicere possumus: quia dum octo fere annos ventilaueritis, nec ratio vobis, nec necessitas fuit in id quod mensuram vestram excederet iudicandi: Sed etiam si quid graue intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius decerneretis, quam quid nobis placeret, agnosceretis.

D Sed dicitis: Iudicia Episcoporum non esse maiora negotia, nec difficiliore causarum exitus iudicamus. Qui quanto gradus sunt praecipui, & in Ecclesia Christi sublimiores, tanto cum de horum statu vel casu agitur, maiora negotia & difficiliore causarum exitus agitari vel haberi creduntur. Ipsi quippe primi in Ecclesia, ipsi arundinem tenentes metantur sanctam Hierusalem, ipsi fabricae Dei praesunt; ipsi speculatores ciuitatis Dei sunt, ipsi arietes, ipsi pastores gregis Domini, ipsi columnae domus summi Regis existunt: An maiora negotia, causas inferiorum clericorum esse conijcitis, vt horum causas nobis & Episcoporum vobis negotia tribuatis? Quamuis & inferioris gradus clericorum causas apud nos, cum tempus vel res exigerit, esse finiendas: Et diuersa proculdubio colligamus, sicut beatus Papa dicit Innocentius. Si quae autem causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quam inferioris etiam fuerint exortae, vt secundum Synodum Nicanam congregatis eiusdem Prouinciae Episcopis, iurgium terminetur, nec alicui liceat, sine praedicio tamen Romanae Ecclesiae, relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. An maiora negotia Metropolitanorum tantum esse fatemini? Sed audite rursus quod de Episcopis sanctus asseueret Leo.

Gelasius in De-
cret. de script.
canonicis.

Epist. 88.

Episcoporum di-
gnitas.

Epist. i.

Epist. 88.

Quibus

Episcopatus
vnus ex septem
Ecclesie ordinibus.
1.Tim.3.

Epist.20.

Luc.22.

Quibus, inquit, & si dignitas communis est, ordo tamen generalis est: & reuera vnus de septem Ecclesie gradibus est, Metropolitanorum scilicet & reliquorum Episcoporum ordo. Et quod dicit Apostolus: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, non video minus Metropolitanis quam ceteris Episcopis conuenire, nisi forte Episcopatu se priuet quisquis Metropolitanorum ad se, hoc Apostoli dictum, non aestimet pertinere. Vnde nos non minoris numeri, nec alterius fame accusatores, testes vel iudices quarimus in negotijs Episcoporum: quam exigimus in causis Metropolitanorum. Vnde tam illorum, quam istorum negotiorum nobis exitus reseruari merito volumus & iure decreuimus. Totius enim Ecclesie Deo auctore generaliter sollicitudinem gerimus, & omnium vtique qui Ecclesiam faciunt cura cōstruimur, atque omnium quorum nos maxima cura exspectat, nostrum precipue debent promereri iudiciū, sicut Innocentius ad Alexandrū scribens Antiochenum, non scilicet solum Metropolitanorum, sed & omnium omnino sacerdotum, quinimo vniuersorum, qui se de vobis principaliter diuinitus Petro commendatis esse non nesciunt: id est, non solum cunctorum, qui de illorum numero sunt, de quibus Dominus principi Apostolorum dixit: Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: sed etiam qui de his piscibus sunt, qui intra rete, quod ab ipso ad litus trahi specialiter iussu esse se recognoscunt. Adhuc tamen percontari propter contentiosos libet, quænam iudicia, vel quorum esse maiora negocia prædicatis, si Episcoporum causas non inter præcipua computatis negocia? An laicorum & vulgariū populorum iudicia inter maiora negocia ponitis, quos penè quotidie cum vestris & sine vestris epistolis ad discutiendos & iudicandos suscepimus, & discussos vel iudicatos vel absolutos dimittimus? Denique aut sæcularium iudicia inter maiora, & Episcoporum inter minora negocia collocabitis, & vobis Episcoporum, nobis laicorum iudicia reseruabitis: aut certè si Episcoporum iudicia sunt maiora negocia, iuxta Leonem, licitum vobis esse debuit, hæc sub nostræ sententiæ expectatione suspendere. Aut si persona iudicandi tale aliquid mereretur, expectandum vobis fuerat, quid ad vestra cōsulta rescriberem. Absurdum est enim, vt laicos quosque & minimos qui sunt in Ecclesijs vestris, nostro mittatis iudicandos & addatis quotidiano labori, & Episcoporum qui præcipua Ecclesie membra sunt, vestra subdatis deliberationis arbitrio.

His vero tadem omiſſis, Deo duce, scitote, nos quòd temeritate magistra perperam à vobis cōmissum est, & quod incōsultis nobis in Rothaldo fratre & Coepiscopo nostro præsumptuose perpetrastis (etiam si numquam sedem Apostolicam appellasset) contra Dei auctoritatem & beatissimorum Petri ac Pauli principum Apostolorum, seu omnium decessorum meorum, necnō & sanctorum trecetorum decem & octo patrum, qui apud Nicæam sub Cōstantino Pio principe conuenerunt, penitus euacuantes, & in irritum ducentes, præfatum Rothaldum pristino gradui, pristinae dignitati, pristino reddidisse profus honoris: ita vt diuina mysteria conficiendi priorem facultatem adeptus, omnique sacerdotali restitutus officio, sine cuiuslibet contradictione, propriae receptæ profit Ecclesie, à qua inconsultis nobis expulsus est. Denique cum ante biennium scriptis & verbis instanter egissemus, vt idem Rothaldus, aut propria redderetur Ecclesie, aut certè Romam cum vicarijs vestris & ipsius accusatoribus, ad examinandum & iudicandum nobis destinaretis, & nihil apud vos impetrare potuissemus, dummodo hoc modo illud ad

Psal. 140.

A ad excusandas excusationes in peccatis obijceretis: tadem aliquando Deo inspirante, & Nicæna nobis synodi decreto suffragante, quo inter cetera præcipitur, vt suis priuilegia seruentur Ecclesijs, ratum duximus iam fatum Rothaldum, memores scilicet priuilegiarū Apostolicæ sedis, vinculis quibus illum ne vteretur officio nec suæ præesset Ecclesie, colligastis, quia nos non censuimus, absoluendum. Neque enim tam stolidus, tamve poterit traditionis terminata deuius inueniri, qui ceteris Ecclesijs priuilegia seruari, & soli Romanæ Ecclesie adimi debere perhibeat, quæ omnium Ecclesiarum magistra, mater & caput est.

Si quis autem tacita forte non audet aperta visitatione fateri Romana huiuscemodi Ecclesie priuilegia non fuisse, quibus sedes Apostolica aliorum ligata præsulum facultatem habuerit dissoluendi, præter quod priuilegia rerum probatione, & nonnullarum recitatione scripturarum conuincitur, testis est beatus Gelasius, quem idcirco ad testimonium super his perhibendum produximus: quia hunc non solum vita & doctrina plurimum commendat, verum etiam rem de qua agitur, in paucis astruit & ostendit, nobis videlicet breui sermone propinans quòd de multorum voluminum fontibus hausit. Scribens enim Episcopis per Dardaniam constitutis, inter cetera, Nec planè, ait, tacemus quod cuncta per mundū nouit Ecclesia: quoniam quorumlibet sententijs ligata Pontificum, sedes Petri Apostoli, ius habeat resoluendi, vt pote, quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi. Item idem ad Episcopos Orientales: Quingentos, inquit, annos constituta Christi eos velle subuertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi. Sanctum Athanasium ideo non damnatum à synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit, vel sanctum Ioannem Constantinopolitanum, sanctum Flavianum. Si ergo hac non consentiente sola, ij damnati à synodo Orientis, non potuerunt esse damnati; consequens est etiam quæ eadem sola damnante sine synodo damnatus fuerit, damnatus sit. In quo inter cetera notandum est, quia si hos qui post quingentos annos statuta Christi tentabant subuertere, tanta vir sanctus increpatione redarguit, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi: quanto magis exprobrandi sunt, qui ea etiam post octingentos & eò amplius annos, nituntur euellere? Quæ verò statuta Christi dixerit, inferius declarauit, cum sola sede Apostolica non consentiente neminem posse damnari, & sola ea consentiente, qui damnatus fuerit, damnatum haberi exposuit. Statuta itaque Christi dixit post quingentos annos subuertere: quia iam quinquiescentum circiter anni præterierant, quando venerabilis Papa dicit, sedem Apostolicam hæc statuta Christi promeruisse. Priuilegia enim sua à Christo Ecclesia Romana per Petrum consecuta est, & ipsa sunt statuta Christi, quæ quidem tunc post quingentos, nunc post octingentos annos exinanire conantur: Ecclesie inquam Romanæ adeo sunt antiqua & vetera priuilegia, vt Nicæna synodus, sicut Bonifacius Præsul Apostolicus Episcopis per Thessaliam constitutis scribens, ait: non aliquid super eam ausa est constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse confiteri: Omnia denique huic nouerat Domini sermone concessa: Si omnia, ergo & Episcoporum iudicia. Perhibente autem beato Bonifacio, quòd Nicæna synodus super eam (haud dubium quin Romanam Ecclesiam) non ausa sit aliqua constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse confiteri, omnia denique huic nouerat Domini sermone concessa:

cessa: & obiurgante sancto Gelasio eos qui constituta Christi volebant A
subuertere cum priuilegia Romanæ Sedis moliebantur infringere: mani-
festè datur intelligi eadem esse constituta Christi, quæ sunt omnia illa
quæ huic Ecclesiæ synodus Nicæna nouerat Domini sermone concessa.
A tempore quippe quo synodus Nicæna fuerat consummata, nondum
quingenti vsque ad Gelasium anni transierant, vt de Nicænæ synodi sta-
tutis tantus vir dixisse videatur, eos post quingentos annos statuta Christi
velle subuertere.

Restat ergo, vt illius temporis mentionem fecerit, à quo quingentorum
circiter annorum curricula vsque ad se deuoluta poterant comprehendi.
Christus enim priuilegia constituta, in Petro disposita vel firmata, Ro-
manæ contulit Ecclesiæ, super quam nihil synodus quælibet ausa est me-
rito constituere, cum sciat illi Domini sermone concessa. Dispensatio- B
nem quippe redemptionis humani generis ante tempora sæcularia, Do-
minus omnipotens penes se ordinatam custodiens, tempore carnis ostendens
ascensus ad cælos, in Apostoli Petri, per quem & Apostolatus &
Episcopatus sumpsit exordium, confessione curaq; præcipua collocauit,
qui tunc per se & deinceps per suæ sollicitudinis hæredes circa humanum
genus, quæ sibi Dominus commendauit non destitit exhibere. Hæc enim
ille & successores eius ex tunc agere non omittunt, modo verbis, modo
decretorum suorum Epistolis ab vrbe Romana diuersis temporibus datis,
commissarum sibi ouium prouidentiam principaliter exercentes. Itaque
Rothaldum Episcopum, de quo hætenus nostris contempistis obedire man-
datis, tandem à nobis, immo à Deo pristino gradui restitutum benignè su-
scipite: quia ille Euangelicus filius rediens non solum suscipi meruit, sed & C
dignus paternis complexibus inuenitur, & annulum fidei recepit, & stola cir-
cundatur, per quam quid aliud quàm Sacerdotij declarantur insignia? nec
probabilis extitit apud patrē senior filius quod inuiderit recepto, nec tan-
tum meriti habuit penes patrem perseuerando, quantum noxæ contraxit
non recipiendo germanum.

Ergo suscipite illum vt fratrem, suscipite inquam illum, vt mea viscera.
Sollicitos autem vos pro salute, libenter audio: contra caput etiam si
faciendum est, non libenter admitto. Cui manus porrigenda est, vobi-
scum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. si cui autem aliquid dona-
stis, & ego: Nam & ego si quid donauit propter vos, in persona Christi, vt
non possideamur à Satana; non enim ignoramus versutias eius, qui super
discessione lætatur. Apostoli verò declaratæ benignitatis verba sunt, si-
cut ea viri beatissimi sedis Apostolicæ Præsules, Innocentius & Bonifa-
cius sapientissimè replicarunt. Porrò quisquis contra hoc nostri Aposto-
latus decretum post notitiam eius se efferens, sæpèfate Rothaldo Episco-
po, ad recipendam & regendam Sueffonicæ vrbis Ecclesiam, aliquod
palam vel occultè præparauerit offendiculum, vel si personæ ipsius quo-
quo modo insidiatus extiterit: Quinimmo si quis vestrum, ad Ecclesiam
recipiendam, illi tamquam frater fratri adiutorium non præstiterit, vt po-
te qui videt fratrem suum necessitatem habere, & claudit viscera sua ab
eo, & veluti is, in quo caritas Dei non manet, ab ipsa caritate quæ Deus
est, & à corpore sanguinis Christi, & à nobis qui membra illius sumus,
habeatur omnimodis alienus. Porrò ne iustitiam tegere nostræ tantum
videamus voluntatis arbitrio, ac per hoc æstimemur Canonicis legibus
con-

Luc. 15.

2. Cor. 2.

Innoc. epist. 27

1. Ioan. 3.

A contraire, sancimus atq; decernimus, quatenus sæpe dictus Rothaldus ve-
nerabilis Episcopus paratus sit omni regulariter poscenti de se, quia Deo
propitio nulli parti fauere volumus circa iustitiam, coram sedis Apostolicæ
Præsule reddere rationem. Ita dumtaxat, vt secundum maiorum definitio-
nes, ante omnia quæ prius possederat, integrò iure recipiat, adeo vt talis
sit in omnibus, qualis ante sententiam cõtra se probatam fuisse dignoscitur.
Sicq; demum Ecclesia recepta, & episcopatu libera securitate possesso pro-
ximis & amissis rebus, & ipsis resumptis viribus, vestitus quoque & spiritali-
bus armis tectus, accusatoribus respondeat suis. Et vnde impetitur, plenissi-
ma studeat hos qui foris atq; intrus sunt, satisfactio certificare.

EPISTOLA XLIII. B. NICOLAI PAPAE I.

Clero & plebi consistenti Sueffion.

H ORTATUR vt Rothaldum recipiant, cuius innocentiam, & iniustam depo-
sitionem ostendit.



Sicut piorum parentum est de orbitate natorum acri valde la-
mentatione lugere; ita deuotorum filiorum proprium est de
patris amissione vehemènti mœrore affici, & ardore valido
cruciari: Ac per hoc contra naturam quodam modo agi-
tur, si vna pars sine alterius parte societatis anxietur & do-
leat. Sed in hoc vos, carissimi filij, sicut de vobis frequens
narrat opinio, nequaquam Deo gratias, frigidis, extitistis ingrati. Denique
nullus dubitat, quas deuotio vestra proprio destituta præsidio, ipsa quantū
ad hominem pertinet, orphana remanens, varias & multiplices calamita-
tes pertulit. Sed ille qui fidelibus discipulis dixit: Non relinquam vos or-
phanos, non solum præsentis sua maiestate protexit, sed etiam propitiq;
qua desolati & destituti eratis, pro sua redonauit pietate rectorem: nobis
qui in eo viuimus, mouemur & sumus, ad eum vobis reddendum nutu suæ
miserationis interius imperans, & competenter erudiens. Ecce enim ve-
nerabilem virum Rothaldum fratrem nostrum & Coepiscopum nostrum;
vestrum autem patrem, Pastorem atque magistrum, cuius longa iam eru-
ditione instructi, cuius olim sacri Verbi pane refecti, cuius diuturnis la-
boribus & vigiliis circumsepti, cuius magisterio & doctrina Deo estis au-
dori refecti, prioris infulis sacerdotij & pristinis redintegratum honori-
bus, ac omnibus Episcopatus officiis restauratum, vestra Laicæ deuotio-
ni & piæ dilectioni remisimus. Habetis præterea in hoc beatæ recorda-
tionis Athanasij prudentissimi sacerdotis exemplum: cuius tolerantia,
cui non consolationi sit? cui non spem faciat, eius inexpectata reuer-
sio? Eijcitur Ario persequente, sed reuocandus Domino prosequente.
Passus est carcerem, passus est angustias: Nec mirum si vir Apostolicus ea
passus est quibus se Apostolus gloriatur exercitatum. In his tamen om-
nibus secutus est illum qui sibi in tribulationibus se placere testatur, fu-
gatus illinc, & in nostris partibus roboratus est. Denique hinc ei redinte-
gratus status est, & in hac Sede requiem communionis inuenit, à qua sem-
per Catholicis subuenitur. Sancti autè Papæ Cælestini verba sunt hæc, quæ
Epist. Tom. 3. P 2 nos

Ioan. 14.

1. Corin. 5.

Ep. 4.

Philip. 4.

nos Rothaldo possimus non inconuenienter aptare, præter id quod ille reuerendi Athanasij, & blasphemij Arij mentionem fecit: In præsentiarum vero Hincmarus persequens, & Rothaldus innocens in causa sunt. Gaude te itaque fratres in Domino, & iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Exultate filij carissimi, & de reddito vobis patre, Deo immensas gratias persoluite. Lætamini oves Dominicæ, ac pro restituto pastore, summo Pastori laudum officia canite. Congratulamini filij excelsi, exite obuiam, & tripudiantes cum hymnis & Psalmis & canticis spiritalibus, altisona Domino præconia concinentes, illum suscipite cum honore, audite eum cum hilaritate, obedite ei sicut patri reuerendissimo, sicut magistro, & in omnibus circa eum ut deuotissimos vos quietissimosque filios exhibete, scientes diuinum præsidium proculdubio non ei defuturum, & quamdiu spiraculum omnipotentis erit, & halitus vitæ spirabit in naribus meis, solatium nostrum in suis opportunitatibus illi asuturum. Quæ de re rursus Apostolatus nostri præceptione, vestræ vnanimi iubemus: quatenus taliter agere vestra fatagat industria, ut in nullo sine affectione circa iam fatum virum & Episcopum vestrum reperiãmini: sed ita nostris pro eo monitis pareatis, ut animaduersione, quæ de contemptu nostri oriri poterat, in retributionem iustæ mercedis concedente Domino conuertatur.

EPISTOLA XLIV. B. NICOLAI PAPAË I.

ROTHALDVM suæ Ecclesiæ tamquam innocentem restituit, & omnes qui sibi contradixerint, aut rem aliquam Suefsonensis Ecclesiæ vsurpauerint, excommunicat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerendissimo & sanctissimo Rothaldo Episcopo sanctæ Ecclesiæ Suefsonicæ.



Decessorum exempla meorum imitans, mirabiliumque virtutum eorum flagrantiam sequens, oportet omnibus larga me huius Ecclesiæ, quæ mater est omnium Dei Ecclesiarum, pietatis vbera præparare, atque vniuersis vndique ad eam confluentibus, tamquam fidelem & prudentem summi patris familias seruum, apertum eius exhibere misericordiæ gremium. Et ideo quia constat sanctitatem tuam Metropolitanano tuo, & quibusdam eius sequacibus te impetentibus, nobis inconsultis gradus tui iacturam sustinuisse & Ecclesia propria caruisse: ac deinde nobis etiam decernentibus hanc minime hætenus recepisse, & iuxta quod iusseramus, nullam tuam dilectionis restitutionem habere: Nos hanc depositionem, utpote quæ sine vlla nostra ratione irregulariter est effecta, depositionem nec fuisse nec esse deliberamus, cum etiam nec fuerit dies qua & absentem & presentem non inter Episcopos habuerimus, scripserimus & coluerimus. Et ideo auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & omnium decessorum meorum sedis Apostolicæ Præfulum, pristino gradui ac pristinæ reformamus Ecclesiæ: ita ut quicumque tibi ad recipiendam Ecclesiam olim tibi commissam, vel ad Episcopale ministerium peragendum aliquatenus impeditur, donec acquiescat, & tibi obstitendi conatum deponat, sacrosanctis ministerijs, & ab Ecclesiæ sit ingressu remotus, atque ab omni communione fidelium seque-

A sequestratus. Quia quem præsentialiter nemo accusat, nos inter damnatos habere nec possumus nec debemus. Præcipue cum damnatores tuos vel vicarios eorum, frequentibus Apostolatus nostri vocauerimus apicibus, & nullum ipsorum te accusantium videre penitus quiuerimus: Sed tantum quidam præfens positus, & alij scriptis suis nobis significauerunt, quod nulla te accusatione impetere voluissent: sed nec etiam si secundum iussionem nostram venire potuissent, aduersus sanctitatem tuam accusationes aliquas attulissent. Et proinde, quia per tot curricula temporum, sufficientibus datis iudicijs, nullus ad tui accusationem accessit; præcipue cum tu ad reddendam rationem paratus semper extiteris; nos te nec damnare possumus, nec inter damnatos relinquimus. Resumat ergo venerabilitas tua officium olim commissum, fruatur beneficio diuinitus tibi collato, utatur Episcopali ministerio, pristina dignitate resumpta recipiat Ecclesiam, quam tibi Dominus commendauit, & quam tu quoque bonis inijs percepisti, & veraci ac multiplici fama testimonium tibi dante, dignis successibus adornasti: ita ut sine quacumque & cuiuscumque contradictione vel impedimento talis habearis in omnibus, qualis ante prolatam in te excommunicationis & depositionis sententiam extitisse agnosceris. Sane, ne iustitiam regere nostræ tantum videamus voluntatis arbitrio, ac per hoc æstimemur Ecclesiasticis legibus obuiare; sancimus, ut sanctitas tua prius receptis omnibus quæ ante possedisse dignoscitur, & Ecclesiæ potestate fruens, & per aliquod tempus inoffense gubernans, resumptis viribus, & sibi ablatis omnibus redintegratis: sic demum si qui sunt qui tibi aliquid conentur obijcere, fortis iam & valida cum ipsis disceptationis luctamina aggrediatur. Et iuxta quod ratio dicat, & sacræ præcipiunt sanctiones, vestitus cum vestito & armatus cum armato, Ecclesiastico more, tempore à nobis præordinando coram sedis Apostolicæ Præsule, contra tuos aduersarios conflictum, quicquid regulariter diffinitum fuerit, proculdubio suscepturus.

Quia vero de sanctæ Ecclesiæ Suefsonicæ, vel de sibi competentium aduersorum locorum rebus, multi multa detraxisse ac diuerso modo hætenus illis frui dicuntur; sancimus atque decernimus, ut post secundam & tertiam conuentionem & admonitionem sanctitatis tuæ, quisquis res præfata Ecclesiæ, quibus tu aliquando ad vsum vel sustentationem illic seruentium vel tibi obsequentium fructus fuisse dignosceris, retinere, & sibi ulterius absque voto tuo vendicare tentauerit, & illas qualescumque & vbiicumque, & quando tecum fuerint possidendas, prædictæ Ecclesiæ Suefsonicæ minime dimiserit, tamquam sacrilegus anathematis reus vincens, ab Ecclesiæ gremio atque sacro corpore & pretioso Domini nostri Iesu Christi sanguine, donec præsentis decreto nostro acquieverit, habeatur omnibus modis alienus: & tamquam violentus inuasor, atque tyrannus, sit Christianorum communione priuatus: ita ut qui huiusmodi in communione susceperit, simili poena teneatur affricus.

Scripta per manum Petri Notarij Regionarij & Scriuarij sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mense Ianuarij, Indictione SVB 5. tertiadecima.
Bene vale, in nomine Domini.

EPISTOLA XLV. B. NICOLAI PPAE I.

A

PARCIT Franconi, qui conciliabulo Metensi consenserat; modò Theugualdum & Guntharium inter Episcopos non recipiat, & ab eiusdem Guntharij communione abstineat, eumq; hortatur, vt Lotharium ad salutem reducere conetur.

Franconis me-
minit Regino l.
2. Cron.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimo & sanctissimo Franconi Epi-
scopo Tungrensi.



Xcusationis tuae litteris per Richardum venerabilem Diaconum tuum susceptis, confessio sanctitatis tuae, qua te in nullo à sede Apostolica dissentire manifestas, quamque nobis à te minus quàm à nullis alijs sperabamus offerendam, nos plurimum exhilarauit. Sed confessio nihilominus in Domino exultare fecit. Eo enim quo veniam petitis, deliquisse vos procul dubio demonstratis: & reuera qualiter sine delicto eua- dere poteratis, qui sedentes in concilio vanitatis, & si non fauendo, certè tacendo; si non scribendo, profectò non resistendo, profanis gestis declaramini consensisse? Ecce enim Dominus per prophetam dicit: Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Ergo quia non annuntiaisti, peccasti; & quoniam vidisti & tacuisti, proculdubio consensisti. Verumtamen postquam viuificante gratia te fore viuificatum per confessionem exeuntem aspiciamus, quem introrsus labe mortuum putabamus, incomparabiliter exultamus: & gratias Auctori omnium bonorum immensas exoluimus. Et hoc iam tibi diuinitus non imputari optauimus; quod tibi, quomodocumque excesseris, remitti à Domino postulamus & quantum in nobis est, ex corde tibi ignoscimus. Quod beatum Leonem omnibus qui in Ephesino latrocinio consentiendo errori deliquerant, amputatò totius auctore scandali, solo videlicet Alexandrino Dioscoro, pepercisse nò ignoramus. Quid autem mirù, si Guntharius, quem dicitis vti vetito sibi officio; Apostolicam floccipendere sententiam non metuit; qui diuina praecepta totiens paruipendisse conuincitur? Claret verò, & cunctis manifestè datur intelligi, etiam si nulla alia prauitatis suae praestitisset indicia, qualis ante poenam extitit, qui saepius poenā talem exhibuit; & quàm debitè percussio- nem promeruit, qui etiam post, vnde magis percuti debeat, admittere minimè recusauit. Ille autem Apostolicis institutis inobediens & erratus, sua- dente quo nuper caelestibus oraculis semper obuiasse repertus, dicitur anti- quo videlicet aduersario, sicut leo rugiēs, iuxta primum Apostolum, circuit quaerens quem deuoret, sed tamen ad propositū redeamus, & votis tuis quā- tum possumus, Deo praestante, misericorditer annuamus. Itaq; si Theugual- dum Episcopum, sicut prosteris in catalogo episcoporum non receperis quo- usq; de eo humanius tractemus, & si Guntharium ministerium sibi vetitum vsurpantē, non solū inter episcopos nò receperis, sed nec ipsi, nec fautoribus eius cōicaueris, & ei in scelere permanente episcopaliter contradixeris, & secundum vires in nullo à cōstitutis & sententijs ab Apostolica sedis prae- sūle, platis deuiaueris; sed de cetero, p fide Catholica, & correctione fideliū, ac pro cōseruandis Pontificis sedis Apostolicę priuilegijs nobis cōsenseris, nobiscum pro viribus decertaueris, fratres quoq; & proximos tuos nobiscū sapere

Bsa. 18.

1. Pet. 5.

A sapere hortatus fueris Deus omnipotens intercessione Apostolorum prin- cipum Petri ac Pauli vincula omnium peccatorum tuorum abioluat, & quicquid humanitus, quod in oculis maiestatis eius displicuit, egisti, tibi mi- seratus indulgeat; & te benedictionis suae gratia replens, ad beatitudinem visionis suae perducatur. Ceterum admonemus te, vt si verè Episcopus es, ve- rè te ordines, te salues, in te gloriam Regis Lotharij exquiras, ita vt vestra vnanimitas nobis arctius hærens, vulnus ipsius admonendo, blandiēdo, sua- dendo; in reliquo autem, & breuitatem praesentis temporis exponendo, ape- riendo penas inferni, caelestia regna ante oculos proponendo, curetis, quod agere nullatenus potestis, nisi carnem suam quam odio habens ipse Apосто- lus à se projicit, reciso membro meretricis, nostro & vestro iudicio hortatus & si spontè, saltem inuitus reiecerit. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Dat. XV. Cal. Octobris, Indictione XIV.

1. Cor. 6.

EPISTOLA XLVI. B. NICOLAI PPAE I.

DAMNAT Sueffionensis concilij acta, & Clericos in eodem concilio Hincmari auctoritate depositos restituit: ostendit praeterea nequaquam huiusmodi acta à Benedic- to Pontifice fuisse confirmata.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris Ar-
chiepiscopis, & Episcopis, qui per gratiam
Dei & decretum nostrum apud Sueffoni-
cam Urbem conuenere.



Reuerentissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Egilonē de vestro sacro collegio ad Apostolicā peruenientem sedē magna cum exultatione suscepimus, & de agnita per eum omnium vestrū status incolumitate laetiores effecti, Auctori grates immensas rependimus. Illud praecipuè bonum, atque iucundum arbitantes, quoniam vos fratres sicut cor- pore, ita & mente in vnum cohabitasse comperimus, & in deiectorum fratrum releuatione vnum cor, & vnam animam vnā cum spiritu nostro possedisse cognouimus: Spiritus quippè sancti praesentiam testatur congregatio sacer- dorum, & in medio sui Dominum habere se monstrant, qui in ipsius nomine conueniunt in idipsum. Nos etenim clamorem eorumdem deiectorum sper- nere clericorum ratio nulla finit, & ad vociferationes eorum ad sedem Apo- stolicam etiam sub decessoribus meis frequenter emissas aures obturare paterna caritas non permittit. Portamus quippe onera omnium, qui gra- uantur, quinimo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus (vt confidimus) administrationis suae protegit, ac tuetur hæredes. Verum cum nonnulla scripta fedi Apostolicę diuersis temporibus delata, vel etiam ab ea data ob huius reperiendam rei certitudinem, diligenter in- uestigaremus: Accidit vt etiam (Deo reuelante) acta concilij, quod auctore fratre & Coepiscopo nostro Hincmaro praefatos viros segregasse dinosci- tur, ab eodem venerabili Antifite nobis dudum transmissa cum actionibus pro Rothaldo venerabili Episcopo venirent ad manus, in quibus quāta re- prehen-

Philip. 4.

prehensionum inueniatur congeries, si voluerimus exhibere per singula, facilius chartæ, quam verba deficient. Ibi namque falsitas in ipso mox actionum inuenitur principio. An non falsitas, cum sponte peruenisse deiectioni illi ad ecclesie ianuas pro sua necessitate scribuntur, qui venisse probantur inuiti? Præcipue cum Vulfadus ibidem non fuerit, cuius nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitatum? Ibi ante tempus examinis iam iudicatum, & ante legitimum iudicium condemnatum fuisse dinoscitur. Ibi ante audientiam, & ante certum numerum collectorum Episcoporum presbyteri, diaconi; priuationi ministeriorum suorum subduntur: ibi Metropolitanus Antistes modo sua iura deponit, modo resumit: modo subesse synodo, modo præesse: modo quasi accusatus, modo accusator, modo iudex accedit: & pro libitu proprio vicibus alternantibus cuncta disponens, more cuiusdam animantis, non semper vnus eiusdemque coloris apparet. Ibi, inquam, nolentes proclamare coguntur, & tamquam accusatores, libellum proclamationis porrigere compelluntur, licet tenorem libelli iuxta morem gestis frater noster Hincmarus non inferuerit, cum eiusdem nonnulla minus & necessaria probetur inferuisse: ibi absens, & ut illic habetur, ægrotus additur, & dolor super dolorem apponitur, dum absens Vulfadus libello quasi præsens ascribitur, & in lecto iacens numquamque reclamans societatem habere cum presentibus reclamatoribus falso prætenditur. In quo considerandum, quia si leges Dei etiam de rebus pecuniarijs quæ extra nos sunt ægrotum respondere non cogunt; quantuminvis à Domini sacerdotibus infirmus quilibet compelli ad querimoniam debuit de negotio quod in eundem ipsum constari dinoscebatur, & quod hunc ad depositionis casum impellere probabatur? quo dolore in hac vita maior ubi quæso est? & ut strictim penè omnia complectamur, ibi sola obedientia subditorum, quam Apostolus præpositis exhibere iubet, reputatur in culpam, & qui prælati iudicio temerè non resistere, sed humiliter colla supposuere, seuerissimè puniuntur. Ibi qui nulla propria noxa deliquere, hæreticorum damnationem tamquam hæretici incidere, & qui misericordiam petiuere, nec iustitiam iudicii percipere meruerunt.

Sed quid mirum si textus & finis eiusdem concilij accepti non sunt, quando in nomine Domini iuxta morem inchoatum non est? Nam cum Apostolo; Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu facienda præcipiète, ritus Ecclesiasticus in colligendis concilijs, id obseruet, & in hoc dumtaxat (abdito permittente diuino iudicio) fuerit prætermisum: Constat proculdubio non eos in nomine Domini congregatos extitisse, ac per hoc eum minimè in sui medio habuisse, qui tale concilium, immo conuenticula sua de sanguinibus contra psalmistam congregauere, & quoddam animal imitati non nisi extinctis proprijs filijs, posse subsistere putauerunt. Iam verò si idem concilium ab Apostolica sede fuisse prætenditur approbatum, quemadmodum id versuta fuerit cauillatione ab Apostolica sede perceptum, fraternitati vestræ breuiter intimamus. Denique frater & Coepiscopus noster Hincmarus, de memoratis clericis Vulfado scilicet & collegis ipsius, quod sibi visum est, consummato mox præcessori meo beatae recordationis Leoni præfuli non semel supplices litteras misit, quatenus idem concilium approbans, auctoritate Apostolica roboraret. Quod ille non solum minimè annuit, verum etiam agere sollicitè renuit, dicens, Idcirco se petitiones eius pro confirmanda synodo, in qua depositi præfati viri fuerant, suspendisse, eo quod per aliquos ex his Episcopis, qui synodo refederant, ut

dubitatio

Cœcilia in Dei nomine inchoanda. Colof. 3.

Psalm. 15.

Leo quartus.

A dubitatio foret radicitus euulsa, statuta eiusdem synodi destinare debuisset; præcipue cum ibidem legati sedis Apostolicæ præsentis non fuerint. Postremo eo quod hi quos ille auctoritate synodi affirmabat depositos per proprias litteras ad sedem Apostolicam appellauerint, & vellent sua se Apostolica audiri præsentia, & tunc si culpabiles inuenirentur, non annuerent canonicam sustinere censuram. Sed venerabilis Hincmarus sciens utique concilium istud (ut supra ostensum est) reprehensionibus non paucis respersum; acta quidem illius per neminem episcoporum, qui his interfuerunt destinauit, ut tamen firmarentur denuo, precibus agere non cessauit; sed deiectionum iterato clamore crebrescente clericorum, nec sic quod petebatur, laudabilis Præful indulgit. Præcepit autem per alteram suæ sanctionis epistolam, ut idem frater Hincmarus ad concilium cum illo occurreret, ad

B quod suum ipse legatum, Petrum videlicet Episcopum Spoletanum è latere suo direxerat, ad renouandum scilicet iudicium vice sua: & congregatis rursum episcopis ad depositorum reclamantium, auxiliante Domino, trutinandum, ac sopiendum negotium. Ita ut si eisdem deiectionis clericis contigisset, ut in ipsa debuissent depositione persistere, & obedire renuissent, sedemque Apostolicam iterum expetissent, ne sedis Apostolicæ dissolueretur priuilegium, illis ad eam veniendi non negaretur licentia; cum quibus præcepit, ut frater Hincmarus, vel missus eius veniret: quatenus cum fratribus suis episcopis æquum de his iudicium conferre potuissent, & vtraque parte conueniente causas eorum eadem sedes sancta canonicè diffinisset.

Verum ille qui prius episcopum, legatum videlicet concilij sui sedis Apostolicæ visioni subtraxerat, etiam suam audientiam ab eo designatæ presentiam subducens, probauit de se illa quæ dicta sunt, videlicet quod tale concilium statuerit, quale superius strictim monstratum est. Interea eo voti effectu frustrato, Apostolicæ sedis Pontifex Leo, qui fratris Hincmari propositum nouerat, ab hac luce substractus est. Cumque sanctæ memoriæ Benedictus vir Apostolicus ei successisset in ordine Pontificatus, rursus Reuerendus Hincmarus arma præparat, & eidem summo præfuli tamquam suarum in experto versutiarum latenter subripit, & in ipso consecrationis eius principio suadet, ut concilium quidem ad votum vnus hominis congregatum firmaret; non tamen ei vlllo modo subripi, aut suaderi potuit, ut à iustæ diffinitionis & discretissimæ moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Verum tamen, sicut videre est, & ipsi iam forsità agnouistis, ita per quoddam priuilegium concessum, illius concilij roborauit institutum; ut auctoritatis summam sedi Apostolicæ reseruaret, & ut vobis iam scripsimus, ita tribuit honorem alteri, ut sibi quod tribuerat, non demeret. Vnde actum est, ut quod male petum fuerat, spiritu docente Dei, bene sapiens præful concederet; & nihil proficeret humana subreptio, ubi peccus tanti Pontificis diuina replebat infusio; nec obesset cuiusdam suasio, ubi antistitis sancti prudens obuiauit & prouidentissima moderatio; dum in ipso priuilegio tenorè præmiserit, quod sic decretum est ab eo, manenda inconuulsa quæ petebantur, si ita essent per omnia, quæ de illa synodo sibi à fratre nostro Hincmaro ferebantur. Interposuit enim ancipitem in eo sententiam dicens: si ita est, nostrorumque ut scriptis præfulatui intimasti, & gestorum serie demonstrasti, ratas easdem quidem diffinitiones Apostolica promulgamus fore auctoritate: licet ipse huius tenoris circumstantia de collati priuilegij textu excipiens, & nostræ visioni subduxerit, & aliorum notioni subtraxerit. Interferes

insuper

insuper quæ idem summus Pontifex aut numquam, aut aliter sanxerat. Ipse A
namque de memoratis diffinitionibus dixit, ratas easdem Apostolica pro-
mulgamus fore auctoritate, semperq; manere statuimus, & sequentia, quæ ipse
quidem aliter posuit. Frater verò Hincmarus quædam addens, plura sub-
trahens, vel commutans, aliter persecutus est.

Sed adhuc & in alio mira fratris Hincmari rursus accedit astutia, & soli
proprio voto fauens se immiscet prudentia. denique cum Apostolicæ & re-
uerendæ memoriæ decessor noster Papa Benedictus ei priuilegium, de quo
nunc diximus, contulisset; ita quæ in eo continentur firmavit, vt suspensam
sententiam his iungeret, & vt per omnia fedi Apostolicæ sua priuilegia, sicut
iam fati sumus, & auctoritatis propriæ iura, quæ in hoc & nos quoque secuti
sumus, inuiolabilia referuaret; interponens præterea nodos anathematis
in eos, quibus perhibendum censuit, ne quilibet contra eadem canonica B
constituta, & decreta Pontificum Romanorum pertinaciter obuiaffet, id est;
ne quis vel contra illa, quæ fratri Hincmaro cōcesserat, vel quæ fedi propriæ
referuauerat, agere tētauisset: sed ille quæ horum suo libitu fauere conspe-
xit, omnium notitiæ patefecit: quæ autem sedis sunt Apostolicæ refer-
uata iura, cunctorum notioni subduxit. Testantur hoc exemplaria eiusdem
priuilegij, quæ ab eo sunt ad sedem Apostolicam diuerso tempore missa. :
Quantum verò talis scriptorum deprauatio ac mutilatio noccat, ipsi iam per-
tuisit aduertere, qui in cōcilio vidētes quædam ipsius constituti sicuti vestro
relatu didicimus, quædam verò non videntes; cœptum circa oppressos piū
laborem deterriti minus perfectum deseruisse nunc dinoscere minime, nisi no-
stris instructi monitis, & nostris itidem confortati litteris inueniremini. Mi-
serat enim sæpe memoratus Antistes egregiæ recordationis decessori meo C
per scripta sua, quod iidem clerici ad vicinos Episcopos prouocauerint, cō-
tra se libellum proclamationis dederint, iudices sibi ipsi elegerint, & cetera
quæ longum est numerare, significans. At ille diuinitus inspiratus, ei rescri-
bens: Si, inquit, ita est, nostroque vt scriptis præsulatui intimaſti, & gestorum
serie demōstrasti, quod frater Hincmarus de textu penitus erasit, ratas easdem
(subauditur diffinitiones) Apostolicæ promulgamus, non in omnibus, vt ipse
addidit, fore auctoritate, semperq; manere statuimus. Deinde subiunctum
est, quod ipse longè aliter mutauit scribens, vt inde quæstio, nullis aliquā-
do temporibus oriatur. Nunc autem cum ita non fuisse tam à nobis, quàm
à sancto concilio vestro extiterit comprobatum, quod suggererat, meritò
in irritū ductum est quod contra deiectos non simpliciter impetrauerat. sed
ad propositum redeamus. Igitur tandem aliquando clericis sæpe memora- D
tis, qui semper ad Apostolicam sedem appellauere; etiam nobis litteris suis
pro deiectione sua querimoniam exponentibus, non fuit dissimulandi, non
fuit nobis tacendi libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis ze-
lus incumbit: Ac ideo primum quidē fratri & Coepiscopo nostro Hincma-
ro misimus, vt commemoratos Vulfadum scilicet, collegasq; ipsius clemēti
animo studeret ad se reuocare, depositaq; omni funditus animositate, de re-
stitutione ipsorum sanctè fraternè tractaret; atq; misericorditer cōsummāre
contenderet. Alioquin ad concilium vobiscum, quibus & nos quoque pro
hoc ipso scripsimus, simul occurreret: quatenus omnes in vnum conuenien-
tes, causas eorumdem clericorum examinaretis, & non aliqua emergente
disceptatione, Deo præ oculis habito, diffiniretis. Si verò qualibet inter
partes disceptatio proueniret, ad sedem Apostolicam nostrum suscepturæ
specia-

A speciale iudicium personæ vices tenentes vtriusque lateris conuenirent,
quo Dei gratiæ iuuamine peracto, suscepimus nunc litteras complectendæ
dilectionis omnium vestrum manifestissimè significantes, crebro memora-
tos clericos totius consona voce cōcilij dignos graduum suorum receptio-
ne pronūciatos vbi nulla (sicut eisdem litteris vestris reperimus) discepta-
tio prouenit, nulla (sicut putatum fuerat) varietas alia, atque alia defenden-
tium accidit: nullus accusator, nullus condemnator repertus est: sed cun-
ctorum vna eademq; sententia, atque in restitutione ipsorum diffinitio cla-
ruit, eisdem innoxijs à cunctorum vnanimitate modis omnibus approbatis:
quamquam vos non egeritis solemniter, minimè (secundum quod nos de-
creueramus) fedi Apostolicæ plena relatione actionum seriem referantes;
adeo vt propemodum ipsius vestri concilij gestis incognitis, ad diffinidum
quid de sæpeditorum clericorum statu penè retraheremur, nisi labor præ-
decessorum nostrorum apud nos in rerum gestarum in scripturis inuentus, B
nos ad se tandem perficiendum pleniter animasset. Debūistis enim quic-
quid de Ebbonis deiectione, relegatione, horum clericorum promotione,
& ipsius Ebbonis iterata repulsione, ad aliamq; ecclesiam migratione, vel
vndecumque ibi quippiam ventilatum est, nobis scripto vnanimiter, ple-
niter, ac fideliter intimare; non solum autem nobis intimare, verum etiam
monumētis insertum ad pleniorē penes nos notitiā, & certitudinem re-
feruare. Sed quia hoc negligentia prætermisum est, saltē nunc omni di-
ligentia procurate, vt quæcumq; super hac re scripta tam à nobis prius, &
nunc, quàm à vobis edita reperuntur, & quid hinc Coepiscopus Hincma-
rus, & illi clerici deiecti fedi Apostolicæ suggererint, atque retulerint; in vo-
C lumen vnum ordine, quo missa sunt, redigantur, & Apostolicæ fedi (vt com-
petens est) vobis eorum exemplaribus referuatis, summo studio dirigantur,
Quod cum diligenter actum fuerit; tunc profectò plenè scire possumus cun-
ctā vos in concilio strenuè peregrisse, & quod hæctenus omisum est, hoc or-
dine Christo iuuante recuperabitur. In quo tamen agendo venerabilem
Vulfadum præ ceteris abundantiorē conuenit curam arripere.

Demum verò volumus vos esse sollicitos, vt si de cetero tale quid forte
contigerit euenire, pro quo conuentum in regionibus vestris fieri sacerdo-
tum præcipiamus; hoc inter cetera nulli penitus obliuioni tradatis: sed post
omnia id agere maiorum more studiosissimè satagatis. Arridet tamen huic
vnanimitatis vestræ sententiæ, atque diffinitioni etiam fratris & Coepiscopi
nostri Hincmari professio: quia non solum eosdem fratres, & antea se mini-
mè ab officio suspendisse, vel iudicasse, aut à gradibus eiecisse, siue in repul-
sione ipsorum subscripsisse; verum etiam & nunc ad synodum sicut nos præ-
cepimus conuenisse, & his quæ de restitutione illorum ceteri Antistites cō-
fensere, paratissimè annuisse, & obtemperare curare testatur, cuius etiam no-
men in epistola synodica (sicut nostra relatio indicat) vnà cum nominibus
vestris, qui simul conuenisse dinoscimini, pariter ascriptum inuentum est.
Illud tamen videre libuit, quod idem Antistes crebrò memoratos clericos
ab officio se minimè suspendisse, vel iudicasse, aut à gradibus eiecisse fate-
tur; præsertim cum hæc non veritate fulta multis esse probantur indicijs,
quæ superius summatim tetigimus, & nunc ea vel plura commemorare stu-
dio breuitatis omittimus. Nam nisi ille eos etiam ante omnem audientiam,
& adhuc cum ad se non accusantes, sed misericordiam postulantes accesser-
rint, ab officio suspenditis, quid est quod in actis concilij sui, quæ ipse ad sedē
Aposto-

Apostolicam misit, ab eo suspensi ab officio fuisse memoratur? quibus cum A
tacens nihil ipse responderit; quid aliud nisi vera eos persecutos, silentio suo
tribuit patenter intelligi? & est diuerso illi super quo querelas suas crebro
dicto sanctae memoriae Leoni Papae mittebant? vel quem nisi eum suum im-
pulsorem a gradibus proprijs, & infestum sibi, quem circa se veluti patrem
benignum debebant cognoscere; frequenti relatione pandebant? Postre-
mo nisi ille in deiectione ipsorum subscripsit, immo nisi totius depositionis
eorum seriem ipse scripsit; quid quod & in subinde memorato priuilegio,
quod sibi ab Apostolica sede roborari petijt, beatae memoriae decessor meus
ad eum loquens, quod ipse diffinitiones illas in synodo cum ceteris Episco-
pis collectas, iuxta relationem utique suam proprijs digitjs, roborauerit,
manifestat? Quod si dicit numquam se in illa synodo scripsisse, ergo nec de-
cessor noster aliquam ei synodum priuilegio suo firmavit: quippe cum ipse B
eam, quam auctoritate Apostolica stabiluit, proprijs digitjs ipsius roborata
specialiter fuisse commemoret.

Igitur fratres carissimi nos in praedictorum clericorum restitutione gradus,
omnibus hactenus argumentis rite collectis, & omnium vestrum hortatu ge-
nerali incitante consensu omnimodam conuentionem praebere potuisse agno-
scite. Sed quoniam non secundum decretum nostrum eorum examinatio
mera & perfecta discussio prouenit, nec promotio, nec abiectio ipsorum in
synodali conuentu qualis fuerit, liquidò reperta est, nec Apostolicae sedi suf-
ficienti relatu monstrata: idcirco paululum a consummanda restitutione
ipsorum interim deliberatiuum consensum nostrum coercere necessarium
duximus. Verum quia in decernendo & in iudicando quod canonicè de-
liberatum est, ac in restituendis saepe dictis clericis, atque in omnibus Deo C
praeduce sicut decuit, & ordo poposcit, nostra praecessit auctoritas; conue-
niens ac honestum est iuxta postulationem vestram, nostrae firmationis per-
fecta subsequatur integritas, eo dumtaxat ordine, ut frequentius intumati
clerici, qui euidentissimè irregulariter ab officio graduum suorum suspensi
fuisse noscuntur, & hinc sedem Apostolicam sepiusimè prouocasse nonnullis
indicijs comprobantur: Ante omnia pristinis gradibus, & officijs reformati
consistant, ita ut prioribus redditi gradibus & ordinibus, & quodam modo
suis omnibus reuestiti, vires aduersus impetentes se integras habeant. Non
enim inermis cum armato rite confictum inire poterit. Quibus videlicet
gradibus, ac officijs fruuntibus eis, & Coepiscopo nostro Hincmaro licentia
sit inter totius huius capedinem anni saepedictos exhibere clericos ab ordi-
nibus suis canonicè fuisse deiectos: ita ut quicquid habet calumniarum, per-
sequendi & exequendi sibi sit omnino facultas. Quod si totius huius anni D
circuitu dilapso contra eos nullam iustam apud sedem Apostolicam queri-
moniam composuerit, nec illos appetere de quocumque, vel cuiuscumque
reatu, vel excessu, seu damnatione studuerit, ipsis quidem deinceps in suis
ordinibus permanentibus, nos profectò nulli torpori dabimus operam, nec
villo pacto a summa cessabimus diligentia, donec aut ipse nunc illos iuste
comprobet restitutos, aut iuste per se quondam ostendat remotos. Alio-
quin nos subsequenter exhibere proculdubio conuenit, non solum saepe factos
clericos praedicialiter, absq; canone ab officio sequestratos, verum etiam
ordinatorem eorum inconuenienter, ac sine consequentia Ecclesiastica, re-
gimine praesulari priuatum. Quod planè praeter eum nullus, ut remur, om-
nino dubitat, nullus profectò non praedicat; quandoquidem & nobis ita cla-
ret

Aret (quantum autumare possumus) quemadmodum his, qui in illo tempore
praesto fuisse memorantur. Illud tamen carissimi praetereundum inter ce-
tera fore non duximus, quod (quantum relationis vestrae series innuit) minus
caute quam sanximus regularia constituti nostri executi sitis edita. Nos
quippe etsi appellantium sedem Apostolicam clericorum, & ad iudicium
eius prouocantium causam, propter amouendum a vobis prolixioris labo-
re itineris, illic audiri, vel etiam diffiniri statuimus; non tamen quaequam eorum
promouendum, vel ad eminentiorem ordinem prouehendum indulgimus,
quemadmodum nunc factum esse vestro fauore per scripta vestra didicimus.
Miramur insuper & quaerimus, quae nam illa sit summa rei, quam vos nostrae
auctoritati reseruasse pretenditis, & hanc inuenire non possumus. quae enim
nobis summam reseruastis negocij, cuius adeo finem perducere maturastis,
B vt nobis inconsultis, etiam pastorem restituti conferre sollicitudinem
pateremini? & qui ad eos pristino gradui reformatos nostrae auctoritatis
egistis, ad promouendum responsum nostrum nequaquam praestolari du-
xistis. Quantum autem filius noster Carolus Rex id a nobis exegit, sed nos
vestram caritatem & honorificentiam, quos iam conuenire iusseramus, me-
rito conseruantes, nullo pacto priusquam rerum nobis exitus per vos pate-
fieret, consensum in hoc praebituros semper ei rescripsimus: quod fratres
saltem ad vicem minimè custodientes; laudo vos, sed in hoc non laudo. 1. Cor. 11.

Porrò si quispiam sedem Apostolicam per Sergium sanctae memoriae Pa-
pam, Ebbonem quodam Archiepiscopum indignum clericali communionem
sanxisset perhibet; nouerit quia talem sedem Apostolica debuit Ebbone, do-
nec synodali eius examine causa discuteretur, habere, qualem ab alijs ha-
bitum non ignorabat. statutum quippe in magna & veneranda Nicæna syno-
do legerat, ut de his, qui communionem priuantur seu ex clero, seu ex laico
ordine Episcopis, per vnamquamque prouinciam sententia regularis obti-
neant, ut hi qui abijciuntur ab alijs, non recipiantur. requiratur autem,
ne pusillanimitate, aut contemptione, aut alio aliquolibet Episcopi vitio
videatur a congregatione seclusus; donec igitur auctoritate sua huiuscemo-
di pusillanimitate, aut contemptione, aut aliquolibet vitio examinatio, vel
diuindicatio proueniret, Apostolica sedes nihil agere debuit, nisi quod egit:
Videlicet, ut ab alijs abiectum ipsa nequaquam indiscussè susciperet: pra-
cipue cum praedictus Ebbo non quasi pro depositione sua quaeritans, & legiti-
mè restitui volens, examine praecedente sedem Apostolicam appellauerit. sed
(vt codex Episcopalis indicat) a contumacibus suafus, & his vincitibus repen-
D rere & reconciliari ab ea pallio decorari quaerens, & quasi Episcopus inter
Episcopos, nulla causa sua discussione praeniente, communicari poscens,
ad eandem summam Sedem accesserit, a qua iam reprobatus ab alijs, me-
rito debuit reprobari, donec supplex ab ea sese canonicè posceret adiu-
uari. Nam constat (vt sanctus Papa scribit Gelafus) vniuscuiusque Epist. 11.
synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiae probauit assensus, nul-
lam magis exequi sedem praeteris oportere, quam primam, quae &
vnamquamque synodum & sua auctoritate confirmat, & continuata mo-
deratione custodit, pro suo scilicet principatu: quod beatus Petrus
Apostolus Domini voce praecipit, Ecclesia nihilominus subsequente,
& tenuit semper, & retinet. Verumtamen qualiscumque fuerit, vel
quaecumque pertulerit Ebbo a se ordinatis, qui nihil praeter humilitatem,
& obedientiam exhibere, nullum profus intulit offendiculum: quo-
niam

Epist. 91.

Anastasius II. in
epist. ad Anasta-
sium Imper.

niam & beatissimus Leo ad Mauros scribens, ita de quodam Maximo præcepit dicens: Maximum quoque licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & ab spiritu schismaticæ prauitatis alienus est, ab episcopali quam quoquomodo adeptus est, non repellimus dignitate. Et Anastasius eiusdem Apostolicæ sedis præsul, quòd mali bona ministrando sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ sacramenta commaculent, ad Anastasium principem scribens euidentissima ratione demonstrat. Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo nunc & semper valere. Dat. viij. Idus Decembr. Indi. quintadecima.

EPISTOLA XLVII. B. NICOLAI PAPAE I.

Eadem ferè quæ in superiori, & eadem penè verba.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimo & sanctissimo confratri nostro Hincmaro
Archiepiscopo Rhemenfi.



Pistolam beatitudinis tuæ cum epistola synodi missam per Legatum eiusdem vestri sacraati collegij, Egilonem videlicet, fratrem & Coepiscopum nostrum suscipientes, & tam ex ipsis epistolis, quàm ex verbis eiusdem Venerabilis viri deuotionem, & supplicem parentiam tuam, quam erga sedem Apostolicam habes, etiam nunc agnouimus perpetuamq; beneuolentiam tuam, quam circa deceptos fratres & filios alacriter exhibuisse te dicis laudamus. Nimirum qui & secundum Apostolum, fleuisse te cum flentibus indicas, & nunc gaudere cum gaudentibus manifestas; quorum & nos quoque clamorem clericorum spernere, ratio nulla finit, & ad vociferationes eorum ad sedem Apostolicam etiam sub decessoribus meis frequenter emissas, aures obturare paterna caritas non permisit. Portamus quippe onera omnium; qui grauantur: quinimo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus (vt confidimus) administrationis suæ protegit, ac tuetur hæredes. Verùm cum nonnulla scripta fedi Apostolicæ diuersis temporibus delata, vel etiam ab ea data, ob huius reperiendam rei certitudinem, diligenter inuestigaremus: Accidit vt etiam (Deo reuelante) acta concilij, quæ auctore te præfatos viros segregasse dinoscitur, ante à vobis dudum transmissa cum actionibus pro Rothaldo venerabili Episcopo venirent ad manus, in quibus quanta reprehensionum inueniatur congeries, si voluerimus exhibere per singula, facilius chartæ, quàm verba deficient. Ibi namque falsitas in ipso mox actionum inuenitur principio. An non falsitas, cum sponte peruenisse deiectos illos ad Ecclesiæ ianuas pro sua necessitate ipse describas, qui venisse probantur inuiti? Præcipuè cum Vulfadus ibidem non fuerit, cuius nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitarum? Ibi ante tempus examinis iam iudicatum, & ante legitimum iudicium condemnatum fuisse dinoscitur. Ibi ante audientiam, & ante certum numerum collectorum Episcoporum presbyteri, diaconiq; priuationi ministeriorum suorum subduntur: ibi Metropolitanus Antistes modo sua iura deponit, modo

Rom. 12.

Cura Pontificis
Romani.

A modo refumit: modo subest synodo, modo præest: modo quasi accusatus, modo accusator, modo iudex accedit: & pro libitu proprio vicibus alternantibus cuncta disponens, more cuiusdam animantis, non semper vnus eiusdemque coloris apparet. Ibi inquam nolentes proclamare coguntur, & tamquam accusatores libellum proclamationis porrigere compelluntur, licet tenorem libelli iuxta morem gestis non inserueris, cum eisdem nonnulla minus etiam necessaria proberis inseruisse: ibi absens, & vt illic habetur, ægrotus additur, & dolor super dolorem apponitur, dum absens Vulfadus libello quasi præfens ascribitur, & in lecto iacens numquamq; reclamans societatem habere cum præsentibus reclamatoribus falso prætenditur. In quo considerandum est, quia si leges sæculi etiam de rebus pecuniarijs, quæ extra nos sunt, ægrotum respondere non cogunt; quantominus à Domini sacerdotibus infirmus quidem compelli ad querimoniam debuit de negotio, quod in eundem ipsum constari dinoscatur, & quod hunc ad depositionis casum impellere probabatur? quo dolore in hac vita maior vbi quæso est? & vt strictim penè omnia complectamur, ibi sola obedientia subditorum, quam Apostolus præpositis exhibere iubet, reputatur in culpam, & qui prælati iudicio temerè non resistere, sed humiliter colla supposituere, seuerissimè puniuntur. Ibi qui nulla propria noxa deliquere, hæreticorum damnationem tamquam hæretici incidere, & qui misericordiam petiuere, nec iustum iudicium percipere meruere.

Sed quid mirum, si textus & finis eiusdem concilij accepti non sunt, quãdo in nomine Domini iuxta morem inchoatū non est? Nam cum Apostolo; Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu facienda præcipiēte, ritus Ecclesiasticus in colligendis cõcilijs, id obseruet, & in hoc dumtaxat (abdito permittēte diuino iudicio) fuerit prætermisum: Constat proculdubio non eos in nomine Domini congregatos extitisse, ac per hoc eum minimè in sui medio habuisse, qui tale concilium, immo conuenticula sua de sanguinibus contra Psalmistam cõgregauere, & quoddam animal imitati nonnisi extinctis proprijs filijs, posse subsistere putauere. Iam verò idem concilium ab Apostolica sede perceptum, fraternitas tua non nescit. Denique de memoratis clericis, Vulfado scilicet & collegis ipsius, quod tibi visum est, consummato mox præcessori meo beatæ recordationis Leoni præsul non semel supplices litteras misit, quatenus idem concilium approbans, auctoritate Apostolica roboraret. Quod ille non solum minimè annuit, verùm etiam agere sollicitè renuit, dicens, Idcirco se petitiones tuas pro confirmanda synodo, in qua depositi præfati viri fuerant, suspendisse, eo qd per aliquos ex his Episcopis, qui in synodo resederant, vt dubitatio foret radicitus euulsa, statuta eiusdem synodi destinare debuisses; præcipuè cum ibidem legati sedis Apostolicæ præsentibus non fuerint. Postremò quòd hi quos tu auctoritate synodi affirmabas depositos per proprias litteras ad sedem Apostolicam appellauerint, & vellent iterum sua se Apostolica audiri præsentia, & tūc si culpabiles inuenirētur, non annuerent canonicam sustinere censuram. Sed venerabilitas tua sciens vtique concilium istud (vt supra ostensum est) reprehensionibus non paucis respersum; acta quidem illius per neminem episcoporum, qui his interfuerant destinavit; vt tamen firmarentur denuo, precibus agere non cessauit; sed deiectorum iterato clamore crebrescente clericorum, nec sic quod petebatur, laudabilis Præsul indulsit. Præcepit autem per alteram suæ sanctionis epistolam

Heb. 13.

Cõcilia in Dei
nomine inchoã
da.
Colos. 3.

Psal. 15.

Leo quartus.

stolam; vt ipse ad concilium cum illis occurreres, ad quod suum ipse legatum, Petrum videlicet Episcopum Spoletanum, è latere suo direxerat, ad renouandum scilicet iudicium vice sua: & congregatis rursus episcopis ad depositorum reclamantium, auxiliante Domino, trutinandum ac sopiendum negocium. Ita vt si eisdem deiectis clericis cōtigisset, vt in ipsa debuissent depositione persistere, & obedire renuissent, sedemq; Apostolicam iterū expetissent, ne ipsius Apostolicæ sedis dissolueretur priuilegium, illis ad eam veniendi nō negaretur licentia; cum quibus præcepit, vt tua fraternitas, vel missus eius veniret: quatenus cum fratribus suis episcopis æquū de his iudicium conferre potuisset, & vtraque parte conueniente causas eorum eadem sancta sedes canonicè diffinisset.

Verū qui prius episcopum, legatum scilicet concilij tui sedis Apostolicæ visioni subtraxeras, etiam tuam audientia ab ea designatæ præsentiam subducens, probasti de te quæ dicta sunt, videlicet quod tale conciliū statueris, quale superius monstratum est. Interea te voti effectu frustrato, Apostolicæ sedis & beatæ recordationis Pontifex Leo, qui fraternitatis tuæ propositum nouerat, ab hac luce subtrahitur: cumq; sanctæ memoriæ Benedictus vir Apostolicus ei successisset in ordine Pontificatus, rursus Reuerentia tua arma præparat, & eidem summo præfuli tamquam suarum inexperto versutiarum latenter subripit, & in ipso consecrationis eius principio suadet, vt concilium quidem ad votum vnus hominis congregatum firmaret; non tamen ei vllō modo subripi, aut suaderi potuit, vt à iustæ diffinitionis & discretissimæ moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Nam sicut videre est, & ipse liquidò nosti, qui eiusdē priuilegij paginam penes te habere repositam dinosceris, ita per priuilegium tibi concessum, illius concilij roborauit institutum; vt auctoritatis summam sedis Apostolicæ reseruaret. Vnde actum est, vt quod malè petitum fuerat, spiritu docente Dei, benè sapiens præsul concederet; & nihil proficeret humana subreptio, vbi pectus tanti Pōtificis diuina replebat infusio; nec obesset cuiusquā suasio, vbi antistitis sancti prudens obuiauit & prudentissima moderatio; dum in ipso priuilegio tenorē præmiserit, quod sic decretum est ab eo, manenda inconuulsa quæ petebantur, si ita essent per omnia, quæ de illa synodo sicut sibi à sanctitate tua referebantur. Interposuit enim ancipitē in eo sententiā dicens: si ita est, nostroq; vt scriptis præfularui intimaui, & gestorum serie demonstrasti, ratas easdē quidē diffinitiones Apostolica promulgamus fore auctoritate: licet tu huius tenoris circumstantiā de collati priuilegij textu minus simpliciter excipiens, & nostræ visioni subduxeris, & notioni subtraxeris. Interferens insuper quæ ille aut numquam, aut aliter sanxerat. Ipse namque de memoratis diffinitionibus dixit, ratas easdem Apostolica promulgamus fore auctoritate, semperq; manere statuimus, & sequētia, quæ ipse quidem aliter posuit: tu verò addens, atque commutans profecutus es, dicens, ratas easdem Apostolica promulgamus in omnibus fore auctoritate, semperq; manere statuimus; vt inde quæstio nullis aliquando temporibus oriatur. Quod quantum inter se discrepet, videlicet quod ille promulgauit, & quod tu minuisti, vel adiecisti, vel mutasti, ipse perpēde. Sed adhuc & in alio mira fraternitatis tuæ accedit astutia, & soli proprio voto fauens, se immiscet prudentia. Denique cum Apostolicæ sanctitatis, atque memoriæ idem decessor noster Papa Benedictus tibi priuilegium, de quo nunc diximus, contulisset; ita quæ in eo continentur firmavit, vt suspensam

Le o quartus

Benedictus certius.

A sententiam his iungeret, & vt per omnia sedi Apostolicæ sua priuilegia, sicut iam fati sumus, & auctoritatis propriæ iura, quæ in hoc & nos quoque secuti sumus, inuiolabilia reseruaret; interponens præterea nodos anathematis in eos, quibus perhibendum censuit, ne quilibet contra eadem canonica constituta & decreta Pontificum Romanorum pertinaciter obuiasset, id est, ne quis contra illa quæ tibi concesserat, vel quæ sedi propriæ reseruauerat, agere tentauiisset, sed tu quæ horum tuo libitu fauere conspexisti, omnium notitiæ patefecisti: quæ autem sedi sunt Apostolicæ reseruata iura, cunctorum notioni subduxisti. Testantur hoc exemplaria eiusdem priuilegij, quæ sunt ad sedem Apostolicam diuerso tempore missa. Quantum verò talis scriptorum deprauatio aut mutilatio noceat, ipse iam potuisti cū fratribus, & coepiscopis tuis aduertere, qui in cōcilio vidētes quædam ipsius constituti sicuti relatu ipsorum didicimus, quædam verò non videntes; cœprum **B** circa oppressos pium laborem deterriti minus perfectum deseruisse nunc dinoscerentur, nisi nostris instructi monitis, & nostris itidem confortati litteris inuenirentur.

Quamobrem iure fortassis te fraudis aliquid in talibus committere fateri possemus, nisi reuerentiæ tuæ, quod ipse non speras, parcere nostra moderatio studuisset. siquidem relationum detruncatio, non solum cognitionem ab hominibus subtrahit, verumetiam audientes in errorem inducit. Ecce enim dicimus: Iustus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Vnde si vna sola syllaba subtrahitur, blasphemia protinus in Deum sine cunctatione committitur. Si ergo vnus syllabæ tantum in Deum piaculum gignit ablatio; quantum putas tot potest dictionum recisio ignorantibus generare dispendium? quamuis sit in hoc facto, & aliud quoque subtiliter considerandum. Nam cum anathematis interpositio non solum illos qui contra beneficia sibi concessa committunt, verumetiam & hos qui iura sedis Apostolicæ temerè dissoluunt, complectendo percellat, vt tu ipsam interpositionem anathematis, quæ ad sedis Apostolicæ pertinent priuilegia, tacens, post textum præceptionis tibi concessæ in eo dumtaxat quod te mulcet, commemoraueris; apertè claret te nos huiusmodi argumeto callidè terigisse, cum profectò liqueat sic illud vinculum anathematis decessoris nostri decretum non obseruantes percellere, vt tamen ius Apostolicæ sedis maneat illibatum, & si ita esset quod suggerebatur foret per omnia comprobatum. Quod ergo nos in causa deiectorū egimus clericorū ad sedis Apostolicæ pertinet priuilegium, ac per hoc merito inde sumus immunes. Tu verò violationis eiusdem priuilegij haberes obnoxius, qui pulsus illis clericis ad sedem Apostolicam prouocantibus, manum obijcere subdolè præparasse cerneris, ac per hoc illatam in eodem constituto anathematis pœnam conuenientius incidisse crederis: videlicet dum talem crebro dicti priuilegij textum, & tenorem additione, detruncatione ac mutatione tua cunctis ostenderis, vt merito subinde memoratis clericis metum & desperationem posset incutere, ac eos ab inchoata reclamationis voce profus auertere. Nam cum nobis, quos nosti utique prisce Ecclesiæ Romanæ more in regestis exemplaria scriptorum, quæ à sede dantur Apostolica reseruare, & quos conijcere potuisti, cum tempore decessoris nostri darentur, ea etiam præsentialiter intuitos esse, sic mutilatū & deprauatum idem institutum mittere non formidaueris, quàm deprauatum & defraudatū, nullam huius experientiam habentibus, ad subuersionem vim patientium for-

Contra eos qui Apostolicæ sedis litteras deprauant.

Regesta Romanæ Ecclesiæ.

fitan exhibuisti; quam profectò rem magnopere frater carissime fugere debuisti; veritus videlicet, si aduersus sæpe dictum tibi collatum priuilegium, vel contra principale sedis Apostolicæ ius agere videreris, saltem ne in aliquo ipse falsarius (quod ablit) à sacerdotali verecundia repereris.

Misisti enim egregiæ recordationis decessori meo per scripta tua, quæ ijdem clerici ad vicinos Episcopos prouocauerint, cõtra se libellum proclamationis dederint, iudices sibi ipsi elegerint, & cetera quæ longũ est dinumerare, significans. At ille diuinitus inspiratus, tibi rescribens: Si, inquit, ita est, nostroque vt scriptis præfulatui intimasti, & gestorum serie demõstrasti, quod tu de textu penitus erasisti, ratas easdẽ (subauditur diffinitiones) Apostolica promulgamus, non in omnibus, vt ipse addidisti, fore auctoritate, semperque manere statuimus. Deinde subiunctum est, quod tu longè aliter mutasti scribens, vt inde quæstio nullis aliquando temporibus oriatur. Nunc autem cum ita non fuisse tam à nobis, quàm à sancto concilio vestro fuerit comprobatum, quod dudum suggesteras, meritò in irritũ ductum est quod contra deiectos non simpliciter impetraueras: sed ad propositum redeamus.

Igitur tandem aliquando clericis sæpe memoratis, quæ semper ad Apostolicam sedem appellauere; etiam nobis litteris suis pro deiectione sua querimoniam exponentibus, non fuit dissimulandi, non fuit nobis tacendi libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit: Ae ideo primum tibi misimus, vt commemoratos viros Vulfadum scilicet, collegasque; ipsius clementi animo studeres ad te reuocare; depositaque; omni funditus animositate, de restitutione ipsorum tecum fraternè tractares, atque misericorditer consummare contenderes: Alioquin ad conciliũ cum ceteris in illis regionibus constitutis Archiepiscopis & Episcopis, quibus & nos quoque pro hoc ipso scripsimus, simul occurreres: quatenus omnes in vnum conuenientes, causas eorumdem clericorum examinaretis, & non aliqua emergente disceptatione, Deo præ oculis habito, diffiniretis. Si verò quælibet inter partes disceptatio proueniret, ad sedem Apostolicam nostrum susceptræ speciale iudicium personæ vices tenentes vtriusque lateris conuenirent, quo Dei gratiæ iuuamine peracto, suscepimus nunc litteras complectendæ dilectionis omnium vestrum manifestissimè significantes, crebro memoratos clericos totius consona voce concilij dignos graduũ suorum receptione pronunciatos, vbi nulla (sicut eisdem litteris vestris reperimus) disceptatio prouenit, nulla (sicut putatum fuerat) varietas alia, atque alia defendentium accidit: nullus accusator, nullus condemnator repertus est: sed cunctorum vna eademque sententia, atque in restitutione ipsorum diffinitio claruit, eisdem innoxijs à cunctorum vnanimitate modis omnibus approbatis.

Ergo si innoxij sunt illi quondam depositi ab vnanimitate omnium approbati, qui deposuere quomodo sint innoxij iure nescimus. Arridet autem huius vnanimitatis vestræ sententiæ atque diffinitioni etiam tua; quamuis non simplex, summissa tamen professio, qua non solùm eosdem fratres, & ante à te minimè ab officio suspendisse vel iudicasse, aut à gradibus eiecisse, siue in repulsione ipsorum subscripsisse, verumetiam & nunc ad synodum (sicut nos præcepimus) conuenisse; & his, quæ de restitutione illorum ceteri Antistites consensere, paratissimè annuisse, & obtemperare curasse testaris. Cuius etiam nomen in epistola synodica (sicut eius relatio indicat) vnà cum conuenientium fratrum, & consacerdotum omni-

omnibus pariter ascriptum inuentum est. Illud tamen ridere libuit, quòd fraternitas tua crebro memoratos clericos ab officio se minimè suspendisse, vel iudicasse, aut à gradibus eiecisse faterur, præsertim cum hæc non veritate fulta, multis probentur indicijs: Sed quamuis superius summatim tetigissemus, quæ gesta sunt, nolumus tamè hæc pleniter exaggerare, ne cõpellamur quæ digna sunt iudicare: Nam nisi tu illos etiã ante omnè audientiã, & adhuc cum ad te non accusantes, sed misericordiam postulantes accefferint, ab officio suspendisti; quid est quòd in actis concilij tui, quod ipse ad sedem Apostolicam misisti à te suspensi ab officio fuisse memorantur? Quibus cum tacens, nihil ipse responderis; quid aliud nisi vera eos persecutos silentio tuo tribuisti patenter intelligi? Et è diuerso illi super quo querelas tuas crebro dictæ sanctæ memoriæ Leoni Papæ mittebantur? Vel quem nisi te suum impulsorem à gradibus proprijs infestum sibi, quem circa se veluti patrem benignum debebãt cognoscere, frequenti relatione pandebant? Postremò nisi tu in deiectione ipsorum non subscripsisti, immo nisi totius depositionis eorum seriem ipse scripsisti; quid est quòd in subinde memorato priuilegio, quod tibi ab Apostolica sede roborari petisti, beatæ memoriæ decessor meus ad te loquens, quòd tu diffinitiones illas in synodo cum ceteris Episcopis collectas iuxta relationem vti que tuã proprijs digitis roboraueris, manifestat? Quòd si dicis nũquã te in illa synodo subscripsisse: ergo nec decessor noster aliquam tibi synodum priuilegio suo firmavit. Quippè cum ipse eam, quam auctoritate Apostolica stabiliiuit, proprijs digitis tuis te specialiter roborasse, commemoret. Iam verò quod in epistola tua nobis scripsisti: dicens, eorumdem clericorum salubrem, ac regularem statum & cupisse te; & cupere, & quærisse & quærere; quis audiens eorum, qui cursum negocij, vel controuersia huius nouit, non miretur, & non obstupescat? Porrò si cupisti, vbi est certamen, quod pro eorum vtpote filiorum recuperatione sumpisti? & si quæsisisti, vbi apparet, vbi datur saltem intelligi verum? Ostende tu nobis quando statum eorum cupiueris vel quæsieris, & nos ostendemus tibi prolixitate dimissa, breuiter, quòd non statum, sed casum semper eorum cupiueris, & quæsiueris. Nam quid est quod obtinere modo legatis, modo litteris apud decessores meos Leonem scilicet & Benedictum beatæ recordationis Pontifices, te cupere & quærere significas, nisi vt eorũ quidem eiectione firmetur, restitutio verò numquam speretur; casus perpetuo roboretur, status: aliquando minimè reformetur? Ecce quomodo statum eorum cupiuisisti, ecce quomodo statum quæsisisti: sed dicis fortasse, te non qualemcumque statum eorum, sed salubrem ac regularem cupiuisse, atque quæsisisse. Verum vel hoc quibusuis exhibe testibus, aut quibus cupis ostende probationibus. Nam nec tua, nec alia quæ penes nos reiacent, de te tale quid indicant scripta, cum potius ad omnimodam ruinam ipsorum affectum tuum iugiter intentum fuisse patenter insinuent.

Ad extremum si tu eos non deiecisti; quare non cum tui fuerint, erexisti? Iam verò si & id tua sola auctoritate agere nequiuisisti; quare pro eis Apostolicæ sedis auctoritatem non petiuisisti? quam sic contra eos vti nam non petisses. Siquidem vbi est dolor, quem pro eis vtpotè pro filijs incurristi? Vbi est saltem modicus labor, què restituendis illis clementer arripuisti? quãuis fortè verum sit, quòd te deiectioni eorum condoluisset, & statui gaudere testaris, hoc dumtaxat modo, vt sicut de eiectione ipsorum condolueras; ita nunc de statu congaudeas; quia videlicet nec tunc casui eorum condoluisti, nec

sti, nec nunc statui fortasse congaudes. sed inter hæc liber ad epistolæ tuæ A
verba intuitum mentis inspicere; & quoniam nobis nõ simpliciter scripseris,
strictim ostendere. Indecens quippe est (licet te non pudeat) sedi Aposto-
licæ subdole scribere, nisi astutiæ tuæ argumenta ipsa valeat comprehende-
re. In illa namque epistolæ tuæ constantia, nihil de abiectioe clericorum
eorum commemorasti; & quoniam iniuste fuerant depositi, nihil penitus
demonstrasti, cum te oportuerit eosdem profiteri clericos pro cõsecratio-
ne sibi per Ebbonem collata, nullam sui gradus pati debuisse iacturã; præ-
sertim cum ipse cum ceteris fratribus & Coepiscopis tuis in synodica episto-
la, quam ad sedem Apostolicam communiter misisti, Ebbonem solam iram
Principis in sua qualicumque dicta damnatione incurrisse profitearis. Ve-
rùm si ita sacros canones intellexisti, cum illos iudicasti; saltem hoc ipsum
diceres, & quod hinc nos censuissemus, vtpotè maioris auctoritatis, ample-
cti contenderes. Per talem enim confessionem, quam Ebbo fecisse præten-
ditur, nemo canonicæ damnationi subijcitur. Quod si tu taces, nos filere
non possumus; & quod omnes iniustum fatentur, ipse iustum quantissimè
vtaris argumentis, probare non poteris: quòd si formidatum est, ne iniusta
damnatio eorum in discrimen redundaret auctoris; & ideo, quòd iniuste
fuerit prolata, taceatur; non congruum initur concilium: facilius quippe ve-
niam quis veritate, quàm exquisitis & minus aptis adinventionibus impe-
trat. Præsertim cum veritas liberet; mendacium verò perdat: maximè cum
non sit timendũ, vbi timor non est; nec agnoueris nos talem circa te gestare
dilectionis affectum, vt quid te nolimus incurrere detrimenti, cum potius
tui semper auidi fuerimus augmenti. Nam & Ebbonis causa, & istorum
clericorum negocium, quæ prima transferant, vt cautelam, non discrimen C
tribuant, anhelamus: Regiam quippe viam tenentes, sic illis prodesse decre-
uimus, vt tuæ sanctitati obesse nullo modo videremur: sicq; rursum securi-
tatem tibi super hoc præbemus, vt clericis crebro dictis hanc nullatenus
adimamus. Ad vltimum verò epistola, quæ nobis à te nunc missa dicitur,
vtrum tua fuerit, conuenienter ambigitur, cum nec legatum tuum, qui hanc
à te nobis transmissam ediceret, direxeris, nec eam sigillo tuo secundum
morem signare studueris.

Vnde mirandum est cum in deiectioe ipsorum clericorum etiam volu-
men non breue composueris, quamobrem in restitutione saltem vnã epi-
stolam simplicem non edideris: in quo apparet quantum ibi alacritatis,
quantum hic desidia studium fuerit. Quamuis hæc ne nos arbitreris ad di-
scrimè quodlibet sanctitatis tuæ, vel dignitatis exaggerasse, cum meliora es-
se vulnera diligentis, quàm fraudulenta odij oscula non nescias. Sed ne D
adeo in priuilegiorum defensionem, vel elationem immoderatus erigaris,
vt Apostolicæ sedis iura quoquomodo temerè tetigisse videaris. Nam ma-
la consuetudo, quæ non minus, quàm perniciofa corruptela vitanda est,
nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis assumitur:
& incipiunt præuaricationes & variæ præsumptiones celerrimè non cõpres-
sæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuè celebrari. Igitur
nos in prædictorum clericorum restitutione gradus, omnibus hæctenus ar-
gumentis ritè collectis, & omnium vestrum hortatu, generali incitante con-
sensu, omnimodam conuiuētiam præbere potuisse cognosce. Sed quoniam
non secundum decretum nostrum eorum examinatio & perfecta discussio
prouenit, nec promotio vel abiectio ipsorum in synodali conuentu qualis
fuerit

Psal. 13.

Prou. 27.

Radicitus euellenda pernicio-
sa consuetudo.

A fuerit liquidò reperta est, nec Apostolicæ sedi sufficienti relatu monstrata:
Idcirco paululum à consummanda restitutione ipsorum interim delibera-
tuum cõsensum nostrũ coercere necessariũ duximus. Verùm quia in decer-
nendo quod canonicè deliberatum est, ac in restituendis sæpeditis cleri-
cis, atque in omnibus, Deo præduce, sicut decuit, & ordo poposcit, nostra
præcessit auctoritas, conueniens ac honestum est, vt iuxta postulationem
vestram nostræ firmationis perfecta subsequatur integritas, eo dumtaxat
ordine, vt frequentius intimati clerici, qui euidentissimè irregulariter ab
officio graduum suorum suspensi fuisse noscuntur, & hinc sedem Apostoli-
cam sæpissimè prouocasse, nonnullis indicijs comprobantur; ante omnia
prius gradibus, & officijs reformati consistant, ita vt prioribus redditi
gradibus & ordinibus, & quodammodo suis omnibus reuerti, vires aduer-
sus impetentes se integras habeant. Non enim inermis cum armato ritè
conflictum inire potest. Quibus videlicet gradibus, ac officijs fruētibus
eis, fraternitati tuæ licentia sit intra totius huius capedinem anni, sæpe-
dictos exhibere clericos ab ordinibus suis canonicè fuisse deiectos: ita vt
quicquid habes aduersus eos calumniarum, prosequendi tibi sit omnino
facultas. Quòd si totius huius anni circuitu dilapsò contra eos nullam ius-
tam apud sedem Apostolicam querimoniam composueris, nec illos ap-
petere de quocumque, vel cuiuscumque reatu, vel excessu, seu damna-
tione studueris; ipsis quidem deinceps in suis ordinibus permanentibus,
nos profectò nulli torpori dabimus operam, nec villo pacto à summa ces-
sabit diligetia, donec aut tu iuste nunc illos cõprobes restitutos, aut iuste
per te quondam ostendas remotos. Alioquin nos subsequenter exhibere
C proculdubio conuenit, non solum sæpeditos clericos præiudicialiter absq;
canone ab officio sequestratos, verùm etiam ordinatorem eorum inconue-
nienter, ac sine consequentia Ecclesiastica regimine præfulari priuatum:
quod planè præter te nullus, vt remur, omnino dubitat, nullus profectò non
prædicat: quandoquidem & nobis ita claret, quantum autumare possumus,
quemadmodum his, qui illo in tempore præsto fuisse memorantur.

Postremò scire te volumus, nostris auribus intimatum esse, fraternitatem
tuam non certis temporibus, & iuxta morem, alijs Metropolitanis Antisti-
bus definitis pallio à sede Apostolica concessò uti: quod valde displicet, si
ita à sanctitate tua fuerit elatè commissum, vt humilitatis oblita, ceteris
fratribus suis studeat videri sublimior: quamuis hoc non ad inanem glo-
riam vtendum sit, sed ad ornatum cunctarum virtutum gestandum. Quod
D benè tempore quo ipsius pallij vsum à sede Apostolica percepisti scripto
pagina, more solito tibi ostensum, atque præceptum est; cuius vsum si fra-
ternitati tuæ à sede Apostolica omni tempore concessus est, licet sit præter
Ecclesiæ consuetudinem perceptus, ac per hoc rationabiliter amittendus.
Nam priuilegium meretur, vt sanctus Papa Simplicius scribit, amittere,
qui concessa sibi abutitur potestate: tamen his nostris admonitus competē-
ter affatibus, stude ita modestè hoc uti, vt nec elatio mentis inuadat, nec ia-
ctantia inflet, nec vanagloria vulneret, nec modum propriæ dignitatis exce-
dat, nec temperantia, sine qua ceteræ virtutes imperfectæ cõsistunt, obliuio-
ni tradatur. Optamus fraternitatem vestram nunc & semper bene valere.
Dat. VIII. Idus Decembris, Indictione XV.

Pallio non est
vtendum, nisi
diebus à sede
Apostolica præ-
scriptis.

Epi. 16.

EPISTOLA XLVIII. B. NICOLAI PAPAE I. A

REFELLIT rationes à Theuperga ad dirimendum matrimonium adductas, prohibetq; ei ad Urbem accessum, nisi prius impetrata à Lothario Venia, & Vualdrada eodē veniente. ad extremum illam confirmat vel ad mortem, si opus fuerit, tolerandam.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectæ filiae Theupergæ gloriosissimæ Reginae.



Pistolam suggestionis tuæ præfultui nostro deferentibus legatis tuis missâ suscepimus, & quod nihil ipsa litteris quàm quod illi verbis indicauerint, euidenter agnouimus. Verum in utroque obstupefacti pariter & mirati sumus, atque tam repente styli & petitionis mutata verba considerantes, nihil tale te nobis intimasse quoquo tempore recolimus.

Sed quid nobis talia scribis & suggeris, cum nos te nobis hæc & scripturâ & suggesturam longe ante præscierimus? Verum cum ad relationem omnium penè insignium personarum, quæ in Gallicis & Germanicis regionibus consistunt, mentis inflectimus oculos, multum inter se distare conspiciamus, quod ipsa nunc dumtaxat significas, & quod illi quotidie propemodum verbis & apicibus innuunt. Omnes enim te in remotam afflictionem, intolerabilem oppressionem, nimiamq; violentiam pati testantur. Tu autem his contraria suggerens, nullo cogente, spontè, ac libenter à Regia dignitate exui te velle ac optare fateris, & cetera, quæ illi quidem aliter profecuta esse dinosceris, ita vt omnium assertionibus legitimè à Lothario Rege dimissa, iniquè deinde accusata, post hæc purgata, deinceps denuò repulsa, postremò decreto nostro iure recepta dicaris. Tu autem his omnibus contraria nunc effecta, & tuæ ipsius oblita professionis; nescio quæ friuola fatearis, quæ videlicet nolumus exaggerare, quia nolumus superuacue laborare. Intelleximus inquam iumenta in stercore suo proposuisse putrescere, & cui non sufficit non solum adulterium perpetrare, & falsitatis præstigia, ac iniquitatis adinventiones in funiculo vanitatis contraxisse; apposuit, vt etiã animas hominum periurij laqueis irretitas in extremum præcipitaret exitiũ: Sed quid mirum, si paucorum animabus per periuriũ acquiserit interitum, quãdo in sublimi positus per exemplum suæ mœchię tot hominum millia in perditionis chaos demerserint? Illud tamen quod Vualdrada perhibes testimonium, eam fuisse legitimam vxorem Lotharij, frustra conaris astruere, quandoquidem tuo nullo prorsus hinc testimonio quis indigeat, cum magis nos ita sentiamus, quod iustũ est, & ita intelligamus, quod æquũ existit, vt te etiam reprobata, etiã mortua Lotharius nullis legibus, nullis sine sui discrimine regulis, Vualdradam mœchã in vxorem vnquam permetteretur asumere. Vtrum ergo Vualdrada legitima fuerit aliquando Lotharij coniux, Ecclesia Dei satisfactione tua non eget. Vnum tantum scito, quoniam nec nos, nec eadem sancta Ecclesia, Deo auctore, qui adulteros iudicabit, Lotharium si Vualdradam quandocumque resumpserit, etiam te (vt prætulimus) decedente, dimittet omnibus modis impunitum. Illud verò quod dicis, Romam te velle venire, nobisque passiones, & quædam secreta tui pectoris referare; fieri non conuenit, quoniam & securitas itineris, quã præterdis, nulla est, & quamdiu Vualdrada ita Lothario iuxta posita est, ab illo

Prohibetur matrimonium adultera, etiam vxore mortua, si eã ea viuentis vxore contraxit.

A illo quoquam te discedere non permittimus. Dum enim tu discesseris, illa recipi proculdubio creditur, & in longinquitate tua ipsa confestim admittitur. Quod autem sterilis, vt asseris, permanere dinosceris, non hoc corporis infœcunditas, sed viri facit iniquitas, quamuis Deo fœcundante legamus, quoniam sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Perhibes etiam quòd matrimonium inter vos non diuinitus fuerit ordinatum, & idcirco permanere non possit. Quoniam omnis plantatio, quã non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. sed recole quòd Deus vineam plantauit, quam expectauit iuxta Isaiam, vt faceret vuas, fecit autem labruscas, & quæ secũdũ Ieremiam, conuersa est in amaritudinem vitis alienæ. Deus ergo plantauit matrimonium vestrum, sed coniugis tui vitio conuersum est in amaritudinem; & dum expectatum est, vt faceret vuas, fecit, heu, labruscas, vel etiam spinas. sed hæc quidem ex innumeris epistola tua sola commemorare libuit. Ceterum quis ignorat hæc te multis pressuris subactam depromere, ac innumeris malis attritam proferre, cum etiam, vt prædiximus, omnes religiosi & clari Galliarum & Germaniæ viri hæc ita se habere frequenti relatione testentur; adeo vt hæc te nobis scripturam fore ante multum temporis agnouerimus. Sed his omissis hortamur te, ac vehementer admonemus, vt ipsa tibimet manum non inferas, nec mortis fomitem generes. Melius quippe tibi est, vt veritatem loquentem alius te occidat, quàm tu te ipsam mendacium dicens interimas. Sta igitur intrepida, atque constans, & mortem quam quoquomodo semel experiri debes, præcipue pro veritate sustinere ne paueas. Quoniam cum Christus sit veritas, quisquis pro veritate moritur pro Christo proculdubio moritur, pro qua videlicet & Ioannes occisus Baptista martyriũ sumpsisse dinoscitur. Quòd si ille proximi iustitiam loquens interficitur; quanto potius tu Dei iustitiam loquens, & de veritate tua testificans, nullius mortis formidare debes exitium: Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, non solum alterius, sed suam.

Verum nos hanc confessionem tuam, quam non voluntas, sed vis extorsit, nequaquam pro confessione recipimus, nec permittimus tantum vitium radices extendere, quod nisi euulsum intimè fuerit, ad multorum perniciem potest accrescere. Denique si hoc licet, omnes viri possunt, quas iure sortiti sunt feminas, si has odio habuerint, diuersis afflictionibus macerare: & quòd legitimè non fuerint assumptæ fateri cogere: quin etiam, vt mortale crimen contra se dicant, illatis intolerabilibus pœnis compellere. Quis enim magis nocere valet, quàm ciuili hostis; vel quis amplius lædere poterit, quàm vxorem maritus? Sed nos tales fraudes præcauere debemus: & ne proficiant, in ipso nouitatis earum principio detruncare: nec tamen putamus Lotharium virum videlicet tuum in tantam sui perniciem deuolendum, vt vitæ tuæ insidiari quocumque modo consentiat: cum non sibi, vel regno suo minus, quàm tibi, si ad hoc tam immane piaculum dilapsus esset, acquireret omnino dispendium. Siquidem tu (quantum humanus intellectus sufficit inuenire) non solum innoxia sæpe comprobata es: verum etiam Ecclesiæ semper auxilium prouocasse dinosceris. Insuper & sancti Apostolorum principis præsidium, refugiumq; petisti: Vnde sedes Apostolica tuam causam coepit discutere; & speciali, quidquid quæstionis emerisset, iudicio suo referuare proposuit. Quamobrem quisquis contra te agit, non solum Ecclesiam Dei grauer lædit, verum etiam sedem Apostolicam, de cuius iudicio

iudicio non licet retractare, vehementer aduersus se commouere conuincitur. Sanè, si tu Romam venire disponis, & licentiam proficiscendi à coniuge tuo adipisci vis; nos è contra multo magis exhortamur, vt suadere modis omnibus eidem viro tuo procures, quatenus prius securitatem tibi certissimam tribuat, qua freta nusquam metuas te per hominem aliquid incidere læsionis: quod omnino non prouenire poterit, nisi Vualdrada prius Romam mittatur, & de ea quod conueniens sit diffiniatur, & ita demum talis immunitatis certitudo subsequatur, & tu nec veniens, nec commorans, nec hinc rediens, aliquod patiaris incommodum. Quòd si renuit ad repellendam à se sinistram suspicionem agere, cessa; & ne talibus fraudis insidijs acquiescas, omnino præcaue. Callide quippe tam ille, quàm satellites eius te decipere moliantur; & versuta suæ tergiuersationis pedicis supplantare proculdubio machinantur. Porro si amore pudicitiae, vt asseris, solutionem matrimonij quæris, hanc tibi nullo pacto noueris tribuendam, nisi vir tuus eandem pudicitiam non fidè sectatus extiterit. Denique (vt cum beato Gregorio Papa dicatur) Si continentiam quam vir appetit, vxor non sequitur; aut quam vxor appetit, vir recusat, diuidi coniugium non licet. Quare scriptum est, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Optamus tuam gloriam in Christo nunc, & semper bene valere dilectissima filia. Dat. IX. Calend. Febr. Ind. XV.

Matrimonium non dirimitur, nisi verique coniuges castitatem profiteantur. S. Greg. ep. lib. 9 epist. 39.

1. Cor. 7.

EPISTOLA XLIX. B. NICOLAI PAPAE I.

INVEHITVR in ipsos, quoniam Lothario non resistebant. nunciat Vualdrada, quæ Romam, vt iussa fuerat, venire noluerat, excommunicatam esse. iubet vt sibi significent, an Lotharius iuxta iusurandum Theupergam apud se habeat; vtque epistolam hanc manifestent: nisi id fecerint, eos communionem priuat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimis & Sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in regno Lotharij Regis Ecclesiam Dei gubernantibus.



Ptaremus tandem aliquando securi de correctione Lotharij Regis effecti, ad alia Ecclesiasticarum dispositionum negotia stylū protendere; sed nec peccata cōsummata ipsius, quæ mortem generant, vtcumque permittunt, nec studium vestrum, quo finem tantum scelus accipiat ita vigilanter, ac episcopaliter aduersus id saltem nobiscum decertando feruorem iustitiæ demonstrat. Quapropter attonitum satis cor vestrum non solum miramur, sed & dessemus. quis non enim lugeat tantam linguæ desidiā, atque remissas negligentiae manus, quando inter tot pastorum custodias, nec lupi gregi non parentis insidiæ præcauentur, nec leonis aditus quærentis quem deuoret, excluditur? & certè cum vnumquemque Christianum zelus Dei comedere debeat; multo magis vos eodè zelo vri oportuit, qui eiusdem sanctæ domus vtinam non ad maius periculum vestrum, eminentiorem gradum estis & ordinem consecuti. Sed his prælibatis ecce tertio nunc vobis omni esse Vualdradam filia nostræ Theupergæ Reginae iniquissi-

A iniquissimam æmulam consortio Christianorum, & communionem priuatam nostris epistolis indicamus.

Deniq; postquam eminentia missi nostri (sicut ipsi nostis) Lotharius Vualdrada repulsa Theupergæ Reginae cōiugi suæ obedientem se restituit, & præstiti sacramenti satisfactione certissima finem sceleri dedisse credi poterat; statutum est vt tanto fieret ab eodem Rege Vualdrada remotior, quanto antiqui hostis calliditas talibus non deesse conuincitur. statutum est etiam vt ipsa mulier in Italia interim remorata nostræ præstolaretur censura tenorè; & si hanc Romam venire necessarium duceremus, incunctanter occurreret: quatenus coram nobis consistens, aut se (si posset) innoxiam exhiberet, aut commissum confessa, misericordiam impetraret. At illa in Italiam quidem licet coacta venit, Romam verò mentis obstinatione victa proficisci desepxit.

B Immo tamquam irreprehensibilis conscientia retro conuersa in prouinciam properandi gressum protendit: quo audito, intelleximus eam flagitium suum nulla velle correctione terminari, nec proprium vulnus vlla desiderare subsequente medela curari. Quapropter sententiam in eam excommunicationis vsque ad correctionem, & idoneam nostram & totius Ecclesiæ satisfactionem protulimus. Nam quantum sit ipsa cunctis seuerius punienda, in hoc certum est demonstrari; quòd Rex quidem Lotharius adeo iniquitatem suam agnouit, vt etiam hanc & corrigeret: ipsa verò nec agnouit, nec confessa est, nec venenum suæ mentis deseruit. Verumtamen ab itinere coepto reducta, nec percussa doluit, nec attrita voluit recipere disciplinam: quippe quæ nec reuersa est ad percutiētem se, nec etiam duriora vulnera sensit. Merito ergo ea inter mortuos reputata, quæ nimirum neque (vt viua) vocem prædicantium audit, neque in suis penetralibus occultata, immo iam foetida iacens per confessiones foras egreditur; vobis eiusdem in iam fatam mœcham sententiæ prolatae notionem duximus nostris litteris exaratam denuo destinandam; admonentes videlicet, vt saltem vos & subiectos vestros ab operibus eius mortuis obseruaretis.

C & (vt præceptum est) pollutum minimè tangeretis. Quamuis easdem litteras, vt relatione nonnullorum audiuius, immo (vt lucri nullius effectu didicimus) recipere fraternitas vestra renuerit, nec in hoc pro quo missæ sunt, vel à nobis excitata vigilare, siue quamlibet operam dare curauerit: quæ si veritate minimè fulcirentur, profectò quantum proficeret, aut non proficeret Pontificio nostro solertia vestra iam dudum congruo retulisset. At verò cum nil ex hoc nobis retulerit, patenter datur intelligi, nihil hinc

D audij (vt admonita fuerat) eam penitus habuisse, in quo liquidò patet quid ageritis nullis hortatibus nostris pulsati, qui nullum in Ecclesiasticis correctionibus laborem geritis, etiā à nobis toties incitati, sed saltem nunc, quæ hactenus omisit, incipite, ita vt vnusquisque vestrū veraciter dicere cum Psalmista valeat: Nūc coepi, & nouissimè cum Apostolo securus, & lætabundus fateri: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, & de cetero reposita est mihi corona iustitiæ.

Verum iam fortasse malitiæ sibi finē imponeret, nisi quidā vestrum magis sua, quàm quæ Iesu Christi sunt, quærerēt. Quidā sibi peritura, seu toxicata beneficia subtrahi metuunt pro iustitia, quidam loqui renuunt; fauere autem mœchis tota virtute contendunt, ac per hoc æternis beneficiis iusto iudice decernente priuantur. Quamquam meminisse nihilominus debeant nos penitus non latere quantum ipsi fauorem mœchis præstiterint; nimirum

Epist. Tom. 3.

R

qui

Sap. 7.
Eia. 52.

Psal. 75.
2. Tim. 4.

Philip. 1.

qui surreptiones suas in profanis gestis nos dudum reperisse non nesciunt, **A** quibus & si forte Apostolica moderatione ignouimus; qualiter tamen his quibus pepercimus, fuerit ignotum, recolimus. Denique sic praeiterita dimisimus, ut futuris congruam adhiberemus cautelam, & sic se noscent illi prouisum iudicium euasuros, si se scirent in idem flagitium fauendo nunquam penitus incurfuros. Nunc ergo quoniam minus sese cautè ab eo munerunt, iudicium quod dilarum est inciderunt: quamuis & illis & his, qui mittere pro impetranda venia contempserunt, valde prouidendum est, ne à communionem nostram, ac per hoc ab vniuersalis Ecclesiae compage ruant, sicq; demum de gradibus suis minus in finem quam volunt exultent.

Præterea si quis (ut fama mentitur) aestimat nos Vvaldradae in Galliam remeandi licentiam, vel si qui sunt ad quorum notitiam epistolae nostrae propter occultationem earum non peruenere, si scire non recusant, quae **B** super huiusmodi negotio nostra fuerit immota semper intentio; Christianum, & Vualtarium comites interrogent, quos Romam licet non vno eodemque tempore, tamen continuato venientes, non solum, ut Lotharius quatenus à prauitate tandem cessaret, iugiter admoneretur, hortati sumus; verum etiam eis, quia Vvaldrada erat excommunicata, multipliciter intimauius, pro eo scilicet, quia impænitens permanere proponens à nobis salutis suae remedium, ad limina veniens Apostolorum (ut statutum fuerat) minimè postulauerit. In quo considerandum est, quia si idcirco potissimum per nos Vvaldrada multata est, quoniam coeptum salutiferum iter non perfecit, quomodo ut retro rediret nostram licentiam habere valuerit, ignoramus. Sed ad vos nunc nobis fratres carissimi sermo est, & ad vestrae beatitudinis reuerentiam noster stylus dirigitur, **C** quatenus si à Deo zelus vester non accenditur, ut Finees imitari videatur, videlicet, ut quod ille materiali, vos exerceatis gladio spirituali, saltem Natham, Heliam, ceterosque prophetas, qui delinquentes Reges salubriter corripuerunt aemulatione sacerdotali, seu pastorali sollicitudine reuocari non renuatis. Nam etsi quando Helias infirmitate victus humana, furorem Principis fugit, sed & scelera eius saepe redarguit, & impavidus exprobrauit: similiter & iste beatus Pastor Ecclesiae Petrus, qui prius quidem ab vnus mulierculae voce fragilitate superatus, & ipse humana (quod est diuina gestum dispensatione) dum mori timuit, auctorem vitae negauit, post acceptum sancti Spiritus donum, cuius partem & vobis ineffe non immeritò credimus; adeo etiam post minas, post caedes, vires principum pressit, ut meritò in igneis linguis Spiritum sanctum accepisse proberetur: **D** Nimirum qui quos repleuit ardentes, fecit pariter & loquentes, necnon & flamma diuini zeli, atque suorum mirabilium verborum facibus corda principum mundi accendentes, & reuera; quis infirmabatur, & illi non infirmabantur? quis scandalizabatur, & illi non vrebantur? Sed ne diutius immoremur, verbis vos solum iam nunc ipsius Apostolorum principis conuenire curamus: & quod ille presbyteros alloquens profecutus est, ad vos multo magis pertinere colligite, & quale malum sit adulterium, vel quid vos maneat, si studiosi, vel si desides fueritis inuenti, ut sermone illius, qui nobis per beatum Clementem recitatur, attendite. ait enim: Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? secundum namq; in poenis obrinet locum, quoniam quidem primum habent illi qui aberrant à Deo, etiam si sobriè vixerint; Propter quod vos ò presbyteri Ecclesiam excolite, & adornate spòsam Christi

1. Reg. 13.
3. Reg. 14.

Matth. 26.

2. Cor. 11.

Quam graue
peccatū sit adul-
terium.

A Christi ad pudicitiam: sponsam autè dico omnè Ecclesiae congregatione, quae si pudica fuerit inueta ab ipso spòso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & velut ministri sponsae & amici sponsi ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si verò sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tamquam indigna trudetur regalibus thoris: vos autem poenas dabit, si forte per vestram negligentiam & desidiam obrepserit contagio saua peccati. Ecce audistis præmium studiosi, ecce audistis discrimen vestrum inertes. His itaq; decursis, sanctimoniam hortamur vestram, & per incomprehensibilem sanctam Trinitatem vos omnes pariter obsecramus, ut litteris vestris sine mora per legatos vestros idoneos directos nobis veraciter indicetis, si secundum iuramentum præstitum coram misso nostro Lotharius cum Theuperga conuerfetur; aut si ita illam tractat quemadmodum **B** Rex legitime sibi coniunctam debet tractare Reginam; & qui sint illi, qui nullo pacto à nobis dissidentes adulteris nullum consentiunt præstare fauorem: necnon & hanc epistolam nostram ostendatis, & excommunicationis Vualdradae tenorem manifestum facere studeatis. Iam verò qui hæc vestrum agere & intimare quae diximus postposuerit, ipse se obnoxium & fautorem adulterorū palam ostendet; & hoc nobis erit signum, eum tanto consensisse facinori, si obedire huic instituto nostro neglexerit; ac per hoc tantam conuentum à nobis admonitum, ac salubri monimini satisfacere nolentem, sed per omnia nobis inobedientem nostra, seu totius Ecclesiae hunc communionem constitutum esse remotum. In promptu videlicet secundum Apostolum habentes, omnem vlcisci inobedientiam. Sanè cui personam dirigendi, nulla facultas suppeditat, saltem scripta eamdem indicantia **C** mittere minimè paruipendat, à qua indulgentia Viridinensem Antistitem non inconuenienter excipimus: quem omninò præcipimus non solum litteris ad nos, verum & personam de proprio clero mittere sine qualibet mora, vel excusatione profus idonea. Optamus sanctitatem vestram nunc & semper in Christo bene valere. Dat. VIII. Calendas Februarias Indictione XV.

2. Cor. 10.

EPISTOLA L. B. NICOLAI PPAE I.

DOLET quòd foedus, ut fama erat, cum Lothario percussisset. hortatur ut Theupergam, quae à Lothario armis afficiebatur, defendat. damnat Monomachiam, quam pro Theupergae causa Lotharius committi volebat, rogatque ut epistolam, quam Lothario scribit, ad ipsum mittat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo glorioso Regi.

Numquam dolorem generat sicut spes frustrata: Numquam aequè mentem vulnerat, ut molestum nuncium veniens insperatum. Sed quod dicimus, aperiamus. Denique inter alios sanctae Dei Ecclesiae religiosos propugnatores, atque veritatis strenuos defensores, neminem magis super Theupergae gloriosae Reginae contritione sollicitum; neminem magis ipsius incommoditatibus condoluiffe, quam vestrae pietatis affectum recolimus. Adeo ut in vita fratris eius, causam ipsius sedi Apostolicae retulerit. **R** 2 Icritis,
Epist. Tom. 3.

leritis, & eam largitate munificentiae vestrae non pauco tempore sustentaueritis, nosque frequenter ad auxilium illius exhortari studueritis. Quocirca sedes Apostolica tantam vestrae caritatis circa eam intuens abundantiam, quoniam celeri executione pertinacia peruersitatis obstante, causam eius perficere non praeualuit, vestrae hanc, tamquam Deo contemplante, atque beato secum Petro Apostolorum principe contradente tuitioni, seu clementi munitioni commisit. Nunc autem (sicut audiuimus) Lotharius Rex aduersus eandem Theupergam rursus armatus, ut assensum quoque vestrum huic nefariae intentioni suae copulare potuisset, foedera vobiscum iniisse dicitur, & quodam Regni sui collato monasterio, pro perdenda praefata Theuperga, nutum sibi vestrum iniisse diffusè longè lateq; fama protenditur. Quòd si ut multi ferunt verum est, vehementer extitit dolendum, & amarissimè deplorandum, videlicet, ut à priori consilio pietatis nunc retro, quod absit, conuersi consilium detis impietatis, & qui haecenus fauorem praestabatis aequitati, nunc assensum praebatis iniquitati. O incomparabile detrimentum: o inenarrabile pij Regis compassionis dispendium. Sed absit hoc à tanto Principe, absit à fidelium cordibus de tanto Christi cultore tale quid facile credere, cum potius credendum est eos, qui Balaam imitantur, meritò reprehendere, qui contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam moriendo poposcerat, consilium praebuit, & cum occasione de auaritia reperit, illico oblitus est quicquid sibi de innocentia optauit: sed quod deprehensio nequitiae consensu vestro non dum ex toto credere patimur; restat ut ad exhortandos vos, quò circa iam fatam Reginam pium, ac inchoatum opus consumetis, interim calamum temperemus. Ecce enim veritas dicit: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. C

Ecce de offerente iuge sacrificium beato Job legitur. Sic faciebat Job cunctis diebus. Quod Beatus Papa Gregorius exponens ait: In sacrificio igitur sancta actio, in cunctis autem diebus sacrificij constantia actionis ostenditur. Sed his ita praemissis, excellentiam vestram nolumus ignorare adeo Lotharium Regem, Theupergam coniugem suam diuersis afflictionibus subdidisse, & innumeris pressuris contra praestita iuramenta subegisse, ut nobis coacta nunc scriberet Regia se velle exui dignitate, seu copula, & sola priuata vita fore contentam desiderare. Cui nos scripsimus, non aliter hoc fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit.

Verum (sicut multorum relatu didicimus) ipse Lotharius conuentum celebrare disponit, & eandem Theupergam examini proprio, & iudicio subijcere meditatur: & siquidem eam praestigij falsitatis suae, vel argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eam à se penitus sequestrare: sin autem, vult eam tamquam propriam quidem vxorem admittere; sed deinde quasi mœchata fuerit, insimulare, atq; per hoc hominè suum & hominè Theupergae ad Monomachiam impellere: & si homo ipsius Reginae ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quae quantum sint omni diuinæ vel sanctorum patrum legi contraria, magnitudo quidè prudentiae vestrae dignius iam aduertit. Sed & nos hinc aliquod strictum volumus demonstrare, prius asserentes quia de retro acta cōtrouersia Theuperga non debet vterius ad iteratam responsionem prouocari; quoniam quod bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis vbi fuerit maior auctoritas, retractari.

Deinde

- A Deinde quia Ecclesiae refugium quaerens, & Ecclesiasticum iudicium semper expetens, seculari non debet submitti iudicio. Post hæc verò cum nos ex vtraq; parte, id est tã à Theuperga, quàm à Lothario fuerimus prouocati iudices, nosque amborum controuersiam executi sumus, ad nullos alios conuenit super hoc negotio iudices conuolare, cum secundum sacros canones, à iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare: & vbi concessa est prouocatio, non nisi vbi est maior auctoritas, liceat prouocare. Itaque cum non sit Apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executum est, vsquam maior auctoritas; nescimus si alicui liceat de eius iudicare iudicio, vel eius retractare sententiam: siquidem iuxta quod Ecclesiastica lex, & mos antiquus obseruatus, dicat ad illam quidem prouocatum, & aliorum ipsam dissoluisse iudicium nouimus. Ab ipsa verò prouocatum, vel sententiam eius quosquam violasse non nouimus. Illud verò quod Lotharius Theupergam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum, & omni iniquitate? Denique, si vxor eius (ut ipse iacet) non est quid pertinet ad eum de adulterio illi calumniam texere, cum nec mœcham potuerit, si alicuius vxor non extitit? Porro de adulterio, si à Lothario accusatur, & conuicta fuerit, ultio preparatur, necesse est, ut fateatur vxorem. Quod ergo incassum laborat, anxietur; & quod sua non fuerit vxor, quibuscumque modis, & qualibuscumque argumentis satagit inuenire. Necesse inquam est, ut ante omnem controuersiam, vxorem confiteatur, si hanc ut mœcharam impetendam existimat. sed de hoc illa coram missi nostri praesentia purgare se voluit, sed ipse non annuit. Monomachiam verò in legem assumi, nusquam praeceptum fuisse reperimus: quia licet quosdam iniisse legerimus, sicut sanctum David & Goliath sacra prodit historia: nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi diuina sancit auctoritas, cum hoc & huiusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur. His ita prelibatis, dilectionem vestram obnixè deposcimus, ut cura & sollicitudo, atq; omne omnino studium, seu auxilium, quod circa eandem feminam semper feruidum habuistis, nullo tempore frigescat, immo nullo pacto tepescat, sed potius, quantum vires caelitus collatae ministrant, nullatenus ei nocere quocumq; geminata caritas vestra permittat ingenio: ne si forte quicquam laesionis inciderit, ipsi pro illa in terribili diuino iudicio cogamini reddere rationem, cuius nos, tamquam Deo, sicuti praediximus, contemplante, illam vice principis Apostolorum, cuius praesidium asciuit, saluandam tuitioni commisimus.
- D Ad extremum verò, & quando iam nulla securitas & immunitatis eius (quod gementes dicimus) inueniri poterit remedium, atque imminens sibi certissimè prauidetur interitus, recipite illam ad vos, & quousque de ea, quod Dominus reuelauerit, ordinetur, in regno vestro fouete, ac ei solita pietati vestrae beneficia ministrare; & ita demum, siquid illi obijcitur, auctoritate nostra praeniente, ipsius æmuli prosequantur. Sed notate quoniam tunc hæc fieri permittimus, cum à prudentia vestra, vel eorum qui nobiscum sapiunt, nulla spes salutis Theupergae remanere praescitur. Præterea siue de coniugij foedere, siue de adulterij crimine iudicium sit agendum, nulla ratione patet Theupergam cum Lothario posse legalem inire consuetudinem, vel legitimum controuersiae subire certamen nisi prius ad tempus fuerit suae potestati reddita, & consanguineis proprijs liberè sociata. Inter quos etiam locus prouidendus est, in quo nulla sit

Epist. Tom. 3.

R 3

vis

Matth. 10.

Iob. 1.
S. Greg. in ex-
pos. moral. li. 1.

Non licet vxori
continentiae vo-
ta eligere, nisi
etiam vir eius
idem faciat.

Monomachia
non est vtendū
ad purgationē.
1. Reg. 16.

vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, vel ceteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersijs requiruntur. Verùm hæc, non vt fiant, dicimus, quæ sine decreto, vel ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus: sed vt ostendamus quem legum conflictum Lotharius congruè posse autumat, cum personam, quam in suis penetralibus quotidie fatigat, quotidie cõterit, quando vult ad iudicium educit, quando vult ad claustra reducit; & cum educta fuerit, nisi ea profiteatur, quæ ipse præceperat, quis est qui dicere possit, quantis malis introducta submittitur? propriæ igitur libertati committi, & ab omni oppressione, ac potestate ipsius cum quo initur conflictus, oportet liberari, atque in suis licenter vti, & suspensas personas conuenit declinare, quæ se ab obiectis ostendere cupit immunem. Sed iam vt fili carissime epistolæ finem ponamus, semper vos illud quod de bene operante beato Iob supra commemorauimus, recollere; semper in causa sæpeditæ Regiæ habere præoculis admonemus: quia frustra laudabile quod geritur, si cunctis diebus quibus viuit, hoc non exequitur operator: atque incassum in stadio currit, qui antequam ad designatum perueniat locum, succumbit. Scriptum quippe est: Væ qui perdiderit sustentiam. Vos autem sic currite, ut comprehendatis. Quæ præterea de Vualdrada mœcha & excommunicata decreuerimus, vos non latet. Quæ verò, quoniam nobis non annuentibus, in Galliam habitatura repudauit, super ea Episcopis regni Lotharij scripserimus in epistola, quam cis misimus, potestis agnoscere, cuiusque transcriptum exemplar venerandis Antistibus in regno vestro Ecclesiam Dei gubernantibus vestra tribui gloria faciat.

Eccl. 1.
1. Cor. 9.

In ep. superiori.

Præterea rogamus, vt vestra sublimitas sine omni dilatione præsentem crebro dicti Regis Lotharij nomine titulata per fidelem, ac prudentem virum eidem destinare maturet epistolam. quidam verò suscipiunt quidem, sed palam demonstrare formidant: vel etiam Lothario placere volentes, hanc aliorum visione perniciosissimè priuant. Quapropter obnixè precamur, vt per talem eandem epistolam nostram virum, iam designatis Antistibus, vestra sapientia mittat, qui prudenter incedens, nullum prorsus eorum prætereat, cui hanc non tradidisse quocumque modo clarescat. quo cautè, ac indifferenter acto, qui hanc susceperit, vel non susceperit per caritatis vestræ legatum, vel litteras protinus, ac certissimè, seu pleniter nobis poscimus intimari. Nam licet omnes arguendi sint ob nimiam soporem desidia; multo tamen illi seuerius increpandi, vel percutiendi consistunt, qui totiens etiam à nobis moti, excitari pestifero torporis fomno depressi, refugiunt: sed priusquam veraciter hos agnoscamus, nihil de his definitiuum deliberare prorsus absentia, seu potius ignorantia, iustitia distante, permittit. Optamus gloriam vestram in Christo nunc & semper bene valere dilectissime fili. Dat. VIII. Calendas Februarias, Indictione XV.

EPISTOLA LI. B. NICOLAI PAPAE I.

Lothario gloriosissimo Regi.

ACRITER obiurgat Lotharium, quod Theupergam variè vexasset, & iurare compulisset, Vualdradam eius legitimam esse uxorem. prohibet Theupergam Romanam

A *mam venire, nisi prius etiam Vualdrada eodem veniat. tandem Lotharium monet, vt hac reiecta, Theupergam uxorem suam recipiat, ne in anathematis sententiam ipse quoque incurrat.*



Vdito reuertete misso nostro correctionis tuæ, vt ita dicamus, initio, gratias Deo egimus condignas, & vt tibi quoque gratias competibiles referremus animum præparauimus. Sed heu aduersa nuncia venientia, huius intentionis nostræ proposito celeriter obuiarunt. Quapropter compulsi sumus mutare vocem, & qui ad gratiarum actiones os aperire disposueramus in luctus & increpationes ad hoc officium linguæ coacti dirigimus: siquidem epistolam nunc suggestionis Theupergæ gloriosæ Regiæ missam, deferentibus legatis eius suscepimus, quam nihil intimare reperimus literis, nisi quod illi asserere videbantur verbis. Verùm in vtroque pariter obstupescit & mirati sumus, atque tam repente styli & petitionis mutata sensus pendentes, nihil tale illam nobis intimasse quoquo tempore recolimus: siquidem cum ad relationem omnium penè qui ex Gallicanis & Germanicis regionibus Romam orationis gratia veniunt, vel multorum illic degentium oculos mētis inspicimus, plurimum distare cõspicimus quod ipsa nunc dumtaxat significat, & quod hic omnes quotidie propemodum verbis & apicibus innuunt: quippe quam in remotam cuncti afflictionem, ac intolerabilem pressuram, nimiamque violentiam pati testantur; quamuis illa contra, sponte ac libenter à regia dignitate exui se velle, ac optare fateatur, & copula, quæ illi quidem aliter prosequi cernitur: ita vt omnium assertionibus legaliter ad te admissa, iniquè deinde accusata, post hæc iudicio, quo tibi & omnibus subiectis tuis, necnon & Episcopis placuit euidenter purificata, deinde secundo repulsa, postremo monitis & decreto nostro pariter & hortatu filij nostri excellentis Augusti iure recepta dicatur. Ipsa autem his omnibus contraria nunc effecta, & suæ ipsius oblita professionis, nescimus quæ friuola fateatur: quæ videlicet nolumus exaggerare, quia nolumus superuacue laborare. Dicimus tamen multorum relatu, ac multis iudicij te admiratione eorum conuersum, de quibus Apostolorum princeps dicit: Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitionem Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus impliciti superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus: Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti ab eo quod illis traditum sancto mandato. Contigit enim illis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Didicimus inquam, te, qui prolixo tempore in scelere permanens Ecclesie Dei nõ modicum nocuisti, nocere adhuc; & qui in sordibus eras, sordescere adhuc. & certè in reuersione legati nostri te correptum audiètes, vltra quàm dici valeat, exultauimus, & omnipotenti Domino gratias immensas retulimus, putantes videlicet de apprehensis à te honestis moribus, tandem aliquando flagrantiam in odorem suauitatis ad Dominum dirigi, nõ foetorem reiteratæ nequitie tuæ colluione per mundum vltra dispergi: sed heu è contrario pro suauis odore foetor, non in quo currendum sit, sed qui tota velocitate fugiendus existat. Ecce hæc illac diffunditur: siquidem, vt opinamur, tibi non sufficit solum adulterium perpetrasse, nisi apponas vt etiam animas hominum periurij laqueis irretitas in extremum demergas interitum. Sed quid mirum, si paucorum

Regino lib. 2.
Chion.

1. Pet. 2.

Prou. 2. 6.

Apoc. 2. 2.

rum animabus per periurium, exitium acquisisti, quando in tanta sublimitate postus per exemplum tuæ mœchiæ tot hominum millia in perditionis chaos præcipitaueris; nam maiora facit crimina sublimitas dignitatum.

Illud autem quod prænominata Regina quasi Vvaldrada testimonium perhibet dicens, eam fuisse tuam vxorem legitimam aut inuita, aut frustra conatur astruere, quando quidem illius nullo prorsus hinc testimonio quis indigeat. Cum magis nos ita sentiamus quod iustum, & ita intelligamus quod æquum est, ut etiam Theuperga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis vnquam Vvaldradam in vxorem possis, aut permittaris assumere. Vtrum ergo Vvaldrada legitima tua fuerit aliquando coniux, Ecclesia Dei satisfactione Theupergæ non eget. Vnum tamen scimus, quoniam nec nos, nec eadem sancta Ecclesia, auctore Deo, qui adulteros iudicabit, si Vvaldradam quandocumque resumpseris, etiam Theuperga decedente, dimittet modis omnibus impunitum. Illud verò quod dicit se Romam velle venire, nobisq; passiones & quædam secreta sui pectoris referare, fieri non conuenit: quoniã & securitas itineris quam præterdit, nulla est, & quandiu Vvaldrada ira tibi iuxta posita est, diaboli versutia non abesse conuincitur: dum enim Theuperga discedit, Vvaldrada incunetanter accedit: nimirum quia dum lex repellitur, præuaricatio confestim inducitur. Ceterum, quis ignorat Theupergam hæc contra se multis presuris subactam deponere, & innumerabilibus malis attritam, immo mortis periculum formidantem (quod solo Deo custode frequenter euasit) asserere? Cum etiam, ut prædiximus, penè omnes religiosi clari viri Galliarum & Germaniæ, hæc ita se habere crebra relatione testentur. A deo ut hæc eam quæ nunc scripsit, nobis scripturam fore ante multum temporis præscierimus: verum nos talem confessionem eius, quam non voluntas, sed vis extorsit, nequaquam pro confessione recipimus. Quamobrem quisquis contra Theupergam agit, non solum Ecclesiam Dei grauiter lædit, verum etiam sedem Apostolicam (cuius iudicium non licet retractare) vehementer aduersus se commouere conuincitur, quomodo illa ex vtraque parte prouocata, id est tam à te, quam à Theuperga, cuius vestri negocij executrix & interpretrix effecta est.

Iam verò si eadem Theuperga Romam venire disponit, & licentiam à te coniuge videlicet suo proficiscendi adepta fuerit, securitas est ei prorsus certissima tribuenda, qua freta, nusquam metuat se per hominem aliquid incidere læsionis: quod omnino non præterire poterit, nisi Vvaldrada Romam prius mittatur, & de ea quod conueniens sit, diffiniatur: & ita demum talis immunitatis certitudo subsequatur, ut se prædicta Theuperga nec veniens, nec commorans, nec rediens, aliquod patiatur incommodum. Quod si minimè pro repellenda à te sinistra suspicione promiseris agere, cessandū est, & ne talibus fraudis insidijs acquiescamus, omnimodis præcauendum. Tuq; summo studio præfatam Theupergam cõiugem tuam tamquam propriam carnem fouere ac diligere procurato, & ne illam separari à te vlllo pacto consentias, vigilanter attende. Vnde si vult à te discedere, corripere, immo corripere eam & à tali intentione per omnia satage reuocare. Iam verò, si amore pudicitia separationem quærit, & coniugale connubij solutionem efflagitat, certum est, Apostolo prædicante, quoniam mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; verum si & ipse pudicitiam seclatatis religionis obtentu, copulam dissoluere vis, tantum ne simulatè fiat, concedimus. Nã licet scriptum sit, quod Deus iunxit homo non separet, Deus tamen & non

homo

Gravius ceteris
peccat in digni-
tate constituti.

Cõfessio vi ex-
torta non est cõ-
fessio.

1. Cor. 7.

Matth. 19.

A homo separat, quando diuini amoris intuitu, ex consensu vtriusque coniugis matrimonia dissoluntur. Si ergo hoc modo vis; nos grato permittimus animo, celeremq; præbemus assensum. Aliter autem fieri mutuam vestram separationem prohibemus; siquidem scriptum legimus: Erunt duo in carne vna. Quod sanctus Gregorius exponit dicens: Si igitur vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir dimittit vxorem, vel mulier virum, in hoc mundo remanentem, vel fortasse ad illicita migrantem; quæ est ista conuersio, in qua vna eademq; caro, & ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si verò vtriusq; conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? quãdo certum est, quod omnipotens Deus, qui minora concessit, maiora non prohibuit.

Porro si sterilitas accusatur, cogita Saram nonagenariam, Annam quoque simul & Elisabeth, quam tamen sterilitatem fortasse non facit infœcunditas, sed iniquitas. De alijs postremò vitijs audi quod cælestis bibliothecæ cultor dicat Hieronymus: Graue, inquit, pondus vxorum est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si vaga, si iurgatrix, si maledica tenenda erit istiusmodi? volumus nolimus sustinenda est: cõ enim essemus liberi voluntate, nos subiecimus seruituti, & reuera (ut verbis vtamur Apostoli:) Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Congloriosissime Rex esto propria contentus vxore, & præter illius, alterius vnquam ne queras consortium. Et certè quantum humanus inuenire potest intellectus, eadem crebro memorata mulier non solum infons sæpe comprobata est, verum & Ecclesiæ auxilium, atque iudicium prouocasse dinoscitur, nisi & sancti Apostolorum principis Petri præsidium expeririit. Vnde sedes Apostolica causam vestram per ipsam cõpit discutere, & quicquid questionis emerisset, speciali iudicio suo reseruare proposuit. Qua de re non putamus te in tantam tui perniciem deuoluendum, ut contra nostras definitiones vel aduersus crebro dictam feminam beati Petri confugio prorsus innixam agere quocumque modo consentias: cum tibi potius & regno tuo, quam Theupergæ, si ad hoc tam immane piaculum dilapsus fueris, acquiras omnino dispensandum. Igitur consilium nostrum accipe, & monita nostra tamquam affectuosi patris amplectere, atque ab omni prauitate mentem, linguam, corpusque refræna. Præcipuè Vvaldrada pellicis tuæ, & iam dudum à te repudiatae communionem declinans, & eius consortium perpetuae obliuioni contradens. Excommunicata est enim, & vsque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequeltrata, sicut iam totus nouit occidens, & iam iamque quoque per missos nostros minime cum plagis ceteris oriens ignorabit. Quamobrem cauendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro vnus muliercula passione, & breuissimi temporis desiderio vincetus & obligatus ad sulphureos fœtores, & ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis prælati delinquent; ac per hoc ipsi crudelius quam ceteri puniuntur, sed (ut manifestius vera nos dicere scias) beatum Papam Gregorium audi, qui ait: Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, ut tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt non solum moriuntur. hæc autem nos tibi nunc scripsisse, & quali inter nos & te verba nostra excessus tuos corripientia discursisse sufficiat.

Ceterum

Genes. 2.
S. Greg. ep. li. 9.
c. 39.

S. Hieron. in
Matth. c. 19.

1. Cor. 7.

Pastor. par. 3.
c. 5.

Matth. 18.

Ceterum prae caue, ne quando nobis secundum Domini praeceptum duos, aut tres testes adhibeamus; immo verò, ne hoc Ecclesiae sanctae dicamus, & quod non optamus, de cetero fias cunctis sicut Ethnicus & publicanus.

Porro vestram excellentiam hortamur, ut hoc exemplar epistolae ad Lotharium missae, quousque illum nostris monitis obedire perfecte cognoueritis, apud vos nemine alio sciente retinearis. Si autem suae obstinationi non cesserit, & quae ei ad praesens dirigimus, perficere distulerit, vel si Theupergam Reginam debito honore non retinuerit, vestra ad omnium notitiam, quae de eo statuis, faciat venire sublimitas, & iuxta nostrae censurae modum ad gloriam vestram transmissum, huc illucq; dispergat.

Ex his constat hanc epistolam missam alicui principi fuisse. Ut illam ad Lotharium deferri iuberet, & quantum ex hinc superioris epistolae conieci potest missa fuit Carolo Regi.

EPISTOLA LII. B. NICOLAI PPAE I.

OSTENDIT sibi gratissimum fuisse, quod clericos à synodo Sueffonensi deiectos receperit, & privilegia à sede Apostolica Hincmaro concessa ei non suffragari, agit gratias pro Balduino in gratiam recepto, hortatur ut sedem Apostolicam reueretur, & Romagarium cocercendum curet.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Carolo.



Utm talem se gloria vestra circa nos semper exhibeat, & frequentibus vel litteris vel legatis missis erga Pontificium nostrum deuota, visitationis cultum impendat, & decretis nostris obedientiae sublimia colla gratanti facilitate summittat; non nisi beatum Petrum Apostolum dilectorem suum, cuius locum meritis oppidò discrepantes obseruamus, in nobis honorare se debet pro certo cognoscere. Immo Deum in suo Apostolo venerari, qui & suis Sanctis tantam gloriam tribuit, & nos sollicitudinis eorum haeredes ac successores esse constituit: sed & nos gratiarum actiones condignas promptae deuotioni vestrae referentes, multo magis eius omnipotentiae, per quem & pro cuius nomine talia geruntur, laudes assidue persoluere non cessamus. De cetero filii carissime grates pia benignitati vestrae rependimus; quoniam totum desiderium suum colligens in deiectionum clericorum recuperando statu, studuit delere noxam, quam in depositione ipsorum consensum praebendo, contraxit; & credimus quod p. superet merces alacritatis, quam nunc habuistis in receptione delictum, quod commiseratis in eorum dudum repulsiōe: quoniam istud Dei amore, illud hominis surreptione patratum est; Verumtamen hortamur, & sicut dilectum filium admonemus, cauere vos, ne talibus de cetero conueniam facile tribuatis, quoniam quod hodie committitur, vtrum ad emendationem peruenire quandoque valeat, ignoratur. Illud praeterea commemorare libet, quod inter alia epistolae vestrae de fratre & Coepiscopo nostro Hincmaro textus enunciat, dicēs videlicet, quod omnia consequenter cū reliquis cōsacerdotibus omnino explere acceleraret, nisi iuxta privilegium decessoris nostri Domni Benedicti, & nostrorum summam nobis referuadam coepti de restitutione doceret negocij: quorum scilicet priuilegiorum tenorem nisi suatim frater Hincmarus partim celasset, & quaedam, quae illic habentur inserta, quadam astutia cognitioni communi negasset, neminem putamus priuile-

A priuilegia nostra à sedis Apostolicae institutis, vel ab obedientia, quam exigimus, auertissent. non enim nos inobedientiam praedicamus, vel ne obtemperetur decretis sedis Apostolicae diffiniuimus, cum potius eiusdem testantibus priuilegijs, saluo Romanae sedis in omnibus iussu, atque iudicio, synodum, quam ille pro clericorum deiectione memoratorum collegerat, stabiliter esse manendam censuerimus: & ea conditione ipsius priuilegij tenorem affirmauerimus, si numquam ille à sedis Apostolicae praeeptionibus aliquo tempore discrepasset. Frustra ergo priuilegia à sede Apostolica concessa, ne sanctiones explere nostras acceleraret, a seuerat impedisse, cum constet potius (ut ipsorum textus insinuat) quo magis ad obediendum nobis acceleraret, ea hunc multipliciter admonuisse, atque si rata, quae sibi collata fuerant circa se sentire voluisset, ad obtemperandum institutis nostris se illa plenius ac abundantius incitasse. Gloriosissimae praeterea charitati vestrae denuo pro Balduino gratias agimus, denuo circa eum exhibitum tantum inclytae vestrae deuotionis affectum laudamus, denuo quod deest oblatis pro eo petitionibus nostris, suppleri per pietatis vestrae munificentiam deprecamur. Iustus enim est, ut bonum, quod diuinitatis respectu nobis interuenientibus coepistis, ut obedientiae, ac dapilitatis vestrae, atque clementiae merces perfecta sit, consummare beneuolentia satagatis. De cetero carissime vigil esto, & solerter intentus circa sanctam Ecclesiam Romanam, & erga sedem Apostolicam, quemadmodum Dei cultores parentes vestros extitisse nonnulla scripta, & probabiles viri testantur: quoniam illi penitus vestri, dilectorumq; vestrorum penes Apostolorum confessiones nullo modo poterant obliuisci. De restitutis verò clericis quid decreuerimus, epistola nostra fratri & coepiscopo nostro Hincmaro missa, recitata sapientiae vestrae auribus poterit intimare. Optamus excellentiam vestram in Christo nunc & semper bene valere. Dat. viij. Idus Februarij, Indictione xv.

Interea nosse vos cupimus, quia quidam Rangerius in Villa Materiola patrimonio Linorci, quem vestrae protectioni commisimus, innumera mala operetur, & homines, qui ibidem sunt, praedis & variis afflictionibus opprimat. qua de re precamur, ut missis mox ad eandem villam strenuis ac fidelibus viris, praedictum Rangerium vestra gloria coerceri faciat, & ne quod ulterius ibi contrarietatis exercent, funditus comprimatis.

EPISTOLA LIII. B. NICOLAI PPAE I.

D Vt Lotharium moneant, ut debito amore Theupergam prosequatur, ac pro Bosonis reuocanda vxore laborent.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Ludouico glorioso Regi.



Recamur amabilem dilectionem vestram, ut Regem Lotharium monere nullo pacto desistatis, ut debitam dilectionem Theupergae Reginae vxori suae semper impendat; nec sibi blandiatur, quasi studeat eam cogere, ut aliquod sibi crimen impingat, & per hoc valeat illam à suo consortio sequestrare: quoniam hoc nec ipse legaliter agere prauelet, nec nos talibus praestigijs, & tam fraudulentae calliditati locum dare per-

permittimus: sed etiam si abundante iniquitate, qualibet astucia, potius **A** autem violentia tale quid machinari potuisset, Vvaldradam ei inœcham, cuius immundo desiderio ad ista intendit, anhelat, & peruenire dementer affectat, nullus coniugali fœdere permetteret sociari, nisi forte quis omnium legum, nisi cunctarum regularum temerator & infractor inueniri valuisset. Agite igitur circa eum benignè, & quoniam filius germani vestri est, tamquam os vestrum, & carnem monere, increpare: immo verò etiam seuerius corripere, quin & quoquomodo corrigere studeatis, mentis scilicet eius salutem magis quam corporis anhelantes. Postremò filii charissime, non vos latere credimus, quot & quantos labores pro refuga illa Bosonis vxore sæpe pertulimus; & quotiens eam vt ad iustitiæ tramitem remearet, salubriter admonuerimus; & qualiter etiam non respicientem, sed in nequitia sua pertinaciter persistentem, gladio anathematis percusserimus, quæ nec percussa doluit, nec attrita voluit recipere disciplinam. Vir autem eius innocens, videlicet, in eius absentia hinc inde labore non modico fatigatur, quomodo nec ipsi reconciliari absentis præualeat, nec alterius, illa viuente, consortium ei coniugale conceditur. Qua dere, quoniam improbitatem & insolentiam eiusdem viri continuam patimur, volentis scilicet, ardentem ad secundum, immo illicitum conuolare connubium; obnixè dilectionem vestram deposcimus, vt pro reuocanda ea, omne studium pro Dei amore sumatis: quinimmo & eandem perditam, atque sæpe damnatam feminam lucrari Domino valeatis, ita vt si monitis prouocata, viam suæ salutis non arripit, saltem pressuris per vestram industriam angustata respiscat: & quæ ad Dominicam carnem spontè intrare noluit, dum tantum intret, vel compellatur inuita. **C**

Nam forte de huiusmodi Dominus per Prophetam dicit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos; quæret, & non inueniet eos, & dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc: quod venerandum oraculum si tropicè differatur, non paruam vtilitatem generat. Verùm nunc breuiter dicendum est, quoniam si eadem femina sicut nec debet nullius communionem frueretur, & non exquisitis voluptatibus potiretur, sed denique vias suas spinis septas pateretur, si in terrenis desideriis de impossibilitate lassaretur; iam Deum profectò ad mentem reduceret, & ad amorem viri proprii vel inuita rediret. Si ergo peruicax illa & impænitens anima, quæ **D** diu est adultera conata persistere: sic fortasse, si tamen necessitas ei per vos rerum interim titularum imponeretur, fidelis iam decerneret esse coniux, quæ & meritò, ac veraciter deinde dicere posset, Reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.

Optamus gloriam vestram bene valere dilectissime filii. Dat. Non. Mart. Indictione XV.

EPISTOLA LIIII. B. NICOLAI PAPAË I.

PRÆCIPIT vt Bosonis vxorem ad proprium virum redire curet: si autem illa non paruerit, vnâ cum fautoribus eam excommunicet.

NI.

A NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Reuerentissimo ac Sanctissimo & confratri nostro Hincmaro Archiepiscopo, & omnibus Archiepiscopis seu Episcopis in regno Caroli constitutis.



Anonica auctoritas hoc omni in loco prædicare non cessat, vt populus diuino cultui mancipatus irreprehensibilis existat. quo enim mediante fieri melius poterit, quam illorum sollicitudine, qui pastorum loco curam Dominici gregis susceperunt? Quapropter vestram cõmonemus fraternitatem, immo & sanctitatem, vt vestram dioccesim non sinatis pollui fornicarijs. Ecce iam pridem direximus vobis de vxore Bosonis comitis, quæ relicto viro fugit, vt eam reuocare fecissetis viro suo: sed quod occasione mergente minimè factum conspicimus, vnde forsan vos negligentes, nos iudicare possumus: quapropter præcipimus vobis auctoritate Apostolica fulti, quatenus eam faciatis reuerti ad proprium virum, concessa sibi negligentia, qua in eum deliquit: & si vobis inobediens contempserit repedare, corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, & societate omnium fidelium citius tam illam, quam ceteros qui eius facinori fauere videbuntur, excommunicare festinetis: vt domus Dei talibus rectoribus dirigatur, quales catholicus ordo delegisse cognoscitur. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

EPISTOLA LV. B. NICOLAI PAPAË I.

C COMMENTAT diligentiam, quam adhibuit, vt Lotharius sedi Apostolicæ obtemperet. dolet ipsum Lotharium, quamuis sæpe promittat, non obedire, eumque in Colonienfi & Treuevenfi Ecclesijs Episcopos canonicè eligi non permittere, Vvaldradam fouere, ac Theuergam erumnis multis afficere. hortatur vt illum Romanum venire prohibeat, nisi prius sedis Apostolicæ mandata adimpleat. ad extremum de reditibus, quos in eius regno habebat.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Dilecto filio Ludouico glorioso Regi.



D Yllabarũ vestrarũ tenore pandistis, vos cū dilecto filio nostro Carolo glorioso Rege, fratre videlicet vestro, ad commune colloquium venisse: cuiq; defuit Lotharius Rex, nepos scilicet vester, perhibetis vos ad eum iam dictum fratrem vestrum Carolum Regem, adiuncto sibi quodam ex episcopis regni vestri misisse: quatenus (prout vobis per epistolas nostras ad vos directas iniunximus) ab illis admoneretur, vt in omnibus iussionibus nostris obediens existeret. Quod quia tam vtpote pij principes iustitiam diligentes, quàm proximi salutem per caritatem quærentes, nostrisq; nihilominus adhortationibus obsecundantes, egistis; debitas gratias agimus: quantum tamẽ lucri efficacia vestra, vel nostra monita penes eundem Regem Lotharium impetrarint, fateor hætenus non elucet. sed dicitis eum tam absentẽ quàm postea præsentem, à vobis ipsam admonitionẽ benignè

Epist. Tom. 3.

S

susce-

Matth. 21.

Exod. 19.

suscepisse. Deindeq; professum fuisse in omnibus se nostris præceptionibus A pariturum. quod quam saepe audiimus, non tamen hinc effectum percepimus, satis ingemiscimus, & huius rei gratia ultra quam dici possit affligimur: nimirum qui etiam pro sua ipsius salute quotidie laborantes apud ipsum nihil omnino proficimus, dum quod sermone dicit, factum non perficit. & præcipue cum verba eius, ut arborum folia sonare quidem possint, saturare verò, cum sint sine fructu, non possint. Quamobrem dum quærimus cui huiusmodi vir valeat comparari, nullus menti conuenientius occurrit, quam ille filius, cui apud Matthæum pater dixisse legitur: Fili, vade hodie operare in vineam meam: At ille respondens ait: Eo, domine, & non iuit. Vnde etiam meritò figuram Iudaici populi exprimit. Ipse quippe repromitterebat Moyse dicens: Cuncta quæ locutus est Dominus faciemus, non tamen quæ verbis repromitterebat, rerum effectibus adimplebat. Ita, proh dolor, & ipse nepos vester semper quidem nostra monita velle audire, semper adimplere cupere protestatur: non tamen quod ore, quod scriptis opportunè, importunè sapissimè profitetur, operibus exercere vel factis exhibere contendit, & paternis monitis nostris non tamquam obediens filius paret, sed tamquam post tergum ingratus repedit: siquidem in quo aliquando apparuit Rex Lotharius nobis obediens? aut quid ab illo exegimus nisi salutem suam? nisi iurationem quam lætæ Ecclesiæ, nisi Theupergæ Reginae coniugis eius apud sanctum Petrum præsidium requirentis securitatem? nisi nostram etiam post hos labores aliquando requirere? Nam hinc inter innumeras alias curas præcipue laboramus, hinc omnimodam de vna Vvaldrada mœcha & excommunicata suspicionem adimendam saepe decreuimus, hinc etiam ut noui Treuerensi & Coloniensi ecclesijs Antistites dareretur & iniuximus, videlicet qui nec per Teugualdi & Guntharij dudum episcopos, nec per iam fatam Vvaldrada fauorem prouerentur, sed canonicè à filiis, & de filiis iam nominatarum ecclesiarum electi ab his qui earumdem ecclesiarum Antistites soliti sunt consecrari, regulariter ordinarentur: sed cum hæc omnia nos opportuna esse ac necessaria prospicientes, ipsi Regi Lothario crebro mandassemus, quod nostræ institutionis executor effectus, ut hæc consummarentur, annueret, immo ut sua profus executione perpetrarentur insisteret, aliquid horum effectum quemlibet accepisse, nos profectò nondum cognouimus, & tamen ille se nostra velle perficere in omnibus monita profitetur.

Denique Vvaldradam ad nos non solum non misit, sicut sapius illum hortati sumus, verum etiam Ticinum dum ad nos tendere crederetur iam profectam, in Gallias reducere procurauit: Filiam verò nostram Theupergam Reginam, quæ beati Petri se tegmine semper muniri poposcit, non solum sicut Reginam secundum præstitum iuramentum non tractat, verum etiam nec pro timore, nec pro sancti Petri reuerentia, nec pro coniugali fœdere, nec etiam pro eodem collato iuramento saltem in minimis quibusque negociis suam hanc esse participem recognoscit. Quippe quam omni egestati, omni opprobrio, omni profus abiectio submittit. Porrò de præmemoratis ecclesijs ordinandis non solum mandata nostra contemnit, sed & sacrorum canonum præcepta conculcat, dum videlicet viduatæ ecclesijs non compatitur, sed has tanto tempore sine rectore manere permittit. Ecce fili carissime quomodo Lotharius Rex instituta nostra custodit, ecce quomodo verum est, quod dicit nostra se velle in omnibus obseruare decreta: & adhuc ad nos se properare velle demonstrat, cum id ne sine nostra licentia præsu-

A præsumeret, nos ei saepe districtius iniunxerimus & prohibuerimus: verum quamobrem Lotharius Romam proficisci gestiatur miramur, si vestram latere potuit prudentiam.

Itaque impleat prius cuncta quæ præmisimus, totius occasionis vel sinistræ suspicionis fomitem à se procul abijciat, immo verò à nostris mentibus amputet; & tunc si ei sit huc veniendum, à nobis est sollicitè providendum: si quidem etiam si cuncta, quæ nos ei supra memorauius, iniunxisset penitus adimpleta potuisset ostendere, nec sic ei contra interdictum nostrum iter Romam fuerat properandum; quanto minus nunc quando toties à nobis admonitus, nihil de eis consummasse conuincitur? Igitur dilectio vestra illum nunc venire Romam quæso prohibeat: alioquin mihi credite, si contra propositum nostrum forte præsumpserit, minimè eum qua cupit B honestate vel hic suscipietur, vel hinc profectò regredietur. Nam sicut Mar. 3. mulier Domino fide proximans tangit, turba verò licet tangit, tamen comprimit sic, proh dolor, isto in tempore quidam etsi tangere, etsi approximare videntur: tactus tamen eorum, qui non ex fide pressuram gignit, & approximatio turbationem adducit; ergo necesse est, ut talem se in cunctis exhibeat Rex Lotharius, ut nos eum gratanti animo primitus suscipere delectemur, & ita demum venientem, expansis brachijs amplectemur. Quod aliter fieri non poterit, nisi Vvaldrada Romam, sicuti coeptum fuerat dirigatur, ut videlicet nos causam eius ad finem legitimum perducamus, qui de ipsius præuaricatione semel initium iudicandi suscepimus, & nisi Reginam Theupergam secundum tenorem iuramenti ab ipso audiamus Rege Lothario coniuge suo tractari, videlicet, ut talem se circa illam mente demostret C & opere, qualem diligens Rex erga dilectam coniugem suam se debet demonstrare Reginam: & nisi de proprio clero in Agrippinensi Colonia atque Treuerensi ecclesijs Episcopos ordinari permiserit, eos scilicet, qui nec de Vvaldrada nec Guntharij nec Teugualdi fauore vel eligantur, vel etiam consecrentur. Hæc sunt carissime, quæ si Lotharius nepos vester callidè non perfecit, hunc veraciter nos audire nolle proculdubio poterunt indicare, atq; si saluti eius vestra caritas consulit, cum magnopere suadeat incitare, & non eius foris perstreptibus verbis facile credat, sed operum facta secundum perspicacissimam proprij affluentiam sensus consideret. Dicit enim Ioannes Apostolus: Filioli mei non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & I. Ioan. 3. veritate. Nam si nos se libet excellentiæ vestræ quid sit vnde Lotharius iactat se nostram in omnibus adimplere voluntatem, nos euidenter aperiemus, videlicet, quia nobis immo Deo nostro obediens Theupergam coniugem suam recepit; Vvaldradam verò utpote adulteram meritò sequestrauit: nec ad illam post reuersionem legati nostri accessit, sed prudentia gloriæ vestræ iam valet aduertere quid sit si ad eam non pedibus corporis, & tamen passibus mentis accedit, quid prodesse quod forinsecus ab illa sequestratus cernitur, qui tamen ei valde conglutinatus intrinsecus intelligitur. Quid autem proficit dilectæ filiae nostræ Theupergæ Reginae, quia non ex toto ab illa videtur corpore prolongatus, dum tamen esse cum ea mente minimè probatur annexus? Quid ei proficit coniugalis fœderis, vel regiae dignitatis nomine solo frui, quæ caret omnibus, quæ ad perfectæ dilectionis, & consimilis ditionis pertinere videntur insignia? Nam quis nisi æmula eius, Vvaldrada videlicet, quæ non solum pro adulterio commisso, sed pro impenitenti corde vinculis est excommunicationis innexa, Regni cum

Lothario culmina possidet, gloria fruitur, iura tenet, & omnia suo disponit **A** arbitrio? Quæ licet à colloquio eius seiuncta specie tenus videatur existere, per internuntios tamen, & diuersos satellites tantundem penes ipsum, vel etiam magis valet, quam si legitima coniux habere quoquomodo potuisset: nam nemo apud Regium apicem est adiutus, nisi per illam; vix vsquequaque læsus, nisi propter illam, quisquam esse refertur: illa quippe penes eum gratiam poscentibus impetrare, ipsa sola quibus mauult beneficia papare consuevit. Iam verò, si ita non est vt dicimus, id est si vel Theu perga Regina tantam apud ipsum incommoditatem & dehonestatem non patitur, nec Vvaldrada mœcha gloria tanta non fruitur; quare nobis scribens vel aliis satisfaciens, sicut indicat de Vvaldrada, quòd post missi nostri reuersionem non ad eam accesserit; ita non de coniuge sua Theu perga, quòd eam secundum datorum tenorem iuramentorum tractet, atque retineat, nisi quia nõ habet vnde gloriatur? nec agit sic erga eam, vt nobis id veraciter referens gratiarum à nobis inde percipere valeat actiones? dum non solum illa nulla munificentia ipso largiente poritur, verum etiam omnibus opprobrijs & (vt prætulimus) egestate summa tabescit. **B**

Dicite ergo illi vos carissime, & vestra sagaci conuentione suadere contendite, vt quando nobis mittit, ad Vvaldradam post reditum missi nostri contra interdictum nostrum se nullatenus accessisse; mittat etiam quòd Theu pergam vxorem suam iuxta præstita iuramenta benignè tractet, & secundum regiam dignitatem retineat; ita dumtaxat vt quòd mittit veritate fulciri, aliis etiam attestantibus, cognoscamus. Mittat nihilominus nobis, quòd in præfatis Ecclesijs ordine, quem supra dictauimus, episcopi sint regulariter ordinati; & tunc perhibenti se nostra velle iussa perficere eredemus, & dignas Deo gratias referemus. Nam quamdiu Theu pergam regio cultu, & coniugali dilectione non retinet, & Teugualdum vel Guntharium ecclesias dudum sibi cum sacerdotio ablatas obtinere permittit occupatas, licet Vvaldradam non videat, hi tamen gradus sunt, quamuis ad ima mergentes, per quos illum sensim ad ipsam tendere prudens quisque patenter agnoscit, dum & illos fouet, quos ad, proh nefas, ductores habuisse claret, & eam affligit, quam debita correctione præmissa (Christo iuuante) recepit. Accusatores autem habere Lotharium, non nisi illum, qui accusator fratrum in Apocalypsi Ioannis appellatur, & operam eius, quæ & ipsa eiusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profectò comperimus. Quæ verò Lotharius Rex vester nepos operatur, accusatore non indigent: Manifesta quippe, Apostolo teste, sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, & reliqua.

Optamus gloriam vestram nunc & semper bene valere, dilectissime fili. Data quarto Calendas Nouembris, Indictione prima.

Statuit præterea nobiscum excellentiæ vestræ legatus, vt mediante mense huius primæ Indictionis pro vnus anni redditibus rerum sancti Petri in regno vestro sitarum recipiendis, nostros missos direxissimus, cum duorum annorum iam tempora præterierint, ex quo redditus ex illis debuerunt esse collecti, & nos ex eis nihil recepimus. Porro si (sicut per multos, & hunc eundem vestrum legatum cognouimus) Arsenius idem aliquid collegit, licet nobis aliquid non detulerit, de præteritis annis collegit, non de futuris. Vnde rogamus gloriam vestram, vt pro mercedis vestræ cumulis collectis omnibus illis, per nostri culminis viros ad Apostolorum

Apoc. 12.

Galat. 5.

A stolorum limina orationis gratia venientes, antequam de finibus regni vestri foras ea duci iubeatis, nobis significetis, vt his interim in tutissimo à prudentia vestra statuto loco reconditis, si à speciali filio nostro Augusto obtinere poterimus, vt cum ipsius homine nostrum illuc dirigamus, & ea vt nobis sine aliquo dispendio deferantur recipiamus, gratiarum actiones Domino rependenda sunt: sin autem missum nostrum (Deo opifice destinabimus) qui qualiter in vestro regno sint recondita ac custodita, cum vestro missio prouideat, & his nihilominus interim in vestro regno bene saluatis aut nobis renunciet, aut certe quicquid prouiderimus, vel sanxerimus facere non omittat: aut si gloria vestra quacumque illa fuerint infra territorium ditionis vestræ, videlicet vsque Bononiam, aut Rauennam perducit fecerit, tantum vt secura sint, hoc multo amplius utile, & gratum habebimus: quoniam & nos deinde modo quo voluerimus, vsque Romam ea ferri iubebimus. **B**

EPISTOLA LVI. B. NICOLAI PAPAË I.

MIRATUR Teugualdum & Guntharium depositos sibi commendari, quos ostendit, si sententia Apostolica sedis paruerint; non quidem priorem dignitatem, sed aliud Ecclesiasticum munus posse obtinere.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Ludouico glorioso Regi.



Nistolam serenitatis vestræ pro Teugualdo & Gunthario dudum episcopis nos obnixè precantis accepimus, & quamobrem pro illis tot vestra celsitudo labores assumat, admodum fateor miramur & obstupescimus. Quanta nempe mala nos perpeti, quanta incommoda sustinere sæpe audistis, & liquidò nunc cognouistis; nusquam tamen quia casu nostri doluistis apparuit; & quod, caritate vestra dicimus, sic Ecclesiæ matris vestræ semper damna duxistis, tamquam si nihil ad vos inde quoquomodo pertineret, & veluti eius non esse filij per omnia videremini. Quantos autem sudores, quantaque certamina pro recidendo malo, cuius Guntharius & Teugualdus auctores & conflatores inuenti sunt, pertulimus; immo verò indefinenter perferimus, & ne rediuiua iterum radice succrescat, incessabilibus laboribus fatigamur: numquam tamen vos in his omnibus concertantes, aut collaborantes nobis adhaerescere consensistis: sed nunc pro reconciliandis Teugualdo & Gunthario totius huius mali fabricatoribus fatagitis, curritis, anxiamini, & nobis crebro id ipsum mittere minimè recusatis, quosque nescio quomodo amaricatos appelletis, dum certe illi penè quotidie potum amaritudinis propinare nobis non desinunt. Nam quotiens eorum facti memoria inter aliorum dura quæque nobis ingerentium infertur; totiens nos absque multi mœroris amaritudine remanere nequimus. Cesset itaque vestræ gloriæ iam nos super hoc pulsare sublimitas, & quod fieri non potest, tandem aliquando prætermittat: dum enim non possumus adipisci quod volumus, necesse est vt hoc velimus consequi omnino quod possumus & debemus. Nam sedis

Apostolicæ fedis
sententia immu-
tabilis.

Apostolicæ sententia, tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaq; deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat, nec immutari necessarium ducat, nisi forte sic prolata sit, vt retractari possit, vel immutanda secundum præmissa tenorem conditionis existat. Teugualdus igitur & Guntharius huius sanctæ & Apostolicæ fedis sententiæ perculsi, si patenter egerint, & malorū, quorum plantatores facere, eradicatores extiterint, atque si hæc perfecta in se humilitate, dignisq; pænitiæ fletibus abluere studuerint, poterūt, utique aliamiserationis Ecclesiasticæ beneficia prætolari: prioris tamen ministerij, aut cuiuscumq; sacerdotalis officij dignitatem frustra quidem sperare poterūt, resumere autem in sempiternū non poterūt. Sed quia caritas excellentiæ vestræ pro his dolet, laudamus: quia & nos, sicut ad eorum detrimentum tunc zelo & iustitia Dei comite, gementes deuenimus; ita & nunc quorū eorum reminiscimur, toties ingenti cruciatu mentis accendimur: atq; de ipsorum discrimine illis valde compatimur & condolemus, secundum Apostolum: namque si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Verū si de his, vel de actibus eorum, vel quæ sit penes nos de ipsis fixa sententia, pleniter vt & inuitis cognitum vobis fieri cupitis, ad epistolæ tenorem, quam ad venerabiles Episcopos regni vestri transmisiimus, si placeat, industria sublimitatis vestræ recurrat.

1. Cor. 12.

Optamus gloriam vestram in Christo nunc & semper bene valere d dilectissime fili. Dat. iij. Calend. Nouemb. Indict. prima.

EPISTOLA LVII. B. NICOLAI PAPAË I.

ROGAT det operam, vt Episcopi ob quædam Ecclesiastica negocia tractanda congregentur.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto filio Ludouico glorioso Regi.



Imperiat celsitudo vestra nos Metropolitanos præsules regni vestri ad quædam tractanda Ecclesiastica negocia, quorum gloriæ vestræ tenorem ostendi præcipimus, singulos cū suffraganeis suis pariter conuenire mandasse; cuius videlicet executionis summam fratri & coepiscopo nostro Liuberto commisiimus. Quapropter rogamus piam dilectionē vestram, vt tanto negotio auxiliari, quò facilius ijdem fratres nostri conuenire valeant, suffragari dignentur: quatenus ipsis vero solatio potitis, præsens negocium rite tractantibus, vos quoque precante pietatis studio præmium consequamini. Erit autem ei & aliud post modicum decreto vestro synodice ventilandum; sed ne duplicatus labor eius onerosus existat, interim in hoc operam dare illos oportet, vt videlicet ad alterum libentius, ac expediri Deo iuuante pertingere possint.

Optamus gloriam vestram in Christo nunc & semper bene valere dilectissime fili. Dat. iij. Calen. Nouembris Indictione prima.

EPI-

A EPISTOLA LVIII. B. NICOLAI PAPAË I.

REPREHENDIT eos, quoniam Vualdrada & Engeltrudi non restitissent, & quod nimium solliciti essent de Teugualdo & Gunthario Episcopis depositis, quorum depositionis causas recenset, & Merensensem synodum damnat, præcipitq; vt Lotharium corripiant, atq; moneant, vt iuxta iusiurandum Theupergam recipiat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimis & Sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis in regno Ludouici gloriosi Regis constitutis.

B



Audemus quidem fratres, & planè vobis non immeritò congaudemus, quoniã per caritatem vos Teugualdo & Gunthario dudum damnatis compati, & condolere conspicientes, etiam pro recuperandis his in pristinum dignitatis gradum non modicè satagere contemplamur: sed tristamur, & valde tristamur carissimi, quia sic pro duorum hominum deiectione satagitis, vt plurimæ multitudini Christianæ plebis per eos lætæ minimè consulatis, sic pro duorum hominum restaurando statu pro criminibus manifestis eliso certatis, vt tot fidelium casum, qui eos per præcipitia sunt secuti, nullo modo perpendatis. Sed quid mirum, quando etiam cum ceteris vicinis locis illis in quibus Teugualdus & Guntharius Ecclesias Christi sibi commissas videbantur quidem regere, non autem regebant; in quibus etiã licenter, ac sine quauis prohibitione tam Vualdrada, quàm Engeltrudis vxor Bosonis prostitutionis suæ sibi lupanaria quodam modo præparauerant; nec contra insurgentem morbum medicinale ferrum exacuisistis, nec ad excitandos sopore noxio oppressos eodem tempore fratres caritatis pedibus cucurrissetis; sapientissimo Salomone de talibus admonente, atque dicente: *Discurre, festina, suscita amicum tuum: quod non solum tunc minimè vos egisse liquet; verum etiam nec priusquã nos erecti sagittas diuinæ pharetræ iaculare aduersus huiusmodi (pronefas) longè latèq; coepimus, nobis collaborare sollicitè procurastis? Denique vbi fratres hic labor vester apparuit, vbi concursus, vel vbi sacerdotale studium claruit? Quando ascendistis super montè excelsum? Quando euangelizastis Sion? Quando quasi tuba exaltastis vocem? Quando annuncia-* stis cuilibet in hac culpa detento scelera sua? Quando ascendistis ex aduerso, & opposuistis murum pro domo Domini? Quando pro ea latratus dedistis? Quando Phinees, vt cessaret quassatio, imitati estis? Quando Danielem in pūniendis adulteris presbyteris sectati estis? Vel quando nobiscum, vt castrorum acies ordinati stetitistis? Quando nobiscum Dominum in choro laudastis? vel quando columbas imitati, gregatim contra miluos in cedere studuistis? Quando cantauimus simul; Deus in loco sancto suo; Deus qui inhabitare facit vnanimis in domo? & rursus: Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum? In vnum scilicet mente magis quàm corpore. Quòd si nihil horum egistis, nec in nullo nobiscum conuenire voluistis, sed sicut laboribus nostris diuerso tempore pro destruendis quæ viri prædi-

Prou. 6.

Psal. 67.

Psal. 132.

prædicti fabricauerant, impensis minimè communicatis; ita & dolorum nostrorum participes fieri recufastis. Quod nunc fatagitis, & anxiamini, & pro duorum virorum restauratione, innumerorum præuenire vultis fidelium subuersionem. An plurimum interitum paruipenditis, & duorum virorum casui solummodo condoletis? Et sola quidem illorum vobis ruina grauis, nostra verò & totius Ecclesiae, cui (Deo auctore) seruiamus, quotidiana sollicitudo, & pro eradicandis quæ ipsi plantauere malis incessabilis cura, & intolerabilis profectò vexatio leuis & contemnenda videtur? Sed nos quæ peritulumus, immo quæ de factorum ipsorum origine quotidie toleramus, non contemnenda ducimus, nec laetitia possumus æstimare: quorum grauissima nos cernimus, & non vos pondera baiulare, quamuis & caritatem vestram incommodis nostris cognitis compati minimè diffidamus, & nunc exposita nequaquam perfunctoriè posse credamus.

Regino lib. 2.
Cronic.

Ordiamur ergo historiam Teugualdi & Guntharij, si tamen tragœdia potius sit dicenda, & vt partim saltem quæ nos experti sumus de illis vos quoque scire valeatis, quantum epistolæ cauentes prolixiorum sermonem cursum differere possumus, textentibus nobis auctoritate. Igitur cū Engeltrudis vxor Bosonis comitis ad Gallias relicto proprio viro cum adultero adultera transmigrasset, & vir eius eam cum multo labore reducere voluisset, nec tamen aliquo modo potuisset, Ecclesiastica cœpit auxilia postulare, ordinemq; seruans, primam in toto terrarum orbe sedem appellans, vt Ecclesiastico decreto eam ab his, qui eam muniebant erui, & sibi reddi præcipere supplicauit. Vnde decessor noster sanctæ memoriæ Benedictus Papa, quousque superstes extitit, apud Imperatorem & Regem ac Principes interueniens, & concertans atque episcopis & cunctis fidelibus scribens, vt reuocaretur suadere, & auctoritate Apostolica iubere non destitit. Cui decedenti effectu nullo percepto, per Christi gratiam nos in episcopatu subrogati, successimus etiam in labore; cui licet longe meritis impares successimus in honore, qui vt reuocaretur eadem femina & verbis & frequentibus litteris ad omnes personas in omnes partes missis, ad quas necessitas postulabat, non destitimus agere: sed & sic minimè nobis proficientibus, cœperunt hincinde à Pontificio nostro episcopales litteræ destinari, suggerentes videlicet vt tam morbida ouis, ne totum gregem contaminaret, Ecclesiastico iudicio de ipso grege Dominico pelleretur: maximè quia tot salubribus monitionum medicamentis sanari minimè consensisset; decretoq; & auctoritate præmissa iussum est Mediolani Episcoporum concilium fieri: ad quod ipsa vocata, si certo tempore non occurreret, ab ipso sacramento collegio vinculis anathematis vinciretur. Quodque illa statuto tempore non occurrente patratum est, sententiamq; in ipsam à synodo, auctoritate nostra, nos quoque, vt facti Canones præcipiunt, consensu nostro firmauimus. Inter hæc verò cognoscentes eandem feminam in regno degere Lotharij regis, non satis habuimus quæ de ipsa gesta femina fuerunt: sed ad hanc reuocandam prioribus nostris laboribus adhuc quærendi studium apposuimus, reminiscentes videlicet Domini, qui de cælis ideo ad terram descendit, vt quæreret quod perierat, iuxta quod à Psalmista rogabatur, confitente, atque dicente: Erraui sicut ouis quæ perierat, require seruum tuum: missaq; epistola nostra, fratrum & coepiscoporum nostrorum in regno prædicti Regis constitutorum, & præcipuè Teugualdi atque Guntharij, in quorum diocessibus eadem perdita liberè mulier morabatur, torporem validè redar-

Psal. 113.

guimus, & quamobrem inter eos licenter illam degentem, minimè aduicium proprium redire coegerint, non mediocriter increpauimus, indicantes etiam hanc à nobis anathematis vinculo innodatam, & ab omni Christiana communionem remotam. Sed Teugualdus atque Guntharius tunc episcopi, & præcipuum locum & familiaritatem apud principem obtinentes, non solum eam cum possent nequaquam ad coniugem proprium reuerti suasionem fecere, aut auctoritate canonica (iuxta quod à sede Apostolica crebro fuerant adhortati) minimè compulerunt; præsertim cum in diocessibus eorum commorari sæpe commemorata & damnata femina videretur; verum etiam (vt licitè posset omnium frui communionem, atque in refuga ostinatione sine cuiusquam contradictione vel impedimento subsistendi valerent potentum quorumcumque potiri solatijs) hanc absoluere, quantum in ipsis fuit, atque recipere temerè præsumpsere: in quo etiam si sedis Apostolicæ iudicium à quouis retractandum esset, etiam si ab inferioribus potiorum sententia soluenda prorsus existeret: quantum Teugualdus atq; Guntharius circa sacros canones, & præcipuè Nicænos, qui luculenter innuunt non debere qui abijciuntur ab alijs recipi, contumaces extiterint; ipsi vos solerter aduertite. Sed ne tale quid eos commississe dubitetis, scitote coram omni Ecclesia nostra illos hoc se peregrisse confessos.

Nicænos.

Interea flagitium in Theupergæ reginæ deiectione & admissione Vvaldradæ à rege Lothario perpetratum, horum cœpit adulationis & iniquæ defensionis fomentum crescere, atque latius diffamari. Quæ de re hoc nos agnoscentes, quanta poruimus instantia, ne tantum scelus committeretur, inhibuimus, & per fideles quosque, necnon & scripta nostra suadere contendimus. Mittit Rex Lotharius duos ad nos comites, per quos in scriptis & verbis innuit episcopos Regni sui cum alijs quibusdam sibi dare auctoritatem Theupergam repellendi, & Vvaldradam in matrimonium sortiendi: sed se (vt ordo custodiretur) à nobis huiusmodi potius auctoritatem & iudicium petere atque consilium prætolari. quo nos audito missos quidem destinare tam concitè nos pro huiusmodi negotio non posse respondimus: missuros tamen eos postea certissimè repromissimus, admonentes etiam nullatenus interim à quoquam de huiusmodi causa quicquam penitus deliberandum: sed ille horum Teugualdi & Guntharij tunc episcoporum, vt postea claruit, auctoritate freris, legatos nostros non præstolans, publico festoque nuptiarum ritu celebrato, Vvaldradam sibi iure matrimonij sociauit. Verum tamen missi sedis Apostolicæ, qui iam profecti fuerant in Gallias, atq; ad Lotharium peruenientes, quod ad illum fuerint missi secundum pollicitationem nostram dixere, & quod binos ex regno gloriosissimorum regum Ludouici scilicet, Caroli maioris & Caroli minoris conuenire secum pariter cum episcopis regni sui facere iuxta præceptionem nostram ipsi regi suggerere studuere: & quod Theupergam sedem Apostolicam appellantem data idonea à Rege Lothario securitate eidem conuentui adesse præceperimus, verbis asseruere. Non enim epistolas quas ad vos, vestrorumq; regnorum Episcopos miseramus, secū habere poterant: quippe quas sibi ab amicis Lotharij Regis iam constabat ablatas.

At verò Rex Lotharius horum duorum magisterio vsus, nec Theupergæ indubitata de seruanda iustitia, vel de non inferenda violentia certitudinem tribuere voluit, nec alios præter regni sui Antistites, videlicet quos vel beneficijs, vel minis iam ad votum suum deflexerat, ad illum conuentum,

qui

qui penes urbem Methensium congregabatur, penitus expectauit; sed corruptis, immo & ad fauorem suum traductis legatis nostris quod libuit, nullo resistere patrauit, factoque conuentu Antistites, qui conuenerant, inter quos praedicti Teugualdus atque Guntharius fastigium retinebant, & eminentiori potestate vigebant, praeuenientes, immo sibi viurpantes atque iudicantes iudicium nostrum, videlicet quod & Reginae Theupergae primum appellatione, ac deinde Lotharij Regis petitione promoti, iam nos laturos repromiseramus, inchoatumque tam per Missos quamque per epistolas nostras habere luce clarius videbamur, Theupergam Reginam obnoxiam credidere, atque condendam in absentia putauere. Scriptoque de his, quae illic pro voto Regis ini qua sunt fauce deprompta, quodam profano libello succedentes illibata persistere propriis subscriptionibus roborauere, Teugualdo primitus & Gunthario in ipsis subscriptionibus, sicut & in ceteris gestis praecellentibus, & alios se sequi pestiferè compellentibus, qui mox Romam venturos, ac nobis de his quae gesserant rationem posituros se per omnia sponderunt, tamdemque peruenientes nostro conspectui coram omni Ecclesia presentati, & dum ab eis qualiter illa fuerint gesta requireremus, iam memoratum libellum offerentes exhibere, nec plus nec minus, nec aliter quicquam se pergesse, nisi ut oblatum videbatur continere libellus: quo accepto ac coram episcoporum nostrorum coetu, qui nobiscum aderat, atque coram ipsis Teugualdo scilicet & Gunthario recensito, quam multipliciter hunc reprehendimus, ac per omnia reprehensibilem iudicauimus, & quae in eo gesta legentur, qualiter inimica iustitiae Deoque; perosa consisterent, audientibus episcopis, elimatius exposuimus; quamuis nec tunc omnia reprehensionum eius loca in ipsis profanis gestis inuenta sint, nec rursus quae inuenta sunt, ad memoriam nostram valeant repedare; tanta tamen ac talia fuere, ut pro his merito canonicam despositionis Teugualdum & Guntharium oportere subire sententiam, sancta quoque synodus residens saepius acclamaret. Qua de re zelo diuino, ecce coram Deo dicimus, permoti; nec aliud, nisi iustum iudicium exercere cupientes, communi consensu castato primum adulteris fauente concilio, quod apud Methensium urbem congregatum fuisse supra commemorauimus; in eos, quod gementes memoramus, depositionis sententiam dedimus, & si iuxta praecedentem consuetudinem aliquid de ministerio sacro deinceps forte tetigissent, excommunicauimus.

Primo quidem quia nostris pro Engeltrudi vel Theuperga, seu Vvaldrada salubribus iussis obedire contempserunt. Nam inobedientia tam horrendum malum est, ut idololatriae merito comparetur, dicente Samuele: **Quasi peccatum ariolandi est repugnare; & quasi scelus idololatriae nolle acquiescere.** Vnde merito **Apostolus ait: In promptu habentes vlscisci omnem inobedientiam.**

Secundo, quia eandem Engeltrudim à nobis, & à synodo abiectam & anathematizatum recipere & absoluere praesumpserunt: & hoc contra canones, & praecipue contra Nicenum ipsum magnum concilium; quod hi qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur, sanxisse dinoscitur. sed & beatus Papa Gelasius, quod eadem quae ligauit & maximè prima sedes, debeat absolueri, non semel exponit.

Tertio, quia fraudis, vel falsitatis rei manifestissime claruere, dum epistola nostrae Missis nostris pro causa Engeltrudis refugae transmisse, atque apud urbem Methensium in iam designato nefando conuentu recitatae, quaedam fraude

Inobediētia idololatriae comparatur.
1. Reg. 15.
2. Cor. 10.

Can. 5.

Epist. 11.

A fraude subtraxisse, quaedam verò falso addidisse, atque commutasse reperiuntur, talemque illam effecerint, qualem libitu suo congruere posse iudicauerunt.

Quarto, quoniam adulterio detentis, non solum pastoraliter non resisterent, nec ut speculatores venientem gladium annunciauerunt, verum etiam his consentiendo & fauendo in nequitia persistendi fiduciam tribuere, & tantum flagitium tota virtute defendere sine tenus tentauerunt: vnde merito adhaerescere fecit Dominus linguam eorum palato ipsorum. videlicet, ut qui linguam facinus arguendi non habuere, hanc nec ad bona quoque praedicandum saltem habere potuissent, iuxta quod alias cantatur: Peccatori autem dixit Deus vsque, & cum adulteris portionem tuam ponebas. ille quippe cum adulteris portionem suam ponit, qui his vel consentiendo vel fauendo, vel non corripiendo similis illis sicut vitis ita & pennis efficitur, iuxta quod & Apostolus huiusmodi scribit: Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.

Quinto, quia denegatio vnde ab vtraque parte, id est & à Theuperga & à Lothario (iuxta quod iam memorauimus) fuerat appellatum: isti praeter auctoritatem nostram id sibi surripientes iudicare ac dissimulare temere praesumpserunt, & hoc aduersus canones: si quidem de appellationibus, quae apud memoriam sancti Petri sunt, iudicium Romani praesulis arbitrio & consilio facere regulam commiserunt. Verum isti beati Petri reuerentiam praeculis non habentes, & iudicium quod vtraque pars à nobis efflagitauit, & nos exequi coeperamus, temeraria praesumptione dissimulare, & Theupergam etiam ad Ecclesiam confugientem damnatione opprimi censuere.

C Sexto, quia hoc in absentia peregere, contra illud quod tropicè dicitur: Ne maledicentes surdo: surdo quippe maledicit, qui absentem condemnat. Surdus namque quodammodo est, qui in absentia positus, quae sibi obijciuntur non audit: quamuis ipsa absentia non studio Theupergae, vel conscientia vulnerata (ut ipsi putant) sed timore Regis idoneam illi nolenti tribuere securitatem, & factiosi consilij suspitione fuerit merito procurata.

Septimo, quoniam non solum ipsi subscribentes in profanis gestis, cunctaque mala compilata fuerint, sine respectu sedis Apostolicae roborauerunt, verum etiam alios subscribere compellentes eorum omnium praeruaricationis auctores effecti, & tot animarum rei constituti sunt, quas utpote praeminentes, in hoc vel verbo vel facto praeruaricationis praecipitium demerere. Sed si volumus cuncta, quae ab illis gesta fuisse tam per oblatum à se libellum, quam per alia iudicia nobis & sanctae synodo patuere, latius scriptis insinuare, facilius charta, quam nobis sermo deficiet.

Septem ergo capitula quae causam depositionis Teugualdi & Guntharij praecipue genuere, nos commemorasse sufficiat. Solet namque per septenarium numerum significari vniuersitas. Ceterum quis eorum omnia, quae siue ante siue post damnationem perperam commiserunt, enarrare sufficiat? Qualiter videlicet nos se frustra redarguisse mentiti sunt, contra illud quod Deo dicitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Qualiter primum quidem Theupergam se per electum ab illis iudicium purgatam, denuo impetere contra diuinam & humanam legem minimè formidarint. Qualiter hanc postea (hoc vtraque lege inhibete) sine accusatore dānauerint. Qualiter testes quosdam quidem quibus imperari à Rege poterat, contra leges publicas in eius damnationem, quosdam autem domesticos imperantis admiserint.

Qualiter

Qualiter contra reuerentiam sacerdotalem turpia quæque aduersus Apo-
stolum, ac criminosa, necnon & nauseam penitus, & pudorem omnibus in-
ferentia verba etiam scriptis tradiderint, & palam cunctis ostenderint,
cum teste Domino etiam de otioso verbo reddituri sint homines rationem,
vel iam damnati auribus Imperatoris aduersus sacras regulas molesti fue-
rint; Vel qualiter ordinationi Dei in beato Petro Ecclesiæ Romanæ collatæ
resisterint, & contra priuilegia sedis eius capitula obtrectationum conscrip-
serint, & per totum penè occidentale clima disseminauerint: Qualiterq;
per ea etiam iam pro tanto piaculo perculsi Lothario in scelere perdurandi
robur dari suaserint: siue qualiter nos tyrannicè penes sanctum Petrum po-
sitos afflixerint, oppresserint, & quibus potuerint malis fatigauerint, adeo vt
homines eorum adita sancti Petri violauerint, & in ecclesia ipsius sangui-
nem fuderint. Qualiter etiam ibidem nobis matutinales hymnos celebra-
ntibus, illi noctu per tribunal ecclesiæ cum complicibus & fautoribus suis
contra Chalcedonense concilium coniurauerint, & conspirauerint, & in ip-
sis diœceson nostrarum principalibus locis conuentus, & singulorum nego-
ciorum ordinationes, & conciliabula (canonibus id inhibentibus) etiam ad-
uersus nos factiosè patrauerint, & cum nostris quoque suffraganeis tracta-
tus iniquos, & fictiones quasdam texuerint. Postremò, qualiter ecclesias du-
dum sibi commissas & postea cum sacerdotio perditas hactenus obtinere,
occupatas præsumant, & vt tyranni pro suo libitu moderentur. Ecce quæ in
Ecclesia Christi Theugualdus & Guntharius operati sunt & operantur, præ-
ter illa quæ Guntharius specialiter commisit, diuinum tangendo ministe-
rium, pro quo à sacris regulis etiam locum habere satisfactionis penitus in-
terdicitur.

Verùm in ipso iam suæ persecutionis exordio, quod penes crebro dictum
perniciosum Methensem cõuentum habuere, talem se gerere animum liqui-
dò monstrauere. Nam licet postea ibidem Missi nostri deuiauerint, dicendi
tamen principium satis pacificè orti sunt. Sed hi quia modicum quid redar-
gutionis contra se sonuisse audire, protinus in furore protulere, & verba
quæ nobis de illis minimè dixeramus, nos dixisse perhibuere, seq; factores,
plantatores & rigatores vitiorum appellare asseuerauere. Et certè nos quæ
de illis dolenda supra descripsimus, nondum cognita tenebamus, vt de ipsis
tunc ista securè fateri possemus; & tamen hi iam conscientia stimulante nos
astruere garriebant; quæ nos vtpote incognita minimè dicere conuene-
rat. Quod est hoc, nisi quia nobis etiam tacentibus, Spiritus sanctus iam
qui plantatores & rigatores vitiorum essent, non per aliena, sed per propria
iporum ora ostendere voluit. Et sicut olim per Caipham quod oportebat
fieri, protulit, ita & per istos licet non ex se quod manifestari conueniebat,
expressit: quæ tamen isti nos de se loqui penitus denegarent, si vitam eo-
rum moresq; cognitos haberemus. Hæc videlicet ore suo & labijs proprijs
asserere procurantes, vt laudatæ vitæ ac morum esse per omnia viderentur.
Iam verò si ludibria iporum, & scenica multis acta liquidò nosse, gesta præ-
dicti Methensis concilij, quod nos tamquam adulteris fauens prostibulum
dum cassaremus, duximus nuncupandum, quærite & reuoluite. Faut sanè
idem prostibulum adulteris dum Lothario Vvaldradæ & Engeltrudi cuncta
pro voto consenserint, & alijs hos sequentibus adulterandi exempla præ-
buerint. Ecce pro quibus toties rogatis, ecce pro quibus indefessi satagitis,
quamuis & nos non mediocriter charitati vestræ congratulemur: cum vos
me-

A merentibus proximis compati conspiciamus: quoniam & nos de illis nõ mo-
dicè condolemus, & crebris vrgemur pro eis gemitibus: & reuera dolendi
sunt, quia dum inter suos caput primitus essent, docentes mendacium facti
sunt cauda, Ecclesiam videlicet Domini tãtis fluctibus immiscere, ac tantis
laboribus immittere procurantes.

Dolemus ergo illos; dolemus planè, & Ecclesiam Dei, quæ tot per eos di-
scrimina sustinet: nã sic per prophetã Samuel Saulè legitur deplorasse. *Quin-*
immo & Dominus præuidens Hierusalem maximè culpa sacerdotũ funditus *Luc. 19.*
euertendam fleuisse, ab Euangelista describitur. Non autem nos qui mem-
bra sumus, iniuriarum nostrarum memores esse volumus, aut talionè (vt ipsi
fortitan arbitratur) eis reddere meditamur: sed quia ipsi præcipuè caput
nostrum in repulsione innocentis feminæ, & admisione moechæ ad iracun-
diam prouocauerunt, illos plangimus & dessemus, adeo vt in memoratorum
scriptis gestorũ ab his interlocutio facta solũmodo memoretur, ita vt omit-
tamus alia, in eisdem gestis, aperte scriptore dicente, Reperiatur Teugualdus
& Guntharius, qui causam Theuergæ recognouerant & iudicauerant. &
rursus Rege Lothario de istis astruente, quicquid in ista causa feci, horum
sanctissimorum Episcoporum vsus sum cõsilio: qui etiam dum in iam dictis
foetidis gestis inter innumera detestanda, quæ ad confirmationem ipsius fa-
cinorosæ moechæ hinc inde compilare præsumpsere, Episcopi qui conuene-
rant subscribentes eadem gesta, immo per ea flagitium roborarent, ventum
est ad quemdam fratrum & Coepiscoporum nostrorum, qui tantum vsque
ad nostram deliberationem subscripsit eadem etiam gesta seruanda. Quod
cernentes Teugualdus scilicet & Guntharius arrepto cultello, omne quod

B
C
D
Antistes prouidus ad deliberationem nostram seruãdum esse descriperat,
rasere, nomine solo Episcopi relicto. Cetera sicut illi voluere temerè per-
scribentes: quod nobis idem Episcopus intimauit, & id ita gestum esse in ip-
sis authenticis gestis luce clarius patet: nam vbi sanum est euidentissimè cla-
ret. In tantum quippe ad roborandum flagitium cor & linguam & calamus
acuere; vt quæ semel vel dicto, vel scripto in eius confirmatione diffinie-
rant, etiam coram nobis omnia sua virtute quousque cecidere, defendere ni-
terentur. Verùm quid in pluribus immoramur, & eorum gesta peremptoriã
damnationem inferentia narrare conamur, cum nec lingua loqui, nec ip-
sa mentis memoria tenere sufficiat? sed quia fraternitas vestra studet scri-
ptis suis benignè misericordiam implorare, & restitutis priori statu consola-
tionem his postulat adhiberi, & nos non inconuenienter; quod conuenien-
ter licitum est, & rationabiliter flagitatur, concedere procuramus. Denique
si prædicti viri Teugualdus scilicet & Guntharius patienter egerint, & ma-
lum quod sui fauoris studio perficere passi sunt, radicitus extirpatum extite-
rit, atq; si hoc perfecta in se humilitate, dignisq; penitentia stetibus abolere
studuerint; quin & pax, quam cõturbauere, Ecclesiæ Christi red dita fuerit:
tunc profectò potuerint Dei solius intuitu, & vestræ fraternitatis affectu alia
ministrations Ecclesiasticæ nostro nutu, atque ope freti, beneficia prome-
reri: prioris tamen ministerij, vel cuiuscumque sacerdotalis officij dignita-
tem frustra quidem sperare poterunt; resumere autem in perpetuum non
poterunt.

Cesset itaque vestræ fraternitatis iam nos super hoc pulsare solertia, &
quod fieri non potest, tandem aliquãdo desinat. Nam sedis Apostolicæ sen-
tentia tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientiæ matu-
ritate.

ritate deoquitur, tantaque postmodum deliberationis gravitate profertur, **A** ut retractatione non egeat; nec immutari necessarium ducat, nisi fortè sic prolata sit, ut retractari possit, vel immutanda secundum præmissa tenorem conditionis existat. Portent igitur ignominiam deiectionis suæ, quæ est (teste scriptura) confusio adducens gloriam; sint interim in signum, & in portentum omnibus, quos vel ipsi decipere, vel quibus audaciam persistendi in nequitia præstiterit: quatenus & isti tanta confusione reserpsi, quod ore fatentur, corde quoque teneant & saluentur, & illi non bene sibi subreptum fuisse, ut ad tantum piaculum laborentur, patenter agnoscant. Nam malum adhuc imminet, adhuc foueri non desijt; adhuc liberratis aditum & licentiae tempus expectat, probat hoc Vvaldrada etiam post adulterij publicum scelus, gloria vigens, atque Reginae Theupergæ dilectæ filiae nostræ, etiam post præstita iuramenta nec ancillarum qualitate coequata deiectione. Denique **B** quando Lotharius Rex uxorem sibi debitam, sæpefatam scilicet Theupergam in præsentia Missi nostri resumpsit, duodecim (sicut audistis) illustres comites iuramento sua vice repromittere iussit, se de cetero ita Theupergam fore retenturum & tractaturum; quemadmodum Regem legitimam coniugem suam Reginam retinere conuenit, & tractare. Sed, proh dolor, tanto nunc, quod vos fortè non latet, hanc summittit opprobrio; tantæque detestationi, tantæque (quod solo dictu graue est) inopie subiicit, ut non dicamus aliquem penes virum necessitatem patiendum adiuuare; verum nec sibi nec propriis queat homunculis omnino patrare: sed è contra Vvaldrada mœcha, & omni communione priuata; licet à Lothario solo corpore videatur exclusa; cuius tamen cordi numquam deesse, multis exhibitur iudicijs, & cacumen regium, & nocendi vel adiuuandi quos vult, omnimodam **C** obtinet potestatem. Ecce fratres germina, ecce fructus, qui de Teugualdi & Guntharij iacto semine sunt exorti: de quibus tamen si fraternitas vestra veraciter dolet, & aliquod eis vult impertiri suffragium; curet necesse est vulnus, quod ipsi non solum minimè ferro iustitiæ refecarunt, verum etiam oleo iniquæ adulationis, & persuasionis fouentes crescere longè lateque fecere, nobiscum pariter incidere ac studiose mederi: quamuis ipsi iam fati viri (ut prætulimus) quantum ad sacerdotium spectat, recipiendi nullam valeant habere fiduciam. Si enim, quod in his destruximus, reedificaremus; præuaricatores à Domino proculdubio constituemur, & quasi de non bene gestis pœnitentiam agentes, in melius sententiam eommutasse videbimur. Ac per hoc nec isti huiusmodi animaduersionem pauentes emendabuntur, nec hi, qui hæcenus inchoatum scelus intorsus **D** retinent, puniendum putabuntur; nec ceteri qui ad huiusmodi possunt relabi flagitium, per hos salubriter eruditi, consultius committere pertimescēt, quod tanta viderint dissoluta remissione laxari.

Reuertimini ergo fratres ad vos, & redite ad cor, & recognoscite cōtra vitia ministerium vestrum; ipsum, per quem tantum Ecclesia Dei scandalū patitur, Lotharium scilicet Regem zelo feruentiori, & maiori corripientes & admonentes instantia, quo subueniat sibi, subueniat & miseris illis, quos pro se iuramento constrinxit; Reginam videlicet Theupergam coniugem suam, iuxta tenorem præstiti sacramenti, tractans, & se à rearu vice sua iurantium tegens; mittant etiam ad nos Vvaldradam, ut per hoc & ipse securam de cetero vitam ducat, & nos causa illius tantis vltius laboribus non subdamur. Non enim iustum est, ut legitima tantam

- A** tantam apud ipsum incommoditatem ac dehonestatem patiatur, & ab adultera gloria dignitatis eius surripiatur. Quod si Rex Lotharius ita fieri denegat, & se veraciter audire ac perficere velle monita nostra faceret, quemadmodum nobis dilectus filius noster Ludouicus Rex inclytus ex ipsius assertione significauit; quis quod interrogetur vel à vobis, vel studio vestrae suggestionis à iam fato pio Rege, quare nobis scribens, vel aliis satisfaciens, sicut indicat de Vvaldrada, quod post Missi nostri reuersionem non ad eam accesserit, ita non indicat de coniuge sua Theuperga, quod eam secundum datorum tenorem iuramentorum tractet, atque retineat? nisi quia non habet unde gloriatur, nec agit sic erga eam, ut nobis id veraciter referre possit, & gratiarum à nobis inde percipere valeat actiones: dum non solum illa nulla munificentia ipso largiente potitur, verum etiam omnibus opprobrijs, & egestate summa tabescit. **B** Dicatur ergo ei à pio principe, vel à vestra sacerdotali suadeatur industria, ut quando nobis mittit ad Vvaldradam, se nequaquam contra interdictum nostrum accedere mittat, etiam quod & Theupergam uxorem suam iuxta præstita iuramenta benignè tractet, & secundum Regiam dignitatem retineat: ita dumtaxat, ut quod mittit veritate fulciri alijs etiam attestantibus agnoscamus.
- Denique quando illa repulsa ipse Rex Lotharius Theupergam uxorem suam reduxerit, diffinitum fuisse constat, ut eadem Vvaldrada in Italiam mitteretur, quatenus vtrum Romam necne peruenire potuisset, nostræ censuræ decreto postularetur. De his quippe personis, quarum sedes Apostolica specialiter inchoat agitare negotium, sicuti nos Lotharij & **C** Theupergæ Regum, atque Vvaldradae pellicis exequi controuersiam cepimus; nulli fas est alij vel remouere, vel aliquid diffinire, nisi fortè cui ipsa præceperit. Vvaldrada ergo, quam in nostris hortatibus, nostrisque decretis à Lotharij constat remotam esse lateribus, nostris quoque specialiter debet ad congruam Ecclesiæ quam læsit satisfactionem summitti iudicijs. Quod quamdiu Lotharius non egerit, sicuti nec nobis requies, nec Theupergæ securitas, sic nec ipsi poterit tuta pax, aut aliqua inesse salutis fiducia. Tanto igitur sollicitius ad correctionem illius operam date, tantoque instantius non solum illum, ut in his nobis obediat, admonete; verum etiam & dilectum filium nostrum Ludouicum excellentissimum Regem, quo eum ad audienda nostra monita semper incitet, cohortamini; quanto attentius legitis: quia Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore viae suæ, **D** liberabit animam suam à morte, & operit multitudinem peccatorum. Non solum autem hunc gloriosum Regem vestrum adite, verum etiam specialiter deprecamini, ut admoneat & suadeat eidem Lothario, quatenus Romam non nisi purgatus, & quando nos annuerimus, venire præsumat. Nam nisi nobis obediens suspicionum & malæ famæ sordes diluere primum curauerit, videat ne fortè leproforum more de castris Dominicis cum maxima cōfusione pellatur. Quomodo verò ipsas possint ponere sordes, breuiter intimamus, videlicet, si Theupergam uxorem suam iuxta præstita iuramenta benignè tractet, & secundum regiam dignitatem retineat, Vvaldradamque ad nos accelerare compellat, atque in prædictis ecclesijs ordinem, quem ei dictauimus, Antistites ordinare permittat. Nam quamdiu Vvaldradam sic manere dimiserit, sicut omnibus liquet, Theupergamque nec regio cultu, nec coniugali dilectione tractauerit, quamdiu etiam Teugualdum vel Guntharium

tharium ecclesias dudum sibi cum sacerdotio ablatas obtinere perniferit **A** occupatas, nec à lepra iniusti criminis, nec à fordibus pessimi odoris, idest malæ opinionis, vel suspicionis liber esse poterit, nec puris Ecclesiæ ingressibus intrare valebit, nec sacerdotibus Christi libera eum, vel securam tangendi, vel intra castra recipiendi profectò quibus est facultas. Ergo laborate in hoc nobiscum carissimi decertare pariter fratres: quia sicut labor est multiplex in terris, ita nos merces copiosa manebit in cælis. Nec dubium est hunc iuuenem plurimos habere nunc pro sua potentia, vel dominatu sibi consentientes, de quorum omnium profectò conuersione ac salute omnes simul lætabimur, si horum princeps Dei gratia præueniente cõmunibus nostris sudoribus perfectius emundabitur.

Præterea nouerit sanctitas uestra, iam memoratum sublimissimū Regem vestrum pro Teugualdo & Gunthario, ea qua vos nobis affectione scripsisse; cui quia super hoc breui scripto respõdimus, si plenius nosse placet, quæ de illis sit penes nos fixa sententia; industriæ eius ad huius epistolæ, quam fraternitati uestræ destinauimus tenorem scrutandum direximus. Quamobrem agat sanctimonia uestra, vt ipsius pijs ad legendum obtutibus cum debita reuerentia, seu sæculari diligentia deferatur. Porro si aliqui fortasse sunt, qui dicant liberam esse Vvaldradam, & ideo huc proficiscendi ei non debeat imponi necessitas; nouerint non esse liberam, quæ à peccato superata ipsius & ancilla addicta est; Petro dicente Apostolo: A quo enim quis superatur, eius & seruus addictus est. & rursus alibi: Qui facit peccatum, seruus est peccati. A quo uidelicet ista nondum liberata, eius profectò adhuc ancilla credenda; ac per hoc nostro est iudicio speciali purganda, cuius decreto iniquitas agitari cœpit, & Christo propitio abolitionem percipere. Nam nisi illam nondum à crimine liberam esse sciremus, nequaquam eam pro liberatione tam sua, quàm fautorum eius in Italiam venire quomodo faceremus, licet eam per ministros suos postea, ne huc perueniret, satanas impediuerit. Iam verò si iussa nostra, vel sanctiones impleuerit, ideo se putat ancillam. ergo Lotharius Rex, seruus dici debet, qui vt cumque nostra fecisse mandata dinoscitur. ergo ista teneatur pro domina, quæ inobediens permanet, & dominetur Lothario, qui vt cumque nostris studuit obedire decretis: quod absurdissimum est, & omnino nefandum. Verum si tanta Rex Lotharius intentione Vvaldradam voluisset mœcham ad nos mittere, ad eius scilicet à nobis causam legitimè diffiniendam, quanta voluit legitimam Theupergam destinare coniugem, ad falsa contra se, ac extorta scelera proferenda, fortè iam nobis qualiscumque pax, vel reddita requies haberetur, atque vtinam sic studeat Vvaldradam ad nos mittere, quæ habet de scelere suo quod pandat, sicuti gestiebat Reginam Theupergam, quæ non quidem habebat quod de crimine panderet, sed quod de violentia, & iugi pœna illata sibi multipliciter enarraret, & quam iniustis minis, vt contra te falsum crimen coram nobis depromeret, multifariè compellebat.

Optamus fraternitatem uestram in Christo nunc & semper bene valere.
Dat. prid. Calend. Nouemb. Indiæ. prima.

a. Pet. 2.
Ioan. 8.

EPI.

A EPISTOLA LIX. B. NICOLAI PAPAE I.

MONET Odonem, vt pastorali cura inuigilare non desistat, eiusq; consultationibus respondet, & Ioannē Episcopum Raennatensem à sede Apostolica receptum nunciat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Reuerentissimo ac sanctissimo confratri nostro

Odoni Archiepiscopo.



Via sanctitatis uestræ pro statu sanctæ Dei Ecclesiæ feruentius inuigilare constantiam cernimus, & contra delinquentium, immo præuaricatorum, & sanctarum legum violatorum mores, vel actus per zelum rectitudinis vos erectos consideramus; omnipotenti Deo gratias agimus, & uestram sanctitatem, vt in talibus, illo adiuuante, proficiat, ea auctoritate, quæ nobis per beatum Petrum principem Apostolorum concessa est, modis omnibus commonemus; & quantum illos (sicut in uestris nobis innotuit litteris) præuere atque incautè agere conspiciatis; tantum illius freti auxilio diuinæ legis, per Sacerdotalem & Pontificalem auctoritatem, nullius personæ habendo acceptionem, & prædicationis uerba noua & uetera proponendo, ne sanguis eorum de manibus uestris requiratur, hortamur resistatis. Forsitan benignissima ac largiflua omnipotentis Dei clementia à proprio libitu eos reuocare dignabitur, & infra gremiū Dominici gregis uestro studio atq; labore recepti, de lucracione fraterna mercedis lucrifera recipere mereamini: quia ecce instat tempus, vt ascendatis ex aduerso, & opponatis vos pro domo Israel murum, & stetis in prælio in die Domini, & post alia. De capitulis, quibus uestra beatitudo consulere studuit, ita rescribere nostra Apostolica sollicitudo curauit secundum Patrum sanctiones.

Exquiritis enim, si dimissa vxore, quam legitimè sponsatam quis duxerit (quia nomen malum postmodum ei imposuit) absque decreto generalis synodi, liceat ei aut aliam accipere contra auctoritatem Euangelicam; aut illa superstite, pro vxore concubinam habere, quibus nos Apostolica auctoritate fulti, secundum Euangelicam sanctionem omnino resistimus: & nec aliæ vxoris copulam, eis qui talia agunt, dimissa superstite, habere concedimus, neque concubinam habendi licentiam tribuimus.

Dimissa vxore, non potest quis aliam accipere.

D Si desponsata nesciente spõso corruptatur, & postmodum dote facta, maritali more cum eadem idem sponsus iacuerit: si postmodum interiecto tempore liceat ei ipsam, quasi prius ab alio corruptam dimittere, & sic aliam ducere; quasi ista non fuerit vxor, aut concubinam pro ea tenere? Nec hoc consentimus, vt hi qui legitimo nuptiarum fœdere coniunguntur, & vnum corpus per aliquod temporis spatium efficiuntur, diuortium faciāt: Sed quod prius initio coniunctionis corruptæ percipiendo voluntariè racuere, postmodum interiecto tempore sustinendo, & si non voluntariè, inuiti custodiant, etiam à concubinis omnino se abstineant.

Hi qui sacras res ecclesijs datas, & à fidelibus oblatas quasi à principibus sibi indultas inuadunt, vastant, diripiunt, retinere præsumunt, auctoritate episcopali excommunicandi & anathematizandi sint. De his quidem rebus, quæ semel Deo contributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione

Excommunicantur, qui principum auctoritate res Ecclesiæ inuadunt.

Epist. Tom. 3.

T 3

con-

concessionis principum, à quibusdam inuaduntur, atque diripiuntur; sancimus, vt prius consularis principem ad rescandam tam præsumptiuam factionem, cognoscendum vtrum illius sit concessio, an inuasoris præsumptio, quòd si Principis fuerit inordinata largitio, ipse sit princeps pro emendatione redarguendus: si autem inuasoris declaratur præsumptio, vsque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus. & post alia: Ioannem Archiepiscopum Rauennatem sciatis paternè ab Apostolica sede receptum, & de errore quo accusabatur, sacramento purgatum, ac vt Romanæ sedi dignam reuerentiam exhibeat, tam ipse, quam successores eius super corpora sanctorum nobis iuratum fore: libellos quos mandatis vobis dirigendos, quando ad nos iterum miseritis, vestræ sanctitati dirigemus. & post alia: Vt mala quæ in regno Galliarum sunt, zelo pietatis corrigantur, & per vos & per alios confratres nostros instantissimè elaboreris, exhortamur, vt fortissimè in tot malis præparati resistatis.

EPISTOLA LX. B. NICOLAI PAPAE I.

HORTATUR Vt ius Episcopo Cenomanensi contra monasterium sancti Carilei administrari curet, si autem fuerit appellatum, causam ad se deferri iubet.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Carolo glorioso Regi.

Rxcellentia vestra innotescimus, quia Rotbertus sanctæ Cenomanensis ecclesiæ Antistes nobis litteris suis cognitum præcipua cordis deuotione obsecrans facere studuit, quòd monasterium sancti Carilei situm in pago Cenomano, loco videlicet, qui antiquitus dicebatur Gaiani, super fluuium Anisola, ab eius ditione ac potestate subtractum sit, & quòd antecessorum eius decreto & voluntate ordinabatur, nunc sine ipsius sit consensu sub Abbatis constitutum regimine. Vnde vestram Deo amabilem magnificentiam, his Apostolicis monemus, atque hortamur apicibus, vt iuxta veritatis censuram sanctæ iam dictæ Cenomanensis ecclesiæ super huius rei negotio iustitiam conseruare, & pium deuotionis vestræ auxilium impertiri, nulla hominum subdola persuasione prætermittatis, ipsumque monasterium pro Deo, nostræque paternitatis amore prædicto Rotberto episcopo sicut & antecessoribus eius iure permanfit, deinceps habere, atque salubriter pro ipsius venerabilis loci vtilitatibus ordinare libenti animo permittatis: nullamque potentia vestra vim in hoc aliquatenus patiatur, sed liceat ei habere securiter quod iuste suis semper tenuisse prædecessoribus priuilegio etiam nobis ostenso fatetur. Si verò quispiam monachorum supradicti monasterij S. Carilei amplius resistere nititur, ne sub ecclesiæ Cenomanensis potestate iam dudum consistat, & in hac omnes obstinatione perdurant: ipse Rotbertus Episcopus de vicinis Episcopis, sibi quos voluerit, iudices eligat, & nostra auctoritate simul conuocatis, & ceteris episcopis, qui in diocesis sanctæ Turonensis ecclesiæ videntur existere, talis tumultus dissensiones, quæ callido sunt exorta ingenio, iusto sancto Patrum iudicio rescantur, omnisque huius litis ambiguitas pacifica veritate pellatur: ita sanè, vt monasterium prædicti fundatū temporibus, cum omnibus

Anibus sibi iure debito pertinentibus rebus, Deo auxiliante, illibatum, sub potestate Cenomanensis ecclesiæ, si iustum fuerit, maneat. Quamobrem magnitudinem vestram monemus, vt (sicut superius dictum est) iustitiam & æquitatem in hoc, & in ceteris omnibus conseruare ob recompensationem futuræ retributionis, nulla sæculi felicitate negligatis. Quòd si in eodem iudicio prædictus Episcopus Cenomanensis aliqua necessitate compulsus appellauerit, se de hoc in nostra præsentia iudicium agere volumus, & iubemus tam ipsum Episcopum, vel legatum eius, quamque etiam tres de monachis prædicti monasterij, tempore opportuno ad nos omni prætermissa occasione venire, vt dignè Apostolicæ sedis examine, atque iudicio talis vtriusque partis controuersia rescatur, ad æquitatis debitæ ius pars iusta sine protelatione indubitanter sine perueniat. Quòd si ipsi monachi nostra iussione vocati, venire fortè contempserint, vestra potestatis properare cogantur imperio: cum quibus & fidelem hominem vestrum transmittere, qui ipsius causæ & contentionis initium experiatur & finem dignemini.

EPISTOLA LXI. B. NICOLAI PAPAE I.

REFERT quæ in superiori Epistola scripta sunt, promittitque se Monachis sancti Carilei, nisi iure cogente, non assensurum.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rotberto Cenomanensis Urbis Episcopo.

Ranè quia sanctitatem vestram ad Apostolicam sedem constat plenas deuotione litteras destinasse, multas gratias Deo omnipotenti, vobisque referimus, eo quòd & debitam reuerentiam obseruantes, nos in vestris vtilitatibus adiutores quæsiuistis, & sanctam omnium terrarum matrè Romanam Ecclesiam interuentricem suppliciter præexoptastis, quòd ita res se habere luce clarius patet, vestris admissibus consulere. De illorum monachorum sancti Carilei improvida intentione decreuimus, vt si venerint, & talia concedi petierint vestro ducti amore, nec illorum impolitè precibus annuemus, nec auctoritatis nostræ censuram illis in talibus largiemur. Quòd si voces forte falsidicæ assertionem aliquid quasi nostræ institutionis edita decreta protulerint, donec nostro demum Pontificio cognitum fiat, illis creditatem exhiberi non volumus, quòd (vt præfati sumus) illis in talibus minimè assensum præstabimus, aut talia volentibus facere, Apostolicam licentiam dabimus: excepto si talis ratio non præluceat, pro qua id diffiniri intentio cogat. Gloriosum quoque Regem vestrum Carolum, eiusque regni episcopos nostris exhortationibus admonemus, vt nostra fulti auctoritate circa vestra ecclesiæ priuilegia sententiam minimè inferant, discutiant, ac audiri permittant: sed diuina clementia fauente iuste decernant, & Cenomanensis urbis viris, eiusque præfulibus, vt erat ipse monasterium, redderent statuimus, vt vestri sub cura regiminis subderetur; hoc illis summopere statuentes, vt si à vobis iudices, qui canonicè causam determinent, ex ipsis electi fuerint, vestra pareant voluntati, ita vt & iudices dentur, & huius rei intentio æquè ventiletur: quòd si ob alicuius impedimentum inibi res digesta

sta non fuerit; præcipimus, ut utraque pars, vos scilicet, aut vester legatus, & tres ex ipsis monachis in nostram specialem præsentiam veniant, ut nobis præsentibus legitimam finem accipiant: nam & confratrem nostrum Herardum Archiepiscopum de his per Apostolicos apices certum reddidimus, & (ut à nobis institutum est) intimaui. Unde & eosdem monachos dignum duximus corripere, admonere, ut proprio libitui resistere incipiant, & ultra modum mentem non eleuent, nec illicita quæque apprehendere præsumant; sed repressa tantæ temeritatis audacia, vobis obedire non differant, & vestræ Ecclesiæ colla submittant.

EPISTOLA LXII. B. NICOLAI PAPAE I.

DECERNIT monasterium sancti Carilefi esse immune, & Apostolica sedi immediate subiectum.

NICOLAUS ROMANAE SEDIS EPISCOPUS,
Galliarum Episcopis vniuersis, & Pontificibus sempiternam in Domino Deo patre & Domino nostro Iesu Christo salutem.

Regum corda diuinitus inspirata, quando pro religiosis locis sollicitudinem gerunt, diuinitati gratiæ sunt agenda, & in omnibus, quæ piè religioseque procurant, eorum voluntati cum omni deuotionis alacritate est parendum. Orandi denique essent, ut de Sanctorum locis pietatis affectum & sollicitudinis curam susciperent: nunc autem vltro se ad hæc peragenda præbentes, & illis est congratulandum, & quæ iusserint sine retractatione perficiendum. Gloriosus itaque Rex Francorum Carolus cælitus animum inspiratus inter cetera suæ deuotionis studia, quæ circa Dei Ecclesiam prompta semper impendit deuotione; curam quoque dignatus est assumere de monasterio sancti Carilefi confessoris, quod est in pago Cenomanico constructum super fluuium Anisola, in quo à prima suæ conditionis die ex quo beatus cōfessor Christi Carilefus fuit in corpore, religiosum monachorum habitauit examen, habuitque libertatis priuilegium, & in rerum suarum dispositione & in Abbatis de semetipsis electione. Verum quia impugnare Ecclesiam Christi nunquam hostis humani generis omittit, securitatem libertatis, quam ex multis iam annis possederat; et si non penitus abscidit, concussit tamen, & conuellere conatus est, & paucis quidem ante iam annis & præsentibus quoque, id est, ipsius Caroli Regis temporibus. Quia verò diuina clementia deserit nunquam in se confidentes Principis animum ad hoc mouit, ut non solum inimici persuasio non prævaleret: sed etiam procurare voluit, ut sequentibus temporibus libertatis priuilegium olim monasterio illi concessum, à nullo deinceps nec euerti posset, nec violari: vnde dignatus est ad nos prædictus Princeps, missum dirigere suum, id est, venerabilem Odonem Belluacensem Episcopum, & litteras suæ dignationis destinare, quibus postulauit, ut libertatem illi monasterio & ab Episcopis, & à Regibus Francorum concessam, nostra firmaremus auctoritate, & futuris mansuram temporibus roboraremus. Considerantes

Aranres itaque piam esse postulationem, & seruorum Dei quieti pernecessariam, & quæ à pastores ecclesiarum postulanda esset, atque procuranda, si minus eam mundi principes procurarent, Decernimus Apostolatus nostri auctoritate, ut monasterium sancti Carilefi confessoris intra Gallias situm in pago Cenomanico super fluuium Anisola, ut rerum suarum habeat liberam in omnibus secundum ecclesiæ ipsius vtilitatem & seruorum Dei compendia dispensationem, ut Episcopus Cenomanicæ Urbis, siue Robertus, qui nunc illi sedi præest, siue successores eius nullam in eo monasterio obtineant possessionis dominationem, neque prædictum monasterium ad suæ vrbs inclinare conentur subiectionem. sed Abbas ille, qui nunc ibi est, Engillarius & fratres eiusdem monasterij dominationis ius seruent, dū Ecclesiastica statuta & præsentibus & futuris obtineant semper temporibus, videlicet, ut quicquid oblatum est, vel fuerit deinceps illi cenobio vel in auro, vel in argento, vel in agris & famulis, vel in quacunque rerum substantia, nec Episcopus Cenomanicus, sicut Robertus, qui nunc illi vrbi præest, siue qui post eum Cenomanicam ecclesiam rexerint, nec vlla alia persona siue secularis, siue Ecclesiastica, vllam obtineant, vel sibi vindicent portionem: sed maneant omnia in ipsius Abbatis & fratrum ibidem Deo militantium dispensatione, ut quicquid secundum ipsius monasterij vtilitatem regulariter & canonicè voluerint agere, in eorum sit potestate: neque Episcopus ad prædictum monasterium quasi propriæ potestatis abutens iure, nisi vocatus ab Abbate & fratribus accedat, ne sui aduentus pressura fratrum quietem perturbet, neque dolos, aut machinationes vllas vel Abbati, vel fratribus siue per se, siue per suos aliquando facere præsumat: cum potius quicquid Dei seruis in prædicto monasterio commorantibus conferre ad ordinis sui conseruationem vtiliter & modestè & benignè potuerit, id pro Dei amore & sempiternæ remunerationis gratia perficiat, nec violenter, aut callidè mali quicquam, aut perturbationis moliat in illos, sicut au diuimus quosdam facere voluisse, quasi inscriptiones quasdam monstrantes, quibus monasterium suæ ciuitati possessionis iure subditum fieri conati sunt, quas constat omnino falsas fuisse; quandoquidem priuilegia Regum, quæ ex antiquorum Regum Francorum temporibus olim monasterio illi concessa sunt, hoc destruant, sicut & ipsa testantur, quæ in archiuijs monasterij ob testimonium sibi concessæ libertatis, hodieque seruantur. quod si fortassis contigisset, ut aliquando monasterium illud sub potestate Cenomanici fuisset Episcopi, quod rebus ipsis probatur, & testimonijs monasterio collatis nunquam fuisse: tamen secundum leges sæculi, post tot iam sæcula & annorum spatia repeti nullatenus iure potuisset, & quod semel acceperat libertatem, iam sub ditione nequaquam mancipari denuo potuisset. In legibus enim habemus, ut omnes quæstiones infra triginta annos terminum accipiant. De Ecclesiasticis autem causis post quadragesimū annū nulla querela moueri potest, si non intra hoc spatium annorum fuerit mota, Et ecce hoc monasterium à primo Rege Francorum Christiano, id est Clodoueo, filioque eius Childeberto cum habuerit libertatem, & deinceps ab omnibus Regibus semper mansit liberum, & in rerum suarum dispositionibus, & in Abbatis electione; nunc repetitur quasi in proprijs iuris dominationem, cum si terrena possessio fuisset, & per tot annos possessoris sui dominatione caruisset, nullo modo secundum leges siue mundi, siue Ecclesiasticas, antiquus possessor eam sibi vindicare potuisset. At verò (quod est dictu

tu nefas, Christi possessionem & seruorum Dei contuberniū, quod terrena **A** potestas liberum esse cōcessit, episcopalis ambitio in seruitutis ius vindicare conatur. Apparet itaque quisquis hanc peruersè molitur, non lucrum requirere quod velit animarum, sed magis dominationis fastum, & lucra cupiditatis inhiare. Vnde omnibus modis hanc perniciosam reprimentes ambitio nem, præcipimus, vt Robertus Episcopus Cenomanicus, & quicumque successor eius fuerit, nullam in prædicto monasterio sibi vindicet ditionis potestatem: sed maneat secundum concessam sibi iam multis annis absolutionē, ab omni episcopali pressura & dominatione remorum. Nullus in eo quicquam vindicet sibi prædictæ ciuitatis Episcopus, neque per se, neque per ministros suos, neque ex clericis, neque ex monachis, neque ex canonicis, neque ex laicis potestatis iure, aut Episcopali factu sine voluntate Abbatis ipsius loci, & fratrum ibi degentium præsumat aliquid vel ad ordinandum, vel **B** ad disponendum, vel ad dominandum.

Ordinationes verò quas petierit Abbas, vel ipsi fratres, vel ecclesiarum consecrationes, vel altaris benedictionem, christiatis quoque oleique sanctificationem, prout petierint Abbas, & loci illius habitatores non moretur præstare: quia munus officij sui Episcopus non pro lucri gratia, sed pro creditæ sibi dispensationis ministerio debet impendere: & prouidentia pastoralis existit, vt creditis sibi ouibus ex amore potius, quam ex potestate consulere quarat, licet in subiectos vtraque secundum tempus sint necessaria; sed amor debet generare solertiam, potestas verò temperanda est amore, vt potius Christi caritas ferueat, quam potestatis rigor insolecat. Abbatem verò de se eligendi fratres cœnobij sancti Carilefi semper habeant potestatem, neque in eius electione Episcopi Cenomanici recipiant constitutionem, aut dispositionem: sed quemcunque dignum vita, moribus, atque doctrina prospexerint, pastoralis officio & sibi vtilem & aptum dispensatorem esse, ipsum eligant, Regisque in notitiam deferant, vt eius & concessione, & consensu potestatem regiminis accipiat; neque pro eius vel ordinatione, vel constitutione munus aliquod accipiat, vel detur: quoniam Spiritus sancti donum, non debet pretio, sed gratia promereri: & quoniam multi per prauorum insidias hominum seruis sæpe Dei fabricantur doli; decernimus, vt ordinatus deponi non possit, nisi criminalis cum causa monstrauerit reū: quod si fuerit infamiae calumnijs denotatus, ex Regali prouidentia, episcoporum habeatur non minus quam sex conuentus: quorum de numero Cenomanicus constituatur Episcopus, & eorum in iudicio secundum canones illius causa discussa, non aliter deponi possit, nisi reus manifestis, certisque **C** patuerit indicijs. Non est enim æquum, vt electus & ordinatus ecclesiae pastor fortuito & sine iudicio, absque vllius manifesta criminis denotatione, pellatur. Nullus enim apud leges sæculi damnatur, nisi in criminali causa deprehensus veritatis testimonio patuerit: & nullus ecclesiae, qui fuerit ordinibus consecratus, merito deponendus erit, si non certis criminibus apparuerit conuictus. Sic itaque Abbas & electus à pluribus, & ordinatus sacerdotali benedictione, nullo modo debet sui ordinis honore priuari, nisi manifestis criminibus fuerit denotatus, atque conuictus: Vnde sub hac auctoritate præcipimus, vt Abbas cœnobij sancti Carilefi, postquam electus regulariter atque canonicè fuerit & ordinatus, à nullo nec Episcoporum, nec Regū, nec alia qualibet persona deponi possit, si non criminalis intercesserit causa, pro qua merito secundum regulam sancti Benedicti, & canonum instituta **D**

A. S.

A ta deponi debeat. Hæc autem constituta volumus omnibus omninò modis inuiolabilia præsentibus & futuris temporibus permanere, & à nemine vel Regum, vel Episcoporum, vel alicuius ordinis violari: quod si quis constitutionis nostræ paruolucens decretum, cœnobio sancti Carilefi, vel Abbati, vel fratribus violentiam fecerit, vel in ipsis, vel in famulis eorum, vel in omnibus ipsius monasterij possessione inuasor apparuerit; reum se in diuino iudicio non dubitet apparere, & diuinæ censuræ puniendum damnatione. Vnde constituimus, vt primùm quisquis hoc molitus fuerit, sui honoris dignitate priuetur, siue sit sæcularis, siue Ecclesiastica persona: deinde ab ecclesiastica communionis societate fiat alienus; corporis quoque, sanguinisque Christi participatione non communicet, donec vel quod iniq̄e gessit corrigat, vel digna penitentia satisfactionem emendet. Fratres verò ipsius **B** monasterij, si quid horum, quæ constituimus, violatum esse cognouerint, id est si Abbatis electionem quis eis prohibere molitus fuerit, vel ipsius monasterij possessiones, aut quæ ibi oblata fuerint, suo iuri mancipare decreuerit, vel ipsum monasterium Episcopus Cenomanicus ad ciuitatis subditiōnem subiugare tentauerit, licentiam habeant Metropolitanum episcopum Turonensem conuenire, & pressuram innotescere suam: & Metropolitanus, causa cognita, perueniam per quam vexantur cōueniat, & cui periculo tradita sit ex præsentis auctoritate relecta edicat, vtque emendare velit, quæ prauè gessit, moneat. Quod si non libenter audire, & reatum corrigere suum maluerit, secundum præsentis constitutionis decretum; cum à communione Christianorum, & corporis sanguinisque Christi participatione efficiat alienum, quæcunque fuerit persona, & cuiuscunque fuerit dignitatis. Quod si **C** Metropolitanus episcopus eorum precibus, & acclamationibus adiutorium præstare detrectauerit, licentiam habeant sancti Carilefi monasterij fratres Apostolicam, id est Romanam sedem adire; & necessitudinis suæ causam ante Episcopum, qui tunc fuerit vr̄bis Romæ deponere, & præsentis edicti constitutionem manifestare, vt Romanus Pontifex cognita causa, iustam anathematis condemnationem in reum exercere non moretur, vt monasterium prædictum possit suæ libertatis munitionem habere: & pontificale decretū, Regumque immunitates, Romanique Pontificis constitutum, inuiolabilem perpetuis obtineant temporibus firmitatem.

EPISTOLA LXIII. B. NICOLAI PAPE I.

D PRÆCIPIT eis sub excommunicationis poena, vt Lotharium moneant, vt Hil duino è Cameracensi Ecclesia remoto, alium canonicè eligi permittat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimis & Sanctissimis confratribus nostris Archiepiscopis, & ceteris Episcopis in regno Lotharij constitutis.



Votiens de vestra dilectionis sanctitate ea percepimus auribus, quæ Deo placabilia & grata, nec non & accepta esse creduntur; gaudemus in Domino, & immensi tripudij exultatione lætantes, grates ei multimodas reddimus. At verò cum vos torporis defidia

dia audimus languescere praecepta caelestia tam latis quibusdam papaue-
ribus perceptis obliuioni mandare, peccata non premere; sed fouere non
eradicare vitia, sed plantare; ea sacri verbi ligone non recidere, sed veluti
quorundam, vt ita dicamus, linguae adulationum, vt crescant, aquas ef-
fundere. Imò (quod est sceleratius) alienis peruersitatibus protegendo, ac
defendendo fauere contristamur: & tanto abundantia meroris deficiamus,
quanto eos, cum quibus putabamus, quibuslibet potestatibus ex aduerso
ascendendo libera pro domo Domini voce contra ire, vel etiam virgam
correctionis, ac iustitiam rigoris extendere illos videmus, se sequenti-
bus in barathrum & iniquitatum foueam ducatum patrare, eosque (heu
proh dolor) caecis oculis anteire. Verum de hoc tacendum parumper, quo-
usque tempus loquendi veniat, ratum ducimus. Ceterum fidelium certa
relatione didicimus, quod gloriosus Rex Lotharius filius noster, ecclesiam
Cameracensem cuidam Hilduino clerico dederit; quae quidem in regno
ipsius consistere dicitur: esse tamen de diocesi confratris nostri Hincmari
Rhemorum Archiepiscopi perhibetur, quo praedictum clericum in multis à
sacris canonibus reprehensum iudicante; ei vt alium, qui dignus inueni-
ri possit, consecrandi à Rege, vobis auctoribus vtique, qui hunc non cor-
rigitis, facultas adimitur. Vnde eadem ecclesia Cameracensis à iamfato
Hilduino peruasa, iam vltra decimum mensem contra sacrorum canonum
normam viduata consistit, iugiterque suis rebus expoliatur; & quae cele-
brari debent diuina ministeria, quia episcopali ministerio caret, in ea mi-
nimè fiunt. Quapropter praecipimus vobis, vt suggeratis filio nostro Lo-
thario glorioso Regi, & ei vt nullum ecclesiae Cameracensi praedictum
inferat, summoperè suadere curetis: quatenus iamfato Hilduino submo-
to, ex se eligendi (iuxta sacros canones) episcopum, clero & plebi ipsius
ecclesiae licentiam tribuat. Nam si hanc nostram praedictionem Apostoli-
cam contempseritis, scitote vos pro inobedientia, & pro consilij pestiferi
veneno, quo iamfatum Regem saepe infecit, à nostra communione peni-
tus subinouendos. Praterea epistolam, quam saepe dicto Hilduino cleri-
co mittimus, à vobis ei dari praecipimus, quem nisi ex Dei, & beati Petri,
& nostra auctoritate excommunicaueritis, vt nihil de ecclesia Cameracen-
si sibi vindicet, numquam se in eadem ecclesia ad episcopatum prouehi
tentet, vel postulet, à communione Domini corporis & sanguinis, esto-
te diuina & nostrae mediocritatis sententia cum eodem longius sequestrati.
Si quidem cuius rei gratia vltra decimum mensem contra sanctarum regula-
rum diffinitionem, Cameracensem ecclesiam sine rectore Episcopo de pro-
prio clero electo viduata permanere permiseritis, nosse proculdubio vo-
lumus, & cuius neglectu omissum sit solerti prorsus examine reperire,
& quam quis sit dignus ultionis poena mulctare, Deo auctore nulla con-
tenti dilatione studebimus. Optamus fraternitatem vestram in Christo
nunc & semper bene valere.

EPI-

A EPISTOLA LXIII. B. NICOLAI PPAE I.

ARGVIT quòd bona Rhemorum Archiepiscopi diripiat, eiusq; iurisdictionem
violenter impediatur, monetq; vt omnibus ei restituitis, Cameracensis Ecclesiae peruafo-
rem Hilduinum expellat: alioquin se eum excommunicatum minatur. Ipsum quoque
Hilduinum excommunicatum declarat, nisi Apostolicae sedis praeceptis paruerit.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Lothario glorioso Regi.



Inter innumera, quae de te sinistra supra modum, execrabiliaq;
feruntur, vnde nos non mediocriter te saluum anima & cor-
pore cupientes, tristamur; illud etiam tuis excessibus te adie-
cisse veraci relatione cõperimus, quod sanctae Ecclesiae Rhe-
morum, in qua venerabilis confrater noster Hincmarus di-
uina dispensatione Archiepiscopus praest, in regni tui fini-
bus facultates, ac praedia constituta diripias, & adeo illi diocesim suam vio-
lenti brachio inhibeas; vt ecclesiae Cameracensi, quae suo ecce per decem
mensium spatia est destituta pastore, viduata manens contra venerabilium
canonum instituta inibi Episcopum consecrandi, aut aliquid iuxta suum mi-
nisterium disponendi, nullam omnino potestatem habere permittas: Quam
cunctis Christianis legibus detestandam praesumptionem à gloria tua contra
Ecclesiasticas institutiones minimè perpetrari optamus, neq; aliquo mo-
do patiemur: quoniam si Regum est proprium rebelles corporis motus ratio-
nis imperio refrenare ac regere; debuerat vtique excellentia tua in omnium
regni tui ecclesiarum defensione adesse, & minimè Metropolitanum Rhemorum
iure soluto, in parochiis regni tui viduatae ecclesiae Hilduinum aliunde con-
stituere peruaforem. Ob hanc rem dilectionem tuam hortamur & monemus,
atque Apostolica auctoritate inhibendo arcemus, vt nullo pacto in his quae
ad Rhemorum sanctam ecclesiam pertinent, illicitos appetitus ostendens, di-
tioni tuae submittas, neque ecclesiae Cameracensi peruaforem diutius inha-
bitare permittas. Quod nisi feceris, & omnia Metropolitanum Rhemorum non
restitueris, vt ipse iuxta suum illic priuilegium disponere queat: quia iam
tanta à te horrenda ac detestanda in corpore sanctae Dei Ecclesiae commissae
diutius æquanimiter ferre nequimus, vt saltem cõpulsus respiscere valeas,
noueris te citissimè mucrone Ecclesiastico feriendum, ita vt vltius talia in
sancta Dei Ecclesia perpetrare formides. Peruaforem verò Cameracensis
ecclesiae, Hilduinum nomine, scias à corporis & sanguinis Domini nostri
Iesu Christi communione penitus segregatum, & ab omni Christianorum
confortio sequestratum, si post hanc nostri Apostolatus interdictionem re-
morari tentauerit, quousque in nostram praesentiam de his canonicè sa-
tisfacturus occurrat. Optamus gloriam tuam in Christo bene valere.

EPISTOLA LXV. B. NICOLAI PPAE I.

PRAECIPIT sub excommunicationis poena, vt Cameracensem Ecclesiam, quam
inuaserat, relinquat, bonaq; ei ablata restituat, vt alius Episcopus canonicè eligi, & à
Rhemorum Archiepiscopo consecrari possit.

Epist. Tom. 3.

V

NI-

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hilduino clerico.



Vm nostri voti desiderium de omnibus bona cupiat semper cognoscere; multum nos contristauere quae de perueritatibus tuis, nostris auribus à veracibus quibusdam certa sunt attestazione relata. Diceris enim quod contra statuta sanctorum canonum, Ecclesiam Cameracensem inuaseras, & eius sanctae plebis clericos opprimas ac dehonestes, bona quaeque ipsius diripias, Metropolitano, id est contratri nostro Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo nullam debitam subiectionem vel obedientiam impendas, sed absque libitu eius, & per decem iam menses viduatam eandem ecclesiam occupatam detineas; & cetera detestanda de tuis temeritatibus nostrae Apostolicae sollicitudini nunciantur, quae quidem nunc silemus; tantum hoc tibi praecipiendo iniungimus, vt omnia quae à praedicta ecclesia subtraxisti, & ea habere dinosceris, ei reddere ne disteras. Et quoniam licet humana quaedam potestas permittat, diuina tamen, canonicaque censura te in eadem ecclesia in Episcopum consecrari nequaquam consentit: immo omnes qui tui sunt moris atque praesumptionis, à tanta dignitate procul repellit, maxime cum Metropolitano Rhemorum prouinciae, cui ipsa Cameracensi ecclesia subiecta est, nullum debeat praedictum irrogari: praecipimus tibi, vt de eadem ecclesia Cameracensi nil auferens, quanto citius abscedas, vt talis à clero & plebe ipsius ecclesiae eligi, & ab Archiepiscopo Rhemorum consecrari possit, qui in nullo à sanctis canonibus reprehendatur: Quod si praedictae Ecclesiae quae tulisti, praeter illa, quae ad victum & potum pertinuerit, reddere distuleris, vel si amplius aliquid inde abstuleris, & ab eius potestate, ac regimine te minime subduxeris; Dei nostri, & sanctorum Apostolorum, atque sententia auctoritatis nostrae, sis vinculis anathematis obligatus, quamdiu huius nostrae diffinitionis epistolae pertinaci animo reluctaueris.

EPISTOLA LXVI. B. NICOLAI PPAE I.

MONET vt praecuritorum criminum penitentiam agens, & futura praecauens, sacerdotum praecceptis pareat; Sigonem Episcopum suae sedis, peruasore deiecto, restituat, & ad respondendum obiectis coram legatis in synodo se sistat. Adonem vero, si in Aluernensi Ecclesia morabitur, aut Sigonem Episcopum impediuerit, excommunicat.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Stephano Comiti.



Vae & quanta contra canonicas & ecclesiasticas regulas, immo contra naturalia iura pertinaciter egeris; sedis Apostolicae, quae ubique ex ministerio sibi credito spiritualiter praesto est, cognitionem omnino non latet: & licet tanto sint odio à nostris mentibus repellenda, vt in te eorum auctoritate merito mittere in virga cogamur. Vt tamē adhuc te respiscere à tatis malis sperantes, has nostri Apostolatus litte

ras

ras tibi dirigitur, vt submissa pertinaciae tuae ceruice, sanctorum sacerdotum praecceptis pareas, de praeteritis penitentiam geras, & à futuris te, ne perseverando in talibus, in Diaboli laqueos sempiternos incidas, circumspecte ac solerter custodias. Ceterum quia (quod his nequius extat) contra omne quod Christianae religioni conuenit, deiecto sanctissimo Sigone Aluernensi Episcopo in locum eius peruasorem Adonem clericum substituiti; praecipimus tibi auctoritate Dei omnipotentis, beatorumque Apostolorum principum Petri ac Pauli, vt nullam passus moram sanctissimum Sigonem episcopum, deiecto peruasore, ecclesiae suae restituas, & in omni sacerdotij dignitate eum manere amodo dimittas. Nam quia nonnulla impudica, ac scelestissima de te inculcantur, Apostolica auctoritate sancimus, vt de his plenissime satisfactorius in nostrorum legatorum praesentia, qui constituta à nobis synodo praesente debebunt, in loco praefixo occurrere studeas; quodque si neglexeris, & praesentiam tuam à synodico examine defraudare tentaueris, scias te praesulatus nostri auctoritate à vini & carni participatione omnino excommunicatum, quousque Romae in nostra speciali praesentia, districtam positurus rationem assistas. Peruasor vero sanctae Aluernensis Ecclesiae; si post hanc nostram diffinitionem illic remorari tentauerit, & aliquod impedimentum sanctissimo Sigoni episcopo facere quacumque argumentatione praesumpserit; sciat se pari modo non tantum à vini & carni, verum & à corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi participatione penitus esse sciundum, quamdiu nostris iussionibus obstinate in praesentiam Apostolicam venire distulerit.

EPISTOLA LXVII. B. NICOLAI PPAE I.

LAUDAT eam de obsequio & fide in sedem Apostolicam, eique de muneribus missis gratias agit.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hirmentrudi gloriosae Reginae.



Deuotionem tuam & fidem tuam, quam sublimitatem tuam circa beatorum Apostolorum reuerentiam habere perspiciamus agnoscentes, dignas Domino Iesu Christo retulimus gratias. Nam & munerum vestrorum diuersis speciebus oblati, non tam censum, quam pium considerantes affectum, Reginae Austri industriam tuam praetulimus: siquidem tanto coram nobis gratius quam praedictae Reginae vestra munera suscepta sunt, quanto illa mortali, tu vero filia carissima, immortalis Regi, & ecclesiae ipsius principibus, qui cum eo feliciter regnant, & vobis intercessionibus suis solatia conferunt, dona non tam corruptibilia, quam semper mansura, & ante Deum iugiter florentia obtulistis; & reuera, si illius, quae duo tantum minuta in Gazophylatium misit, tanto est munus coram Deo acceptum; quantum putas vestra fore grata, quae plurima contulistis, immo quod est maius, temetipsam deuotione & fide Domino, eiusque seruis totis affectibus exhibetis.

Omnipotens Deus te incolumem custodiat dilectissima filia.

Epist. Tom. 3.

V 2

EPI-

EPISTOLA LXVIII. B. NICOLAI PAPAE I. ^A

OSTENDIT non debere eum agrefere, quòd à se fuerit paternè correctus, hortaturq; ad patientiam, donec eius causa à synodo congreganda cognoscatur.

NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Huberto religioso Abbati.



Pices defensionis tuæ per Odonem fratrem & coepiscopum nostrum ad sedem Apostolicam missos, libèter accepimus: quorum etiam tenorem attentius perpendentes reperimus, te conquerentem dura inuectione à nobis fuisse conuentum, ac contra spem, dum te cum fratre & sorore iugiter proclamante, consolationis epistolas accipere sperares, arguentes te ac corrigentes durè inueneris. Quod utique deuotio tua moleste ducere non debuerat: quia patris solers disciplina dilecto filio etiam minimè peccanti, nonnumquam adhibetur: non quòd seueritate verberum frustra examinetur, sed quòd ne in suspectis facinoribus deuoluatur, beneuola inuectione terreatur, ac cum dira flagella filius molestissimè ferat, eo quòd sine culpa percutitur; scit tamen pater quòd blando in pectore modù seruauerit disciplinæ, vt ab imminentibus custodiret. Quod cum ita esse nullus omnino sciolus dubitat; animaduertendum est, & summa circumspeditione cauendum, ne cum Apostolici moderaminis tibi aliquoties dura mittuntur, moleste in aliquo feras: quia aut aperta & vera sunt nostræ correctionis verbera, aut occulta & iusta sunt, & aliquam habentia rationem. Porro quia innocentiam tuam in sacerdotum examine expetendo, & quotidie proclamando commendare videris; gratum habemus, & vt ita se veritas habeat, Deum rogitamus: tamè quia adhuc in acie stare videris innocentia tuæ, perseverantiam adhibe, vt vnde nunc à nonnullis denotaris, perspecta veritate postmodum collauderis. Ceterum iuxta diuinitus nobis creditum ministerium, vt à die, qua Apostolatui nostro negocium tuum, atque sororis relatum est, strenuè perstiterimus; nullos sanctæ Dei Ecclesiæ filiorum latere notitiam credimus, & quid de fratre tuo egerimus, ipse poterit enarrare. Neque enim in hoc desides, negligentesque poterimus vel suspecti haberi: quia diuersa quoque negocia dirimenda, & examinanda, atque ad vltimum iuris silentium perducenda, & synodum colligi iussimus, & legatos Apostolicæ auctoritatis illuc direximus: quorum censura in collegio fratrum aut pro culpa canonicè puniamini, aut pro innocentia iustè à crimine diluamini.

Optamus religiositatem tuam in Christo feliciter valere.

EPISTOLA LXIX. B. NICOLAI PAPAE I.

GRATVLATVR quòd in patris eorum gratiam redierint, hortatur, ne deinceps ab eo diuellantur, eosq; synodo interesse iubet ad obiecta responsuros.

NI-

^A NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ludouico & Carolo filijs Caroli gloriosi Regis.


Erucnit ad Apostolatus nostri notitiam, quòd malorum hominum callida suggestione decepti à patris gratia, & participatione digressi fueritis. Qua ex re nimio mœrore deuicti, dispositum habuimus Apostolici moderaminis vobis competenter correctionem dirigere, quæ vos & ab improbis stultisque libitibus refrenaret, & correctos paternæ gratiæ restitueret. Nunc autem quia sanctissimus frater & coepiscopus noster Odo veniens dilectionem vestram paternæ gratiæ pleniter reformatam esse affatus est, grates Domino Deo retulimus, ideoque deuotionem vestram hortantes, sancimus, vt caueatis vos de reliquo à tanti patris vnanimitate prorsus diuelli, qui vos tamquam Euangelicus pater post pertratatos excessus ad se conuercentes benignus suscepit, stola prima induit, annulumque in manibus; & calceamenta in pedibus tribuit: ita vt sicut erroneus ille filius tandem regressus, gratiam promeruit, & paternæ hereditatis (sine margine) hæres extitit; vos quoque studeatis in eo quòd probè reuerfi estis, persistere: quatenus & hereditate patria semper fruamini, & à benedictione & gratia, atque communionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ vos gloriosiores exoptat, nulla penitus negligentia decidatis. sanè in synodo, quæ statuto à nobis loco congreganda est, in qua Apostolicæ auctoritatis legatos credimus adfuturos, præsentiam vestram humiliter præsentari iubemus, vt ibi de quibus impetita fuerit, veraci ratione respondeat, & plenissimè satisfactura canonicis regulis se submittat.

Optamus vos in Christo bene valere.

EPISTOLA LXX. B. NICOLAI PAPAE I.

NVNCIAT quæ acta sunt de Ignatij causa; quæ ve ab Imp. CP. aduersus Romanam Ecclesiam scripta sunt, hortatur Archiepiscopos, vt iunctis sibi Coepiscopis suis curam adhibeant, vt quid malignis Græcorum obtreccionibus sit opponendum, inueniant, & ad se mittant.

^D NICOLAUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Reuerentissimis & Sanctissimis Hincmaro, & ceteris confratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis
in regno Caroli gloriosi Regis ecclesiasticas constitutas regentibus.



Mnium nos portare onera, qui grauatur, immo hæc in nobis portare beatissimum Petrum, qui nos administrationis suæ protegit, ac tuetur heredes, fraternitas vestra liquidò nouit, verum tamen inter alia, quæ nos immensis laboribus inferunt, illa nos præcipuè commouere videntur, quæ nobis immo vniuersæ Occiduae parti à Græcorum Imperatoribus Michaeli scilicet & Basilio, & ab his, qui sibi parent, nequiter ingeruntur.

Epist. Tom. 3.

V 3

hi

Ephes.

hi enim odio & inuidia contra nos inflammati, quæ inferius annotabimus, nobis quasi crimina hæreseos impingere moliuntur: Odio quidem, quia Photij adulteri & inuasoris ecclesie Constantinopolitane, atque neophyti, à depositis & anathematizatis factam promotionem non approbauimus, sed & damnauimus; fratris scilicet & comministri nostri Ignatii eiusdem ecclesie Patriarchæ deiectionem, utpote à subiectis, & ab Imperiali potestate factam nullo suscipientes assensu: Inuidia verò, quia Regem Bulgarum Michaellem nomine cum gente sua, Christi fide suscepta, à sede beati Petri institutores & doctrinam expetisse audierunt. Volentes quippe, nimisq; anhelantes eosdem Bulgaros à beati Petri subiectione subducere, suoque imperio sub prætextu Christianæ religionis callidè subiugare: talia de sancta Romana Ecclesia non habente maculam, aut rugam, aut aliquid humilimodi prædicant, quatenus illi (utpote adhuc in fide rudes) hæc audientes nos quasi noxios, & diuersarum hæreseon squaloribus resperfos vitent, deiectionem, atque penitus deserant. Denique cum clamor malorum, qui in Constantinopolitana ecclesia tam per eosdem principes, quam per eos qui illi siue metu, siue affectu ad votum parent, multiplicatus & consummatus esset, nostrisq; auribus increpescens, immensum cordi super tanta nequitia dolorè incuteret, etiam ipsis petentibus & obnixè precantibus, ad hæc inquirenda, & nobis referenda missos nostros Rhodoaldū scilicet & Zachariam tunc episcopos Constantinopolim destinauimus, qui illuc peruenientes Patriarcham Ignatium damnando & Photium communionē suā firmādo contra interdictionem nostram factioni consentire Græcorum. Cum autem patratum scelerē, Romam reuersi fuissent, missus est etiam ab Imperatore Michaelle cum ipsis ad nos prius legatus nomine Leo à secretis, quorum aduentu cognoscentes tam prædictum Ignatium iniuste depositum, quam Photium moechum irregulariter in sede Constantinopolitana firmatum molestissimè tulimus, scribentesque nostram summæ auctoritatis epistolam, eidem Leoni à secretis Imperatori per indicationem decimam hanc deferendam contulimus, per quam videlicet nos, nec illam damnationem nec talem promotionem, utpote utramque iniquè patratam, admitturos fore prædiximus, & ratione competenti firmauimus.

Deinde bis facto concilio, & lectis profanis gestis, quæ prædictus Leo à secretis detulerat, ubi præfata depositionis fratris & coepiscopi nostri Ignatii tenor continebatur, inuenti sunt iidem Missi nostri tam in damnatione Ignatii, quam in communionē Photij omnino culpabiles. Vnde nos Ecclesiam nostram sine omni volentes macula, sicut semper, subsistere; ne videlicet in ea illis impunitis remanentibus, vel tenuis subsannandi oriretur occasio, aut nos eorum prauitati consentire videremur, utrumque damnauimus, excommunicationi submisimus: damnationem verò Ignatii, vel promotionem Photij penitus respuimus & condemnauimus. Reuerso autem Leone à secretis Constantinopolim, Michael Imperator comperies per epistolam nostram, quam per ipsum transmisimus, quod nec depositionem Ignatii, nec promotionem Photij suscepissemus; mox quemdam legatum suum nomine Michaellem prothospatarium cum epistola iniurijs plena ad nos direxit, & ut sententiam nostram ad votum ipsius commutarem, vehementer hortatus est: At nos iniurias quidem nostras non curantes, licet circa Ecclesiam iniurias non tacuissemus, scripsimus epistolam nostram, & hanc per indicationem quartam decimam, prædicto Imperatori

ratori per iam nominatum Michaellem prothospatarium legatum suum direximus, tam videlicet à nostra Ecclesia falsas obiectiones repellere cupientes, quam ipsum Imperatorem cum sequacibus suis super hoc negotio ad rectum iustitiæ perducere tramitem anhelantes: sed ut plenius hæc tam ipsi Imperatori quam alijs fidelibus intimari potuissent, conuocatis quibusdam è vicinis locis fratribus & coepiscopis nostris; de his, quod nobis canonicè visum est, prædecessorum nostrorum secuti vestigia, decreuimus & ordinauimus, quod etiam sanctitati vestræ post modicum (Deo fauente) plenius intimare disponimus: quo ritè, sicut arbitramur, ordinato, querere coepimus opportunitatem, qua freti Missos Apostolicæ sedis etiam adhuc Constantinopolim cum exhortatorijs epistolis destinarem, qui & pro salute ipsorum competentibus eos monitis edificarent, & quæ fuerit de illis Apostolicæ sedis prolata sententia, manifestè denunciarent, iuxta quod & magna synodus Nicæna de his, qui abijciuntur, sanxisse dinoscitur. Videbatur enim nobis iter nauale factis difficile, & propter eorundem Græcorum expertas insidias valdè cauendum.

Cum his itaque anxietatibus vndique coarctaremur, & ingentibus premeremur angustiis, ecce subito legati iamfati Regis Bulgarorum, nobis adesse nuntiantur. Vnde quis est, qui dicere possit, quanto gaudio, vel quanta exultatione simus repleti, eo quod & salubrem eorum conuersionem per diuitias bonitatis Dei cognouimus, & quia illos doctrinam beati Petri Apostoli sedis eius exquisisse comperimus, qui licet longè positi corpore, nobis tamen factis fide præsentis: sed & quia per eorum regnum facilem ac terrenum Missis nostris ad terram Græcorum accessum patere perspeximus. Ordinatis igitur tam quæ Bulgarorum gentis congrua fidei rudimentis agnouimus, quam quæ Constantinopolim mittere disposueramus, Missos quoque nostros cum legatis iam nominati Regis per ipsos transituros regionem direximus, quos Imperatores Græcorum non solum recipere minimè consentire, verum etiam vehementer aduersus Bulgaros animos commouere, eo quod per suam eos terram transire permisissent; nihil aliud proculdubio inuenientes, nisi quod eos, si per sibi subiectas regiones transissent, illis periculis traderent, quibus prædictæ urbis hæretici principes sæpe sedis Apostolicæ legatos pro causa fidei, vel correctionis Ecclesiasticæ destinatos, tradidisse leguntur. Præterea cum Bulgarorum Rege demorantibus, & ad urbem Constantinopolitanam eisdem nostris accedere Missis conantibus, iidem Imperatores epistolam suam ipsi Regi Bulgarorum transmissere, quam ille accipiens, nobis per legatos nostros deferri deuota mente decreuit. Accipientibus itaque nobis, & perscrutantibus eandem cum alijs scriptis epistolam, non hanc sæpe memoratos principes distantes, nisi in lacu blasphemiæ tinxisse calamum, & luto erroris vsi pro atramento fuisse proculdubio patuere. Conantur enim tam nostram specialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua latina vitur, Ecclesiam reprehendere, quod ieiunamus in Sabbatis, quod Spiritum sanctum non ex Patre procedere fateamur. Dicunt præterea nos abominari nuptias, quia presbyteros fortiri coniuges prohibemus, & insimulare tentant, quoniam eosdem presbyteros chrismate linire baptizatorum frontes inhiemus: quod tamen chrisma nos ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur: reprehendere, nihilominus moliuntur, eo quod octo hebdomadibus

madibus ante Pascha à carniū, & septem hebdomadibus à casei & o-
rum esu more suo non cessamus: mentiuntur quoque nos (sicuti per alia ip-
sorum conscripta indicatur) Agnum in Pascha more Iudaeorum super alta-
re pariter cum Dominico corpore benedicere & offerre. Quin & repre-
hendere satagunt, quòd penes nos clerici barbas radere suas non abnuunt,
& quia diaconus non suscepto presbyteratus officio apud nos episcopus
ordinatur, cum ipsi etiam illum, quem Patriarcham suum nominant, è lai-
co subito tonsoratum, ac monachum factum, saltu ad Episcopatus apicem
Imperiali fauore, ac brachio prouehere (vt ipsi putant) minimè formida-
uerint, & adhuc (quod est grauius & infanias) à Missis nostris contra om-
nem regulam, & præter omnem consuetudinem libellum fidei, si se ab illis
recipi uellent, exigere moliebantur, in quo tam ista capitula, quàm ea te-
nentes anathematizarent, necnon & epistolas canonicas ab eo, quem
suum œconomicon Patriarcham appellant; dandas improbè requirebant.

In his igitur (explosis ceteris curis) vos fratres summopere conuenit
desudare: & quia communia sunt hæc opprobria, quæ uniuersali Ecclesiæ
in ea dumtaxat parte, quæ latina uti dinoscitur lingua (sicut prætulimus)
ingeruntur, communiter omnes, qui diuinò sacerdotio illustrari uideantur,
decertare debetis, quòd paternæ traditiones tantæ derogationi non pateant,
sed quæ prauis quique consuetis contemptione tam mentientes, quàm er-
rantes maculare gestiunt, manu communis defensionis ab omni nauo bla-
spemiæ funditus eruantur. Ridiculum est enim & fatis abominabile de-
decus, vt temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei Ecclesiam
permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à patribus nostris susce-
pimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur. Quapropter neces-
se est, vt eorum conatibus resistamus, & falsis illorum iaculis, ueritatis cly-
peum opponamus: quod nos quidem (opitulante superna potentia) prout
ualemus agere non omittemus. Nec cum opportunitas cælitus datur, con-
tra illos pro Ecclesia Christi tacebimus; sed magnopere conuenit, vt & ue-
stra quoque fraternitas morem secuta maiorum concertans nobiscum, &
unanimitè collaborans in talibus inueniatur. Siquidem nisi mente re-
cessit, numquam Hesperia regiones, (vt de alijs mundi plagis interim tacea-
mus) à sede beati Petri in huiusmodi quæstionibus dissonantes inuenta
sunt. Vnde vnusquisque uestrum qui Metropolitana iura sortitus est, iun-
ctis sibi fratribus, & coepiscopis suis, qui sub se sunt, de his diligentem cu-
ram suscipiat, & quid inuidis eorum detractionibus opponi necesse sit, ri-
mari studeat, & inuenire summopere gestiatur, atque inuentum nobis ocys
transmittere minimè paruipendat; quatenus id nos quoque aduersus eorū
uesaniam cum ceteris assertionibus nostris deinde mittere ualeamus. Non
enim in nobis tam inuisibilis hostis sic concordiam *Reliqua desiderantur.*

A NICOLAI PRIMI RESPONSA

Ad consulta Bulgarorum.



D consulta uestra non multa respondenda sunt; nec
duximus per singula diutius immorari, qui Deo au-
ctore non solum libris diuinæ legis, uerum etiam &
Missos nostros idoneos, qui uos prout tempus & ratio
dictauerit, de singulis instruant, ad patriam uestram,
& ad gloriosum Regem uestrum dilectum filium nos-
trum destinauimus, quibus & libros quos præuidi-
mus necessarios illis nunc esse, commisimus.

IGITUR optimè ac laudabiliter in prima quæstionū uestrarum fronte Re
gem uestrum legem Christianam petere perhibetis, quæ si latius explicari
tentatur, innumeris scribendi sunt libri: sed ut compendio, in quibus præci-
pue constet, ostendatur; sciendum est, quia in fide, & bonis operibus lex
Christianorum subsistit. Nam fides prima est omnium uirtutum in conuer-
satione credentium. Vnde & prima die lux esse dicitur, cum à Deo fiat lux
dictum fuisse describitur, id est, illuminatio credulitatis appareat. Siquidem
& propter hanc Christus in terram descendit, opus autem bonum nihil omi-
nis à Christiano exigitur, quem admodum in lege nostra scriptum est, Sine
fide impossibile est placere Deo. sic etiā scriptū est: Sicut corpus sine spiritu
mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. hæc est lex Christiana.
hæc est, quam quisque legitimè custodiens omnino saluabitur.

IRA diligere debet homo cum qui se suscipit ex sacro fonte, sicut patre;
quinimmo quanto præstantior est spiritus carne, quòd illud spiritale est pa-
trocinium, & secundum Deum adoptio; tanto magis spiritualis pater in om-
nibus est à spiritali filio diligendus. Marcus enim Euangelista Petri disci-
pulus, & ex sacro fuit eius baptismate filius; què nisi dilexisset ut patrem, ei
non in omnibus obedisset ut filius. nulla uerò inter eos & filios eorum con-
fanguinitas est, quoniam spiritus ea quæ sanguinis sunt, nescit: caro enim, se-
cundum Apostolum, concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus
carnem. hæc enim inuicem aduersantur. Est tamen alia inter eos gratuita, &
sancta communio, quæ non est dicenda confanguinitas, sed potius habenda
spiritalis proximitas. Vnde inter eos non arbitramur esse quodlibet pos-
se coniugale connubium; quandoquidem nec inter eos qui natura, & eos
qui adoptione filij sunt, uenerandæ Romanæ leges matrimonium contrahi
permittunt. Siquidem primus institutionum liber, cum de nuptiis loqueretur,
inter cetera, Inter eas, inquit, personas, quæ parentum liberorum uel locum
inter se obtinent, nuptiæ contrahi non possunt, ueluti inter patrem & filiam,
uel auum & nepotem, uel matrem & filium, uel auiam & nepotem, & usque
ad infinitum; & si tales personæ inter se coierint, nefarias atque incestas nu-
ptias contraxisse dicantur. & hæc adeo sunt, ut quamuis per adoptionem pa-
rentium, liberorum uel loco sibi esse cœperint; non possint inter se matrimo-
nio iungi. Itaque eam quæ mihi per adoptionem filia, aut neptis esse cœ-
perit, non potero uxorem ducere. & infra, Si quis per adoptionem soror esse
cœperit, quamdiu quidem constat adoptio, sanè inter me & eam nuptiæ
confi-

consistere non possunt. Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius à carnali oportet inter se cōtubernio cessare, quos per caeleste sacramentum regeneratio sancti spiritus vincit? Longè igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia diuina, quàm quem humana voluntas, vt filius eius, vel frater meus esset, elegit; prudentiusque ab altera corporis commixtione fecernimur: quoniam spiritus sanctus sua nos caritate coadunauit, quàm si vel carnalis necessitudo, vel inuicem nos mutabile cuiusdam corruptibilis hominis arbitrium copulasset.

Cap. 3.
De sponsis.

CONSVETVDINEM quam Græcos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, commemorare, prolixitatem styli vitantes, carptim morem, quem sancta Romana suscepit antiquitus, & hætenus in huiusmodi coniunctionibus tenet Ecclesia, vobis mōstrare studebimus. Nostrates siquidem tam matres, quàm feminæ, non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa fœdera, quæque consensu eorum qui hæc contrahunt, & eorum in quorum potestate sunt, celebrantur, & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei à se annulo insignitum desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, nec videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid fieri præsumatur, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primum quidem in Ecclesia Domini cum oblationibus quas offerre debet Deo per sacerdotis manum statuuntur, sicque demum benedictionem, & velamen caeleste suscipiunt, ad exemplum videlicet quos Dominus primos homines in paradiso collocans benedixit eis dicens, Crescite & multiplicamini, &c. Siquidem & Tobias antequam coniugem conuenisset, oratione cum ea Dominum orasse describitur. Verumtamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias migrat. Post hæc autem de Ecclesia egressi coronas in capitibus gestant, quæ semper in Ecclesia ipsa sunt solitæ referuari. Et ita festis nuptialibus celebratis, ad ducendam indiuiduam vitam Domino disponente de cætero diriguntur. Hæc sunt iura nuptiarum; hæc sunt præter alia quæ nunc ad memoriam non occurrunt pacta conjugiorum solemnia: peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interueniât, non dicimus, quemadmodum Græcos vos astruere dicitis, præsertim cum tanta soleat arctare quosdam rerum inopia, vt ad hæc præparanda nullum his suffragetur auxilium, ac per hoc sufficiet secundum leges solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus si solus in nuptiis fortè defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, Ioanne Chrystostomo magno doctore testante, qui ait, Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Iam verò quòd sciscitamina si muliere propria defuncta possit vir alteram ducere; scitote per omnia posse, Paulo egregio prædicatore consilium dante, qui dicit, Dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic maneant, sicut & ego; quòd si se non continent, nubant. & iterum, Mulier, inquit, alligata est, quanto tempore vir eius viuunt; quòd si dormierit vir eius, liberata est; cui vult nubat, tantum in Domino. Quod enim de muliere sanxit, & de viro intelligendum est; quia è contra sæpe sancta scriptura de viro loquitur; sed & de muliere nihilominus dicere subintelligitur. Ecce enim dicimus, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,

Gen. 1.
Tob. 8.

Homil. 32. in
Matth.

1. Cor. 7.

Psal. 1.

A piorum, &c. & iterum. Beatus vir qui timet Dominum; vbi non solum virum, sed & feminam, quæ non abiit in consilio impiorum, & quæ timet Dominum, beatam esse non immerito credimus. Psal. 111.

QVOR temporibus vel diebus in circuitu sit anni à carnibus abstinentum, nunc vobis qui rudes estis, & in fide quodammodo paruuli, superflue ducimus exponendum. Verum interim in diebus ieiuniorum, in quibus per abstinentiam & lamentum penitentiae præcipue Domino supplicandum est, modis omnibus est à carnibus abstinentum. Quoniam licet omnibus orare & abstinere conueniat; ieiuniorum tamen temporibus amplius abstinentiae inseruire oportet, videlicet, vt qui se sciuerit illicita perpetrasse, secūdum sacra decretalia in his etiam à licitis se quibusdam abstinere, Quadragesimali videlicet tempore, quod est ante Pascha, ieiunio post Pentecosten, ieiunio ante solemnitatem Assumptionis sanctæ Dei genitricis & semper Virginis Dominae nostræ Mariæ, necnon ieiunio ante natalis Domini nostri Iesu Christi festiuitatem: quæ ieiunia sancta Romana suscepit antiquitus & tenet Ecclesia. In sexta verò feria omnis hebdomada, & in cunctis vigilijs insignium festiuitatum à carnium esu cessandum, & ieiunijs incumbendum, vt veraciter cum psalmo dici valeat, Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Si quis verò vestrum aliis voluerit forte diebus à carnibus abstinere, non sunt prohibendi: quoniam quanto quis hic in lachrymis magis seminauerit, tanto amplius in gaudio messurus est in vita æterna. Nos tamen vobis, qui, vt prætulimus, adhuc rudes estis, & lacte tanquam paruuli nutriendi, non graue potuimus iugum, donec ad solidum cibum veniatis; imponere. Verum sicut hoc interim cauemus, ita vt prohibita non contingatis, modis omnibus admonemus: protoplasti quippe solum pomum gustando vetitum de paradisi amœnitate propulsi sunt. Cap. 4.

B

C

D

QVARTA feria quamvis è ceteris diebus præter sextam feriam sit amplius mororibus operandum, pro eo quòd Dominus ipso iam die in corde terræ, id est Iudæ traditoris, quodammodo sepultus erat, dum hunc ipse morti tradere meditabatur: tamen si vestrum quis eodem die vult, potest omnino carnes comedere, nisi forte sibi aut à sacerdote esset interdictum, quoniam scriptum est, Melius obedientia, quàm sacrificium; aut ipsam feriam inter dies ieiuniorum euenire contigerit: quoniam Ionathas indictum à patre ieiunium modicum mellis gustando violans, ad occidendum ab ipso patre quæsitus est. aut certè ipse se voto ipso die carnes non comensurum constrinxerit: quoniam scriptum est, Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Sexta verò feria passionem Dominicam, & Apostolorum mœstiam recolentes, ab omnium carnium epulis, & pinguedine gustus noster arcendus est, præter si natiuitas Domini & Epiphaniarum eius, aut festiuitas beatæ matris Domini & intemeratæ Virginis Mariæ, seu Apostolorum principum Petri & Pauli, atque sancti Ioannis Baptistæ, seu beati Ioannis Euangelistæ, necnon & clauigeri cæli germani, Andreæ scilicet Apostoli, quin etiam & beati Stephani protomartyris ipso die fortassis euenire contigerit. Nam quòd sancta Ecclesia, vt fidelis anima in festiuitate eorū ieiunia, vel abstinentias, quæ non sunt perpetuo voto propositæ, soluere debeat, Dominus testatur in Euangelio, dicens, Mulier cum parit, tristitiam habet; cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum: mulierem dicit sanctam Ecclesiam Psal. 129.
Psal. 125.
Gen. 3.
Cap. 5.
1. Reg. 15.
Psal. 75.
Ioa. 16.

Ioa. 16.

A Ecclesiam. Sicut enim mulier nato in hunc mundum homine lætatur, ita Ecclesia in vitam futuram fidelium populo migrante digna exultatione repletur; pro qua eius natiuitate multum laboras & gemens in præfenti quasi parturiens dolet. nec nouum debet cuiquam videri, si natus dicitur qui ex hac vita migraverit. quomodo enim vsitato more dicitur nasci, quando quis ex vtero materno procedens in hanc lucem exit; sic quoque iure natus appellari potest quilibet ab huius sæculi tenebris ad lumen pertingens viuentiũ. pro qua ergo re apte consuetudine tenetur Ecclesiastica, vt solemnnes beatorum martyrum, vel Confessorum Christi dies, quibus de hoc mundo ad regionem migrare viuorum, nuncupentur natales; sed & eorum solemnna non funebria tamquam morientium, sed vt pote in vera vita nascentium natalitia vocitentur. Ergo si tunc nati sunt vtrique Deo, cui omnia viuunt, in cuius manu iustorum animæ positæ sunt, quando visi sunt oculis insipientium mori, mulier sancta iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, id est, in lucem æternam. quod si de eius natiuitate lætatur, non ieiunjs, non abstinentijs, non denique vllis debet ipso vacare die mœroribus. Quamuis in hac valle lacrymarum semper lugendum sit, & do nec perueniatur ad illam Angelorum festiuitatem semper mœroribus insistendum: Quoniam etsi hic solemnitas agitur, non tamen continua, sed momentanea est, & quæ vix aliquando sine dolore perficitur.

Cap. 6.
De superstitionibus.

Epist. lib. 11.
epist. 3.

Ephes. 5.
Rom. 13.

PORRO dicitis, quod affirmant Græci dicentes, quod nullo modo in quarta & sexta balneari debeatis, de quo id nos è contra vobis consulentibus respondemus, quod beatus Papa Gregorius, & Anglorum gentis Apostolus Romanis de Dominico die sermone quodam habito prædicasse legitur: Etenim ad me perlatum est, vobis à peruersis hominibus esse prædicatum, vt Dominico die nullus debeat lauari: & quidem si pro luxu animi, atque voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus: si autem pro necessitate corporis, hoc nec Dominico die prohibemus. scriptum quippe est, Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam. & rursus scriptum, Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si Dominico die corpus lauare peccatum est, lauari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toto corpori negetur? Itaque quod hic præful eximius, & suauissimus doctor in Dominico die, qui ceteris diebus venerabilior est, concessit: nos quoque in quarta & sexta feria non negamus, hæc videlicet discretionem seruantes, vt siquidem pro luxu animi, atque voluptate quis lauari appetat, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedamus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec quarta, nec sexta feria prohibeamus.

Cap. 7.
De veneratione reliquiarum.

S. Grego. hom. 37. in Lucam.

SCISCITAMINI præterea, si liceat crucem Domini cum reliquiis mundo siue immundo hanc habenti osculari, vel portare; quod ei qui mundus est, omnino licet; nam in osculo quid nisi amor, quo quisque circa ea flagrat, innuitur? in deportatione verò eius quid nisi mortificatio carnis, vel compassio proximorum exprimitur? siquidem hanc & Dominus baiulare præcipit, sed in mente; verum & cum corpore gestatur, vt & mente gestari debeat, facilius admonetur; crux quippe à cruciatu dicitur, & vt præfatus exponit antistes, duobus modis crucem Domini baiulamus, cum aut per abstinentiam carnem afficimus, aut per compassionem proximi, necessitatè illius

A illius nostram putamus. Igitur crucem Domini, passionem eius venerantes, osculamini; & pro eius amore, si necessitas exigit, eadem cogitatione armamini; portate eam, sed cum summa reuerentia & corpore & corde mundissimo, ita vt à mente vestra numquam decidat, id est, vt & per abstinentiam carnem semper afficiatis, & per compassionem necessitatem proximorum, vestram puteris. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente: Immundum autem hanc portare nullo pacto permittimus; scriptum quippe est, Mundani qui fertis vasa Domini. nullum verò Domini vas sacratius est Cruce Dominica, quæ ipsum portare Domini meruit. Osculari autem eam immundo non licet: quoniam eo ipso quod immundus est, ipse sibi testis est, quam mortificationem carnis non diligit; ergo quam nõ amat, nec osculetur, ne fortè de eo dicatur quod de reprobis à Domino per Prophetam increpatoriè dicitur: Populus hic labijs me honorat Esa. 51. cor autem eorum longè est à me. Et Psalmista, Diluxere, inquit, cum in ore suo, & in lingua sua mentiti sunt. De reliquijs verò Sanctorum eadem dicimus, quorum corpora templa & vasa fuere, suntq; Dei, quibusq; ad omnia bona opera tamquam organis sanctus vsus est, quando voluit, spiritus. Math. 15. Psal. 77.

ERGO præmissa digna reuerentia, si munditia mentis & corporis committatur, etiam Quadragesimali tempore, de quo speciali consultatione percuratari estis, crucem Domini & portare & superiori regula custodita licet cum libuerit, osculari; sed & tunc maximè, atque ibi, quando & vbi antiqui hostis vel pugnae vel insidiæ præcipuè formidantur. Cap. 8. De eodem.

CORPORI & sanguini Dominico quotidie in Quadragesima maiori si deberetis communicare consulitis; quod vt fiat, Dominum omnipotentem suppliciter exoramus, & vos omnes vehementissimè exhortamur; si tamen mens in affectu peccandi non sit, vel si hanc non de criminalibus peccatis conscientia impœnitens, vel non reconciliata fortassis accuset, vel si fratri discordanti quis vestrum suo vitio reconciliatus minus existat. Nam quem de horum aliquo conscientia mordet, grauari tanto munere potius quàm remedium consequi quodlibet arbitramur: Iudicium enim sibi, secundum Apostolum, manducat & bibit. Verum de hoc, & de his qui Ecclesiam quidem intrant, nec tamen facta oblatione communicant, sacri canones fortè sufficienter enunciant, qui antistiti vestro sunt, qui Deo vobis auctore per mediocritatem nostram ordinandus est, tribuendi, & ab eo sacerdotibus, qui clauas tenent scientiæ, dumtaxat aperiendi, & vobis nihilominus, in quibus opus est & minimè prohibetur, insinuandi. Interim tantum Quadragesima, quam mos Ecclesiæ maiorem appellat, omni est die seruato superiori tenore communicandum: Quoniam semper est orationi vacandum, & sacrificijs fidelium concurrentium, & illud propheticum, quo dicitur: In die ieiunij vestri inuenitur voluptas vestra, iugiter ad memoriam reuocandum. Si enim ex consensu coniugatorum etiam alio fortè mundo corpore tempore vacatur orationi, quanto potius isto, quo Deo etiam carnis nostræ decimas damus, quo ipsum in abstinentia Dominum imitamur, quo non solum illicita, verum etiam multa à nobis quoque licita meritò refecimus, omni est voluptati renunciandum? & vt licenter orationi vacetur, castitati mentis & corporis incumbendum? Cap. 9. De perceptione corporis & sanguinis Christi. 1. Cor. 11.

NOSSÈ cupitis si liceat alicui Sabbato, vel Dominico laborationem aliquam exercere: de hoc sæpe memoratus sanctus Papa Gregorius Romanos

Epist. Tom. 3.

X

manos

Cap. 10.
De diebus quibus ab operibus feruilibus est cessandum.

S. Gregor. Epist.
lib. xi. epist. 3.

Ter. 17.

Tit. 2.

Gal. 5.

Luc. 14.

Cap. 11.
De diebus fe-
stis.

1. Cor. 4.

manos alloquens ait: Peruenit ad me quosdam peruersi spiritus homines praua inter vos aliqua, & sanctæ fidei aduersa seminasse, ita ut die Sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores dixerim? qui veniēs diem Sabbatum atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. quia enim mori se & resurgere simulat, haberi in veneratione vult diem Dominicum; & quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum reuocet, & sibi Iudæorum perniciam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim quod per Prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati, tamdiu teneri potuit, quamdiu legem licuit iuxta litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis Dei Domini nostri Iesu Christi apparuit, præcepta legis, quæ per figuram dicta sunt, iuxta litteram seruari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato esse seruandum, dicat necesse est etiam carnalia sacrificia vsque retinendum. Sed contra se Paulum Apostolum audiat dicentem: Si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest. Nos itaque quod de sabbato dictum est spiritualiter accepimus, spiritualiter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur: Verum autem sabbatum ipsum Redemptorem nostrum Iesum Christum Dominum habemus; & qui lucem fidei eius cognoscit, si peccatum concupiscentiæ ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera per portas introducit: Non ergo in die sabbati onera per portas introducimus, si in Redemptoris nostri gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam idem Dominus, ac Redemptor noster multa in die sabbati legitur operasse, ita ut Iudæos reprehenderet dicens: Quis vestrum bouem, aut asinum suum non soluit in die sabbati, & ducit ad aquam? Si ergo ipsa per se veritas non custodiri iuxta litteram sabbatum præcepit, quisquis otium sabbati secundum legis litteram custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Dominico verò die à labore terreno cessandum est, atque omni modo orationibus insistendum; ut, quod negligenter per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus expietur.

IN quorum Apostolorum vel Martyrum seu Confessorum, atque Virginum diebus festis à labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In solemnitatibus utique beatæ Mariæ Virginis, & sanctorum duodecim Apostolorum, ac Euangelistarum, atque præcursoris Domini Ioannis, & sancti Stephani primi martyris, necnon & in eorum sanctorum natalitijs, quorū apud vos Deo fauente memoria celebris, & dies festius habebitur. Sanè sciendum est, quoniam idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad Ecclesiam ire, Psalmis & Hymnis & canticis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memorijs Sanctorum communicare, ad imitationem eorum assurgere, eloquijs diuinis intendere, elemosynas indigentibus ministrare valeat Christianus. quæ omnia si quis negligens, orationi tantum vacare voluerit, & ad ceteras mundi vanitates licitos labores conuerterit, melius illi fuerat ipso die beati Apostoli Pauli præceptis obaudiens laborare manibus suis, ut haberet unde tribueret necessitatem patientibus, quemadmodum ipse, qui licet Dominum ordinasse dicat, ut qui Euangelium annunciarer, de Euangelio viueret, non tamen usus est hac potestate, sed manibus suis laborabat, ne quem eorum quibus Euangelium prædicabat, grauaret.

QVOD

A QVOD interrogatis, vtrum liceat in festiuitatibus sanctorum iudicium peragi, & vtrum eadem die debeat homo si dignus fuerit, ad mortem iudicari? sciendum quoniam in his festiuitatibus, in quibus superius ab omni opere mundano cessandum esse monstrauimus, multo magis à secularibus negocijs, & adhuc à mortibus abstinendum fore decernimus: quoniā quamuis vtrumque fortasse sine culpa valeat exerceri, quando tamen his quæ Dei sunt, arētius homo debet hæere, quæ mundi sunt à se conuenit penitus refecare: præcipuè cum eo die ad militiam diuinam accedens homo, implicari non debeat negocijs secularibus; & ob reuerentiam tantæ solemnitatis non oporteat in medium deferri, nisi vnde omnibus gaudium, pax & spiritalis lætitia generetur. verum his prælibatis, quibus diebus præter hos nulla sint iudicia secularia exercenda, lex vos affatim edocebit.

B INTER quæstiones verò & consulta leges vos mundanas postulare prohibetis. de qua re nos codices quos necessarios vobis ad præiens esse considerare potuissimus, libenti mitteremus animo, si quem penes vos esse comperissemus, qui hos vobis interpretari potuisset: si quos autem de mundana lege libros missis nostris dedimus, cum reuersi fuerint, nolumus ibi relinquere, ne fortè quislibet eos vobis peruersè interpretetur, aut falsitate qualibet violet.

PRAETEREA indicatis, quòd quidam Græcus mentiens fateretur se presbyterum esse, cum non esset, ac per hoc plurimos in vestra patria baptizasset. cum ergo vos inspiratione Dei cognouissetis, quòd non esset presbyter, iudicaueritis, ut amitteret aures & nares, & acerrimis verberibus cæderetur, & ex vestra patria pelleretur. Ecce impletum est in vobis, ignoret nobis, quod de quibusdam Apostolus clamat, quòd haberent zelum Dei, sed non secundum scientiam. nam licet ille malè fecerit, si mentitus est, vos tamen in hoc zelum quidem pium, sed minus cautum habuistis: quoniam quamuis ipse se sacerdotem esse simulauerit, simulatio tamē eius salutem plurimis contulit. Siquidem diuersi fuere qui diuerso modo Christum, sed non propter Christum annunciabant: sed siue occasione, siue quomodocumque hunc annunciarent, hos tantum non prohibebat Apostolus, qui solum ut Christus annunciaretur, plurimum satagebat. quia enim Christus ordinauerat, ut qui Euangelium annunciarer, de Euangelio viueret, si multi idcirco Christum prædicabant ut commoda terrena acquirerent, ergo non erat Christus in causa, sed auaritia. rursus quia multi Euangelij prædicatores à fidelibus magnis honoribus efferebantur, nonnulli ideo Christum prædicabant, ut similia & ipsi perciperent: ergo non erat Christus in voto, sed inuidia. sed nemo istorum prohibitus est, quominus per hos Christus annunciaretur, nimirum cum Iudas inter ceteros Apostolos à Domino missus, & miracula fecerit, & Christum annunciauerit, & in nomine eius multos baptizauerit. Itaque, ut sedis Apostolicæ præsul scribit Anastasius, non quæritur quis, vel qualis prædicet, sed quem

PRÆTEREA indicatis, quòd quidam Græcus mentiens fateretur se presbyterum esse, cum non esset, ac per hoc plurimos in vestra patria baptizasset. cum ergo vos inspiratione Dei cognouissetis, quòd non esset presbyter, iudicaueritis, ut amitteret aures & nares, & acerrimis verberibus cæderetur, & ex vestra patria pelleretur. Ecce impletum est in vobis, ignoret nobis, quod de quibusdam Apostolus clamat, quòd haberent zelum Dei, sed non secundum scientiam. nam licet ille malè fecerit, si mentitus est, vos tamen in hoc zelum quidem pium, sed minus cautum habuistis: quoniam quamuis ipse se sacerdotem esse simulauerit, simulatio tamē eius salutem plurimis contulit. Siquidem diuersi fuere qui diuerso modo Christum, sed non propter Christum annunciabant: sed siue occasione, siue quomodocumque hunc annunciarent, hos tantum non prohibebat Apostolus, qui solum ut Christus annunciaretur, plurimum satagebat. quia enim Christus ordinauerat, ut qui Euangelium annunciarer, de Euangelio viueret, si multi idcirco Christum prædicabant ut commoda terrena acquirerent, ergo non erat Christus in causa, sed auaritia. rursus quia multi Euangelij prædicatores à fidelibus magnis honoribus efferebantur, nonnulli ideo Christum prædicabant, ut similia & ipsi perciperent: ergo non erat Christus in voto, sed inuidia. sed nemo istorum prohibitus est, quominus per hos Christus annunciaretur, nimirum cum Iudas inter ceteros Apostolos à Domino missus, & miracula fecerit, & Christum annunciauerit, & in nomine eius multos baptizauerit. Itaque, ut sedis Apostolicæ præsul scribit Anastasius, non quæritur quis, vel qualis prædicet, sed quem

PORRO interrogatis, vtrum homines illi qui hoc ab illo baptisma receperunt, Christiani sint, an iterum baptizari debeant. Sed si in nomine summæ ac indiuiduæ Trinitatis baptizati fuere, Christiani profectò sunt, & eos à quocumque Christiano baptizati sunt, iterato baptizare non conuenit; quoniam, ut iam nominatus Anastasius Apostolus Pontifex ad coæquiuiocum suum scribit Augustum; & baptismum, quod procul

Epist. Tom. 3.

X 2

sit

Ioan. 1.

In epist. ad Anastasium Imp.

1. Cor. 3.

Cap. 16.

Luc. 22.

1. Cor. 4.

1. Reg. 21.

Cap. 17.
De his qui contra Regē insurrexerant.

fit ab Ecclesia, siue ab adultero, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum; quia vox illa quæ sonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur, ac dicitur, Hic est qui baptizat. Si igitur quamuis baptismum ab adultero, vel fure datum fuerit, ad percipientem tamen munus peruenit illibatum; quamobrem non illibatum, & sine vlla iteratione subsistat, quod quilibet mundanus homo tribuit, & nescimus qua intentione se presbyterum fingens? & certe Acarius Constantinopolitanus quondam Episcopus, se sacerdotem fingebat, cum fuerit à Felice Papa Romano damnatus. sed quid iam dicitur de eo præsul Anastasius dicat, audiamus. ait enim inter alia: Cum sibi sacerdotis nomen Acarius videlicet vindicauerit condemnatus, in ipsius vertice superbiæ tumor inflatus est; quia non populus, qui ministerijs donum ipsius stitabat, exclusus est: sed anima sola, quæ peccauerat, iusto iudicio propriè erat obnoxia. quod itaque numerosa scripturarum restatur instructio, & reuera quia secundum famosissimum Apostolum neq; qui plantat, id est, catechizat; neque qui irrigat, id est, baptizat, est aliquid; sed qui incrementum dat Deus. Et ideo malus bona ministrando non alijs, sed sibi detrimenti cumulum ingerit, ac per hoc certum est, quia quos ille Græcus baptizauit, nulla portio læsionis attingit, propter illud, Hic est qui baptizat, id est, Christus. & iterum, Deus incrementum dat, subauditur, & non homo.

Vos qui sic personam illam iudicatis, inuestigatis, si debeatis hinc penitentiam agere. vtique denique omne peccatum penitentia, quæ non nisi Dei gratia comitante proficit, omnino diluitur. Nam Dominus primum Petrum respexit, & tunc Petrus ad lacrymas sese conuertit. Peccatum autem vos in illum hominem perperrasse manifestum est. Primum quidem, quoniam quantum nos comprehendere possumus, nondum clarè patuit eundem hominem non esse presbyterum, & scriptum est: Nolite iudicare ante tempus: Secundò, quoniam etsi se finxit esse quod non erat, non tamen fecit quod factum Deo vel fidelibus eius non placeat: præcipuè cum in ea gente, in qua vsque ad illud tempus nulla recta fides, nulla vera religio colebatur, sibi met ostium multos lucrandi diuinitus videret apertum, & ille forsitan anhelaret plurimos ad tantum donum perducere, in quo se Deum senserat misericorditer adiutare. Denique si Dauid esse se furiosum finxit, vt suam tantum salutem operari potuisset; quam noxam contraxit, qui tot hominum multitudinem quoquo modo de potestate Diaboli, & aternæ perditionis abstraxit? maximè cum se sacerdotem simulauerit, non tamen in baptizando egit. quod præter sacerdotem in tam euidenti necessitate agere nullum oportet. presbyterum verò, vt opinamur, idcirco se finxit esse: quoniam iam senserat vobis fuisse suatum, quod baptizandi ministerium non nisi presbyteris tantum esset indultum. Terriò, quoniam etsi in ista simulatione valde fuit culpabilis, in tot hominibus conuersis satis existit laudabilis. Quarriò, quia etsi pœna dignus erat, non tamen debuisset modum vltionis excedere; nec in vnum hominem tot, & tam crudelia detrimenta congerere: cum dimissis cinaribus, & auribus proprijs, sufficeret ad pœnam illi repulso à patria vestra, quam cum deterruncatione membrorum iudicantibus vobis expertus est.

IGITUR referentes, qualiter diuina clementia Christianam religionem

A nem perceperitis, qualiterque populum vestrum baptizari omnem feceritis; qualiter autem illi postquam baptizati fuere, insurrexerint, vnanimiter cum magna ferocitate contra vos, dicentes, non bonam vos eis legem tradidisse, volentes etiam vos occidere, & Regem alium constituere, & qualiter vos diuina cooperante potentia aduersus eos præparati, à maximo vsque ad modicum superaueritis, & manibus vestris detentos habueritis, qualiterque omnes primates eorum, atque maiores cum omni prole sua gladio fuerint interempti; mediocres verò, seu minores nihil mali pertulerint, de his nosse desideratis qui vita priuati sunt, vtum ex illis peccatum habeatis, quod vtique sine peccato euasum non est; nec sine culpa vestra fieri potuit, vt proles, quæ in consilio parentum non fuit, nec aduersus vos arma sustulisse probatur, innocens cum nocentibus trucidaretur. Nam hinc **B** Psalmista, postquam dixerat, Non sedi in consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo: odiui congregationes malignorum, & cum impijs non sedebam; paulò post deprecans Dominum ait: Ne perdas cum impijs animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. hinc Dominus per Ezechielem prophetam perhibet dicens: Vt anima patris, ita & anima filij mea est: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et post pauca de patre dicit: Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis, super montem non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, à pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit; hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. & dicitis, quare non portauit filius iniquitatem patris, videlicet quia filius & iudicium & iustitiam operatus est; omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, vita viuet; anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. quamuis & de parentibus qui comprehensi sunt, mitius agere debueritis, scilicet, vt pro Dei amore, qui eos in manus vestras traderat, vitam illis reseruaretis, quatenus in oratione Dominica Deo promptè dicere valeritis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. sed etsi illos reseruare potuistis, qui bel- **D** lando interiere, & minimè viuere permisistis, nec saluare voluistis, non consultè prorsus egistis. scriptum quippe est, Iudicium erit sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam. Et per supra nominatum prophetam Dominus: Nunquid, ait, voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Verum quia zelo Christianæ religionis, & ignorantia potius quàm alio vitio deliquistis, penitentia subsecquente per Christi gratiam indulgentiam de his & misericordiam consequimini.

SCIRE vos velle significatis, quid de his qui legē Christianam respiciunt, agere debeatis: in quo notandum est, quoniam omnis homo sicut per alterius culpam, id est, Adæ contraxit, vnde purgatione per aquam baptismatis egeat; ita cum ad fidem promittendam ad regenerationis occurrit vnam, alium eligit, quodammodo patre spiritualē videlicet, à quo su-

sceptus instruatur, & omni custodia muniatur, & tamquam depositum **A** quoddam rectori Ecclesiae representetur. Præterea qui fidem respuit quam promissit, ab illo à quo susceptus est, & qui fidei eius interuentor extitit, debet per omnia reuocari. Iam verò si non audierit eum quem ipse pro se dederat vadem, dicendum est Ecclesiae, à qua maiori studio ad ouile proprium ouem reduci conuenit quæ errauit; & vt ad viam veritatis, quæ Christus est, redeat, modis omnibus reuocari; siquidem ab ea tamquam à matre, tamquam à magistra suadendum est illi quatenus videat: quoniam apostatam spiritum imitatus est, de quo scriptum est, quòd in veritate non steterit. Consideret etiam quod Petrus princeps Apostolorum clamat, Si enim refugientes, inquit, coinquinationes mundi in cognitionem Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur; facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. melius enim erat illis, non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato; contigit enim eis illud Prouerbij, **B** Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lora in volutabro luti. porro si nec Ecclesiam audierit, sit omnibus reuera sicut Ethnicus, id est, gentilis, ac per hoc iam meritò per potestates exterarum tamquam extraneus opprimatur. denique certum est, quoniam sepe Deus concitat potestates aduersus abnegatores Christi, aduersus desertores baptisimi: & idcirco nemo miretur, quia Deus concitat, vt ponant ceruices, & humiliati redeant ad Ecclesiam: qui a & Agar cum discessisset à domina sua, occurrit ei Angelus & dixit ei: Quid est Agar ancilla Saræ? Reuertere ad dominam tuam. ad hoc ergo qui huiusmodi est affligitur, vt reuertatur; atque vtinam reuertatur, quia cum fratribus hæreditatè promissam recipiet: nam nisi mouerentur potestates Christianæ aduersus huiusmodi; quomodo rationem redderent de imperio suo **C** Deo? quippe cum pertineat hoc ad Reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam & sine diminutione velint seruari matrem suam Ecclesiam, vnde spiritaliter nati sunt. Siquidem Nabuchodonosor Rex, qui statuam suam erexerat, & ad eam adorandam omnes coegerat, laudibus trium puerorum de igne liberatorum commotus dixisse legitur, Et ego ponam decretum omnibus tribubus & linguis in omni terra; & quicumque dixerint blasphemiam in Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Si ergo sic sæuit Rex barbarus, ne blasphemetur Deus Israel, quia potuit tres pueros de igne temporali liberare; quanto potius sæuire debent Reges Christiani, quia Christus abnegatur & irridetur, à quo non tres pueri tantum, sed & orbis terrarum cum ipsis Regibus à **D** perpetuis ignibus liberatur? Nam qui illis mentiri, vel esse infideles conuincuntur, aut vix aut numquam ab eis viuere profectò sinuntur: & quomodo non indignentur, & sæuiant, quando vident Christum, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, ab hominibus abnegari, illud & ei fidem promissam non custodiri? Zelentur itaque zelo Dei, quia seipsum per Christum recolunt liberatos à gehenna magis quàm ille qui attendit tres pueros erectos à flamma.

QUOD iure de his faciendum sit, qui ad occidendum Regem insurrexerint, venerandæ leges, quas scripto mittemus, vos affatim edocebunt. Veruntamen hoc in arbitrio Regis manet, qui non semel tatum, sed & septuagies septies debet peccatum dimittere, iuxta quod Dominus in Euangelio sancto Petro mandauit: Nam cui plus dimittitur, plus diligit; & quemadmodum

De studio susceptoris ex baptisimo.

Ioan. 8.

1. Pet. 2.

Prou. 26.

Matth. 18.

Gen. 16.

De officio regis Christiani.

Dan. 3.

Cap. 19.

Matth. 18.

Luc. 7.

A modum Euangelium docet, Rex decem millia talenta, id est, multa, & immania peccata seruo non dimitteret, si ipse conseruo suo centum denarios, id est, minora dimittere nolisset. Matth. 18.

QUOD de homine libero iudicandum sit, qui de patria sua fuga lapsus fuerit, si comprehendatur? nihil utique, nisi quod leges decernunt. Veruntamen multos sanctorum de patria sua exisse, & in alia celebrius veneratos fuisse, sacræ produnt historiae; sed aliis non existentibus causis ob solium exitum numquam culpabiles iudicatos extitisse, ni fallor, inueni; præsertim cum Abrahamæ patri nostro diuina voce dicatur, Egredere de terra, & de cognatione tua: & nonnulli patrum nostrorum exules per plurimos annos in terra non sua habitauerint; alioquin liber non est, si de patria sua quis non audet egredi. porro si liber est, & iure nullius conditionis nexibus tenetur obstrictus, non fugit, sed exit de patria sua, quemadmodum & Abrahamæ, non fuge, sed exi de terra tua dicitur; quod quia fecit obediens nemine iudicante pœnam quamlibet protulit.

SI seruus à Domino fugiens recesserit, si comprehensus fuerit, ignoscendum est ei; aliàs autem legum scita non transcendantur in eo. Veruntamen semper illud Apostoli Pauli præ oculis habeatur salubris admonitionis dicentis, Domini quod iustum est & æquum seruis præstate, sciètes quoniam & vos Dominum habetis in caelo, & alibi, cum seruis vt obedirent dominis carnalibus præcepisset, adiunxit, Sciètes, inquit, quòd vnusquisque vestrum quodcumque fecerit bonum, hoc consequetur à Domino, siue seruus, siue liber; & vos domini eadem facite ad illos remittentes minas, sciètes quia & vester & eorum Dominus in caelis est, & personarum acceptio non est apud Dominum. Cap. 21. De seruis fugitiuis. Coloss. 4. Ephes. 6.

CIRCA hos qui quando ad pugnam contra hostes proceditis, fugam arripiunt, si non misericorditer præueniat compassio, saltem legum temporetur seueritas. Cap. 22.

DE his quibus iussum est contra hostes progredi, & iussioni parere conueniunt, eadem suademus. Cap. 23.

QUOD parricida, id est, qui patrem vel matrem occidit, vel etiam qui fratrem, aut sororem interficit, pati debeat, leges indicant; porro si ad Ecclesiam confugerit, id quod Episcopus loci, vel sacerdos, qui ab illo constitutus est, prouiderit, agendum decernimus. Cap. 24. De parricidis.

CONSERVVDINIIS esse patriæ vestræ perhibetis, semper custodes inter patriam vestram, & aliorum iuxta terminos inuigilare: & si seruus, aut liber per eandem custodiam quocumque modo fugerit, sine omni intermissione custodes pro ea interimuntur, deinde percontamini, quid nos inde iudicemus; & de hoc in legibus est requirendum. Veruntamen ab sit à mentibus vestris, vt tam impiè iam iudicetis, qui tam pium Deum & Dominum agnouistis; præsertim cum magis oporteat, vt sicut hætenus ad mortè facilè quosque pertraxistis, ita deinceps non ad mortem, sed ad vitam quos potestis nihilominus perducatis. Ita vt quemadmodum beatus Apostolus Paulus prius persecutor, & contumeliosus, & spirans minarum & cædis in discipulos Domini, posteaquam misericordiam consecutus est, diuina reuelatione conuersus, non solum minimè cui libet mortis pœnam intulit, verum etiam anathema esse optabat pro fratribus, & libentissimè impendere, & superimpendi paratus erat pro animabus fidelium: ita & vos postquam electione Dei vocati, & lumine ipsius illuminati estis, non iam sicut prius mortibus inhiare, Cap. 25. De custodibus finium. Act. 9. Rom. 9. 2. Cor. 12.

hiare, sed omnes ad vitam tã corporis, quã animã debetis omni occasio- A
ne inuenta proculdubio renocare: & sicut vos Christus de morte perenni
qua detinebamini, ad vitam æternam reduxit; ita ipsi non solùm innoxios
quosque, verùm etiam & noxios à mortis exitio satagite cunctos eruere, se-
cundum illud sapientissimi Salomonis, Erue eos qui ducuntur ad mortem;
& qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

Prou. 24.

Cap. 26.
De his qui con-
sanguineos occi-
dunt.

Ezech. 18.

Cap. 37.
De homicidis.

Cap. 28.
De adulteris.

Cap. 29.
De incestuosis.

Cap. 30.
Oportere Epi-
scopum habere
semper in mani-
bus canones.

Cap. 31.
De iuribus.

Cap. 32.

Cap. 33.
De Cruce in si-
gno militari fe-
renda.

Exod. 4.
1. Reg. 15.

De signo Crucis
quod vidit Con-
stantinus per so-
porem.

DE his qui proximum, id est consanguineum suum, vt est frater, conso-
brinus, aut nepos, trucidauerint, vengerandã leges proprium robur obtineãt.
Sed si ad Ecclesiam conuolauerint, mortis quidem legibus eruantur: peni-
tentia verò, quam antistes loci, vel presbyter considerauerit, absque dubio
submittantur: Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuer-
tatur, & viuat.

DE his qui socium suum morti tradiderint, id ipsum quod supra de- B
cernimus.

DE his qui ad vxorem alterius comprehensus fuerit, quid iudicandum
sit, lectis legibus reperietis. Iam verò si ad Ecclesiam adulter confugerit,
iudicandum ab Episcopo fore decernimus, quod sacros constat distinsisse
canones, vel sanctos Apostolicã sedis p̄sules clarum est statuisse.

SIMILITER & de eo censemus, qui ad proximam sanguinis sui ingre-
ditur, verùm huius tanti piaculi lepram melius ad sacerdotis consideratio-
nem, & iudicium profecto dirigimus.

DE eo qui nolens hominem interfecerit, id statuimus, quod sacra regu-
la statuunt, quas Episcopum vestrum apud se penes vos positum p̄a mani-
bus oportet semper habere.

CIRCA fures animalium si non misericordia, saltem legum edicta ser- C
uentur.

SIMILITER de his qui virum aut foeminam rapuerint, permittimus.

QUANDO p̄elium inire soliti eratis, indicatis vos hactenus in signo mi-
litari caudam equi portasse, & sciscitami, quid nunc vice illius portare de-
beatis; quid aliud vtique, nisi signum sancta Crucis? Ipsum est enim quo
Moyse mare diuisit, & Amalech interfecit; quo Gedeon Madianitas supe-
rauit; & Christus Dominus noster diabolum, qui habebat mortis imperium,
non solùm superauit, sed & prostrauit; ipsum est signum quod portamus in
frontibus nostris, ipso à cunctis defendimur hostibus, & ab omnibus muni-
mur incursionibus. Hoc est signum fidei, & ingens horror diaboli, quo Chri-
stiani Principes in necessitatibus suis semper vtuntur; & Reges veram reli-
gionem sectantes saepe celebres Christo propitio triumphos de hostibus
operantur. Sed vt manifestius sciatis, quid pro illa equina cauda in signum D
debeat militare conuenientius cum in apparatus belli proceditis, porta-
re; pauca de Constantini actibus memoranda ducimus, qui pijsimus Ro-
manorum extitit Imperator, & Christianitatis famosissimus omnium propa-
gator. Ille quippe cum aduersus Maxentium vrbis Romã tyrannum exerci-
tum duceret, erat quidem iam tunc Christiana religionis fautor, nondum
tamen, vt est solemne nostris initiari, signum Dominica passionis accepe-
rat. cum igitur multa secum de instantis p̄elij necessitate peruoluens iter
ageret, vtique ad cælum sapius eleuaret, & inde sibi diuinum precaretur au-
xilium, vidit per soporem ad orientis partem in cælo signũ Crucis igneo ful-
gore rutilare; cumque tanto visu fuisset exterritus, ac nouo perturbaretur
aspectu, astare sibi vidit Angelos dicentes, Constantine in hoc vince, tum ve

ro lætus reditus, & de victoria iam securus signum crucis, quod in cælo vi-
derat, in sua fronte designat; & hoc in militaria vexilla transformat, ac laba-
rum, quem dicunt, in speciem Dominica crucis exapat; & ita armis, & ve-
xillis religionis instructus aduersus impiorum arma proficiscitur, & sine
cruore Romani populi, vt ipse Deum precabatur, Maxentio in flumen de-
merso de tyranno mirifice triumphauit.

PRAETEREA consulitis, si debeatis, quando nuncius venerit vt ad p̄a-
liandum pergatur, mox proficisci: an sit aliqua dies, in qua non oporteat ad
p̄elium exire? in quo respondemus, non est vlla dies in quibuscunque
negociis incipiendis, vel exercendis penitus obseruanda, p̄ter (si iniuria
non vrgeat necessitas) supra memoratos dies celeberrimos, & omnibus ve-
nerabiles Christianis; non quo, vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum
non sit in diebus spes nostra ponenda, nec à diebus, sed à Deo solo viuo &

vero salus omnis penitus expectanda: sed quo, si inuitabilis necessitas non
est, vacandum est in his solito studiosius orationi, & tanta festiuitatis myste-
ria frequentanda. nam cum Hebraei quondam sabbatum obseruantes no-
lissent contra hostes suos die sabbatum arma sustollere, & Deus omni-
potens quod in se tantum, & non in obseruantia dierum spes esset & fortitu-
do locanda, voluisset ostendere, occisi sunt ex eis mille viri, ita vt superstites
penitentia ducti inuicem dicebant, Si omnes fecerimus sicut fratres nostri
fecere, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iusti-
ficationibus nostris, citius disperdent nos à terra.

REPERTIS quod soliti fueritis, quando in p̄elium progrediebami-
ni, dies & horas obseruare, & incantationes, & ioca, & carmina, & nonnulla
auguria exercere; & instrui desideratis, quid nunc vobis agendum sit: de quo
nos necessariò vos instrueremus, nisi super hoc vos diuinitus instructos con-
tueremur: super diuinum enim fundamentum nos aedificare quicquam non
possumus. Igitur cū in p̄elium proficisci disponitis, quod ipsi commemorastis,
agere in Dei nomine nõ omittite, id est, ad ecclesias ire, orationes perage-
re, peccatibus indulgere, Misarũ solemniis interesse, oblationes offerre, con-
fessionem delictorum sacerdotibus facere, reconciliationem & communio-
nem percipere, carceres aperire, vincla dissoluere, & seruos & p̄cipuè con-
fractos & debiles, atque captiuos libertati donare, ac indigentibus eleemo-
synas erogare: quatenus impleatur quod Apòstolus admonet dicens, Om-
ne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini
Iesu. Nam illa, quae commemorastis, id est, diei & hora obseruationes, in-
cantationes, ioca, & iniqua carmina, atque auguria, pompa, ac operationes
diaboli sunt, quibus, Deo gratias, iam in baptisate abrenunciastis, & hæc
cum veteri homine & actibus eius quando nouum induistis, omnino depo-
suistis.

S. I. die Dominico vel ceteris festis diebus, quando necessitas vrget, li-
ceat ambulare, vol ad bellandum procedere: ex trigesimo quarto capitulo
harum responsionum nostrarum potestis advertere.

LIBROS quos vobis ad p̄sens necesarios esse consideramus, sicut po-
scitis, animo gratanti concedimus, & plures Deo largiente prestare desi-
deramus.

DICTIS quod quando in castris estis, orationem perfectam, & con-
gruam facere nequeatis, ac per hoc exponite, quid agere debeatis, vnde
de nos contra sua demus, vt quanto prius hostes sauiunt, & necessitas vel tri-
bulatio

Cap. 34.
De diebus in
quibus non est
p̄elium.

De dierum ob-
seruatione.

1. Mach. 2.

Cap. 35.
De superstitio-
nibus.

De vera p̄pa-
ratione ad bel-
lum.

Coloss. 3.

Cap. 36.

Cap. 37.

Cap. 38.

De precibus in
bello non omite-
tendis.

bulatio incumbit, tanto instantius orationi operam detis. Nam patres nostri **A** plus orando, quam pugnando victores fuere, & voti compotes plus precibus, quam praeliis extiterunt: Denique Moyses orabat, & Iosue pugnabat, sed plus ille vincebat orando, quam iste pugnando. aptius ergo ab armis, quam ab oratione vacandum est.

Cap. 39.
De impedimen-
to affinitatis &
cōsanguinitatis.

De consanguinitate generationum exquiritis, ut quibus utique feminis iungi debeatis, liquidè cognoscatis. verum quod leges hinc fanciunt iam meminimus. & denuo memorare summam operæpretium ducimus. aiunt enim, ergo nō omnes nobis vxores ducere licet: nā quarumdā nuptiis abstinere debemus, inter eius enim personas quæ parentum, liberorumve locum inter se obtinent, nuptiæ contrahi non possunt, veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, matrem & filium, auiam & nepotem, & vsque ad infinitum. inter eas quoque personas, quæ ex trauerso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis obseruatio, sed non tanta. Sacri verò canones, & præcipuè Zachariæ summi præsulis decreta quid hinc promulgent, Episcopo vestro vobis explorandum relinquimus.

Cap. 40.
De his, qui ad
bellum præpara-
ti non sunt.

CONSERVVDINEM patriæ vestræ perhibetis inesse, ut priusquam ad pugnam progrediamini, mittatur à dominatione vestra fidelissimus & prudentissimus vir, qui cuncta arma & cauallos, & quæ necessaria pugnae existunt, consideret; & apud quem inutiliter præparata inuenta fuerint, capite punitur; nunc autem nosse cupitis, quid nos hinc fieri decernamus. Sed hæc nos cuncta vobis ad spiritalis apparatus armaturam conuertere suademus, & tantæ seueritatis rigorem ad pietatis exercitium inclinare monemus; ita, ut sicut hæctenus illa præparatio armorum & equorum diligenter inquirebatur, utrum bene apta esset contra visibiles hostes; ita nunc studiosè inuestigetur, ut arma spiritalia, id est, bona opera singuli præparata possideant aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequitia in caelestibus. porro equus animus intelligitur, quia nimirum sicut homo portatur equo, sic & regitur animo. optime ergo, qui arma contra hostes præparata non habet, perit; quia, ut scriptum est, Male dictus vir qui facit opus Dei negligenter. De equo verò, qui imparatus est animo, bene per psalmistam dicitur, Falsus equus ad salutem, in abundantia autem virtutis eius non erit saluus. Nisi enim falsus esset, imparatus non esset. equo contra de præparato dicitur, equus paratus ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit. Sic itaq; quod hæctenus carnaliter obseruastis, & arma quæ forsitan ab inopibus hæc præparare non valentibus crudeliter exegistis, iam nunc spiritaliter veneramini; & hæc magnos & paruos præparare piè & indefinenter hortamini.

Cap. 41.
De infidelibus
vi ad fidem non
cogendis, & de
eorum comau-
nitione uitanda.

De iis autem qui Christianitatis bonum suscipere renitunt, & idolis immolant, vel genua curuant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi ut eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus, & ratione illos potius quam vi, vane sapiant, conuincatis. opera manuum suarum, & insensibilia elementa, cum sint homines intellectu habiles, adorantes, immo dæmoniis suam ceruicem flectentes & immolantes. Nā, ut Apostolus docet, Scimus quoniā nihil est idola, sed quæ immolant gētes, dæmoniis immolant. Iā verò si vos nō audierint, cum eis nec cibum sumere, nec vllam penitus cōmunionem, habere: sed eos tamquam alienos, atque pollutos à vestris obsequiis & familiaritate remouere debetis, ut tali fortè confusione compuncti conuertantur inspirante Deo ad ipsum qui est verus & non falsus Deus, creator & non creatus, non factus,

A factus, sed factor omnium: nam ut Dominus præcipit, de domo illius qui nō credit, non solum cibum, verum etiam nec puluerem in pedibus debet educere Christianus: in tantum, ut discipuli nescientes quod acciderat, moleste rulerint, quod Petrus princeps eorum ad Cornelium ingressus fuerat, quæ ipse Deo præcipiente primum ex gentibus fecerat Christianum. nulla igitur cum his qui non credunt, idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia, ut credant, nullatenus inferenda est. Nam omne quod ex voto non est, bonum esse non potest; scriptum est enim, Voluntariè sacrificabo tibi. & rursus, Voluntaria, inquit, oris mei beneplacita fac Domine. & iterum, Et ex voluntate mea confitebor illi. vltro nequa quippe Deus obsequia, & exhiberi tantum ab vltro nequeis præcipit: nam si vim inferre voluisset, nullus omnipotentia illius resistere potuisset. Iam verò si quaritis, quid de huiusmodi perfidis iudicandum sit, Apostolum Paulum audite, qui cum Corinthiis scriberet, ait: Quid enim mihi de his qui foris sunt, iudicare? nonne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit; auferte malum ex vobis ipsis. ac si diceret, de his qui extra religionem nostram sunt, nihil ego iudico, sed eos Dei iudicio reseruo, qui iudicaturus est omnem carnem. Veruntamè auferte malū ex vobis ipsis, ne videlicet vobiscum morans ut cancer serpat; aut certè dum à fidelibus sibi communicari conspiciat, suæ quoque vanitati communicari putet: ac per hoc veraciorem & sanctiorem suam sectam, quam nostram existimet religionem. propter conscientiam ergo magnopere idola colentium cauenda est omnino communio: nam qui idololatris communicat, ipsis idolis immo dæmoniis communicare videtur: Omnes enim dii gentium dæmonia. & Apostolus dicens, quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo; adicit, nolo, inquit, vos socios fieri dæmoniorum.

ASSERITIS, quod Rex vester cum ad manducandum in sedili, sicut mos est, ad mensam sederit, nemo ad conuiscendum etiam, neq; vxor eius cum eo discumbat, vobis procul in sellis residentibus, & in terra manducantibus; & idcirco quid vobis hinc præcipiamus, nosse desideretis. vnde nos quia non contra fidem quod agitur, est; licet bonos mores satis impugnet, non tam præcipientes, quam suadentes hortamur, ut ad Christianæ religionis cultores Principes attendatis, & humilitatis eorum considerantes fastidium, deponatis ex vobis omne ad nihil vtile supercilium: legerunt enim illi in Euāgelio dicente Domino, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Nam antiqui Reges, quorum multi sanctorum confortium meruere, ac ideo veraciter Reges dicti sunt, quoniam sancti reperti sunt, cum amicis, quinimmo cum seruis suis conuiuati fuisse memorantur; quin potius ipse Rex Regum, & Dominus Dominantium Redemptor noster, non solum cum seruis & amicis suis, Apostolis scilicet recubuisse, verum etiam cum publicanis & peccatoribus, & recubuisse, & manducasse describitur.

QUAE animalia, seu volatilia liceat manducare, quantum existimo Dominus euidenter ostendit, cum post diluuiū animalia cuncta Noe tribuit & filiis eius edenda, dicens, Omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum quasi olera virentia. & demonstratis caelitus beato Petro in illo disco, quamuis hoc altius intelligendum sit, cunctis animantibus, dicitur, Macta, & manduca. Itaque omne animal, cuius cibus minimè corpori nociuus esse probatur, & societas hoc in cibum

Matth. 10.

Psal. 53.

Psal. 118.

Psal. 27.

1. Cor. 5.

Psal. 95.

1. Cor. 10.

Cap. 42.

De consuetudi-

ne edendi apud

Regem.

Matth. 11.

Cap. 43.

De animalibus

mundis & im-

mundis.

Gen. 9.

Act. 10.

bum admittet humana, comedi non prohibetur: nam ideo, vt sanctus & facundissimus doctor scribit Augustinus, Morticinum ad escam vsu hominum non admittit, eo quod non occisorum sed mortuorum animalium morbida caro est, nec apta ad salutem corporis, cuius causa sumimus alimentum. Porro eorum opinionem, qui quippiam in cibis immundum esse prohibent, per se Dominus destruit dicens, Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, coinquinat hominem, & Apostolo Petro diuinitus dicitur, Quod Deus sanctificauit, tu commune, vel immundum ne dixeris, & coapostolus eius Paulus scribens, Omnia, inquit, munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Verumtamen ne forte quilibet ex veteri vobis testamento quadam prohibita velint animalia demonstrare, atque ab eorum vos edulio coercere; norandum est, inter illa quae prohibita sunt, etiam porcum connumerari; de qua re praefatus sanctus Augustinus de ceteris interim tacens, scribens etiam huius animalis meminit dicens: Testamento veteri, vbi quidam cibi carniū prohibentur, cur non sit contraria ista sententia, qua dicit Apostolus, Omnia munda mundis, & omnis creatura Dei bona est, si possunt, intelligant hoc Apostolum de ipsis dixisse naturis; illis autem litteras propter quasdam praefigurationes temporum congruentes animalia quadam non natura, sed significatione immunda dixisse. Itaque verbi gratia, si de porco & agno requiratur, vtrumque natura mundum est; quia omnis creatura Dei bona est: quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est; tamquam si stultum & sapientem diceret: vtrumque hoc verbum natura vocis, & litterarum, & syllabarum quibus constat, vti que mundum est; significatione autem vnum horum verbum, quod dicitur stultum, immundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quiddam immundum significat: & fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in rerum genere stultus; & tam illud animal, quam istae duae syllabae, quod dicitur stultum, quiddam vnum idemque significat: immundum quippe illud animal in lege positum est, eo quod non ruminet; non autem hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autem homines, qui per hoc animal significatur, immundi proprio vitio, non natura; qui cum libenter audiant verba sapientiae, postea de his omnino non cogitant: quod enim vile audieris, velut in te fino memoriae tanquam ad os cogitationis, recordandi dulcedine volueris; quid est aliud, quam spiritualiter quodammodo ruminare: quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur. Vnde & ipsa à talibus carnibus abstinentia, tale vitium nos cauere praemonuit. Cum enim de hac munditia ruminandi alio loco ita scriptum est, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit illum. Has autem similitudines rerum in locutionibus & obseruationibus figuratis propter quaerendi & comparandi exercitationem rationales mentes vtiliter & suauiter nouerint: sed priori populo multa talia non tantum audienda, verum etiam obseruanda praecipua sunt. tempus enim erat, quo non tantum dictis, sed etiam factis prophetari oporteret, & ea quae posteriori tempore fuerant reuelanda, quibus per Christum, atque in Christo reuelatis, fidei gentium onera obseruationum non sunt imposita, prophetiae tamen auctoritas commendata.

N VLLA ratio sit in Quadragesimali tempore venationibus vti: venantes enim nihil praeter carnes captant. vt ergo nihil carnale sectari videamini, decenter à carnibus captandis in Quadragesimali praecipue tempore vobis est abstinendum. quanto enim ieiunij tempore arctius est diuinis cultibus insisten-

Matth. 15.

Act. 10.
Tit. 1.

1. Tim. 4.

Quid sit spiritualiter ruminare.

Prou. 21.

Cap. 34.
De non venando in Quadragesimali.

A insistendum. tanto est in cunctis mundi nociuis oblectamentis longius recedendum; praesertim cum neminem nisi reprobos venationes exercere uide sacra designet historia.

A N O B I S scire cupitis si in Quadragesimali tempore iudicia sint exercenda, & ad mortem aliquis addicendus. in quo nos noueritis eadem esse Quadragesimali tempore super hac respondere consultatione, quae diebus festis nos duodecimo harum responsionum nostrarum capitulo iam respondisse dignoscimur.

I A M vero si Quadragesimali tempore liceat, si necessitas exigit, vel si non exigit vlla necessitas, ad bella procedere, non vobis est necessarium exponendum, cum ex priorum propositionum solutionibus quid vos conueniat agere, etiam nobis tacentibus, iam ipsi colligitis. bellorum quippe ac praeriorum certamina, necnon omnium iurgiorum initia diabolica fraude sunt artis profecto reperta, & dilatandi regni cupidus, vel irae, vel inuidiae, vel alius cuiuspiam vitij dilector tantum his intendere, seu delectari conuincitur. Et ideo, si nulla urgeat necessitas, non solum Quadragesimali tempore, sed omni est praesertim abstinendum. Si autem inuitabilis urgeat oportunitas, nec Quadragesimali est tempore pro defensione tam sua, quam patriae, seu legum paternarum bellorum proculdubio praeparationi parcedum; ne videlicet Deum videatur homo tentare, si habet quod faciat, & suae ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctae religionis detrimenta non praecauet. porro muri Iericho filii Israel, qui sabbatum iam obseruandum susceperant, etiam sabbato urbem circumeuntibus & tubis clangentibus ad terram protrahi sunt.

C O N S V L T I S si liceat in Quadragesimali tempore iocis vacare, quod non solum in Quadragesimali, verum etiam in nullo tempore licitum est Christianis. sed quia vobis, qui in montem nondum ascendere tanquam infirmi potestis, vt inde sublimia mandata Dei percipiatis, sed in campis, quemadmodum filii quondam Israel positi estis, vt saltem ibi plana, & minora quaeque praecipua sumatis, nec dum possimus suadere, vt omni tempore iocis abstinere, & Quadragesima, ac ieiunij tempore quando per amplius, & instantius orationi & abstinentiae, & omnimodae penitentiae sicut longè superius exposuimus, vacare debetis, non solum iocis, verum etiam ab omni vaniloquio, & scurrilitate, quae ad rem non pertinet, atque ab ipso otioso verbo, vt in Euangelio Dominus dicit: Quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem: si de otioso, quanto magis de noxio, & criminoso? nulla ergo vos voluptatum, & iocorum & maxime in tempore ieiuniorum vanitas seducere valeat; non enim lamenta cum iocis conueniunt, & fallax, ac deceptrix laetitia, veraces lacrymas producere nescit in proximo. praeterea est iudex, qui dixit: Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. hinc Salomon ait: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. hinc iterum dicit: Risum reputaui errorem, & gaudij dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium, vbi tristitia est; & cor stultorum, vbi laetitia: gratum namque Deo sacrificium est afflictio contra peccatum, Psalmista testante, qui ait: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

V N D E nec uxorem ducere, nec conuiuia facere in Quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur. Iterum quid hinc sacri canones dicant, episcopo vestro docente scietis.

Epist. Tom. 3.

Y

P R A E-

Cap. 45.

Cap. 46.
De bello tempore Quadragesimali.

Iosue 6.

Cap. 47.
De iocis in Quadragesima interdictis.Ephes. 5.
Matth. 12.

Luc. 6.

Prou. 14.

Eccle. 2.

Eccle. 2.

Psal. 50.

Cap. 48.
Nuptiae in Quadragesima fieri prohibentur.

Cap. 49.
De dote.

PRAEYEREA sciscitami, si licet exhibere vobis quemadmodum, A
prius in dotem coniugibus vestris, aurum, argētum, boues, equos, &c. quod
quia nullum peccatum est, & leges hoc conueniunt, & nos vt fiat minimē
prohibemus; & non solum hoc, verum etiam quicquid ante baptismum egi-
stis, & nunc quoque vobis agere profectō conceditur. Nam piscatorem Pe-
trum, Matthaeum verō telonarium scimus, & post conuersionem suam Pe-
trus ad piscationem redijt, Matthaeus verō ad telonij negotium non re-
cedit; quia & aliud est victum per piscationem quærere, aliud telonij lucris
pecunias augere. Sunt enim pleraq; negotia, quæ sine peccato exhiberi aut
vix, aut nullatenus possunt. ad illa ergo tantum, quæ ad peccatum impli-
cant, necesse est vt post conuersionem animus non recurrat: quod verō quis-
que ante conuersionem sine peccato exercuit, hoc enim post conuersionem
reperere non est culpa. B

Cap. 50.
De abstinentia
coniugatorij in
quadagesima.

QUOD de eo, qui de Quadagesimali tempore cum vxore sua coierit, B
sit iudicandum, episcopi vestri, & sacerdotis qui ab eo constituetur, arbi-
trio considerandum, ac diffiniendum committimus, qui singulorum mores
agnoscere poterunt; & vniuscuiusque vestrum causas libratim personis, ac
temporibus discernere, seu moderari debebunt. porro cum ea eodem tem-
pore sine aliqua cōtaminatione dormire omnino liceret, si ignis, & palca
sine læsione communionem aliquam habuissent, vel si diabolicæ fraudis
astutiæ nescirentur: nam vbi masculus cum femina pariter conuersantur,
difficile est insidias hostis antiqui deesse, quæ nimirum non desuere, vbi so-
litaria fratris & sororis, Ammonis scilicet, & Thamar extitit parvissimo spa-
tio commoratio.

3. Reg. 13.

Cap. 51.
De Polygamia.

SI liceat vno tempore habere duas vxores exquiritis: quod si non licet, C
scire cupitis, apud quē inuentum fuerit, quid exinde facere debeatis: duas
tempore vno habere vxores, nec ipsa origo humanæ condicionis admittit
nec lex Christianorum illa permittit. Nam Deus, qui fecit hominem ab
initio, masculum vnum fecit & vnam feminam tantum, cui potuit vtique si
vellet duas vxores tribuere, sed noluit. scriptum quippe est, Propter hoc
relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ; non dixit vxo-
ribus. & iterum: Erunt duo in carne vna, masculus scilicet & femina in car-
ne vna, & non tres aut plures. Itaque apud quem vno tempore duæ vxores
inueniuntur, interim priori retenta posteriorem cogatur amittere: insuper
& pœnitentiam quam loci sacerdos præuiderit, compellatur suscipere.
Denique hoc tam immane scelus est, vt homicidij quidem peccatum, quod D
Cain in Abel fratrem suum commisit, septima generatione cataclysmo vin-
dicatum fuerit; adulterij autem flagitium, quod Lamech omnium primus
in duabus vxoribus perpetravit, non nisi sanguine Christi abolitum extite-
rit, qui septima & septuagesima generatione secundum Euangelium lux-
erit in mundum.

Cap. 52.

SI nosse desideratis quid de his qui quemlibet eunuchizant iudican-
dum sit, paginas legum reuoluite.

Cap. 53.
De benedictio-
ne mensæ.

CONSULITIS scilicet super mensam, in qua sacerdos, aut diaconus
deest, vexillum sanctæ Crucis imprimere, & comedere; quod proculdu-
bio licet, nam omnibus datum est, vt & omnia nostra hoc signo debeamus
ab insidiis munire diaboli, & ab eius omnibus impugnationibus in Chri-
sti nomine triumphare. superest tantum, vt cum potior adest, inferior hoc
sibi nisi iussus non audeat arrogare: quoniam non est discipulus super
magistrum

A magistrum. & iterum præcipit Apostolus dicens: Honore inuicem præue- Rom. 12.
nientes.

DICITIS quod Græci fateantur, quod in Ecclesia qui non con- Cap. 54.
strictis ad pectus manibus steterit, maximum habeat peccatum: hoc vt De humilitate
fieret præceptum fuisse nusquam, ni fallimur, inuenitur, ac per hoc, nisi quant postulat
fiat, peccatum non est: nam quidam faciunt hoc, quidam illud; nunc isti oratio,
hoc genus humilitatis, nunc illud ostentant: nisi fortè qui pertinaciter re-
cuset facere, quod omnes viderit facientes. Verum & hoc, & multa in
diuersis locis alia humilitatis indicio sunt, & hoc cum sit, non nisi humi-
litis gratia fit. & reuera scriptum est, Oratio humiliantium se nubes pe- Eccli. 35.
netrabit. proinde siue hoc, siue aliud quid humilitatis excogitare potest
homo, non est reprehendendus, quia secundum Euangelium, Qui se hu- Luc. 18.
miliat, exaltabitur.

B Si enim quis ante principem mortalem veniens cum
omni reuerentia & timore stat, loquitur, & incedit, quanto potius cum
qui ante Deum, qui est æternus, terribilis, & excelsus, accesserit cum om-
ni pauore ac tremore non solum stare conuenit, sed & quasi seruum semet-
ipsum in conspectu eius humiliter præsentare. & quia quorundam in
Euangelio reproborum ligari manus, & pedes præcipiuntur, quid aliud
isti agunt qui manus suas coram Domino ligant, nisi Deo quodammo-
do dicunt, Domine ne manus meas ligari præcipias, vt mittar in tene-
bras exteriores: quoniam iam ego eas ligavi, & ecce ad flagella para-
tus sum. Hinc etiam pectus percutimus signantes videlicet, quod nequi-
ter egimus, displicere nobis, ac ideo antequam Deus feriat, id nos in no-
bis ipsis ferire; & antequam ultio extrema veniat, commissum pœnitentia
digna punire.

IA M verò quod asseritis, Græcos vos prohibere communionem susci- Cap. 55.
pere sine cingulis, quibus sacre scripturæ testimonijs hoc prohibere iu-
re probentur, nos penitus ignoramus, nisi fortè illo quo Dominus præ-
cipit dicens: Sint lumbi vestri præcincti. Verum hoc sancti Euangelij Luc. 12.
testimonium non per litteram, sed per spiritum oportet impleri. Nam
si ad hoc istud præceptum est vt taliter seruetur, cur non fiunt pariter quæ
sequuntur, vt lucernæ ardentes? & sicut agnum comedentibus iubetur, vt
baculum in manibus teneant? habent suum ista mysterium, & intelligenti- Exod. 18.
bus ita clara sunt, vt ea magis, qua decet, significatione seruentur. Nam
in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lu-
cernis ardentibus bonorum splendor operum, de quibus dicitur, sic ope-
ra vestra luceant, indicatur. Rudes ergo fidelium mentes, vt sanctus &
egregius propugnator Ecclesiæ Papa Cælestinus scribit, cuius hæc summa- In epist. r.
tim verba mutuati sumus, ad talia non debemus inducere. docendi enim
sunt potius, quàm illudendi, nec imponenda eorum oculis, sed mentibus
infundenda præcepta sunt.

NO S S E vos velle asseueratis, si liceat omnibus vestris præcipe- Cap. 56.
re tempore siccitatis ad pluuiam postulandam ieiunium & orationem De oratione &
facere. vobis quidem hoc agere licet: quoniam ieiunium & oratio ma- iciumio.
gnæ virtutes sunt, & ad has iugiter faciendas vestra multum valet hor-
tatio; sed congruentius est, si hæc per Episcoporum dispositionem fiant:
ipsi namque sunt qui ligandi, soluendi que potestatem accipiunt, ad ho-
rum vocem populi Dei castra mouentur, & requiescunt; sine his tam-
quam sine capite fore videmini, & quasi oues errantes, & non habentes

pastorem inceditis. Siquidem in talibus prisco tempore, quod nunc quoque; **A** sancta tenet Ecclesia, sacerdotum praecedebat institutio, & omnis penitus ordinatio, & tunc reliquae plebis subsequeretur assensus, ac per hoc ordine debito custodito, & vnanimitate seruata, Deo largiente voti praestabatur effectus.

Cap. 57.
De superstitionibus.

GRÆCOS vetare perhibetis eunuchos animalia vestra mastare, ita ut eum qui ex animalibus ab illis occisis comederit, graue commississe peccatum affirmet. Sed nobis valde absolum est, & adhuc friuolum sonat quod dicitur, porro quia ratiocinationem ista dicentium non audimus, nihil interim de assertione ipsorum nondum plenè cognita decernere diffinitiuè valemus. Vnum tamen scimus, quoniam si eunuchi praecepta Dei custodierint, ad regnum caeleste percipiendum nihil eis obesse membrorum poterit detruncatio, cum secundum **A**postolum in resurrectione omnes occurramus in virum perfectum, & per prophetam Dominus, si eius mandata obseruauerint, eunuchis non nulla laeta promittat. Siquidem & ille Eunuchus Aethiops à sancto Luca Euangelista pro virtute & integritate vir appellatur dum dicit: Et ecce vir Aethiops eunuchus potes **C**andacis Reginae.

Ephes. 4.

Esa. 56.

Act. 8.

Cap. 58.

Mulieres velato capite orare in ecclesia debent.

1. Cor. 11.

VTRVM velato, an nudato capite mulier in ecclesia stare debeat, **A**postolus docet: Mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum, vnum est enim ac si decaluetur: nam si non velatur mulier, & tondeatur, si verò turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum. & iterum: Ideo, inquit, debet mulier velamen habere super caput propter Angelos; id est, sacerdotes. & rursus ait: Vos ipsi iudicate, decet mulierem non velatam orare Dominum? nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi; mulier verò si comam, gloria est illi? quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.

Cap. 59.

De femoralibus

Gal. 3.

QUOD de femoralibus sciscitamine superuacuum esse putamus; nos enim non exteriorem cultum vestium vestrarum, sed interioris hominis mores in vobis mutari desideramus, nec quid induatis praeter Christum, quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis; sed quomodo in fide, ac bonis operibus proficiatis, inquirimus. Verum quia simpliciter de his interrogatis verentes videlicet, ne vobis in peccatum imputetur, si praeter aliorum consuetudinem quid saltem in minimis agitis Christianorum, ne quid desiderio vestro subtrahere videamur, dicimus, quoniam in libris nostris iussa sunt femoralia fieri, non ut his mulieres vterentur, sed viri: nunc autem, ut quemadmodum à veteri ad nouum transistis hominem, ita de priori consuetudine ad morem nostrum per omnia transeat, facite; sin autem, quod placet, agite. Nam siue vos, siue feminae vestrae, siue deponatis, siue induatis femoralia, nec saluti officit, nec ad virtutum vestrarum proficit incrementum. Sanè quoniam diximus iussa fuisse femoralia fieri, notandum est, quia nos spiritualiter induimur femoralibus, cum carnis libidinem per abstinentiam coartamus: nam illa loca femoralibus constringuntur, in quibus luxuriae sedes esse noscuntur; quamobrem fortasse primi homines post peccatum in membris suis illicitos sentientes motus ad arboris ficulneae folia concurrentes sibi perizomata texuerunt; sed haec spiritualia sunt, quae haecenus portare non poteratis, sed nec dum, ut cum **A**postolo dicam, portetis; adhuc enim estis carnales; & ideo hinc perpauca diximus, cum plura Deo donante dicere valeremus.

Gen. 3.

1. Cor. 3.

CON-

A CONSULENTIBVS vobis si liceat absque ieiuniorum tempore quantumcumque; valde mane comedere: Respondemus quoniam neminè patrum nostrorum ante horam diei tertiam manducasse, nec sancta Ecclesia ante horam hanc traditionem sumendi cibum accepisse recolimus, vel monumentis quibuscumque reperimus: è contrario verò quosdam eorum usque ad vesperum, alios autem usque ad nonam horam diei; porro alios usque ad sextam inuenimus ieiunasse: nullum autem mane cibi quantumcumque sumpsisse comperimus, cum potius Vt dictum ijs qui mane comedunt, fuisse legerimus. Quamobrem ab isto maledicto vos alienos esse desiderantes hortamur, ut ante horam diei tertiam nullum omnino corporalem cibum etiam in ipsis insignibus solemnitatibus omnino sumatis; namque solemnitas potest esse Pentecoste sublimior, in qua Spiritus sanctus super **B**apostolos descendit, ac per hoc homines meruerunt in se suscipere Dominum. In ista nempe festiuitate sancti Apostoli cum aliis nonnullis hora diei tertia reperiuntur fuisse ieiuni, cum repletos Spiritu sancto, & loquentes omnium gentium linguis quibusdam incredulis audientibus, & obstupescens, & quòd musto essent repleti ijs qui simul aderant falsò dicentibus, Petrus Apostolorum Princeps responderit dicens: Non enim, sicut vos aestimatis, ebrij sunt isti, cum sit hora diei tertia. vbi **A**notandum, quòd non solum Apostoli, sed & omnes qui cum ipsis erant, id est, centum viginti viri, super quos Spiritus sanctus cecidit, hora diei tertia ieiuni reperiuntur. simul etiam notandum, quòd non dixerit beatus Petrus simpliciter: non, sicut vos aestimatis, hi ebrij sunt, sed addiderit, cum sit hora diei tertia; ac si patenter diceret, ipsi liquidò notis, quòd non sit istis consuetudinis ante horam diei tertiam ieiunium soluere, quamobrem frustra illos ebrios esse putatis. imitamini itaque hos, ut Spiritus sanctus, & si non tardius, saltem hora tertia diei vos ieiunos inueniens, sicut istos, vos quoque inspiratione suae gratiae repleat.

Cap. 60.
De hora sumendi cibum.

Esa. 5.

Act. 2.

DE cetero scire vos velle significatis, quot vicibus laicalis persona per vnumquemque diem orationem facere debeat: in quo scire vos conuenit, neminem exceptum esse ab eo quod Dominus in Euangelio dicit: Oportet semper orare, & non deficere. & **A**postolus, Sine intermissione orate; quod sanissimè praefato sancto Augustino docente, sic accipitur; ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. quae autem sint haec certa tempora orandi, quae nullo die praetermitti debeant, quaerite, & inuenietis.

Cap. 61.
De assiduitate orationis.

Ioan. 18.
1. Thesal. 5.

REFRERTIS quòd lapis inuentus sit apud vos antequam Christianitatem suscepissetis. de quo si quisquam ob aliquam infirmitatem quid accipit, soleat aliquoties remedium corpori suo praebere: aliquoties verò sine profectu remanere; quod utique etiam de illo lapide qui numquam sumentibus quotidie certum est euenire, videlicet, ut alij quidem ab aegritudine sua remedium sanitatis recipiant, alij verò infirmitate tabescant. Quamobrem nos tamquam erroris vobis consulentibus vtrum de cetero sit agendum, an respuendum, respondemus & decernimus, quatenus omnis eiusdem lapidis sumptus penitus prohibeatur, & omnimodis refutetur, & in solo illo lapide Domino nostro Iesu Christo, quem reprobaure aedificantes, hic factus est in caput anguli, spes totius salutis humanae ponatur, & tamquam à fortissimo recuperandae fortitudinis nostrae

Cap. 62.
De superstitionibus.

Math. 21.

Epist. Tom. 3.

Y 3

reme-

A remedium expectetur, ad quem vos accedere, & in eo fiduciam omnem locare beatissimus primus Apostolorum Petrus per epistolam suam hortatur dicens, Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini in domum spiritalem.

CONSULTIS præterea, si liceat viro Dominico nocturno, vel diurno tempore cum vxore sua coniungi, aut dormire? quibus respondemus: quoniam si Dominico die ab opere mundano cessandum est, sicut supra docuimus, quanto potius à voluptate carnali, & omnimoda corporis pollutione cauendum: præsertim cum Dominici diei nomen, quòd nihil eodem die præter quæ Domini sunt, Christianus agere debeat, liquidò manifestet. Porro id ipsum est de nocturno ipsius diei, quòd de diurno tempore sentiendum. Vnus est enim dies, qui tam diurno quàm nocturno spatio constat viginti quatuor horas habens. Nam nisi tam absentia, quàm præsentia solis, vnus existeret dies, nequaquam scriptura diceret, Factum est vespere & mane dies vnus; iam verò si dormiendum simpliciter eodem sit tempore cum vxore propria, quinquagesimo harum responsionum nostrarum capitulo quod sensimus, cursim iam intimauius. Porro, vt verbis vtar Apostoli, Hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento Dominum obsecrandi.

QUOT diebus viro, postquam mulier filium genuerit, ab ea sit abstinendum, non ad inuentionibus nostris, sed verbis beatæ memoriæ Gregorij Romani Pontificis, & Anglorum gentis Apostoli declaratur. Qui Augustino Episcopo, quem in Saxoniam ipse direxerat, scribens, inter cetera dixit: Ad eius verò, id est, mulieris concubitus vir suus accedere non debet, quoad usque proles quæ gignitur, ab lactetur. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios quos gignunt, nutrire contempnant, eosque aliis mulieribus nutriendos tradant; quod videlicet solâ causa incontinentiæ videtur inuentum, qui dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt.

TVNC rectè non licet cui libet communionem Christi percipere, quando gula deditus non inuenitur ieiunus, adeo vt mysticam mensam parui pendens prius cibi laici sumptu ieiuniū soluisse videatur, Christi que venerandū corpus, ac preciosum sanguinē à ceteris non discernens alimentis, nõ præposuisse omni humanæ refectiōi, sed postposuisse noscatur. Remediū quippe salutiferū est corpus Christi cōtra peccatū, & qui hoc ante omnē escā veneranter non sumit, & certè quotidie medicos vacuis visceribus sua cernimus pocula propinare: & si hoc pro sanitate corporis agitur, quāto potius est pro animæ salute patrandum. Ceterum quamobrem non debeat is cui sanguis ex ore vel naribus profuxerit, corpus ac sanguinem Christi percipere, regula nulla docet. Nam quod inuitus quis patitur, in culpam ei non debet imputari, ac per hoc nec à participatione tantī remedij coerceri: nouimus namque, quia mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti eius simbriam tetigit, atque ab ea statim infirmitas recessit. Si itaque mulier hæc in fluxu sanguinis posita vestimenti Dominici tactu non iudicatur indigna, immo ipsius Domini, nam ipse dixit, tetigit me aliquis; cur ei qui sanguinis ex ore vel naribus fluorem sustinet, non liceat salutifera Christi sacramenta percipere?

G R A E-

A GRÆCOS prohibere vos asseritis cum ligatura lintei, quam in capite gestatis, Ecclesiam intrare; quos nos quoque similiter non ab re forsitan inhibemus: nam sæpe memoratus, ac semper memorandus Apostolus Paulus ait, Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Et iterum, Vir quidem non debet velare caput, quoniam imago & gloria est Dei; quod enim de velamine dicitur, etiam de ligaturæ volumine debet, credimur, obseruari.

PRÆHIBETIS vos consuetudinem habuisse, quotiescunque aliquem iure iurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium afferre, & per eā iuramentū agebatur. Nunc autè per quos iurare debeatis, à nobis iuberi deposcitis. sed nos ante omnia non solum per spatham, verum etiam per aliam omnino conditam speciem iurari iudicamus indignum. per quem enim quis iurat, profectò & didigit & veneratur; sed & fiduciam suam ei firma stabilitate commendat: quamobrem per Deum iurandum est, qui ab hominibus diligendus & venerandus, & in quo omnis spes & fiducia est locanda, & à quo præ cunctis creaturis est semper auxiliū expectandū. nam cum à Domino per Cælum, Terram, Caput & Hierusalem non iurare iubetur, nil nisi vt per creaturam iuretur proculdubio inhibetur. Quod autem per Dei nomen iurare præcipiamur, ipso iubente didicimus. Sanè possumus per eas dumtaxat creaturas iurare, quæ diuinis sunt cultibus deputatæ, vt est templū, & altare, in quibus qui iurat, iurat in ipsis, & qui habitat in ipsis, & si quæ sunt talia. Quapropter iure per Euangelium iurandum est, in quo quicquid continetur, nihil nisi Dei, qui in eo scribitur, & legitur esse profectò dignoscitur. ipsum est enim lex nostra, ipsum testamētum nostrum, quod legifer & testator, Dominus & redemptor noster electis suis disposuit. & si hoc amamus, per ipsum etiam & iuramus: etenim omnis vera qui dicit, per eum iurat quem amat; nos ergo si per Euangelium iuramus: & testatorem, & ipsum testamētum diligere comprobamur, & ab eius mandatis nos nolere recedere proculdubio significamus.

REQUISISTIS post quot dies mulier possit Ecclesiam intrare postquam genuerit: in quo nos prædecessoris nostri Beati Gregorij Papæ vestigia sequentes, eadem quæ ipse decernimus, qui pro noua gente sicut nos modo instruenda scribens, inter alia dixit; Si mulier hora eadem qua genuerit, actura gratias intret Ecclesiam, nullo peccati pondere grauat: voluntas enim carnis, non dolor in culpa est; in carnis autem commixtione voluntas est; nam in prolis prolatione gemitus. vnde & ipsi primæ omnium matri dicitur, In doloribus paries: si ergo enixam mulierem intrare Ecclesiam prohibemus, ipsam ei poenam in culpam deputamus.

QUOT vicibus per totum annum baptismata celebrari debeant, vel si eodem die licitum sit carnes comedi, vel quot in consequentibus ab his sit abstinendum, requiritis. insignia igitur anni siue solemnia tempora, quibus baptismata celebrantur secundum canones, duo sunt, Paschæ scilicet & Pentecostes. Verum circa nulla sunt in baptizando tempora penitus obseruanda; quemadmodum nec erga eos qui mortis vicinæ periculum metuentes tanto lauacro purgari desiderant: à carnibus autem ipso die iis qui Sabbato sancto, vel Sabbato Pentecostes baptizati fuerint, abstinere proculdubio conuenit: consequentibus verò septem diebus, qui à veteribus dies Azymorum dicebantur, & dici Resurrectionis Dominicæ conuincuntur ritè celebrantur; si quisquam quandocunque carnibus vesci affectat, mul-

Cap. 63.
De abstinentia
coniugatorum in
Dominico die.

Gen. 1.

1. Cor. 7.

Cap. 64.
De abstinentia
coniugatorum post
partum.Epist. lib. 12. epi
sto. 31.Cap. 65.
De sacra com-
munionem à iei-
uniis percipiēda,
& de sanguinis
fluxum patienti-
bus à canone ar-
cendis.

Math. 9.

Cap. 66.
De superstitio-
nibus.

1. Cor. 11.

Cap. 67.
De iurandō.Cap. 68.
De purgatione
post partum.S. Greg. epist. lib.
12. epist. 31.

Gen. 3.

Cap. 69.
De tempore cōse-
rendi baptismū.

multo magis edere carnes oportet.

Cap. 70.
De presbytero
uxorem habente.

Math. 5.

CONSULENDVM decernitis, vtrum presbyterum uxorem habentem debeatis sustentare & honorare, an à vobis prolicere: In quo respondemus, quoniam licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen Dominum imitari conuenit, qui solem suum, vt Euangelium restatur, oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Deicere verò cum à vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum deiecit. Verùm de presbyteris qualescunque sint, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita ipsorum quippiam inuestigandum, sed Episcoporum iudicio quicquid est, per omnia referendum.

Cap. 71.
De malis sacerdotibus sacramenta ministrantibus.

SCISCIANTINVS vobis, si à sacerdote, qui siue comprehensus est in adulterio, siue de hoc fama sola respersus est, debeatis communionem suscipere, nec ne: Respondemus, non potest aliquis quantumcuq; pollutus sit, sacramenta diuina pollucere, quæ purgatoria cunctarum remedia contagionum existunt. nec potest solis radius per cloacas & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. proinde qualiscunque sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinare non potest: idcirco ab eo vsque quo Episcoporum iudicio reprobetur, communicatio percipienda est: quoniam mali bona ministrando se tantummodo lædunt: & cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat; & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite igitur intrepide ab omni sacerdote Christi mysteria, quoniam omnia in fide purgantur: Fides est enim quæ vincit hunc mundum. & quia non dantis, sed accipientis sit, docente sancto Hieronymo, ad credendum in omni anima baptismum esse perfectum, & in omni sacerdote corpus Christi esse perfectum. qui rursus sacræ scripturæ cõcordans ait, Priusquam audias, ne iudicaueris quemquam, atque ante probationem accusationis illatæ, neminem à tua communionem suspendas; quia non statim qui accusatur, reus est; sed qui conuincitur, criminofus.

Cap. 72.
De Episcopo illis ordinando.

REQUIRITIS si liceat in vobis Patriarcham ordinari: sed de hoc nil diffinitiuè respondere possumus, priusquam legati nostri, quos vobiscum mittimus, reuersi fuerint, & nobis, quæ inter vos multitudo sit & vnanimitas Christianorum, renuncient. Nam interim Episcopum habetote, & cum incremento diuinæ gratiæ Christianitas ibi fuerit dilatata, & Episcopi per singulas ecclesias ordinati, tunc eligendus est inter eos vnus, qui si non Patriarcha, certè Archiepiscopus appellandus sit; ad quem omnes concurrant, & cuius consiliū in causis maioribus præstolentur; id ipsum etiam Apostolicis regulis præcipientibus, ac dicentibus: Episcopos gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, & cetera.

Can. Aposto. 34.

Cap. 73.
Episcopus à Romano Pont. primitus ordinandus.
Hebr. 7.

AQVO autem sit Patriarcha ordinandus interrogatis: & idcirco scitote quia in loco vbi numquam Patriarcha, vel Archiepiscopus constitutus est, à maiori est primitus instituendus: quoniam secundum Apostolum, minus à maiori benedicitur. deinde verò accepta licentia, & pallij vsu ordinat ipse sibi deinceps Episcopos, qui successorem suum valeant ordinare. Vos tamen siue Patriarcham, siue Archiepiscopum, siue Episcopum vobis ordinari postuletis, à nemine nunc velle congruentius, quàm à Pontifice sedis beati Petri, à quo & Episcopatus & Apostolatus sumpsit initium, hunc ordinari

nari valetis, in quo hic est ordo seruandus, vt videlicet à sedis Apostolicæ præfule sit nunc vobis Episcopus consecrandus; qui, si Christi plebs, ipso præstante, crescit, Archiepiscopatus priuilegia per nos accipiat; & ita demum Episcopos sibi constituat, qui ei decedenti successorem eligant: & propter longitadinem itineris non iam hic consecrandus qui electus est, veniat; sed hunc Episcopi, qui ab obeunte Archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati constituant: sanè interim in throno non sedentem, & præter corpus Christi non consecrantem, priusquam pallium à sede Romana percipiat, sicuti Galliarum omnes, & Germaniæ, & aliarum regionum Archiepiscopi agere comprobantur.

SCISCIAMINI si cœpta oratione nuncijs venerit de hostibus, ac ideo ipsam orationem consummare nequiveritis, quid vobis agendum sit; quid aliud vtique, nisi vt bonum, quod cœpistis, quocunque vos perrexisset contigerit, perficiatis; nam non est Christianis vnus locus orationis, sicut Iudæis erat Hierosolymis, & veluti Samaritanis in monte Gariz in, sed in omnibus locis, quemadmodum & Apostolus ait, Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus, præterea qui in bono opere perseuerauerint in finem, hic saluus erit, præcipuè eo tempore quando contra inimicorum itur incursum; & oratione, sicut iam supra diximus, magis quàm armis expectari debet ab hoste triumphus.

IVDICIUM penitentia, quod postulatis, Episcopi nostri, quos in patriam vestram misimus, in scriptis secum vtique deferent; aut certè Episcopus, qui in vobis ordinabitur, hoc, cum oportuerit, exhibebit: nam sæculares tale quid habere non conuenit, nimirum quibus per id quemquam iudicandi ministerium nullum tribuitur.

SIMILITER & de codice ad faciendas Missas asserimus. **R**EVERTIS quòd Græcorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum, vnus ex eis accipiens paruissimam particulam ligni, hanc intra ipsum codicem condat, & si vndeunque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirmet scire se posse quod cupiunt. Vos verò consulitis si sit hoc tenendum, an respuendum, vtique respuendum; scriptum est enim, Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

ENARRATIS quòd populus ille qui propter Christianam religionem ad occidendum vos insurrexere, penitentiam agere voluerit, & sacerdotes illi, qui inter vos aduenæ sunt, hanc recipere recusarint. nunc autem requiritis quid de eis agendum sit, si quemadmodum asseritis, sponte penitentiam agere volunt, non sunt prohibendi, sed per omnia penitentia submittendi, quam Episcopus, vel presbyter ordinatus ab illo considerauerit: Nam non suscipere penitentes, non est Catholicorum, sed Nouatianorum.

PERHIBENTES quòd moris sit apud vos infirmis ligaturam quandam ob sanitatem recipendam ferre pendentem sub gutture, requiritis si hoc agi nos de cetero iubeamus; quod non solum agi non iubemus, verum etiam ne fiat, modis omnibus inhiemus: huiusmodi quippe ligaturæ, phylacteria dæmoniacis sunt inuenta versutiis, & animarum hominum esse vincula comprobantur, ac ideo his vtentes anathemate Apostolica decreta percussos ab Ecclesia pelli præcipiunt.

CVM generatione, quæ pacem vobiscum habere quærit, quomodo ad alterutrum pacem firmare, & custodire debeatis, inquiritis, quæcunque gens

Cap. 74.
Omni loco orandum.

1. Tim. 2.

Math. 10.

Cap. 75.

Cap. 76.

Cap. 77.

De superstitionibus.

Cap. 78.

De penitentibus recipiendis.

Cap. 79.

De superstitionibus.

Cap. 80.

De pace incunda.

Hebr. 12.
1. Rom. 12.

gens vobis pacē offerre voluerit, vos nolite reuere. scriptū quippe est, Pacē sequimini cū omnibus. & rursus, Cū omnibus hominibus pacē habentes, vbi omnibus sonat, nemo à mutua pace prorsus excipitur. quo modo verò ipsa sit pax cū huiusmodi firmāda, vel custodienda, nisi gentis, cū qua pax in eunda est, mores & verba prænoscatur, facile diffinire non possumus. Verūtamē quia est laudabilis pax, est & perniciofa, prouidendum est, vt in omni pacto Christus prapponatur, ita vt lege ipsius, & præcipuē fide illa persistente, fœdus, quod inuicem pangitur, permaneat incorruptum. quam autem pacem sectari debeatis, Dominus manifestat, cum dicit, Pacem meam do vobis. cum eo igitur qui pacem Christi non habet, nec nos communionis habere pacem debemus; sed nec cum illo qui pacem idcirco postulat, vt liberius notitia committat.

102. 14.

Cap. 81.
De pactis.

PERCONTATI estis, si cum generatione, quæ Christiana est, fœdus interposito ex vtraque parte iureiurando feceritis, & post hæc illi pactum dirumpere, & super vos insurgere voluerint; vtrum & vos adire contra eos audeatis, an aliud quid agere debeatis. Verūm omnis est necessitas toleranda, magis quàm à nobis quælibet iniquitas perpetranda. proinde fœdus quod pangitis, nulla est occasione violandum; nisi fortè in confirmandi fœderis ipsius articulo interpositum est, quatenus sic vna pars id foret obseruatura, si pars hoc altera nulla tergiversatione violasset. siquidem à Christiano genus omne mendacij summopere declinandum est propter illud quod à Deo dicitur, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. & iterum, Os quod mentitur, occidit animam. & Apostolus, Nolite, ait, mentiri inuicem. iam verò si illi postposito iuramento, diruptoque fœdere contra vos insurrexerint, quid vos oporteat agere, Episcopus vester à vobis inquisitus respondeat, qui iuxta positus & circumstantiam rerum, & temporum qualitatem, & mores personarum, & iustitiam partium clarè cognoscens, quod congruentius & salubrius esse perspexerit, tunc facilius poterit indicare, & quid agi conueniat, cuncta prænoscens vobis pleniter intimare. Verūm nos interim rebus incognitis fatius admonemus, vt semper rogetis ea quæ pacis sunt.

Psal. 5.
Sap. 1.
Coloss. 3.Cap. 82.
De eodem.
2. Cor. 6.

1. Cor. 7.

CUM Paganis autem quod sit Christiano pactum faciendum, Apostolus indicat, qui nullam communionem luci ad tenebras, Christi ad Belial, fideli cum infideli dat intelligi debere prorsus existere. Verūm si eo fidelis animo pactum cum infideli constituit, vt cum ad cultum veri Dei possit attrahere, non est prohibendum: quandoquidem Apostolus etiam matrimonium quod ex fideli constat, & infideli, non inhihet permanendum. & Moses cognatum suum ad Dei veri notitiam trahere volens, eius societatem non aspernatur, sed comitatu suo ducem fore summopere deprecatur. inueniuntur autem nonnulli sanctorum, & fidelium alienigenis, & infidelibus pacta, & amicitia fœdera contraxisse diuersa: sed eos non tamquam infidelitatem eorum, & superstitionem approbantes coluisse, sed tamquam in angarias diuersis vsibus implicasse, & præcipuē in terrenis eos quæstibus, & seruilibus occupasse.

Cap. 83.
De iudiciis criminalibus.

1. Tim. 1.

SI liceat vobis de criminalibus peccatis aliquem iudicare consulitis, sed si nemo voluisset peccare nemo debuisset aliquem iudicare; at postquā peccatur, profectò & iudicatur. Scimus enim, vt secundum Apostolum dicamus, quia iusto lex non est posita, sed iniustis, & non subditis, & impiis, & peccatoribus, sceleratis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & si quid aliud

fa-

A sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei: non autem vobis licet clericos iudicare, cum vos magis ab ipsis conueniat iudicari.

REQVIRENDVM à nobis ducitis, quid de eo iudicandum sit, qui quemlibet falsò criminatus fuerit, & postmodum accusator fallax apparuerit. De hoc quamuis venerandæ leges abunde quod iustum est, innuant; nos tamen potius cum Apostolo vos ad misericordiæ viscera, quam se Deus super sacrificium velle testatur, semper conuenit exhortari; siquidem ipse cum gētes, quarum magister erat, doceret, non ad austeritatem legis, sed potius eas ad misericordiæ viscera prouocabat dicens; Induite vos ergo sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.

Cap. 84.
De eo, qui falso aliquem accusat.

Coloss. 3.

ERGO similiter & circa eum de quo sciscitamina, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad misericordiam exhortamur, sicut & Dominus iubet dicens, Dimittite, & dimittetur vobis.

Cap. 87.

Luc. 6.

SI fur vel latro deprehensus fuerit, & negauerit quod ei impingitur; asseritis apud vos quod iudex caput eius verberibus tundat, & aliis stimulis ferreis, donec veritatem depromat; ipsius latera pungat: quam rem nec diuina lex, nec humana prorsus admittit, cum non inuita, sed spontanea debeat esse confessio, nec sit violenter elicienda, sed voluntariè proferenda. denique, si contigerit vos etiam illis poenis illatis, nihil de his quæ passò crimen obiiiciuntur, penitus inuenire; nonne saltem tunc erubescitis, & quàm impiè iudicetis agnoscitis? Similiter autem si homo criminatus talia passus sustinere non valens dixerit se perpetrassè quod non perpetravit, ad quem, rogo, tantæ impietatis magnitudo reuoluitur, nisi ad eum qui hunc talia cogit mendaciter confiteri? quamuis non confiteri noscatur, sed loqui, qui hoc ore profert quod corde non tenet. Relinquit itaque talia, & quæ hæcenus insipientes exercuistis, medullitus execramini: quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? porro cum liber homo crimine fuerit appetitus, nisi iā pridè repertus est alicuius sceleris reus, aut tribus testibus conuictus poenæ succumbit, aut si conuinci nō potuerit, ad Euangelium sacrum, quod sibi obiiicitur, minimè commississe iurans absoluitur, & deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus Apostolus doctor gentium attestatur, Omnis, inquiens, controuersia eorum finis ad confirmationem est iuramentum.

Cap. 86.
De tormentis.

Rom. 6.

Hebr. 6.

VTRVM si mulierem viduam nolentem vitam monasticam suscipere, quis monacham fecerit, peccatum committat, inquiritis: sed in hoc sciendum est, quoniam aliæ sunt virtutes sine quibus ad vitam ingredi non possumus; aliæ verò sunt, quæ non nisi ab sponsore requiruntur. sine humilitate quippe, castitate, & elemosynis, & orationibus nullus ad vitam ingredi valet. & ista sunt cum his similibus, quæ requiruntur ab homine. Monachicum autem habitum induere, ac vitam remotam ducere, non nisi à spondente diuinitus exiguntur. Vnde quisquis vim intulerit alicui, vt monasticum habitum, & vitam remotiorem, quam non optauit, nec elegit, assumat; hic tamquam violentus peccatum euadere non valet: & quoniam quod agitur, ex accipientis voto non venit, nec accipiens religiosum habitum, inde mercedem habet, nec inferens crudelitatis suæ iudicio carebit.

Cap. 87.
De non cogendis viduis monasterium ingredi.

PRO

Cap. 88.
Pro quibus mor-
tuis non oran-
dum.
1. Ioan. 5.

Cap. 89.
De primitiis.

Cap. 90.
De supersticio-
nibus.

Matth. 15.

Cap. 91.
De vitanda com-
municacione in
fidelium.

1. Cor. 6.

Cap. 92.
De Patriarchis.

PRO parentibus vestris, de quibus consulitis, qui infideles mortui sunt, **A** propter peccatum incredulitatis orare non licet; secundum illud Ioannis Apostoli dicentis, Est peccatum ad mortem, non dico, ut oretur pro eo; peccatum quippe ad mortem est in eodem peccato morientibus.

FRVGES novas, & rerum offerre primitias etiam veteribus moris erat, quod penè in ipso initio mundi Abel & Cain egisse legimus.

ANIMALIA siue volatilia, si sine ferro macentur, & solo ictu hominis percussa moriantur, si liceat comedi sciscitamine, de hoc sanctus Augustinus contra Faustum Manichæum pleniter scripsit, de cuius verbis nos modicum quid nunc propter prolixitatem tangimus, ubi, inquit, Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat: quis iam hoc Christianus obseruat, ut turdos, vel minutiores auiculas non attingat, nisi quorum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu à ceruice percussus **B** nullo cruento vulnere occisus est, & qui fortè pauci adhuc tangere ista formidant, à ceteris irridentur, ita omnium animos in hac retinuit illa sententia Veritatis, Non quod intrat in os vestrum, vos coinquinat, sed quod exir.

NEQVE quod Christianus persequitur, & à pagano percucitur, & occiditur animal; neque quod paganus persequitur, Christianus occidit, à Christiano comedendum est; ne videlicet fidelis cum infideli saltem in modico communicasse videatur. quæ enim pars fideli cum infideli? & rursum propter conscientiam non fidelis utique, sed infidelis gloriantis scilicet se, quod sibi à Christiano fuerit communicatum, ac per hoc autumantis, eo quod non fuerit à fideli speratus, quod vanitas erroris sui à Christiano exiterit approbata.

DESIDERATIS nosse quot sint veraciter Patriarchæ: veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præfunt ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet, & Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam Sanctorum Principes Apostolorum Petrus ac Paulus & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore suo proprio sanguine sacrauerunt. Alexandrinam, quam Euangelista Marcus discipulus & de baptismo Petri filius à Petro missus instituit, & Domino Christo cruore dicauit. Antiochenam, in qua conuentu magno sanctorum facta, primùm fideles dicti sunt Christiani, & quam beatus Petrus priusquam Romam veniret, per annos aliquot gubernauit. Constantinopolitanus autem & Hierosolymitanus antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ superiores existunt. Nam Constantinopolitanam Ecclesiam nec **D**

Apostolorum quisquam instituit, nec Nicæna synodus, quæ cunctis synodis celebrior & venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit: sed solum quia Constantinopolis noua Roma dicta est fauore Principum potius, quam ratione Patriarcha eius Pontifex appellatus est. Hierosolymitanus autem præsul, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundum antiquam consuetudinem, ac Nicænam synodum honorandus sit; salua tamen metropoli propria dignitate: sed & in eadem sancta, & magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Helie Episcopus dicitur. Nam vera Hierusalem tantum in cælis est, quæ est mater nostra; illa verò Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus prædixit, adeo funditus ab Helio Hadriano Imperatore Romano destructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, & ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa; ita ut locus Dominicæ crucis extra

por-

A portam, nunc intra cernatur, & à prædicto Helio Hadriano vrbs illa Helia vocitetur.

PORRO quis Patriarcharum secundus sit à Romano consulitis; sed iuxta quod sancta Romana tenet Ecclesia, & Nicæni canones innuunt, & sancti præfules Romanorum defendunt, & ipsa ratio docet, Alexandrinus Patriarcharum à Romano Papa secundus est. Cap. 97. Secundus Patriarcha Alexandrinus.

GRÆCOS dicere perhibetis, quòd in illorum patria chrisma oratur, & ab illis per totum mundum tribuatur: & ideo nosse desideratis, si verum sit: sed iam credimus, quòd vestra solertia quàm verum non sit animaduertit. Cap. 94.

QUID de his agendum decernimus, qui pro quibuscumque culpis ad Ecclesiam fugiunt, requiritis: sed quamuis ea sacri canones, quæ leges mundanæ faciunt, custodienda flagitent, & leges circa quosdam immiserordes appareant: nos tamen qui non spiritum huius mundi suscepimus, si quis piam ad Ecclesiam fugerit, non illum nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educendum. Denique si quondam latrones, & diuerforum criminum rei ad asylum templum Romuli fugientes indemnitate consequerentur; quanto potius hi qui ad templum Christi confugium faciunt, delictorum remissionem suorum adipisci debent, & iam sibi à suspecto iuramento præstito, omni pristinae securitati restitui. Cap. 95. De his qui ad Ecclesiam confugiunt.

QVI COVIS mulier tua contra te cogitauerit, aut fecerit, vel si te accusauerit, non est, excepta causa fornicationis, reiicienda, vel odio prorsus habenda, quæ est, Apostolo præcipiente, sicut à Christo Ecclesia, diligenda; quantum autem hæreticorum ore Christus & accusatur, & in gentibus blasphemat, sed hos interim peruersa prædicantes tolerat, & respicientes à misericordia gremio non repellit. Cap. 96. Matth. 5. Ephes. 5.

SIMILITER & de seruo, qui dominum suum apud principes accusat, custodiendum est, cui secundum Apostolum à domino suo etiam minæ sunt remittendæ. Sed quid de seruo dicimus, quando Dominus generaliter omnibus, & de omnibus præcipit, Dimittite, inquit, & dimittetur vobis. & Apostolus, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. ubi enim aliud interposuit, etiam seruum comprehendit. Iam si non omnes comprehendisse dicis, audi quod sequitur, sed semper quod bonum est sectamini inuicem in omnes. Cap. 97. De seruis. Ephes. 6. Luc. 6. 1. Thess. 5.

Si sit sepeliendus qui se ipsum occidit, vel si sit pro eo sacrificium offerendum, requiritis: sepeliendus est quidem, ne viuientium odoratum molestiam ingerat: non tamen est, ut alijs pavor incutiatur, solito cum obsequijs more ad sepulchra ferendus. sed & si qui sunt qui eius sepulturæ studio humanitatis obsequuntur; sibi, non illi qui sui exitit homicida, præstare videntur. Sacrificium verò pro eo non est offerendum, qui non solum ad mortem usque peccauit, sed & mortis sibimet interitum propinauit. quis enim magis peccatum ad mortem facit, pro quo Ioannes Apostolus dicit, non orandum, quàm is qui Iudam imitatus sui ipsius homicida fuisse magistro diabolo comprobatur? Cap. 98. De eo qui seipsum occidit. 1. Ioan. 5.

Si est Christianus intra Ecclesiam sepeliendus, inquiritis. hanc sanctus Papa Gregorius quæstionem absoluit dicens: Cum graui peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesijs sepeliantur; quòd eorum proximi quoties ad eadem sacra loca conueniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos

Epist. Tom. 3.

Z

peccata

peccata grauia deprimunt, non ad absolutionem potius, quàm ad maiorem **A**
damnationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

Cap. 100.

QU^Y in praelio defunctus fuerit, vtrum reportandus ad propria sit, si pa-
rentes eius, aut socij eius voluerint, ex præcedente capitulo potestis colligere. Siquidem idcirco, si voluerint propinqui, ad propria reportandus est mortuus, vt eius tumulum intuentes proximi recordentur ipsius, & pro eo Domino preces fundant. Nam & sanctum Ioseph tale quid de ossibus suis obiturum mandasse sacra prodit historia.

Exod. 13.

Cap. 101.
De eleemosynis erogandis.
Matth. 5.
Gal. 6.

QU^IBUS eleemosyna eroganda, inuestigatis, quod Dominus in Euan-
geliio manifestè demonstrat dicens: Omni petenti te da. & iterum patrem memorans ait: Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. & Apostolus: Dum, inquit, tempus habemus, opere-
mur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, idest, Christianos. Verumtamen est in eleemosyna facienda quidam ordo discretionis obseruandus, quem nos pleniter exponere studio nunc breuitatis omittimus. Sed quidnam hoc nomen signet, primitus indicemus: eleemosyna quippe græce, latine misericordia dicitur, & certe scriptum est, Misere-
re animæ tuæ placens Deo. ergo primum sibi debet homo præ ceteris eleemosynam facere: siquidem omnem regulam bene agendi à se debet homo incipere, placens scilicet Deo per munditiam mentis & corporis, ac per hoc sibi tribuens illum panem viuum qui de cælo descendit. deinde verò eleemosyna exhibenda est propinquis egestatem patientibus, sicut scriptum est, Carnem tuam ne despexeris: nam & ipsa natura docet nos de hoc. & quod ipse propinquo meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? deinde autem his maxime misericordia præstanda est, qui petere confunduntur. Sanè notandum est, quia sunt nonnulli, quibus nil conferri debet, sicut scriptum est, Da bono, & ne receperis peccatorem. & rursum, Ne dederis impio; & iterum. Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cū peccatoribus. Panem enim, & vinum suum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt, impendit: qui verò indigenti etiam peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit; nimirum non peccatorem, sed iustum nutrit, qui in illo non culpam, sed naturam diligit. vnde & nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitibus nutriunt histriones.

Eccli. 30.

Esa. 58.

Eccli. 12.

Tob. 4.

Cap. 102.

Cap. 103.
De libris profanis.
1. Cor. 15.

Cap. 104.
De baptizatis à Paganis non rebaptizandis.

Act. 2. & 19.

Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. tom. 4. iuxta Rom. editionem.

NON esse inferendam Pagano violentiam vt Christianus fiat, supra docuimus.

DE libris profanis, quos à Saracenis vos abstulisse, ac apud vos habere perhibetis, quid faciendum sit, inquiritis: qui nimirum non sunt reseruandi, Corrupt enim, sicut scriptum est, mores bonos colloquia mala; sed vt pote noxij & blasphemi igni tradendi.

AQVODAM Iudæo, nescitis vtrum Christiano, an pagano multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de his sit agendum consultis. hi profecto si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt: vnum quippe idemque est, vt sanctus exponit Ambrosius, constat eos non esse denuo baptizandos; sed primum vtrū Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est: quamuis non prætereundum esse credamus, quid beatus de baptismo dicat

A dicat Augustinus: Iam satis, inquit, ostendimus ad baptismum, qui ver-
bis Euangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis vel accipientis errorem, siue de Patre, siue de Filio, siue de Spiritu sancto aliter sentiat quàm doctrina caelestis insinuat, & iterum: Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter viuunt, aut etiam in hæresibus, vel in gentiliū superstitionibus iaceant; & tamen etiam illic nouit Dominus qui sunt eius. Namque in illa ineffabili præscientia multi qui foris videntur, intrus sunt. & alio loco: Etiam corde tardiores, quantum existimo, intelligūt baptismū Christi nulla peruersitate hominis siue dantis siue accipientis posse violari. & rursus: Potest tamen, ait, tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed quàm perniciose tradere; ille autem cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat.

BCONSULENTIBVS & instrui poscentibus vobis, quid de eo faciendū sit, qui super præcepta Apostolica se offerens prædicare tentauerit, vnus ex eis, idest, Paulus respondet, & instruit dicens: Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter quod euangelizamus vobis; anathema sit. Verumtamen cum hoc fit, non est passim nec à vobis, qui laici estis, temerè iudicandum, In multis enim offendimus omnes.

Cap. 105.

Gal. 1.

Iac. 3.

Cap. 106.

Ephes. 5.

POSTREMO deprecamini nos suppliciter, vt vobis quemadmodum ceteris gentibus veram & perfectam Christianitatem non habentem maculam aut rugam largiamur, asserentes quòd in patriam vestram multi ex diuersis locis Christiani aduenerint, qui prout voluntas eorum existit, multa & varia loquuntur, idest, Græci, Armeni, & ex ceteris locis: quapropter iuberi poscitis, vtrum omnibus his secundum varios sensuum obedi-
Crum obedire, an quid facere debeatis. Verum nos in his non sumus sufficientes, sed sufficientia nostra ex Deo est. & Beatus Petrus, qui in sede sua viuit, & præsidet, dat quærentibus fidei veritatem: Nam & sancta Romana Ecclesia semper sine macula fuit, & sine ruga, nimirum quia ille hanc instituit, cuius fidei confessio diuinitus extitit approbata, ad quam videlicet Christianitatis fidem, licet eius mysteria consummatè nullus intelligere valeat, vobis insinuandam inspirante Deo, ecce scripta nostra, & missos ac diuersos codices in patriam vestram destinauimus; & quousque radices roboris consequamini, vos rigare nullo modo desistemus, & quousque ad solidum perfectionis cibum perueniatis, vos saltem lacte potare numquam penitus omitteremus: nam gaudium meum, & corona mea vos estis in Domino.

1. Cor. 3.

B. Petrus qui in sede sua viuit, & præsidet.

Ephes. 5.

Philip. 4.

De diuersis locis aduenisse perhibetis, varia & diuersa docentes, multa vobis iam scripsimus, & nunc scribere aliqua doctoris gentium suffragantibus sanctis eloquijs procuramus, qui inter Corinthios tales esse formidans, aiebat, Timeo enim ne fortè cum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, suffurationes, inflationes, seditiones in vobis sint. Verumtamen quantum ad fidem rectam pertinet, non curamus qui prædicent: sed quem prædicent: ipse quippe scripsit, Quidam inquit quidem & propter inuidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, quidam ex caritate scientes, quoniam in defensionem Euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincerè existimantes presuram se suscitare vinculis meis. quid enim mihi est, dum omni modo siue

1. Cor. 12.

1. Cor. 11.

Philip. 1.

2. Tim. 2.

per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, & gaudebo: sed & qui hæc dixit, audite quid alibi dicat: Profana autem & inaniloquia deuota; multum enim proficient ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Verumtamen in his omnibus aderit misericordia Dei Missis nostris, & futuro Episcopo vestro, qui vos instruant, & quid agere debeatis, abundanter erudiant: sed & illi siue nunc, siue post hæc semper in rebus dubiis & negotiis maioribus sedem totius Ecclesie more consulēt Apostolicā & ab illa instructi in quibus oportet, instituent, & quæ Dei sunt, sedula prædicatione docebunt.

Hæc quidem suggestionibus siue quæstionibus vestris, prout Dominus dedit, respondimus, non quantum potuimus, sed quantum sufficere posse præuidimus. Cum autem Episcopum Deo concedente per præfulatus nostri ministerium habueritis, ille vos docebit omnia quæ ad officium suum pertinent, & si quæ sunt quæ non capiet, ab Apostolicæ sedis auctoritate suscipiet. Deus autem qui in vobis salutem maximam operatus est, hanc perficiat, consolidet, & vsque in finem stabiliat, & corroboret. Amen.

DE BEATISSIMO HADRIANO PAPA II.

Anastasius bibliothecarius in præfatione octauæ synodi. Cedren. & Zonar. in Basilio.

HADRIANVS Ludouico secundo occidentis, & Basilio atque Constantino orientis Imperatoribus V. Ecclesie præfuit. Basilius Michaelis Imperatore interfecto, Photio iuxta beati Nicolai decreta à Constantinopolitana sede deiecto, Ignatium patriarcham restituit. Legatos deinde misit ad Pontificem, dissiuasi postulans, quid cum clericis, qui à Photio fuerant ordinati, vel cum eo communicauerant, esset agendum. Coacta Pontifex synodo, Ignatium iure optimo restitutum decernens, Photium denuo damnat, & codicem conciliabuli ab eo contra Nicolaum habiti cremari iubet: missisq; Constantinopolim legatis, vniuersale Concilium, quod vniuersale fuit, congregari præcipit, in quo præsentibus legatis eius, acceptis omnibus, quæ à Nicolao & Hadriano aduersus Photium statuta fuerant, ac eiusdem Photij actus damnatis; clerici, qui illi confenserant, iuxta libellum & Pontificis mandata recipiuntur. Nonnulla quoque in eo concilio ad vniuersalis Ecclesie regimen pertinentia decernuntur.

EPISTOLA I. B. HADRIANI PAPAE II.

LAUDAT Imperatorem quod Ignatium restituerit. Nicolai pro Ignatio decreta pollicetur se obseruaturum. Theognostum exarcham commendat.

Ex actione 7. octauæ synodi.

HADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectissimo filio & Christianissimo Imperatori Basilio
à Deo protecto semper Augusto.



Quoniam, tranquillissime Imperator, audisti vocem Dei per Apostolicæ sedis officium tibi delatum, & honorasti eximios eius Apostolos, & restituiti ecclesie Constantinopolitanæ throno proprium pastorem, repellens adulterum, Benedictus sis ab omnipotente Deo, & videas subiectionem inimicorum, & temporum longitudinem, ac in folio tuo de lumbis tuis hæredem atque in futuro vitam perpetuam. Si tamen ab his

- A ab his, quæ bene cepisti non discesseris, sed vsque in finem in eis perseueraueris, o spiritualis & dilectissime fili, licet vobis quolibet modo agentibus, à decretis sanctæ memoriæ præcipui decessoris mei Papæ Nicolai, quæ de depositione Photij, & recuperatione Ignatij fratris & confacerdotis nostri promulgauit, numquam quoquomodo discedamus. Tanto enim volumus illius decretis concordare, quanto ipse cum hæc ageret diuinis præceptis concordare studebat. Nam & hoc necessarium est, vt custodiens prædecessorum meorum decreta, doceam post decessum meum, & mea quoque ab his qui post me fuerint nullo modo violanda. Postquam autem cognoscimus, quod misericors Deus imperium vestrum simul & affectum ad hoc erexerit, vt dispersa congreget, & quæ ceciderant erigat, & contrita resolidet, fiducialiter possumus Deo gratias deprecari, vt hi qui abiecti sunt, ab Imperio vestro recipiantur; & hi qui dispersi, congregentur. Quapropter & prudentissimum virum Theognostum honorabilissimum exarchum vestræ fiducie remittentes commendamus, qui legationi tam pro fratre ac comministro nostro Ignatio, quam pro ceteris contribulatis functus per septennium apud principum Apostolorum limina vt peregrinus & incola vixit, & eorum confessionibus memoriam vestram assidue commendauit, & à die aduentus sui vsque ad præsens pietatis vestræ præconia enarrare, & Ecclesie manifestare vulnera & horum medelam exigere non destitit. Nunc ergo quoniam & iste vnus ex illis est, qui postquam lupus, factus est pastor; continuo dispersi & à nobis pie omnia regentibus iterum congregati sunt, reuocetur & ipse petimus, & in mandra fidelium omnium ab clementia vestra locetur, & inter latantes pios filios paterno affectu post longæ captiuitatis reuersionem connumerari mereatur, & ob amorem Dei & protectorum vestrorum principum Apostolorum honorem, à quorum tegmine proficiscitur, mansuetudinis vestræ auxilia sentiat, & post turbationem serenitatem, & post tempestatem tranquillitatem, & post multa aduersa optata prosperitatis affectum; quatenus per patronorum vestrorum intercessionem, principum videlicet Apostolorum sedem remittitur, & quorum principatum pro ecclesia vestra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non cessauit: A misericorde Deo, quem in famulis eius honoratis, & hic vobis felicitas continua, & inimicorum subiectio, & in futuro æterna gloria & infinita præmia, insuper & regnum cælestis cum sempiterna vita præstetur.
- D Optamus Imperium vestrum in Christo nunc & semper valere, o spiritualis & dilectissime fili. Data Calendis Augustis, Indictione prima.

EPISTOLA II. B. HADRIANI PAPAE II.

MIRATUR quod se de eius restitutione certiozem non fecerit: pollicetur se obseruaturum quæ à Nicolao pro eo decreta sunt. Theognostum exarchum, necnon Euthymium Imperatoris legatum ei commendat.

HADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORMV DEI, A
Honorabilissimo Fratri & Confacerdoti nostro
Ignatio sanctissimo Patriarchæ Con-
stantinopolitano.

Ex actione septi-
ma viij. synodi.



Tobiz. 12.

Math. 5.

1. Ioan. 3.

Luc. 10.

Onuenerat sanctitatem tuam, licet nos ad sui adiutorium primum minimè prouocauerit; saltem nunc super restitutione sua, quæ facta dicitur, lætificare nos anhelans, proprias nobis litteras destinare. Verùm licet hoc minus studuerit agere, saltim gratiam diuinæ miserationis, quæ in te mirabiliter operata est, non taceres. Secretum enim regis, secundum quod ab Angelo Tobiz dicitur, celare bonum est; opera verò Dei enarrare mirificum: verumtamen consolatur nos conscientia, quæ non tantum nos, quantum Apostolicæ memoriæ decessorem meum beatissimum Papam Nicolaum, non tam pro te, quàm pro caritatis custodia decertasse testatur; si enim qui diligunt nos, tantum dilexerimus, quam mercedem habebimus? & quoniam frater noster es, si viderimus te necessitatem habere, & clausurimus viscera nostra à te, quomodo caritas Dei manet in nobis? Igitur scito, quia in his, quæ decessor meus sanctæ memoriæ Papa Nicolaus pro persona tua, & his qui tecum in tribulationibus non defecerunt, insuper & pro ecclesia Constantinopolitana plurimum laborans, statuit & diffiniuit, & nos similiter manemus & permanebimus, & sicut ipse ad horam mortis suæ vsque, tam pro te, quàm pro his, qui tecum sunt in præfata ecclesia nequaquam cessauit procurans; ita & nos (auctore Deo) vsque in finem in opere pietatis huius nulli torpori dabimus operam. Debemus enim ipsius sequi laborem, cui gratia Dei successimus in honore. Præterea communem filium Theognostum Reuerentissimum exarchum, & dilectum nobis, ecce ad vos transmisisimus, qui ex persequentibus æmulatores tuos illinc nudus saluatus, qui nec murato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus est; deinde apud memorias Apostolorum per septem ferme annorum curricula, vt hospes & aduena demoratus, non tantum propriam miseriam, quantum sanctitatis tuæ pressuram, & Constantinopolitanæ ecclesiæ calamitates penè incessanter desolebat, ita vt non solum antea iam dictum decessorem meum, sed & me postea nocte ac die indeficienter erigere, & pro statu tantæ ecclesiæ, & erectione nostra crebris suasionum stimulis latera percutere, & quemadmodum Angelus quòdam, Surge Petre, accipe fortitudinem ad saluandas gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret, quousque auditum Deo præstante suscepit, quod ardentem semper in pectore baiulabat. Qua de re frater dilectissime sanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus & deprecamur, quatenus circa se sentiat beneficij tui propositum: & sicut vestræ factus est communicator passionis, ita sit & consolationis: Etenim dignus est operarius mercede sua. Non autem, vt familiaris noster factus, sed & vt à sede principis Apostolorum susceptus, hic debet ob amorem eius non qualemcumq; in conspectu sanctitatis vestræ gratiam inuenire. At verò si ad Apostolicam sedem quosdã mittere disposueris, hunc specialiter volumus præ ceteris mitti, vt & de prosperitate tua (quemadmodum & optamus) gratificari, & dispositionem, & ordinem & causam Ecclesiæ Constantinopolitanæ secundum diligentiam

A gentiam, quam de omnibus nos Ecclesiasticis negociis certissime scire velle cognoscit, Apostolatui nostro referre maturet. Commendamus autem sanctitati vestræ & Euthymium gloriosissimum spatharium, qui Romam Imperialem ferens legationem primus nobis & Ecclesiæ nostræ de fraternitate vestra, quod semper optauimus, annunciauit, & diuinam circa te misericordiam, & sanctitatis tuæ recuperationem innotescens, omnes gratulandos effecit. Pro quo rogamus, vt & iste sentiat in opportunitate præsidium vestrum, & effectu amoris nostri, protectionis vestræ solamina consequatur. Optamus tuam sanctitatem, nunc & semper bene valere, dilectissime frater, & comminister. Data Calendis Augustis, Indictione prima.

B IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SANCTI Spiritus vnus, & solius, & veri Dei. Basilius fidelis Imperator Romanorum, Nicolao sanctissimo Papæ Romano, & spirituali quoque patri nostro.

Ex actione 3.
octauæ synodi.

Hæc epistola
missa est Nico-
lao sed eo defū-
cto, reddita est
Hadriano.

Brevi repetit, quæ alijs scripsit de calamitatibus, quibus Constantinopolitanam Ecclesiam Imperij sui initio vexatam reperit: nunciatque Photio expulso, Ignatium fuisse restitutum. Petit per legatos, vt statuat, quid agendum cum his, qui à Photio fuerunt ordinati, vel cum eo communicauerant. Postulat, vt quid ipse Pontifex statuerit, per eius legatos sibi significet.

C Valiter se habeat mentis nostræ voluntas super Ecclesiasticis negociis nostris, ò diuinum & sacrum atque instar Aaron Reuerendum caput, in priori epistola innotuimus. Nescientes autem si sanctis vestris & secundum Moysen Deo gratissimis sit posita palmis (multæ namque in longinquo itinere impediens accidunt causæ) vnde necessarium contempnimus primum & quæ in eadem continebantur epistola in breui commemorare, & nunc quæ defuerunt supplere. Habebat itaque in quibus malis Ecclesiam nostram, quando Imperij diuinis orationibus vestris gubernacula suscepimus, inuenerimus malè iacentem, insatiabiliter languentem, legitimo rectore denudatam, tyrannide derentam, alieni pastoris seruituti subiectam; omnia instar ancillæ patientem magis quàm more reginæ quicquam gerentem. Hæc sunt quæ illa significabat epistola, & quædam à nobis agenda fore visa sunt, quædam verò paternæ sanctitati vestræ penitus relinquenda. Verùm nobis nil amplius debere fieri visum est, nisi vt Photius quidem à sede remoueretur; & secum quiescere hortaretur; quippe qui multa contra veritatem & contra sacrum Pontificium vestrum commouit: in tantum enim rabies illius profecit. At verò Ignatius sanctissimus & spiritualis pater noster, qui clarè iniurias & tyrannidem pertulit secundum iudicium & iustificationem, quæ in diuersis epistolis vestris inuenta est, quamquam per easdem litteras vix nunc omnibus manifestam constituimus. sic enim ipsæ litteræ obrutæ & nullatenus quibusdam ostensa fuerunt ab his, qui ante nos principatum tenuerunt, per æquam & iustam veritatem ad proprium thronum reuocaretur: reliquis autem finem imponendum, immo verò & hæc eadem approbandum atque horum sequentia

quantia terminandum spiritali sanctitati vestrae dimissimus: Videlicet, de his sacerdotibus, qui ex utraque parte peccauerunt. Et tam a sanctissimo Patriarcha Ignatio consecrati secundum scripturam suam confessionem in veritate minimè permanerunt, quamque qui a Photio viro impudenti manus impositionem susceperunt, necnon & de his summis sacerdotibus, & sacerdotibus, atque abbatibus, qui diversimodè scripserunt: quorum quidem alij vi vel tyrannide, alij verò simplicitate aut leuitate, quidam verò seductione ac versutiis, quidam verò muneribus & honoribus diuersimodè decepti sunt. Pauci enim superiores laqueo illius profus effecti sunt; immo verò dicendum est quia penè omnes sacrati tam priores quam posteriores, qui sub nobis sunt, malè & vt non oportebat tractati sunt; de quibus decretum & iudicium mittere paternam sanctitatem vestram praescribentes poposcimus, & nunc expectamus; addentes huic epistolae pro his, qui ceciderunt benignissimam postulationem, & maximè de his, qui penitentiam locum requirunt, & ad legitimum summum sacerdotem Dei recurrunt: quatenus non Ecclesiae nostrae summis sacerdotibus, & sacerdotibus, qui sub omni regimine nostro consistunt commune occurrat naufragium, propemodum vniuersis illis de falsis & impotabilibus gustantibus iniquitatis reumatibus. Super his itaque postulamus compatiensissimum sacerdotium tuum, vt manum porrigat humanitatis, & eorum dispenset salutem, qui proprium dumtaxat peccatum pronuntiant, & veniam accipere de eo qui malè ac nequiter ab ipsis molestatus est, summo sanctissimo sacerdote deposcent; eos enim qui permanent in malitia, & nolunt ad veritatis semitam repedare, nullus modus vel ratio à condemnatione liberauit. Vt autem manifesta etiam his qui ex sorte sunt Photij, vestra diuina & Apostolica fiat sententia, tam de sanctissimo patre nostro & Patriarcha Ignatio, quam de miserissimo Photio destinati sunt ab amabili Christo imperio nostro ad paternam sanctitatem vestram ab utraque parte apocristarij: A sanctissimo quidem Patriarcha Ignatio Ioannes Metropolita Sylei; à Photio verò Petrus Metropolita Sardis, cum quibus & à diuinitus munito Imperio nostro missus est Basilius Spatharius, quos volumus, vt paterna sanctitas vestra suscipiat, & in conspectu Episcoporum, qui ex utraque parte directi sunt, quae videbuntur sanctitati tuae Ecclesiasticis legibus atque canonibus de summis sacerdotibus, & sacerdotibus sanciat: cum hisque mittat nobis Reuerendissimos apocristarios, vt certificetur expressus & purius sanctissima Ecclesia nostra cuius voluntatis sanctitas tua super vtrisque consistat. Ita pater spiritalis & diuinitus honorande summe Pontifex, accelera pro Ecclesiae nostrae correctione & conflictu contra iniustitiam atque veritatis satisfactionem multam nobis congeriem bonorum donare, id est, vnitatem mundam, compagem spiritalem ab omni contentione ac schismate liberam; Ecclesiam in Christo vnã, & ouile vni obsecundans pastori, cuius tu minister ac immolator existis verissimus. Saluto sanctum & desiderabile mihi caput quasi labiis per litteras. Vale. Missa est mense Decembris, die vndecimo.

EPI-

A EPISTOLA III. B. HADRIANI PAPAE II.

SIGNIFICAT legatos ad Nicolaum missos se recepisse. Imperatorem de Ignatij restitutione laudat. Clericorum causas, qui Photio adhaeserant, vult in synodo Constantinopoli iussu suo celebranda agi: in qua etiam iubet Photij conciliabuli exemplaria comburi, & Romanae synodi capitula à singulis Episcopis subscribi. postremo suos & Ignatij legatos commendat.

HADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ex actione r. octauae synodi.
Deo amabili ac piissimo Imperatori Basilio Augusto
Christianissimo & desiderabilissimo filio.



Hegationis excellentiae tuae praestantissimos gerulos ad antecessorem meum Apostolicae recordationis Papam Nicolaum destinatos; nos, licet indigni, quoniam ita Dominus imperavit, vices eius adepti, suscepimus, innumerasque laudes, & gratiarum actiones tota mente, totaque prorsus intentione peroluimus: Nimirum, qui facit magna, & inscrutabilia, & Iob. 9. mirabilia, quorum non est numerus, quique omnia iura regnorum, omniumque continens potestatum, his tuum diebus suscitauit caelitus protectum Imperium, per quod Apostolica sedes (ipso auctore) coeptum pro Ecclesia Constantinopolitana pietatis opus consummaret; & eius iam iamque remouens funditus casum instauraret; tandem aliquando gratulabunda, qui malè ceciderat statum, & mercenario, quinimmo lupo rapace non parcere gregi penitus sequestrato, rectorem ei redderet proprium, & pastorem reformaret legitimum. Igitur, o quam est illa laudabilis, & ab omnibus veneranda, quam inquam est sedes Apostolica laudabilis, & meritò à cunctis Apostolicæ sedis benignitas. mortalibus efferenda, quae semper catholicis subuenire consuevit, quae semper gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus non cessauit. Rom. 13. Sed & tu felix Imperator, & multis praconis dignus: qui verborum semina diuinorum, non vt ager petris, aut spinis, aut volucris occupatus, sed vt cetera bona corde bono suscipiens fructum multiplicem attulisti, & quasi verus Ecclesiastes mox perceptis habemus Imperij Ecclesiae paci consulere, magis quam ad ceteras res humanas attendere procurasti, ac per id alter quodammodo Salomon, id est pacificus, temporibus nostris apparuisti. Mar. 4. **D**isti quippe verba Dei patris tui, & non dimisisti legem Ecclesiae matris tuae: adeo vt quod decessori tuo pro ea suggerebatur, ipse perfeceris: & quia secundum scripturam, nemo est, qui possit corrigere, quem Deus despexerit, Eccles. 7. eo incorrecto diuina permissione deficiente, ipse correctiones eiusdem Ecclesiae operari satagis. intellexisti enim, vt litterae tuae mansuetudinis innuunt, quibus vulneribus fauciata, te caelitus consecuto Imperium, quae apud vos est, manebat Ecclesia, & quod haec sedes huiusmodi mederi posset vulneribus, magistris fidei nostrae scrutatis, liquidò didicisti: atque ideo haec curare cupiens Apostolicæ sedis decreti remedium sanissimè requisisti: cuius nimirum medicamentis ecclesia Constantinopolitana saepe praesulibus eius languentibus infirmata, pristinam sospitatem, vigoremque resumpsit. Nam quibusdam ipsorum nonnunquam errantibus, quibusdam verò imminentis persecutionis iniuriam sustinentibus, haec semper subuenire non

non destitit, illis scilicet tramitem directionis ostendens, istis pietatis manum semper extendens. Itaque fili carissime & venerabilis semper Auguste, noueris quicquid erga sanctissimum fratrem & coepiscopum nostrum Ignatium, vel circa schismaticum Photium diuinitus inspiratum & iustitiæ zelo succensum te litteris intimas peregrisse, nobis & vniuersæ occidentali Ecclesiæ per omnia placuisse; præsertim cum nil egeris præter quod Apostolica sedes cum totius Hesperia præsulibus iam dudum agenda decreuit, & nulla mora interueniente perficiendo mandauit: quæ uidelicet cum his omnibus propter id cælitus protecto Imperio tuo grates multifarias reddunt, & humillimè obedientiæ tuæ præconia laudibus eximiis indagare non desinunt.

Porrò de sacerdotibus vel ceteris qui contra pacem Ecclesiæ facientes unitatem eius scindere præsumpserunt, & in fratrem & coepiscopum nostrum multifariè commississe probantur, super quibus etiam decretum ab Apostolica sede clementia tua more præscorum principum postulat, sciat dilectio tua, quia sicut diuerso modo deliquisse referuntur, ita diuersis eos diffinitionibus subiici nõ inconuenienter oportere perpendimus. Quorum tamen differentias Apostolicæ sedis legatis vnà cum fratre & comministro nostro Ignatio conuenientibus, quemadmodum nobis defuper datum est, moderandas commisimus. Verùm quia pietas tua cum ecclesiastica misericordia nos circa illos ad id, quod humanius est, exhortatur; te nolimus ignorare, quoniam ultra quàm dici possit, hinc, fateor, mœrore comprimimur, immensoque dolore constringimur: Eos nimirum non solum beatæ memoriæ decessoris mei Papæ Nicolai, quibus & ipse subscripsi, iustis sanctionibus creberrimè percellentibus, verùm etiam sanctorum patrum regulis seuerissimè, seu quodammodo peremptoriè punientibus. Veruntamen propter pacem Ecclesiæ facilius obtinendam, propterque tantam multitudinem, si tamen respuerint, misericorditer liberandam, vt cum sancto Gelasio Papa dicamus. Necessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentium necessitas temporũ restaurãdis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. quod & nos equa possumus pro lucrãdis fratribus ratione prosequi, & temporum necessitati consulendo penitus imitari. Photij dumtaxat ordinem ab huius moderamine pietatis interim prorsus excipientis, eamque passim, & præter examen nullatenus admittentes. Dicit enim altisona Ecclesiæ tuba, sanctus uidelicet sedis Apostolicæ Papa Leo: cuius sententiã, quicquid vbique catholicum est, velut cæleste miratur, calebrat & veneratur oraculum: Cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur; Quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum à synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius distinctionis aliquid esse conuicimus. Atque ideo pari sine constringi debere videntur, qui par habuisse cum eo principum modis omnibus comprobantur. Si quidem & iuxta quod præfatus magniloquus Pontifex vniuersis per Cæsariensem Mauritaniam constitutis Episcopis scribit: Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. & infra: Non ergo in cuiusquam personã prætermittendum est, inquit, quod institutis generalibus legis

Epist. 6.

Photius Maximum cynico comparatur.

Epist. 91.

continentur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra diuinæ legis præcepta collatus; & certè fidelissimus & prudentissimus vir Basilus Imperialis Spatharius, & preces vestras nobis pro his in perceptis ordinibus recipiendis multiplices detulit, & adeo constans, & continuus penes nos in precibus persistit, vt si nõ legitimè recipi posse quoquomodo crederetur; ipsius (vt ita dicamus) insolentia vincti recipiendos esse profectò statueremus. Verùm & circa hos post reuersionem Missorum nostrorum, postque rerum gestarum nobis expositas differentias, & indagatas liquidius personarum, culparum & prouectionum qualitates, atque distantias; si quid miserationis impartendum, docente Deo, apud quem omnia possibilia sunt, nobis fuerit reueratum, non erimus penitus inflexibiles: nimirum qui semper ad omne bonum cupimus existere suadibiles.

Volumus ergo per vestræ pietatis industriã illic numerosum celebrari conciliũ, cui nostri quoque Missi præsidetes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum liberè discretionem exerceant, in quo uidelicet sacro coetu execrãdi vanitatis concilij, quod aduersus sedis huius aduũ est prorsus iniuriã, cuncta decernimus ex plaria prorsus à possessoribus suis ablata in mediumque delata, contemptibus cunctis, igni cremari; nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem vnum iota, vel vnum apicem, nisi fortè quis totius clericatus, immo totius nominis Christianitatis anathemate perculsus, carere voluerit. Non enim nos tam detestandum collegium, nisi Ariminensium sub Cõstantio, vel Ephesino à Dioscuro congregato latrocinio comparandum decernimus. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reuerentiam, beatorum videlicet Apostolorum principum, fili dilectissime, tuæ zelus pietatis, & tantorum ficta commenta præstigiatorum remanere nullo modo penes aliquem patiatur: sed & si quisquam hæc defendere vel occultare, sibi que in posterum fortasse reseruare temptauerit; tua publicis legibus promulget multiplex sapientia, quid huiusmodi persona post Imperiale debeat edictum redargutionis incurrere, vel quantum conueniat, si non correctionis, saltem permissiois incidere. Quatenus per hoc pura de cetero conscientia cum psalmita veraciter canere valeas. Odiui congregationes malignorum; & cum impiis non sedebo: Lauabo inter innocentes manus meas, & cetera. Insuper exhortamur, & salubri suadere studio procuramus, vt Imperatoriæ instantiæ vestræ annexu, sententiarum capitula, quæ synodicè in Ecclesia Dei, vbi sanctum corpus Apostolorum Petri principis requiescit, pro abolendis profanis conciliis Constantinopoli à Phorio tam aduersus sedis Apostolicæ reuerentiam, quàm contra fratris & comministri mei Ignatij Pontificium congregatis, communi consonantia promulgauimus, apud vos in synodo cunctorum subscriptione roborentur, & in singularum archiepiscopis Ecclesiarum prouide recondantur, Porrò diuinitus protectum Imperium tuum precamur, vt Basilium, Petrum, Zosimam, & alterum Basilium, qui scelera suorum conscij, & cupiditatis ardore succensu propositum deseruerunt, & sine commendatitiis litteris Constantinopolim properauerunt, ad nos per præsentis Apostolicæ sedis missos remittat: quatenus dum professionem, & loca, quæ propter Deum primitus elegerunt, repetierint; & tibi cælesti præmium conferatur, & illis suarum lucrum animarum diuinitate propitiã concedatur. aliàs autè si sanctorum patrum regulæ calcari minimè, vel contemni temptantur, eos impunè profectò nullus penes se retinere prorsus aude-

Audebit. apud nos quippe à rudimentis ablati, & sanctæ sunt conuersationis habitum consecuti, quin & in monasteriis nostris officium presbyteratus adepti. Interim tamen eos, quod sint excommunicati, donec ad nos redierint, tamquam sacrorum violatores canonum, cognoscere volumus.

His ita prælibatis obsecramus diuinitus redimitum tranquillitatis tuæ caput incepto pietatis opere circa fratrem & confacerdotem meum Ignatium persisterere, atque à decretis Apostolicæ sedis in nullo quoquomodo deuiare: sed promulgationibus eius arctius hærens, à proposito noli recedere, & quousque unitas fiat Ecclesiæ, nulli stude, quæsumus, desidia cedere: nemini quippe profuit unquam bonum incoepisse, & minimè consummasse. Quamobrem, ut regnum, quod temporaliter assecutus es, peremniter adipiscaris, coronamque pro corruptibili capias incorruptam, hoc pietatis opus perficere satage, perfectumque coram summo agonitheta Christo representare decerta. **B**

Postremò dilectos fratres meos Donatum scilicet sanctæ ecclesiæ Ostiensis & Stephanum sanctæ ecclesiæ Nepestinæ reuerendissimos & sanctissimos Episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicæ sedis Diaconum, consiliarios nostros, tuæ commendantes pietati, precamur, ut eos ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli, à quorum sede mittuntur, benignè suscipias, & tamquam nobismet ipsis aures credulitatis accommodes: familiaritatis videlicet tuæ fiduciam illis impendens, & præfatos in eis eximios intercessores tuos Apostolos reuerenter attendens: quod, ut celeriter ad nos remittas, obnixè deposcimus: cupimus enim tam de sanctæ Ecclesiæ reintegrato statu, quam de incolumitatis tuæ cōcesso diuinitus dono semper in Domino gratulari; ac per hoc hortamur & deprecamur, ut apud vos nullam eos moram sustinere facias: sed tuæ benignitatis solatio freti velociter de omnibus, quæ illic secundum Deum geruntur, nos aduentu suo constituat latiores. **C** Commendamus etiam clementiæ tuæ tam reuerendissimum, & sanctissimum fratrem nostrum Ioannem Metropolitanam Sylei, qui à fratre & coepiscopo nostro Ignatio ad sedem Apostolicam directus est, quam etiam gloriosum & spectabilem virum Basilium imperialem Spatharium, qui cum eo à Deo conseruando tranquillitatis tuæ imperio destinatus est, qui tanta postquam illinc profecti sunt, offendicula (ut didicimus) pertulerunt, ut nullum properantes penè periculis, quæ Paulus in epistolis suis dinumerat, euasisse videantur. Quapropter dignis sunt vicissitudinibus à pietate tua remunerandi, qui pro Ecclesia Christi proque iniunctæ sibi à pietate tua legationis consummatione tot ac talia subire promptissimè consenserunt. Alterum verò nominatum in scriptis tuis Metropolitanam (Domino dispensante) **D** non vidimus: quia enim (sicut iste à reuerendo patriarcha Ignatio; ita seorsum ille à Photio tyranno mittebatur. Volens Deus ostendere non in duobus Ecclesiam suam fore scindendam, quod videlicet malum Hieroboam quondam in Israel Rex impius egit; Volens etiam nos auctoris huiusmodi scissionis nec ipsam quoque visionem percipere, antequam ad nos perueniret, iusto iudicio suo pelago cooperuit eum, & qui populum Dei diuiserat, diuisa est super eum aqua; deuenitque in profundum tamquam lapis. Verum si fortè mouetur à Deo redimitum vestrum Imperium, quia præfati legati penes nos diutissime morati sunt; precamur, & obnixè flagitamus, non eis imputetur: nimirum qui ut dimitterentur, non horis, non momentis, non denique clamantes atque non pulsantes ullis interuallis parcere consentiebant: sed instantibus & irremotis laboribus & sollicitudinibus omnium ecclesiarum

3. Reg. 11.

Exod. 17.

Asiarum Dei, quas secundum Apostolum circumferimus, ascribatur. Non enim requies illa nobis, vel ocium fuit à die peruentiois eorum, tunc videlicet ecclesiæ quæ apud vos est causam tractantibus, nunc aliarum quoque partem mundi negocia more perpetè disponentibus. Præsertim cum ad hanc solam controuersiam, quam pro ecclesiæ Constantinopolitanæ commotione patitur dignè modificanda, licet prolixum fuerit ipsum tempus, non sufficere crederetur re vera, quam interius, & omni diligentia nos oportebat examinare, ac eorum quoque qui longe sunt fratrum & coepiscoporum nostrorum super hac consensu, immo consilia præstolari, Salus enim (teste Salomone) ubi multa consilia. Non ergo in aliquem horum hinc indignetur vestra tranquillitas, quos non propriæ voluntatis impediuit aliqua tarditas: sed multiplex prohibuit numerosarum ecclesiarum per industriam nostram subleuandarum properare necessitas. **B** Pijssimum Imperium vestrum gratia superna custodiat, eique omnium infidelium gentium ferocitates ad exultationem sanctæ Ecclesiæ potenti virtute subternat.

GRATIAS agit Pontifici, quod Photium, cuius facinora narrat, damnauerit, seque sue sedi restituendum decreuerit, quod ab Imperatore executioni mandatum nunciat; consulitque per legatos Pontificem, quid de ijs agendum, qui aut à Photio promoti, aut à se ordinati, Photium secuti sunt: præcipue verò commendat Archiepiscopum Casareæ, qui respiciens à Photij errore, à quo fuerat ordinatus, multa pro fidei veritate passus est: demum petit, ut his de rebus legatos Constantinopolim mittat.

C DEO HONORABILI DILECTO FRATRI ET Ex actio. 3. acta-
uq. synodi.
Comministro Nicolao sanctissimo Papæ senioris
Romæ, Ignatius misericordia Dei Archiepiscopus Constantinopolitanus.



Dorum vulnerum, atque liuorum, qui in membris hominis consistunt, multos medicos protulit ars. Hanc quidem passionem alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante & medente; eorum verò quæ in membris sunt Christi & Dei Saluatoris omnium nostrum capitis, & sponsæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, unum & singularem præcellentem, atque catholicissimum medicum ipse princeps summus & fortissimus sermo, & ordinator, & curator, & solus extoto magister Deus omnium produxit, videlicet tuam fraternam sanctitatem, & paternam almitatem, propter quæ dixit Petro magno & summo Apostolorum: Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. & iterum: Tibi dabo clauis regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Tales enim beatas voces non secundum quandam utique sortem Apostolorum principi solum circumscripsit & diffiniuit: sed per eum ad omnes qui post illum secundum ipsum efficiendi erant summi Pastores, & diuini sacriq; Pontifices senioris Romæ transmisit: & ideo ab olim, & præscito tempore in exortis hæresibus & præuaricationibus eradicatores & interemptores malorum Matth. 16.

zizaniorum & tabefactorum & penitus insatiabiliter ægotantium mēbro- A
rum multi multotiens facti sunt eorum, qui sanctitatem & summam pater-
nitatem tuam illic præcefferunt, successores scilicet principis Apostolorum,
& illius zelum in fide, quæ secundum Christum est imitantes, & nunc nostris
temporibus beatitudo tua dignè tractavit datam sibi à Christo potestatem;
& quemadmodum quis peritus belli, & optimus prætor sanctissime & ama-
rissime frater noster, omnibus potentior, & omnes vincentem veritatem
tamquam quædam valde fortia, & inexpugnabilia proponens arma, huius
armulos deiecisti, & cum Christo, & per Christum mundum vicisti, & cum
qui diuina furatus est, & dispoliavit aliena, & per fenestram in atrium ouis
more latronum intrauit, & prædatus est animas multorum; deinde etiam
se arroganter extulit, & ceruices erexit contra Deum omnipotentem, & in
tantum iactanter elatus est, ut conuentum sine subsistentia, & sine persona B
fingeret contra irreprehensibile, & diuinissimum, & sacrum Pontificium,
quemadmodum fabulæ hippocentaurus & tragelaphos, quod etiam laten-
ter ad principem misit. Huiusmodi ergo non sanctum operatorem, atque
omni opere malo repletum, videlicet eum qui secundum antiphraseos tro-
pium Photius nominatur, opere manus Pontificalis & Apostolicæ pote-
statis tuæ à communi Ecclesiæ refecisti corpore, & summo Petro æquipa-
rans tamquam nouum Ananiam in sententia potentium verborum tuorum
occidisti, & priuatione spiritualis vitæ, ut alterum Simonem per anathema
morti transmisisti; & nos qui iniuriam passi sumus, sicut iustissimus, & fra-
trum amicissimus iustè iustificasti, & ecclesiæ, quæ apud nos est & proprio
throno; propter quæ fatagisti, atque scripsisti, utpote Apostolicæ & summæ
potestatis susceptor, dignè ac rationabiliter restituisi, & fluctum qui hic C
inerat dissipasti, & tranquillitatem Ecclesijs contulisti: à Deo quippe pro-
uectus, & à Christo dilectissimus & mansuetissimus & iustissimus noster
Imperator voto & consilio & decreto & iudicio tuæ sanctitatis fauēs olim,
etiam nunc alacriter obediens, ut filius vester proprius & fidelissimus v-
trique que digna sunt, exhibuit, & multa tribulatione fessam nostram fene-
stram, adhuc etiam omnes, qui pro iustitia Dei multas & varias tribula-
tiones sustinuerunt, imperialissima prudentia usus animauit, & consolatus
est; pro quibus omnibus gratificas laudes atque voces referentes, super
omnia Deo & vestræ beatitudini missimus debite Ioannem reuerentissimū
& sanctissimum Metropolitam Sylei virum Dei cultorem, & diuino intel-
lectu repletum, qui etiam per totos nouem annos pro verbo veritatis cum D
nobis ipsis persecutionem & mala cetera passus est, & Petrum Deo aman-
tissimum episcopum Troadæ, qui eadem & ipse passus est, & pariter decer-
tauit, cum regali homine rationem simul vobis posituros pro nobis ea, quæ
epistolæ desunt viua voce adimpleturos, & manifestaturos qualè & quan-
tam, & quàm magnam dilectionem habeat, & affectum humilitas nostra
circa fraternam sanctitatem vestram; simul autem & de ceteris Ecclesiasti-
cis ordinibus accepturos quæ Deo placeant, et vestro intellectui, et sapien-
tiæ, et potestati distinctiones atque dispositiones. Duplex est enim sacer-
dotalis catalogi consecratio: nam quidam à nobis hanc susceperunt; et
propria manu pro nobis sua sponte scripserunt: quidam verò ab iniquo et
interfectore Photio; multi quidè de nostra consecratione gratia Dei confor-
tati restiterunt ei fortissimè per nullū modū in inhonorantiā et contumeliā
nostrā, et in eam quam putant depositionem cōdicantes, sed et multas et va-
rias

Astor. cap. 5.

Arias tribulationes, et angustias ac dira exilia et custodias perpetiētes, quos
præcipue suscipiens et tua beatitudo bene scio quod supremis extollat ho-
noribus, ut certatores veraciter pietatis: plures autem propria chirographa
transgressi sunt, & ceciderunt, & pro temporis & utilitatis suæ causa in om-
nibus Photij remeritaribus, & malignis actibus in initio vsque ad finem
sectatores, & communicatores, & cooperatores effecti sunt, frequenter
contra nos subscribentes, licet non voluntariè, sed vim & tyrannidem
passi. Sunt autem apud eos, qui & contra veritatem postea in rabiem ver-
si, & quemadmodum quadam Satanæ operatione furentes, validissimam
etiam contra nos ostenderunt insaniam. Primum igitur de huiusmodi
imploramus dari dispositionem: Deinde de his qui ab illo manus im-
positionem ceperunt, & secundum ea etiam ipsi similiter per omnia frustra
nequiter egerunt. Insuper & de presbyteris, qui ex nostra consecratione
consistentes, semel ei communicauerunt, vel fortassis & bis & ter ex ar-
cta angusta, non tamen subscripserunt iniustitiæ chirographo, & rursus
recesserunt, & vsque in præsens voluntariè vacant. Adhuc etiam de his,
qui cum communione etiam subscriptionem gesserunt; mox autem oculum
amplexi sunt: & super hos etiam de his, qui manus quidem à Photio & vo-
luntariè & non voluntariè susceperunt, reueriti tamen sacerdotio prorsus
nullo modo functi sunt. Porro manus impositionem ab eo accessit Cæsariæ
Cappadociæ Archiepiscopus reuerentissimus & perseverantissimus
Paulus post concilium vanitatis, quod contra humilitatem nostram te-
nuit prius. In secunda vero synodo reproborum, ut dicit Propheta, viri-
liter valde propugnans ob veritatem, & triumphans & diulgans eorum
interfectricem mentem & nullo tempore vel modo contra humilitatem no-
stram subscribens: sed ob id ipsum multa passus & multimodas necessita-
tes sustinens, alio quodam meliori scilicet affectu dignus habebitur à fra-
ternitate vestra.

Hęc igitur sunt capitula, pro quibus exposcimus solutionē & ordinationē
in scriptis mitti humilitati vestræ. Insuper autem & Vicarios vestræ Beati-
tudinis Episcopos dignos & rationabiles, ut cum eis bene & conuenienter
disponamus Ecclesiæ, quæ apud nos est, quam prouidentia Dei per in-
tercessionem summi Petri, & instantiam atque interuentionem vestram re-
cepimus, & accipiant negocia finem vtilem & congruentissimum in glo-
ria Dei, & vestræ fraternæ sanctitatis Christi; imitricis, & Beatissimæ
paternitatis.

EPISTOLA III. B. HADRIANI PAPAE II.

NARRAT præcessoris Nicolai diligentiam, quam in eius restitutione adhibuit, suamque parem voluntatem testatur. gratulatur de eius restitutione, qua de causa Imperatorem commendat. ostendit, eos qui à Photio ordinati sunt, ab omni ordine esse depositos. Eos autem, qui ab Ignatio promoti, Photio communicauerant, si libellum, quem legati deferunt, subscripserint, recipiendos decernit. Præcipit ut Romane synodi capitula in concilio Episcopi subscribant. demum Ioannem Metropolitam commendat.

HADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^A
 Reuerentissimo & Sanctissimo confratri & comministro
 nostro Ignatio Patriarchæ Constantinopolitano.

Ex actione 3.
 octauæ synodi.



Ec scriptura pandere, nec profecto lingua sufficit enarrare, quantas o dilectissime frater, pro ecclesiæ Constantinopolitanæ statu, atque pro tua specialiter erectione, certaminum palestras decessor meus sanctæ memoriæ Papa Nicolaus, cum subiecta sibi Ecclesiâ indefinenter exercuit, & usque ad melioris vitæ transitum tolerauit, adeo ut in ipso suâ migrationis articulo pro commendanda causâ tuâ, vel ecclesiæ tibi diuinitus commissæ, nec scribendo sibi pepercerit, nec pro hac, si non loquendo saltem innuendo cessauerit; donec officium dumtaxat oris amitteret, & oculos penitus obseraret. Cuius affectum & nos quoque sumentes, sicut diuina gratia ei successimus in honore, ita & merito successimus in labore, & sicut sudor eius & dispositionum tunc exitimus communicatores, ita quoque nunc optamus & satagimus esse in cunctis obseruatores. Quanto verò gaudio, quantaq; sumus exultatione repleti percipientes auditu, quod de sanctitatis recuperatione iugi gestabamus affectu, nec os exprimere, nec calamus præualet exorare. Vnde benediximus Deo, & totius cordis iubilatione laudauimus, excitanti videlicet dilecti filij nostri Basilij Principis & Augusti feruentissimum spiritum, non solum ad vindictam malefactorum, verum etiam ad laudem bonorum, scilicet, qui eripuit Ecclesiam Dei, dum quotidie, quia non consensit adultero, traheretur tam ad corporis quam ad animæ mortem, instar vtiq; Danielis sanctissimam eripentis Susannam à sententia mortis, quâ impudici presbyteri, qui videbantur regere populum Domini, non autem regebant, sed potius, Photij more, perdebant, nequiter extorserunt. Præterea quæ præfatus Apostolicæ recordationis Pontifex regulariter ac synodicè tam de schismatico & mœcho Photio, & ordinatione, immò execratione ipsius, atque Syracusano Gregorio, quàm etiam de te specialiter & de compatiens tibi sanxerit & diffinierit, tenore valebis eius Epistolarum, quas super his diuerso tempore Constantinopolim destinauit, patenter ediscere. verum si ad notitiam tuâ Beatitudinis non peruenerunt, emissis nostris, has accipiens ad instructionem tuam, & monumentum futurorum, reserua: cognoscens interim, & certissimè sciens, nos à decretis eius nullo modo discessuros: sed eius sicut locum ita & studium possidentes, ipsius quantum ratione magistra possumus, vestigia secuturos. Quatenus ad lucernam mandatorum eius in huius calliginosi sæculi loco gradientes, inoffensis pedibus, Deo duce, incedere valeamus. Quamobrem & in his, super quibus à nobis dispositiones & discretionibus exigis, nil sequendum præter eius diuinitus inspirata decreta conspiciamus. Præ omnibus & super omnia Gregorium Syracusanum & Photium tyrannum, & quos idem Photius in gradu quolibet ordinasse putatus est, ab Episcoporum numero vel dignitate, quam usurpatiuè, ac fictè dedit merito sequestrantes. Primo, quia Photius Maximo, & ordinatio eius quæ potius execratio, istius ordinationi penè in cunctis videtur esse simillima. Secundo, quia sic se habet per decessorem meum Apostolicæ sedis decretum, cuius iudicium nusquam præcipiunt sacri canones retractari, dum

1. Pet. 2.

Dan. 13.

Synodus Constantinopolitana prima. c. 3.

^A dum tamen censeant eam in aliorum quæq; renouanda seu diffinienda negotia perferuari: Nosque conuenit, ut prætulimus, eius in omnibus constituta sectari. Tertio, quia Photius vir forensis, curialis, neophytus, inuasor, atque adulter, necnon & anathemate condemnatus existens, nihil habuit nisi dedit, nisi forte damnationem habuit, se sequentibus propinauerit. Photio certe præfidente auctore, dictum est ab anathematizatis, consecratus non solum non accipit Spiritum sanctum, sed & quod ante habuit stramen aufertur ab eo. verum quamuis hoc tyranni Photij dictum fauore, ipseq; super huiusmodi sententia delectatus cum male à se promotis, ei consensum præbuerit, quâuis etiâ non his de quibus hoc frustra dictum est, valeat coaptari: quia tamen veraciter dictum est, eorum magis damnationi proculdubio congruit, qui ab anathematizato, & damnato Photio, per impositionem manus, non lucrum, sed vulnus in capite susceperunt. In quo ergo ^{Matth. 7. Mar. 4.} iudicio iudicauerunt, secundum Euangelium, iudicandum est de eis, & in qua mensura mensurati sunt, est eis vtiq; remetendum, atque pro magno illi habendum, si saltem serò ad te pastorem suum, quem post Christum olim iam, & per Christum vtiq; consecuti sunt, repedantes, ac siue maiori temporaliq; promotione, Domino contrito corde, humiliatoque spiritu famulantes, bona studuerint expectare futura.

Ceterum de Paulo Cæsarici. de quo sermo à te multus est habitus, intererim quod de ceteris, qui à Photio promoti sunt, decreuimus obseruandū, iure statulimus. Præterea persecutionum tolerantia, vel palestræ certaminum, quas aduersus tyrannum vel mœchum pro veritate multipliciter exercuisse testaris, suam habent profecto mercedem, & immarcessibilem præstolantur à cælestium bonorum largitore coronam; sane cetera Ecclesiæ beneficia largissimè consequatur, & honore competenti, tam apud sanctimoniam tuam, quàm penes omnes merito perfruatur. De his sacerdotibus vel clericis, qui à beatæ memoriæ Patriarcha Methodio, vel à sanctimonia tua consecrati sunt, hæc forma seruabitur, ut siquidem sunt inter eos, qui (gratia Dei confortante) inuasori Photio restiterunt, per nullumq; modum in inhonorantia vel contumeliâ fraternitatis tuæ, aut putatiuæ depositioni communicauerunt: sed & varias tecum ob hoc tribulationes & exilia, quin & depositiones pertulerunt; hos beatos & ter beatos dixerim, & inter Christi confessores connumerandos decreuerim: adeo ut habeant insignem in ea, quæ apud vos est Ecclesiâ locum, & præcipua circa dilectionem tuam fiducia perfruantur; ita ut secundum multitudinem dolorum ipsorum, consolationes tuæ animas eorum lætificent, more scilicet Dei, qui reddet singulis secundum opera ipsorum. Porro ceteris, qui ex consecratione fraternitatis tuæ sunt, & siue sponte, siue vi se ad Photium contulerunt, si sub satisfactioe libelli, cuius exemplar Missis nostris commisimus, ad te remeauerint; quamuis contra professionem, vel subscriptionem suam egerint, ac multipliciter aduersus summum sacerdotium tuum, & in contemptum sedis Apostolicæ exarserint; eos generaliter in suis gradibus confirmantes ignoscendum decreuimus. Discipuli enim sumus mitis & misericordis magistri, qui Apostolorum principe teste, Passus pro nobis, nobis reliquit exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, ut nos scilicet lucrifaceret, nec inuentus est dolus in ore ipsius; & tamen cum malediceretur non remaledicebat, & cum pateretur non comminabatur. Si qui autem ex ijs sunt, qui aliter vel in Deum, vel aduersus constituta

Epist. Tom. 3.

A a 3

Patrum

Patrum, quia & ipsa Dei spiritu prolata consistunt, deliquisse, vel excessisse probantur; hos volumus adhibita sibi nostra quoque auctoritate, à Pontificio tuo regulariter examinari, & paternis definitionibus amodò & deinceps omnino submitti. Cum enim beatus Petrus Domino non dicat, si peccauerit in te, sed in me frater meus, dimittam ei usque septies, aptè datur intelligi, ea nos fratribus impunita posse dimittere, quæ in nos, non quæ in Dominum vel in Dominica constituta patiantur. Dicit enim scriptura: Si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo sacerdos: si autem in Deum peccauerit, quis rogabit pro eo? Sane hos qui in nefando conciliabulo, quod in iniuriam & derogationem sedis Apostolicæ Constantinopoli factum est, voluntariè subscripsisse probantur, cuiuscumque sint ordinis, vel professionis, nulla venia dignos esse, nisi multa miseratio eiusdem, quam lædere nisi sunt, Apostolicæ sedis occurrat, euidentissima ratio docet, & multifaria maiorum sanctio manifestè demonstrat: quin & vniuersalis Chalcedoniæ habita synodus adeo huiusmodi temeritatem detestata est, vt in sententia, quam in Dioscorum protulit, hoc maxime memorare videatur, cum de ipso dicit: Secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dicere aduersus sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem. Priorem autem iniquitatem, prauitatem vtique dicit hæreticam.

Vnde nota quòd Dioscorus secundis excessibus, quos in excommunicatione Romani Papæ dictata patrauit, etiam hæresim Eutyrianam valde transcendisse referatur huic. & Anatolius ait: Propter fidem non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni. Nam & aduersus reuerentiam tuam inter cetera hanc vnam calumniarum in te illatarum, quasi accusationem texerunt æmuli tui, opinantes videlicet tamquam in contemptum Reuerendæ mentionis Papæ Benedicti, erectus in contumeliam illius, nec Epistolam eius suscipere Dioscori more consenseris. Quia ergo in causa, quam in te impingere fallacibus accusationibus tentauerunt, illi veracibus probationibus inveniuntur obnoxij; idcirco ipsi potius iudicium, quod iudicauerunt subire, & sententiam, quam protulerunt incurrere Sinonis nexibus irretiti iure debent: ergo fraternitas tua curet necesse est, vt sententiarum capitula, quæ synodicè in Ecclesia Dei vbi sanctum corpus Apostolorum principis Petri requiescit, pro abolendis profanis consilijs Constantinopoli à Photio tam aduersus sedis Apostolicæ reuerentiam, quam aduersus sanctimoniam tuam congregatis, communi consonantia promulgauimus, apud nos in synodo cunctorum subscriptione roborentur, & in singularum Archiepis Ecclesiarum prouidè recondantur.

Postremò Reuerendissimum & sanctissimum communem fratrem nostrum Ioannem Metropolitam Sylei, Beatitudini tuæ magnopere commendamus: de quo videlicet fraternitatem tuam nolumus ignorare, quoniam quibuscumque mæroribus, vel molestiis ex tot accidentibus vobis incommodis cor nostrum fuerit vulneratum. Quia sicut scriptum est: Legatus fidelis sanitas: ita medicamento ipsius fidelis legationis quod in vobis hinc turbidè diuturna hucusque mæstitiæ sauciauerat est sanatum, vt penè nil residuum, quod exinde sanitate indigeat, idem vir prudentissimus in pectore nostro reliquerit. Quamobrem consolatione multa dignus habendus

Math. 18.

1. Reg. 2.

Exant actio. 4.
o clau. synodi.

Prou. 13.

A dus, & à sancta fraternitate tua quiete, refrigerio & omni est veneratione distandus, atque in Ecclesiasticis negocijs diligentissimè moderandis irremotè tenendus. propter quæ videlicet ipse pericula infinita non solum per mare: sed & per aridam gradiendo sustinuit; quin potius penes nos demorans, & causa tui iugiter pulsans, & continuas nobis molestias irrogans, neque quaslibet sibi ferias contulit, nec vllam quotidiano labori nostro requiem dedit. Sanctam fraternitatem vestram optamus nunc & semper & in Christo bene valere, dilectissime & sacratissime comminister. Dat. quarto Idus Iunij, Indictione secunda.

DOMINO SANCTISSIMO ET COANGELICO

B maximo summo Sacerdoti, & vniuersali Papæ Hadriano, Sancta & vniuersalis synodus Constantinopoli congregata, in Domino Salutem.

N VNCIAT diligentia legatorum omnia vestrè esse peracta. Imperatorem laudibus effert, & à Pontifice confirmationem petit.



C Pportunum est cum sapientissimo Salomone nunc & nos clamare: Sapientia in exitibus laudatur, in plateis autem fiducia agit: in summis murorum prædicatur, in portis autè potentum assistit. In portis autem Ciuitatis confidens dicit: Quanto tempore innocentes abundant iustitia, non confundentur. In sapientibus autem iniuriæ existentes desideratores, impij facti scientiam oderunt. hic est prouerbialis sermo. Donatus enim Deo amabilis Episcopus Ostiæ, & Stephanus Deo amabilis Episcopus Nepæ, & Marinus honorabilissimus Diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ sanctissimi Vicarij Sanctitatis Vestræ, cum essent diuina sapientia repleti, & sapientiæ columnis propriæ animæ domum fundantes, & stabilientes, & Deum omnium, qui in sapientia terram fundauit, præoculis habentes, fiducialiter egerunt in plateis profectò diuinarum Scripturarum, & excelsis & sublimibus, & fortissimis muris veritatis Dei Concilium prædicauerunt, & portis non solum potentum, id est auditibus eorum, qui sensus exercitatos ad discretionem melioris, ac deterioris, nec non & interiorem hominem perfectum habent: sed & eorum, qui imperfecti & sensibus paruuli sunt in ciuitate viuents Dei luculenter æquitatem diuinæ iustitiæ annunciauerunt; & superioribus quidem manifestati sunt, accusata diuinis legibus & præceptis iniustitia, & malitia: eos verò quos prouerbiale dictum innocentes nominauit, per priuationem videlicet malitiæ inconfisos Dei boni cooperatione & gratia conseruauerunt. In sapientia autem operarios, & æmulatores nequitie tamquam conuiciorum auidos existentes, & impios factos argumentis veritatis obnoxios ostenderunt. quemadmodum alios iterum prouerbiale fatetur eloquium; Et examinatio perdit impios. operibus enim suis præpedierunt eos Deo amabiles Vicarij paternæ sanctitatis vestræ. quod hymnicus Dauid ait: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat. Nam & quid aliud hos apparuisse opinandum est, quam deriuatas imagines; immo verò characteres in dissimiles quarundam bonarum & principalium tabularum,

Prou. 1. iuxta
LXX.

Ibid.

Psal. 14.

larum Nicolai Beatissimi Papæ, & reuera fortissimi pietatis certatoris simul & sanctitatis tuæ. Sicut enim ille beatissimus & vt veraciter homo Dei primitus diffiniuit & promulgauit; necnon & summa paternitas tua firmavit, & synodicè roborauit: ita & ipsi hæc annunciauerunt, & egerunt amborum vestrorum sanctissimorum videlicet senioris Romæ Pontificum, nomen & memoriale, instantibus temporibus & cunctis generationibus; quæ deinceps futuræ sunt, efficientes laudabile, ita & vnicuique ipsorum, aptetur, quod dicit in Euangelis Christum omnium nostrum Saluatore: Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quarit: qui autem quarit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Sed benedictus Deus, qui non dedit nos in captione dentibus odientium nostrorum sed eripuit animam nostram, sicut passerem de laqueo venantium eam, & orationes vestras & assiduas redargutiones & admonitiones, quas pheronymus ille & magnus Dei summusque Pontifex beatissimus Papa Nicolaus, dilecti enim iugiter ferre labiis illius beati nomen, introducens videlicet per hoc & ipsius quoque memoriam, qui per Christum, & cum Christo mundum vicit: & ipse qui & gradus & dignitatis, & moris eius successores pro ecclesiastica pace alacriter exercuistis, ad expellendum lupum ab ouili Christi, tamquam veri pastores rationabilium ouium Christi, quinimmo summi pastores, & principis omnium Ecclesiarum. Sed de misero quidem Phorio & his, qui seducti sunt ab eo, & concordauerunt ei propheticum illud dicendum est: Quia recte viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis; impij autem in firmabuntur vel etiam offendent in illis. Suis enim vijs delectari vtique perneccesarium erat eis fructus & mala accidere: iustum erat eis secundum opera manuum suarum, vt quodam in loco dicit magniuocus Esaias. **C** Quis autem amator Christi & tranquillissimi Imperatoris nostri articulationibus insinuare vocibus potuit, in omnibus quidem alijs, sed præcipuè in Ecclesiasticis rebus, atque personis æquanimi- tatem, & exercitium, qui pietatis diffinitionibus & virtutum proprietatibus omnes supergressus est: qui ante se regnauerunt: ita vt magis directionum eius moribus, quam nostris virtutibus fiduciam capiamus; quem omnipotens Deus & Rex vniuersorum, qui per solertiam vestram interuentionem ac iudicium, seu synodicam expositionem tam magnam & vniuersalem synodum congregare dignatus est, & tantum opus ad finem prosperum perducere maluit, custodiat incolumem vtrumque per multos annorum circuitus: & det sanctitati quoque vestræ condignam laborum vicissitudinem, & cum Petro & Paulo principibus Apostolorum iudices vos demonstret etiam in futuro sæculo multarum gentium, & populorum proprijs bonis operibus, impios & iniquos iudicatos, quemadmodum & nunc debite fecistis, à Christo gubernacula fumentes Ecclesiasticæ nauis. Igitur libenter, oppidè & gratanter imitatricæ Dei sanctitate vestra omnium nostrum conuentuum, & vniuersalis huius atque Catholicæ synodi consensum, & consonantium recipiente, prædica eam magis ac magis veluti propriam, & sollicitius cõfirma coangelicis præceptionibus, & admonitionibus vestris, vt per sapientissimum magistrum vestrum etiam alijs vniuersis ecclesiasticis personis & suscipiatur veritatis verbum & iustitiæ decretum.

Ora pro nobis sanctissime, Christus te custodiat ad consolationem nostram & statum Ecclesiarum in longitudine dierum.

EPI-

A EPISTOLA V. B. HADRIANI PAPAE II.

LAVDAT eius religionem. Conqueritur apocryphos suos nudos ac depræditos vedisse. Agressert Ignatium Bulgavis Antistitem consecrassse. De tribus capitulis de quibus se consuluerant, dicit, nihil ab eo diuersum, quod iam constitutum erat, de novo se posse decernere. Eugnomenum & Theognostum de multa sedulitate commendat.

HADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^{Ex sine octauæ synodi.}
dilectissimis ac spiritalibus filiis Basilio, Constantino & Leoni piissimis & tranquillissimis Imperatoribus.



Hæc excellentis Imperij vestri litteris, dilectionis vestra, quæ circa nos flagrat, indicia & pietatis solita studia non tam cognouimus quam recognouimus. Vnde gratiarum multimodas actiones summæ Diuinitati referimus, & multiplices laudes eius concinere non cessamus: ob id maximè, quia circa Religionis cultum accensit, postpositis ceteris secularibus curis, ante omnia Ecclesiasticæ paci consuluitis: & quia sedis Apostolicæ decreta sana præcaque lege super exortis controuersis exquisitis: & in colligendo magno sanctoque collegio pium studium & desiderium ostendistis in quo abdicato prauitatis auctore, diffinita recte fidei, & catholicæ ac paternæ traditionis, atque iura Ecclesiæ perpetuis sæculis profutura, & satis idonea fixa sunt, & firmata. In quo etiam illud mirabilis, & laudabilis sublimitatis vestræ prædicatur insigne, quod non iudicum vel assertorum, sed consciorum tantum obsecundarorum persona vti fuisse dignoscimini: ita vt per humilitatis arcem ad culmen virtutum peruenire dilexeritis, potiusquam per Imperialis altitudinis fastum ad inanis gloriæ ima dilabenscenseritis. Præterea nostri habitus qualitas, quam scire se velle benignitas vestra pio designat affectu, ita se habet, vt superna prouidentia, quæ cuncta creauit, & continua prouisione gubernat, expedire nobis perspicit: & quod expedierit consulte dispensat. Apocryphos quoque nostros super quorum nihilominus reuersione scripsistis, licet ferò, post multa tamen pericula, deprædationes atque propriorum hominum trucidationem, nudos tandem recepimus, non cuiuslibet hominis fretos auxilio, sed Dei solius præditos adminiculo: vnde audientes hæc, vniuersi gemunt: & quia isti pertulerunt quæ sub nullo piorum principum quemquam sedis Apostolicæ missum pertulisse recolunt; omnes stupefacti mirantur: sitque continui clamoris ab Ecclesia nostra murmur: quod ita dispositionis vestræ constitutio improvidè prodire potuerit, vt barbarorum gladios nullo Imperij vestri fulci præsidio miseranter inciderint: præsertim cum hos, quos ab Apostolica sede toto desiderio postulaueritis: & ab ipsis Apostolorum principum testis per legatos vestros saluos acceperatis; saluos rursus, dispositis ritè propter quæ missi fuerant, ad propria remittere summa diligentia procurata debueritis: exemplo saltem prouocati Michaelis decedentis Imperatoris, qui quos ab Apostolica sede suscipere meruit, idoneo sociato præuio, vt nostræ illæsi præsentarentur Ecclesiæ solerti cura satagit. Et præterea & aliud, quod prima pietatis vestræ opera, vel circa sedis Apostolicæ prioris benignitatis indicia contra spem nostram decolorasse conuincitur, immò funditus de-

destruxisse probatur: videlicet quia favore vestro frater et coepiscopus nos-
 ter Ignatius in Vulgarum regione consecrare praesumpsit antistitem. Unde
 mirati sumus, et quod à pia intentione vestra retro reuersisitis admodum ob-
 stupuimus. Verumtamen saltem nunc iam dictum Reuerendissimum praesu-
 lem ab illius regionis dispositione salubribus monitis, quae sumus, coercete:
 Alioquin nec ipse canonicam effugiet ultionem, nec hi, qui praesulatus vel
 alterius officij sibi nomen illic vsurpant, cum excommunicatione, qua iam
 renentur astricti, etiam proprii gradus iactura carebunt.

Porro de tribus capitulis, super quibus praefato postulante sanctissimo fra-
 tre et coepiscopo nostro Ignatio diuinitus protectum imperium vestrum nos
 deprecarum esse dinoscitur; nil possumus ab eo, quod iam constitutum est
 ordinare diuersum vel disponere, maximè de Photij consecratione aliqua-
 tisper versus: nisi forte nos quibusdam ex utraq; parte in praesentia nostra
 repertis contigerit scire quae vsque huc nescimus; vel discere quae nunc pe-
 nitus ignoramus. Non enim est in nobis, est, et non est. Et si quae destruximus
 eadem reaedificauerimus; prauaricatores nos legis esse constituemus. Satis
 enim nota sunt quae cum suo auctore destruximus: et quae construenda man-
 dauimus. Ab illis quippe sacratissimis constitutis, quae vel Apostolicae me-
 moria decessor nostro Papa Nicolaus antea salubriter sanxit: vel nos po-
 stea dispensatoriè protulimus, nulla motione vel mutatione discedemus: aut
 ad dextram vel sinistram quoquomodo declinabimus. Quae videlicet tota
 iam dudum probauit Ecclesia, et immutata seruanda nuper gestum vniuer-
 sale Concilium statuit. Neq; enim nobis moris est, ut pro libitu proprio pa-
 ternis sanctionibus abutamur; quemadmodum quibusdam, qui apud vos
 summa rerum ecclesiasticarum gubernacula moderantes; tunc synodorum sta-
 tuta vel etiam Apostolicae sedis decreta proferunt, cum vel alios laedere, vel
 se iuuare cupiscunt; & haec tunc sub silentio tegunt, quando fortasse contra
 se vel pro alijs proponerentur, nostra more piorum aequitas, in vestrae vrbis
 praesulis maiorum regulis obuiantes commoueri seuerius voluisset: quam-
 uis multa instantia & certamen viri prudentissimi & religiosissimi Egume-
 ni, ac sacrorum vasorum custodis Theognosti, qui de pietatis vestrae virtu-
 tibus, & probabilium morum insignibus, & trophaeorum triumphis, atq; de
 beneficiorum vestrorum pie sibi praestitorum multitudine nos plurimum
 relatione sua laetificauit: & qualiter diebus vestris superno brachio atq; stu-
 dio, & solertia nostra Christianitas prosperetur, enarrans: ad multimodas
 laudes sanctae Trinitati reddendas & gratias, alacriores exhibuit ad postu-
 lata diuinitus muniendo imperio vestro concedenda, nos supra modum ef-
 flagitauerit: & ultra quam dici possit solito & prisco more, ac pro Ecclesiasti-
 cis vtilitatibus frequenter impenso crebris suggestionibus instigarit. Super
 quibus tamen propter iam designatam causam, nec annuere possumus: nec
 quicquam praeter quod iam euangelizatum est, villo modo diffinire.

Deus autem omnipotens, per quem reges regnant, et in cuius manu om-
 nia iura regnorum consistunt, Imperium vestrum ad Ecclesiae suae sanctae
 pacificam constitutionem, & populi Christiani perpetuam libertatem ma-
 gis ac magis corroboret, eiusq; potentibus plantis cunctarum infidelium na-
 tionum ceruices inflectat, dilectissimi & desiderabilissimi filij. Data iij.
 Id. Nouembris, Indictione quinta.

Gal. 7.

DE BEATISSIMO IOANNE PAPA VIII.



IOANNES Ludouico iuniore, Carolo Caluo, Carolo Crasso occiden-
 tis, Basilio eiusq; filijs orientis Imperatoribus sedit annos X^a. Hic Pon-
 tificis mortuo Ignatio Patriarcha Constantinopolitano, pacis concilian-
 da cupidus, Photium, qui eiusdem Ignatij sedem inuaserat, & inde
 fuerat eiectus; rogante Imperatore in communionem admittit, & ea
 lege Patriarcham constituit, ut in synodo hac de causa celebranda in-
 dulgentiam humiliter postularet. Ille verò non modo in synodo veniam
 non petijt, verumetiam pseudosynodum habuit, in qua Pontificis epistolis
 octaua synodus celebrata sub Hadriano secundo, non tam temerè, quam iniuste abroga-
 ta est. Iure itaque optimo illum Marinus, Stephanus & Formosus Ioannis successores
 tanquam laicum, & à sedis Apostolicae communionem alienum habuerunt. Ioannes autem
 multa coegit concilia, magnosq; labores ad Ecclesiae vtilitatem, in primis ut Sarracenos
 Italiae pelleret, suscepit.

^a Pontificale.
^b In epist. 206.
 207. & 208. 158.
 159. Ioanis viii.
^c In pseudosyno-
 do sub Photio,
 act. 2. 3. & 4.
^d In ep. Steph.
 ad Imp. Basil. &
 Form. ad Stepha-
 num episc. Neoca-
 sar. quae graece
 extat in li. viii.
 gener. synod. sub
 Hadrian. ij.
^e I eo episc. Ho-
 stic. lib. i. chron.
 cal. c. 42. Anno
 ni. in l. 5. de gel.
 Franc. c. 35. & 37.

EPISTOLA I. B. IOANNIS PAPAE VIII.

*AGIT gratias, quod eius opera legati ad Imperatorem peruenerint, & illis in-
 iuncta confecta sint; eumq; rogat, ut quamprimum auxilia sibi contra Sarracenos
 mittenda curet.*

IOANNES EPISCOPVS
Bosoni Illustrissimo Comiti.

De Bosone Re-
 gin. l. 2. Croni-
 cor. Annoni. l. 5.
 cap. 24. 27. 31. &
 alijs in locis.



IRRISIMAE tuae nobilitati laudes Christo Domino re-
 ferentes, gratias agimus, & hanc praconij efferen-
 tes, in eodem Domino gratulamur, cuius gratia no-
 stro fultus amore, missis Apostolicae nostrae sedis, fa-
 cilem aditum perueniendi ad Serenissimi domini
 Caroli semper Augusti spiritualis filij nostri praesen-
 tiam, non indebita tribuisti; & ut ea, quae sibi à nobis
 dicenda iniuncta fuerant, aure suae pietatis aduer-
 teret, & ad congruentem effectum perduceret, suadere curasti. Quod cum
 Deus omnipotens Imperatoriae magnitudini, ut fieret inspirauerit; te tamè
 qui nostri studij cooperator effectus es, admodum conlaudamus, & ut dixi-
 mus, gratias tuae industriae referentes, & pro his, & pro alijs retribuere tibi
 vicissitudinem non omittemus. Necnon & quicquid honori tuo congruit,
 vel ad vtilitatem tuam crescere cognouerimus, incunctanter exequi procu-
 rabimus; & grato amore, adiuuante Domino, quousque perficiamus, ela-
 borabimus. Tu verò, fili carissime, sicut coepisti, ad infidelium nostrorum,
 vel sanctae Dei Ecclesiae aduersantium tyrannidem funditus abolendam
 magis ac magis insiste; ut qui sanctam Romanam Ecclesiam in multis la-
 edere non formidarunt, tali sententia, immo iudicio percellantur, ut dein-
 ceptus, quemadmodum es pollicitus, recuperationis locum numquam inue-
 niant. Ceterum quia pro maxima necessitate huius nostrae regionis, quam
 Sarraceni penè totam depopulati sunt, audiuius imperiale adiutorium
 vsque ad nos esse mittendum; gloriam nobilitatis tuae nimium deprecamur,
 ut idem adiutorium, vel virorum exercitum, qui vtinam iam praesens ad-
 esset, nullo modo illis in partibus moram pati permittat . . . venien-
 do

do eos exhorteris, vt vrgeas, viriliterque quouſque veniant, pro Dei noſtro-
que amore inſiſtas: quia niſi citiſſimè venerint, & nobis opem contulerint,
peiora prioribus fieri formidamus; ac per hoc domno Imperatori peccatum
& damnum oriri poterit, & quia Eccleſia Dei, vel oues paſcuæ eius fortiter
diſcerpuntur, ipſum nomen Chriſtus, quod abſit, in gentibus blaſphemari.
Data Kalen. Septembris, Indiſtione X.

Rom. 2.

EPISTOLA II. B. IOANNIS PAPAË VIII.

*DISSENSIONES inter ipſum & Imperatorem ſcribit ſe non poſſe ſedare, niſi
alteram prius audiat partem: interea monet, vt pacem cum omnibus, & præcipuè cum
Imperatore ſeruet, & ſubiectos compeſcat.*

IOANNES EPISCOPVS

Dilecto filio Hludouico glorioſo Regi.



Piſtolas tuæ dilectionis, non quidem diuerſas ſuſcepimus,
quas relegendes, ea in eis reperimus, quæ niſi nos cariſſimi fi-
lij noſtri Sereniſſimi quoque Imperatoris domni Caroli ſem-
per Auguſti prior querela pullaret, nõ ſolum admitteremus,
verum etiam priuſquam putares, inueſtigaremus, atque di-
ſcutteremus, rectiq; lance libraminis, quod & facturos nos, Deo iuuante,
confidimus, penſaremus: ſed quia vna pars ſine altera facile audiri non de-
bet; interim deliberatiuè non ſcribimus: quin potius gloriam tuam mone-
mus, & auctoritate Apoſtolica obteſtamur, vt pacem cum omnibus, & præ-
cipuè cum eodem Imperatore conſeruans, tibi ſubiectos compeſcas, & ab
omnibus ſcandalis, vel factioſis conſpirationibus vſque ad noſtram diſcuſ-
ſionem (ſicut per te ſperamus) remoueas. Quia nos, qui ſacerdotum Do-
mini matura volumus eſſe iudicia, nec illi, nec tibi contra iuſtitiam fauere
ſtudemus. Huius rei gratia (mediante Sancti ſpiritus gratia) per noſtræ me-
diocritatis ſtudium, quicquid illud eſt, volumus diſſiniri; & quod adhuc ſu-
ſpendendum duximus, iam digna deliberatione, iuuante Domino, diſpenſa-
tionis noſtræ iudicio terminabimus. Data Kal. Septembris, Indiſt. X.

EPISTOLA III. B. IOANNIS PAPAË VIII.

*OSTENDIT ſe paratum eſſe firmare pactum, quod fecerat: rogatq; ſibi ad ipſum
eundi hoſpitiuſ parari.*

IOANNES EPISCOPVS

Dilecto filio Guaiſerio glorioſo Principi.



Via te non ſolum legatorum noſtrorum inter relata fidelium
circum Eccleſiæ noſtræ Romanæ regimen, cui Chriſto præ-
ſidemus auctore, deuotum cognouimus, tuumque ſtrenuiſ-
ſimum generum Pulcari præfectum, verum etiam cum pro li-
beratione totius patriæ, vt nobis à Chriſto cura commiſſa
eſt, in veſtras partes veniſſemus, pro certo fidelè reperimus:
Ideoq; pactum quod petiſti, vt promiſeram Pontificali vera aſſertione à
dile-

De Guaiſerio
Principe Saler-
nitano Leo Epi-
ſcopus Hoſtien-
ſis. 1. 1. Cron. Caſſ.
cap. 42. & 44.

à dilecto filio noſtro Carolo Imperatore Auguſto, iure vobis firmandum,
potestate, per reuertentes venerabiles legatos Eccleſiæ noſtræ accepta iu-
ſtè ac legaliter aſſuturum ſtatuere ſumus paratiſſimulq; mihi & nouo agmi-
ni comitatum volo præparetis, vt dixerim, ita hoſpitiuſ, fidelesq; noſtros
i accepta corroborate fidelitate, ac infidelibus, prout poteſtis, frenum re-
d. rgutionis imponite, noſtrumq; aduentum, Deo duce, ſperate.

EPISTOLA III. B. IOANNIS PAPAË VIII.

*INVEHITVR in quendam Eccleſiæ Vvaluenſis inuſſorem, legitimo adhuc ſu-
perſtite Epiſcopo. laudat eos quod illum minimè recipiendum duxerunt, ſimul præcipit,
ne vnquam eum admittant, alioquin excommunicationis ſententiã minatur.*

IOANNES EPISCOPVS

Clero, ordini & plebi S. Vvaluenſis Eccleſiæ.



Via ſollicitudinis nos, quam pro omnibus Dei Eccleſijs
circumſpiciendis ſuſcepimus, maxima cura conſtringit,
vt vel prouiſa vitia reſecemus, vel rumore comperta, ne
pullulent, vigilemus; latere vos nolumus perueniſſe ad
nos, quod quidam calcata reuerentia canonicæ diſcipli-
næ, contra omne fas, immo contra legem Eccleſiaſticam
ſuperſtite veſtro paſtore velit auſu temerario veſtram ſinceritatem corrum-
pere, & (quod dictu nefas eſt) plebẽ ipſam inuadere, gregemque Domi-
nicum, videlicet voſmetipſos diſcerpere, ſchiſmata generare, & Deum in
hoc ad iracundiam prouocare: habens quaſi auctoritatem ſæcularium id
peragendi, & quæ ab eis immo à nobis viuente veſtro Epiſcopo iure da-
ri non poteſt, nequiter exercendi. Quod tantum fieri prohibemus, tan-
tumque deteſtantes abhominamur, quantum contra canonicæ auctori-
tatis cenſuram, & contra diuinæ legis traditionem, vel veterum Patrum
exempla, tale quid attentari cognoſcimus, vt viuente vno Epiſcopo, ac
ſuperſtite conſiſtente, alter vel non petitus, vel qui petiri non poteſt, nec
etiam debet, ſedem viuentis inuadat; & hanc vel ſine noſtro conſultu, vt
ita dixerim, expetar: vel quia (ſicut diximus) ſupereſt, in cor eius aſcen-
dat talia cogitandi. Verum nos primum vobis gratias agimus, quia (ſicut
didicimus) veſtro Epiſcopo fidem debitam conſeruantes; eundem inua-
forem non recipiendum eſſe propoſuiſtis. Deinde noſtri Apoſtolatus
monitis omnium veſtrum deuotionem hortamur, præcipimus, ac ſuade-
mus, vt eodem veſtro Epiſcopo viuente, nulli vnquam mortalium vos
conanti forte decipere, præbeat ſenſum, vt vel in modico à fidelitate
ipſius veſtri Epiſcopi, qui nunc eſt, ſcilicet venerabilis Arnulfi, quoquo-
modo diſcedatis: quin potius omnem honorem ac reuerentiam iuxta fa-
cros canones ei impendere ſtudeatis, vt magis magis, vnde vobis gratias
referamus habere poſſimus: ſcientes nos nullo modo in tali nefando
opere conſenſuros, ſed potius, & factores, & eorum conſentancos punitu-
ros. Verumtamen ſi hanc noſtram legitimam obteſtationem vos in aliquo
ab his deuiare cognouerimus, & habentes hanc noſtræ auctoritatem vos om-
nium ambitioſoru factionibus contraire minimè ſenſerimus, vel ſi quomo-

documque talia facere tentanti vos consensum præbere saltem clanculo, A
quod absit, didicerimus; sciat quia & vos anathemati submittemus, &
illum pari sententia condemnantes, omne sacerdotalis officij ministe-
rium, ut vniquam nullis præsideat, ei perpetuò adimemus. Data, &c.
Indictione decima.

EPISTOLA V. B. IOANNIS PAPAE VIII.

D^B Neapolitanorum Duce eius fratre queritur, qui suis monitis non parebat.
Quare hortatur, ut ab eo se separet; alioquin cum eo ac ceteris fratribus anathe-
mati subijcietur.

IOANNES EPISCOPVS †

† Forte, Achana-
sio episcopo Ne-
apolitano, ad
quem nonnullæ
infrascriptur
Epistolæ, cuius
meminit Leo
Ostie. l. r. Cron.
Cast. c. 42. Fuit
autem hic nepos &
successor S. A-
thanasij, cuius
mentio est in
Martyrol. Rom.
die xv. Julij.
Joan. 8.
1. Ioan. 2.

Es. 4.
Psal. 57.

Gal. 5.

Iob 12.

Es. 52.

Gen. 19.

Multa per nos, per decessoresque nostros reuerendos Pon-
tifices Duci Neapolitanorum, immo Duci caecorum, Mis-
sis & Epistolis discurrentibus dicta sunt, quæ locum in
eius corde nullum penitus inuenerunt: quia profectò vi-
scera ipsius, verba vitæ æternæ recipere renuerunt. Iudæis
enim Dominus dicit: Qui est ex Deo, verba Dei audit; pro-
pterea vos non auditis, quia ex Deo non estis: Si quis, inquit, diligit me,
sermonem meum seruabit. ergo probatio dilectionis, exhibitio est ope-
ris. Probatur igitur germanus tuus non diligere Deum, qui mandata
eius, participando cum perfidis, non custodit. Nam Ioannes Apostolus C
ait: Qui dicit quia diligit Deum, & mandata eius non custodit, mendax
est. Sed nos postremo, nec etiam sic contempti, quæ ad salutem eius, &
cunctorum pertinebant, negleximus: vnde non Angelus, non legatus
quilibet (vt de Redemptore nostro propheticè dictum est) sed ad saluan-
dos eos ipse per semetipsum Apostolatus noster adueniens. Quid est
quod debuit facere, & non fecit? Licet ipse, vt cum Propheta dicamus:
Conuersus est in amaritudinem vitis aliënæ: & sicut aspides surdæ, &
obturantes aures suas, non audierit vocem incantantium, idest, prædi-
cantium, nec mutauerit versutiarum suarum colorem, aut varietatem in-
star Aethiopsis & Pardis, quibus perfidorum Israelitarum Hieremias du-
ritiam comparauit, vnde meritò abscisi sunt, vt de talibus Apostolus
optat, Abscindantur, inquit, qui vos conturbant, à Christo, idest a D
capite, & corpore, quod est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum
veritatis. Ergo cum ita sit, prudentia tua moueri non debet, si inter ta-
les officium cesserit doctorum, siue torpenti desidia faciente rectorum,
siue impenitenti exigente crimine subiectorum. Diuino enim iudicio,
quamuis occulto, talia fiunt, sicut in libro beati Iob legitur, cum de Deo
inter alia fertur: Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat, com-
mutans labium veracium, & doctrinam senum auferens: cuius sensus medul-
la concepta, proculdubio scito quia in optione vnum è duobus à nobis tibi
tribuitur: aut enim (secundum quod scriptum est) Exiens exibis de medio ip-
forum, & pollutum non tanges; aut certè, quamdiu cum talibus conuersa-
tus fueris, non poteris videri non talis, sed eris profectò illis poena, sicut
confortio similis. Nam Lot chaos Sodomis fugiens cunctis necatis ciui-
bus

A bus saluus singulariter redditur. Sic Petrus fugiēs Herodis catenis ereptus, A. 2. 11.
ad saluandas gentes eruitur. Sic Paulus, obseruante Damasci præposito, A. 2. 9.
teneri intra claustra perfidorum noluit; in porta per murum summissus, ad
certaminis properat campum. Veruntamen ne sanguis eorum de manibus Eze. 3
tuis diuinitus requiratur tamquam segnis, desidisque speculatoris, qui vi-
deas gladium, lupumque venientem, & taceas; in porta interim (vt Apostolus
conueniat. Qui si te audierint, lucrifacies fratres tuos: In autem, saltem tu 2. Tim. 4.
saluans salua quantocyus animam tuam, sciens proculdubio totius Hesperia
præules a nobis in proximo congregandos. Quibus generaliter immi-
nentibus, tam perfido fratri tuo, quam omnibus sectatoribus & fautoribus
eius perpetuum dicemus modis omnibus anathema, numquam deinceps
penitus dissoluendum, quod si euadere satagis, in nostris; affectus sinibus
inueniri, in nullo prorsus ab hoc nostro recedere præcepto patere vel horta-
tu. Gratias præterea referimus super his, qui per industriam tuam redempti
sunt à Domino, quos redemit de manibus inimici: & scito nil te nobis acce-
ptius oblaturo, quam eos nimirum; pro quibus sanguis oblati est Chri-
sti. Data v. Idus Septembris, Indictione X.

EPISTOLA VI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MIRATUR eos ad se non reuerti incursionibus Sarracenorum lacesitum: ob-
testatur, ut quantocyus redeant. Quod si vim ab aliquo patientur, præcipit, ut fortiter
se gerant, & id sibi significent.

Leoni & Petro Episcopis.



Vim vobis innumerabiles huius Dei Ecclesiæ necessitates,
non minus quam nobis sint cognita; pro quibus compescen-
dis vos ad piissimum Cæsarem destinatos sub magna velo-
citate sensitis; miramur vos tanto tempore nobis in tanto
periculo constitutis, & Sarracenorum incursionibus vndiq;
laceratis; ad nos remeare vsque hætenus neglexisse. Neq;
enim vos alicuius violentia, magis quam vestra negligentia credimus retar-
datos, qui nescimus sub quibus argumentosis ingenijs, consiliis tamen à no-
bis anathematizatorum, ac fraudulentijs, more corui tempore diluuij ad Gen. 8
mittentem se minimè reuertentis, ita legationis vestrae vsq; nunc obliti fui-
stis, vt à Papiæ per tot dies Romæ repetere minimè studeretis. Cuius rei gra-
tia vos auctoritate Dei omnipotentis, sanctorumq; Apostolorum principū
obtestamur, præsentialiter ad sanctam sedem Apostolicam, quæ vos misit,
Episcopatuūq; vestrum sedes quantocyus redeatis. Verum si (quod absit)
iuxta quod à nobis anathematizatorum satellites gloriantur, quorundam
violentijs retinemini, & ad mittentes vos, reuerti non permittimini:
Præcipimus vobis auctoritate Dei, & Domini nostri Iesu Christi, vt me-
mores antiquorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ legatorum, qui nullis minis, Romana Eccle-
siæ Legatorum
constantia.
nullis terroribus, nullisque mortibus à suis legationibus discesserunt, præ-
sentialiter auctoritate huius Epistolæ initium ad nos reuertendi facere
studeatis, & si permissi fueritis, statim ad nos reuertamini. Si verò aliquis
Epist. Tom. 3. Bb 2 vos

vos impedierit, violentiam quam patimini, cunctis Christicolis valeat propa-
lari, nobisque continuo reuelari: quatenus in eo quod contra morem gen-
tium Apostolicae sedis legario, ecce secundo naufragium passa est, citissimum
consilium, confortante nos Domino, praeparemus.

EPISTOLA VII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

*DOLET, quod sibi deprecanti auxilium contra Sarracenos non tulerit: significat
Vrbem magno in discrimine versari, cum ad eam oppugnandam fama sit magnum exer-
citus venturum. Quare cum rogat, ut quantocyus opem ferat. legatos ab eo detineri
miratur.*

IOANNES EPISCOPVS

Ioanni Bosoni Comiti.



NAepe gloriam tuam missis, & litteris hortari, ac deprecari stu-
dimus, ut manū auxilij porrigens, cōtra nefandos Sarrace-
nos hostiliter occurrere tandem satageret: sed, prohdolor, nil
hactenus praesidij adipisci meruimus, adeo ut nec respōsum,
sicut nec de alijs quibusque necessitatibus, à nobilitate tua
recipere hucusq; noscamur. Quapropter nimis dolentes, ge-
mētesq; iterum, iterumq; dilectionē tuam monemus, hortamur, & obsecra-
mus, ne differas vltra, nec patiaris populū Domini ab illis diuinitus fulminā-
dis Agarenis discerpi, qui operuerūt vniuersam superficiē terrae, sicut locu-
stae, ita ut penē cunctis habitatoribus inde sublatis, & in praedam, & gladium
traditis, redacta sit in solitudinem, & in cubilia bestiarum, & (quod est ad-
huc amplius formidandum, atque cauendum) certa relatione didicerimus,
stolum amplissimum in proximo ad expugnandam vrbem venturum, id est
centum naues, ex quibus cum equis sunt quindecim grandes. Quod quā-
ingens malum, & incomparabile sit, si intentē consideraueritis, aduertetis:
perditio enim istius Urbis totius est mundi dispendiū; immo & ipsius Chri-
stianae religionis iactura. Et ideo (secundum quod & spiritalis filius noster
semper Augustus necessariō tuae commisit industriae) omnium ceterarum
rerum curis omīssis, hoc vos conuenit toto considerare mentis intuitu, & ad
auxilium nostrum non modicum exercitum quantocyus destinare. Si enim
vestrum diuinitus roboratum nobis non porrigitis validum & amplum con-
festim auxilium; scitote nihil amplius remanere, nisi ut nobis à vobis de-
speratis dimissis, vobis etiam ab hac sancta Ecclesia nulla spes vltra rema-
neat. Porro si in praesenti necessitate nobis aptum & sufficiens praebu-
eritis auxilium, & nihil differentes, populo Dei, beato Petro speciali praeroga-
tiua commissio subuenire studueritis; scitote in omni opportunitate vestra,
tanto nos fore promptiores, quanto fuerimus redditi ab hoste securiores.
Ceterum dilectionem tuam miramur Legatos nostros retinuisse Leonem
Episcopum carissimum nepotem nostrum apocrisarium, & missum Aposto-
licae sedis, atque Petrum aequae episcopum, qui cum festinantes per vos ad
diuinitus protectum Augustum mitterentur, à vobis & tunc detenti sunt, &
modò nihilominus non meritò retinentur. Quod quia contra decus Apo-
stolicae sedis, quod numquam factum est, profectò non dimitemus, cū hinc
certi fuerimus, inultum. Cum enim nos illos pro multiplicibus Ecclesiae
nostrae

A nostrae necessitatibus sub nimia festinatione miserimus; à vobis, quem hoc
non lateat, non impediri, sed ad id celerius agendū vestris, sicut credidimus,
potius debere fulciri subsidij. Data vtsupra.

EPISTOLA VIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

*IMPERATORIS precibus, cum Burdegalenfis prouincia à Paganis esset deu-
stata, Burdegalem Episcopum in Bituricensi Ecclesia Cardinalem constituit, illi com-
mittens eius Ecclesiae administrationem.*

IOANNES EPISCOPVS

Carolo Imperatori.



Retitionem vestram, filiorum carissime, quam non obnegan-
do, sed dispensando dudum distulimus; nunc nos ad votum
nostrū ob id vel maximè, Christo praeduce, perduxisse gaude-
demus; quod & vestram gloriam persequerentem testificatri-
cem cognouimus, & prouincialium praesulum cōsentaneas
probationes probauimus, & legatorum nostrorum subtilissi-
mas disquisitiones aduertimus. Quo circa, licet nos multis canonicis testi-
monij prouocati petitionem vestrae deuotionis implere magnopere moli-
remur, & solius maiestatis vestrae testimonio super exterminio Burdegalen-
sis prouinciae credere minimè cunctemur: tamē pietatis vestrae testimonio,
comprouincialium quoque praesulum litteras conuenire, sicuti rebamur, nu-
per cognouimus, secundum pietatis vestrae religiosissimum libitum, Burde-
galensis dioc. Episcopum, fratrem scilicet nostrum Frotharium in Bituricē-
sem Ecclesiam Cardinalem fieri decernentes; Metropolitanæ dignitatis pri-
uilegio iterato munire curauimus: & studij vestri solertiā, quo semper ido-
neos Ecclesiae viros quadam naturalis ingenij nobilitate deligitis admi-
rantes, congruas litteras, his quorum interest, ex auctoritate sedis nostrae di-
reximus, atque magnanimitatem vestram, quam istius religiosi negotij cir-
ca nos incentricem cognouimus, eam nihilominus executricē fore, nec im-
meritò delegamus. Quatenus propter Deum, cuius filij precioso sangui-
ne tota per mundum redempta consistit Ecclesia, sic istius necessariae dispen-
sationis instituta custodiat, ut à paternis regulis constitutis antiquitus, in
parte altera numquam omnino discedat. Præterea quod filiolaritatis vestrae
petit industria; ut quorum suggestionibus dudum vestra sit dilata petiti-
o, detegamus; omnino sciatis, quia nos licet indigni simus, tamē quoniam per
consequentiam priorum nostrorum Pontificum matura cogimur esse indi-
cia, causam tantae deliberationis ideò non facilè tunc deliberandam credi-
dimus; ne diffinisse quod Deus conuerterit, minus ordinabiliter videremur.
At postquam Deus omnipotens petitionem serenitatis vestrae comprouin-
cialium praesulum testimonio decorauit, immo testimonia praesuli pietatis
vestrae suffragio confirmavit: Nos & religiosam petitionem vestram com-
pleuimus, & suggestionibus fratrum Coepiscoporumq; nostrorum manus por-
reximus, & Ecclesiae Dei tantis necessitatibus consulentes, de thesauro pon-
tificalis pectoris ita vobis protulimus, ut à doctrinis deuiaffe veteribus nul-
lo modo videamur. Data vtsupra.

EPISTOLA IX. B. IOANNIS PAPAЕ VIII. A

NUNCIAT Legatos ab Imperatore rediisse, quem in Episcoporum & optimatum conuentu Romanæ Ecclesiæ iura recognouisse, præcipue verò terræ Capuanæ partem suo iuri commississe scribit. ideo in eius partes se venturum promittit.

IOANNES EPISCOPVS

Landulfo Episcopo Capuano.



Sancta Romana Ecclesia, cuius Deo auctore præsidentibus regimini, cunctis ab exordio sibi fideliter seruientibus digna in præfenti, & in futuro sæculo solita est bonæ retributionis mercedem rependere; tibi nihilominus, reliquisq; fidelibus suis utroq; modo ob vestræ fidelitatis deuotionem, quam illic positi plenè cognouimus, per omnia maternis visceribus fauebit in proximo. Si quidè nosse volumus tuæ religionis intentione: quoniam, Domino cooperante, Leone venerabili Episcopo nepote nostro, ac S. Ecclesiæ Romanæ eximio Apocrisario, aliisque nostris legatis, quos nuper direxeramus, à carissimo filio nostro Carolo Imperatore Augusto reuersis, vobis, utpote à secreto cõsiliariis nostris, ratum ducimus animi eius, Deo ispirante, circa Ecclesiarum præsertim Romanæ, quæ caput est omnium, exaltatione affectum patefacere; omne sanè ius potestatis antiquitus attributum capitulariter renouans in conuentu Episcoporum ac optimatum, inuolabiliter concessit habendum. Inter quæ de terræ vestræ pacta, prout Christo duce voluissimus, statuere, nostri iuri potestatisq; commisit; quatenus id quod pontificali ore nudis verbis diximus, operum ostendamus patracione, & ut pro animæ vestræ exhilaratione patrum notarice stylus scribentis loquatur, Parate hospitium, quia cum nouo hospitem agmine Dei gratia in vestras partes sumus venturi. Frenum coercionis infidelibus, quantum valetis, imponite, fidelibus quoque futuræ in proximum spei subleuationem promittite, Domini Dei nostri sine intermissione hortor misericordiam deprecamini, nostrumq; aduentum spectate veraciter.

Huius Concilij
Et Legatorum
nominis Annonius
lib. 5. de gestis
Franc. c. 33.

EPISTOLA X. B. IOANNIS PAPAЕ VIII.

COMMENDAT eum ob præclaras virtutes, & iubet, vt Romam ad Concilium veniat. D

IOANNES EPISCOPVS

Adalardo Episcopo Veronensi.



Aduertit planè prudentia tua, quanto & quali circa se Apostolatus noster flagret affectu, cum tuæ causæ prouectionis non modicum sumpserimus laborem, idoneum te Christi sacerdotem merito arbitantes futurum: & spiritualem potius quam sæculi gloriam sectaturum; cum & ipsa nimirum nobilitatis tuæ insignia, & sapientiæ specula talia de te speranda tribuerent, quod quia vindicare sibi virtutum nisibus, & probitate morum

Arum sanctitatem tuam comperimus; Deo innumeras gratias valde gratulan-
ter retulimus: & in hoc quia secundum Apostolum Spes non confundit, experimèta didicimus. & ideo in proximo causa Ecclesiæ simul & Imperialis opportunitatis, certorum congregaturi Episcoporum concilium, dilectionem tuam tanto conuenturi iubemus adesse. Accinge igitur sicut vir lumbos tuos. Et assume tibi penas, sicut columba, & vola, & veni, & requiesce in sinu Apostolicæ dilectionis, ita ut pridie Calendas Decembris præsentiam tuam lininibus Apostolicis, & nostris exhibeas prorsus obtutibus. Porro si hoc impossibile asseris, octauo Calendarum Ianuariarum, quod hortamur, & iubemus expleri, si dumtaxat ab Apostolicæ sedis communione renuis prorsus arceri: dignum enim non est, vt tantæ sapientiæ vir tanto procul cœtui sit. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Data III. Non. Nouemb. Indictione X. Rom. 5. Iob 38

EPISTOLA XI. B. IOANNIS PAPAЕ VIII.

LAUDAT eum de iudicio in Emmenum prolato, & hortatur, vt cum illo clementer agat.

IOANNES EPISCOPVS

Carolo Imperatori.



Super iudicio vestro in Emmenum prolato, d rectissime Imperator, cum cælo tota terra lætatur. Scriptum est enim, Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Cur autem dicimus lætatur, cum super iudicia Salomonis scriptum sit: Quia audiuit omnis Israel iudicium, quod iudicasset Rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium, super quo videlicet iudicio sentiendum meritò ducimus, quia lætati quidem benigni, tristati verò sunt omnino maligni. Ergo & hic ita datur intelligi: quia nimirum super iudicio vestro lætantur iusti, deterrentur iniusti. Nam & omnipotens Deus, cuius & vos iudicium æmulamini, terribilis peccatoribus, & blandus est iustis. quia igitur super Emmeno iam exhibuistis seueritatem iudicij, quæsumus exhibite de cetero pietatis insigne: imposuistis in humeros eius onus austeritatis; adhibete iam nunc id remouentem digitum lenitatis. Mementote quia hunc vobis, cum Petro Paulus dilectis suis sicut Philemoni quondam Onesimum remittit, implorans, & obsecrans, quatenus eum vt sua viscera suscipiatis: quia & si fortassis ad horam aliquando quidem vobis inutilis, exemplum non bonum ceteris tribuens visus est; nunc autem & vobis & nobis & plurimis utilis est, longanimitatis formam, & patientiæ cunctis ostendens. Rogamus ergo, vt penes vos non sibi tam suus obstit excessus, quam fidei & amoris erga vos habiti profit affectus. Et quia noxam propriam, & pœnam indictam sibi confiteri non renuit. animaduersione remota quam meruit, Patronos vestros, sanctos scilicet primos Apostolos se proficue adijisse & salutasse de reliquo sentiat, & de tanto sibi collato munere lætetur & gaudeat, vt vbi abundauit peccatum, superabundet secundum Apostolum gratia. Data pridie Calendas Nouemb. Indictione X. Psal. 57. 3. Reg. 3. Ad Philem. 1. Rom. 5.

EPISTOLA XII. B. IOANNIS PAPAE VIII. A

PRECATVR Imperatorem vt Madelgero, qui Romam Veniam petitem venerat, homicidium perpetratum condonet, eumque in gratiam recipiens, cum parentibus defuncti pacem inire iubeat.

IOANNES EPISCOPVS
Ad Imperatorem, & Imperatricem.

DVM non minus pro misericordiae intuitu delinquentibus, Vassallum vestrum qua accepta dumtaxat exhibito, quam iudicij seueritate in improbos exercenda, omnipotens Deus gloriam serenitatis vestrae Imperiali voluerit sublimare decorere; dignum profecto esse rati sumus pastorali cura fungentes, apud maiestatis vestrae excellentiam pro multorum salute, vel vitae indulgentia, & praecipue illorum, qui diabolico licet instinctu nefanda committentes, ad Apostolorum principum Petri ac Pauli fautorum vestrorum limina, diuina tamen pietate commoti, venire festinant, & misericordiam humili prece implorant, toto mentis annisu intercedere, atque pro viribus consolationis operam, in quantum fas est, petentibus impartiri clementer. Vnde pro huius viri, Madelgeri videlicet nomine, qui aduersario incitante quendam hominem Odelricum vocabulo peremit, salute, membrorum omnium integritate, & rerum suarum restitutione maiestati vestrae suggestimus filiorum carissime, vt pro amore Dei, & Domini nostri Iesu Christi, sanctorumque Apostolorum, quorum limina praefatus Madelgerus adiit, nostraeque paternitatis, quam sincerissimam erga nos habetis, dilectione precamur; quatenus gratiam vestram plenariam ei reddere non dedignemini: eoque cum vestrae serenitatis respectu accepto, pro suis valeat excessibus poenitentiam fructuosam accipere, qua commissi possit piaculi noxias sordes abluere, vt spiritus saluus sit in die Domini, de omnibus vlticem dantis vindictam. Nam pro tanti itineris labore durissimo; quem veniendo perpeffus est, sicut credimus, aliquantulum de peracto scelere indulgentiam meruit, eius utique intercessionibus adiutus, cui dictum esse a Domino constat, Tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quod cum ita sit, precamur etiam, vt cum cum parentibus eius, qui defunctus est, paciscere iubeatis, ne malus deinceps malum quo multorum animae noceat, perpetretur. Data vtsupra.

1. Cor. 5.

Matth. 16.

EPISTOLA XIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

VT Frothario Burdegalsi Archiepiscopo, cui tamdiu Bituricensis Ecclesiam committit, quamdiu Pagani Burdegalsensem diocesim obtineant, omnes obediant.

IOANNES EPISCOPVS
Clero, plebi & ordini S. Bituricensis Ecclesiae.

SUGGESTIONIS vestrae relegentes Epistolam, quod ab Apostolatus nostri auctoritate de confratre nostro Frothario reuerendo Archiepiscopo postulant; hoc nos aliorum testificationibus, & praecipue serenissimi semper Augusti, spiritalis quoque filij nostri relatione

Alatione comperimus, sed & legatis Apostolicae sedis, Leone videlicet venerabili Episcopo apocrisario, & missis sanctae Romanae Ecclesiae seu Petro aeque venerabilibus Episcopis reuertentibus didicimus penè totam prouinciam Burdegalsensem Metropoli pertinentem, sicut ab his qui causam illam nouerunt, iidem nostri legati discere potuerunt, ita esse paganorum persecutionibus desolatam, vt non solum ipse confrater noster illic lucri aliquid subiectis conferre non possit, verumetiam habitatio fidelium inde subtracta consistat. Quapropter quia eundem virum Frotharium reuerendum Archiepiscopum probis moribus actibusque praclaris, & ad lucrum animabus hominum conferendum idoneum esse comperimus, ne talis, tantusque vir otio, quo prodesse alijs valeat, minimè vacet; eiusdem sanctae Bituricensis Ecclesiae, cui subestis, ei pastoralem curam Apostolica auctoritate committimus, & in ipsa eum inordinandum necessario esse censemus. Cui vos ita decentem obedientiam, & canonicam subiectionem humiliter exhibere, utpote re vera Metropolitanum iura tenenti, proprio rectori, & vestro antistiti conuenit, & ex nostra Apostolica auctoritate distinuit aduertitis; & ecce mandatum habetis, quatenus de bono vestrae obedientiae nobis Deo gratias referentibus, & vobis, reuerentia competenti ipsum praefatum Archiepiscopum excolatis: & ille vobis tamquam pro vobis rationem Domino redditurus modestè praesce studens, vt dilectos filios amplectatur. Porro sciatis, quia sic ista non modica interueniente necessitate barbara modò concedimus, vt tali necessitate remota, remoueatur etiam id, quod necessitas imperat. Data V. Kal. No uembris, Indictione X.

EPISTOLA XIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

Eiusdem argumenti.

IOANNES Reuerentissimis & sanctissimis
fratribus nostris Episcopis, per Bituricensem prouinciam constitutis.

DIA Burdegalsensem Urbem, sed & totam penè prouinciam quorundam vestrum litteris, sed & Leonis Apostolicae sedis apocrisarij, sanctissimorum nostrorum expressa relatione didicimus, diuersis cladibus; sed praecipue incurfibus Normandorum deletam, & in solitudinem partim gladiis, partimque captiuitate deductam: necessaria rerum (vt cum sancto Papa Gelasio decessore nostro dolentes, gementesque fateamur) dispositione constringimur, & Apostolicae sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro praesulum decessorumque nostrorum praescepta metiri, vt quae praesentium necessitas temporum pro instaurandis Ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri temperemus. Ecce enim ne de ciuitate ad ciuitatem Episcopi transmigrant, sancti canones prouidè sanciant: sed si huiusmodi sanctiones sine vlla discretionem vel dispensationem ducimus obseruandas, nullam compassionem fratribus exhibemus; quos gentilium gladios passos causa fidei Christianae seruandae, videmus egentes, angustiatos, afflictos, hac illacque palantes incedere: praesertim cum nonnulli eorum ita sint per

Epist. 6.

Nicen. cap. 15.
Chalc. c. 5.

per Dei gratiam illustrati, vt non solum scientia, sed & moribus; non solum verbo, sed & exemplo plurimos valeant erudire. De quorum numero quia Frotharius Burdegalensis dudum antistes, (vt testatur vestra fraternitas) extat; necessariò duximus eundem virum alij Ecclesiae praepone- dum & incardinandum, Bituricensi videlicet, quae & vacans esse nobis denunciata est, & tanti viri digna regimine; ne per minus idoneum rectorem salubre saluandarum animarum desit ei praesidium: & nos è contra ingentis culpae inuoluamur annexu, si tanto urgente discrimine, tantam minus con- sulamus Ecclesiae propugnatori hanc probabili minimè committentes. Prioribus itaque manentibus regulis inconuulsis, quae vbi nec rerum nec temporum urget necessitas, iure conuenit obseruari, vacante sede Frotharium fratrem & Coepiscopum nostrum in sede Bituricensi praeficiendum ordinauimus sacerdotem ita vt in ea incardinatus, & quodammodo auctori- tatis Apostolicae priuilegio radicans, cetera Metropolitana Bituricensis ecclesiae ac dioeceseos iura, tamquam Deo contemplante obtineat, dispen- set & ordinet, omni posthac querimonia inuidorum prorsus ablata. Cui vos tamquam proprio Metropolitanò conuenit obedire, & competentem exhibere secundum pristinum morem, reuerentiam & honorem. Sanè la- tere vos nolumus, sic nos ista interueniente non modica barbarica necessi- tate nunc concedere, vt tali necessitate remota consuetudinariè vltius nõ requiratur, quod remoueatur etiam illud, quod necessitas imperarat.

Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo nunc & semper va- lere. Data VII. Nouemb. Indictione X.

EPISTOLA XV. B. IOANNIS PAPAE VIII. C

Vt Madelgero restituat ea, quae propter homicidium amiserat. praeterea vt mona- sterio sancti Amantij res ablatas reddendas curat.

IOANNES EPISCOPVS
Reuerentissimo Gesliberto Episcopo sanctae
Cartensis Ecclesiae.

Dilectionis vestrae reuerentiam spiritualibus pollere virtutibus proculdubio arbitantes his Apostolatus nostri litteris con- uenire, ac pro praesente viro Madelgero, qui suadente ad- uersario, quemdam hominem Odelricum nomine gladio peremit; vnde diuina inspiratione compunctus, ad limina sanctorum Apostolorum principum Petri ac Pauli, per lon- ga itinerum spatia pro ipsius delicti abolitione venire curauit, petere stude- mus, vt pro amore Dei, & eorum ad quorum sacratissimas Ecclesias venit, & pro suis excessibus Deum deprecatus est, necnon & pro nostrae paterni- tatis dilectione, illi omnes res proprias, atque beneficium cum propriis ho- noribus quos abstulistis cum plenaria gratia reddere non dedignemini, si- cuti dilectionis nostrae consortium, & caritatem circa te cupis habere sin- ceriter illibatam. Data vsupra.

Aliquid deest. Gloria mansuetudinis vestrae cognoscat, quia Roffredus gloriosus Co- mes monachus sancti Amantij beato Petro Apostolorum principi tribuit. Cuius quoniam quasdam res Vmfredus comes dicitur abstulisse, pietatis vestrae

A vestrae gloriæ supplicamus, vt pro amore sanctorum Apostolorum princi- pum eisdem res reddi praefato monasterio praesentaliter faciatis: quatenus fructus vestrae mercedis maneat in saeculum saeculi. Data vsupra.

EPISTOLA XVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

SIGNIFICAT quosdam, qui Romam ad concilium vocati venire neglexerant, se excommunicasse, nisi ad certam praestitutum diem venerint, hortatur: vt quoad illi absuerint, eorum officia exequantur.

IOANNES EPISCOPVS
Dominico Oliuolensi, & Leoni Caprensi Episcopis.

Anticitatem vestram nolumus ignorare misisse nos Felici, & Petro Episcopis, & Dominico, qui vocatur electus Torcel- lensis Ecclesiae, seu Abbati Altinensis monasterij, atq; Archidiacono Torcellensis Ecclesiae, necnon & Archipresbyte- ro & Archidiacono, atq; huius æquiuioco, ac nepoti Lauren- tio Diacono Gradiensis Ecclesiae, quia rotiens à nobis voca- ti ad concilium Romae occurrere contempserunt, suam excommunicatio- nis sententiam, & eum qui ex his nunc saltem venire distulerit, tam diu post Idus Februarias omni Ecclesiastica communicatione priuasse: quamdiu in obstinatione propria perseverans Apostolicam adire sedem contempserit.

C Alios enim horum nostro concilio pro communibus Ecclesiae vtilitatibus volumus interesse. Quosdam autem quia super quibusdam reprehenduntur excessibus, de his satisfacturos requirimus. Vnde fratres carissimi vos in spe- culo esse praecipimus, & si quidem praedicti Episcopi, dextera excelsi cor- da eorum immutante, ad concilium nostrum circa Idus occurrerit, vt praedi- ctum est, Februarias; vos per ipsam regionem morati, quae sunt verae reli- gionis peragite: ne quis sine perfectis Christianitatis sacramentis abscen- dat, neque paenitens minus reconciliatus deficiat, & cetera illic interim defi- nite, quae ad speciale pertinent Episcoporum officium. At verò si pater in- obedientiae, sic mentes eorum obfederit, vt obedire omnino dispiciant; re- stat vt eo, qui obaudierit benignius tractato, qui praenotato tempore ex his omnibus absuerit, post excommunicationem nouerit se anathematis gla- dio puniendum. Qua de re prauidimus haec omnia nota facere vobis, vt ea scientes ad omnium notitiam perferatis, & hoc ad quod decreuimus exhor- tari magnopere studeatis: quòd si vos non audierint; non enim (vt Dei ad Ezechiel voce dicamus) volunt audire vos, quia nolunt audire nos, habete illos, & habendos vbiq; modis omnibus praedicate sicut Dominus praeci- pit haberi eum, qui Ecclesiam non audierit; tantumdem est si dicatur, sicuti nos eos haberi decreuisse supra significauimus. Videte autem, ne persona vobis quaelibet silentium possit imponere; ne, quod absit, tamquam idolola- trae iudicemini. Est enim (Samuel edocente) quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere. Si praeterea Felix vel Petrus impedimento inuitabili prohi- bitus non venerit, idoneum virum ex diaconibus Ecclesiae suae mittat per om- nia vices suas suppletem. iam verò si quoquomodo potuerint & noluerint, quia idcirco excommunicationis vnà cum tanti mali auctoribus sunt nexi- bus

bus irretiti, non solum ab eorum vos communionem prorsus arcete, sed & ab omnibus qui eis communicauerint (sunt enim pari omnes obligatione constricti) optamus sanctitatem. Data Kalen. Decembris, Indictione decima.

EPISTOLA XVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

ROGAT Episcopos, qui Romam ad synodum euocantur suis sumptibus alati, quibus nisi accesserint, excommunicationis sententiam minatur.

IOANNES, VRSO DVCI VENETIARVM.



Vm pro causa venerabilis fratris nostri Petri sanctae Gradenensis Ecclesiae antistitis finienda, Dominicum vocatum electum, cui estis filium tuum sociandus ad Apostolicam sedem mittere promiseras, nec tamen verbum venisisti. Cuta est, valde mirati sumus: & quod non omni spiritu, nec in omni negotio credere docente Apostolo debeamus, patienter aduertimus: Exhibito enim rerum praeteritarum, certitudo est futurorum: Quia verò idem frater & coepiscopus noster more maiorum sedem Apostolicam appellauit, immo alacriter adiit, obsecrans, ut controuersia, quae inter se vertitur, & praedictum Dominicum, vtraque coram posita parte, finem legitimum imponamus: secundum quod se ratio habet, & ius canonicum dicitur, rursus precipimus, ut iam dictus Dominicus Kalendis saltem Februarijs Romam nobis satisfactorius, & sese purgaturus occurrat: ambitionis enim crimine denotatur; ac per hoc iuxta sacros canones manifestum est confiteri eum de crimine; qui purgandi se occasione non vitur, iam verò si dixerit se non venientibus Episcopis venire non posse, nouerit & Episcopos nos illius regionis occurrere, praecipere, & eundem Petrum venerabilem Domini sacerdotem imitandum tribuere, qui cum Metropolitanus esset, nullis comitantibus secum Episcopis, memoriam Apostolorum veniendo, sicut quondam sanctus Athanasius honorauit: verumtamen & ex Episcopis duos venire decernimus, Felicem scilicet & Petrum, ut tantum negotium non sine praesentia regionis Episcoporum huius cognitionem habentium diffiniri quoquomodo videatur: ita ut si forte se Felix venire nullo modo posse praetenderit, Vicarium suum mittat, qui & mittentem se iureiurando excuset, & in synodo vicem mittentis adimpleat. Petrus autem si adest, modis omnibus veniat, si quidem (ut perhibetis) Constantinopolim mittendi nec mos vester nos latet, nec tempus. Matarius quippe prius huc venire ac redire ad propria poterit, quam mari mos & tempus accedat itineris. Praeterea iubemus Archidiacono ad nos venire Torcellensis Ecclesiae: similiter & Altinensis Abbatem monasterij. Nihilominus & Archipresbyterum & Archidiaconum, atque huius aequiuocum, & nepotem Laurentium Diaconum Gradenensis Ecclesiae, quo in praesentiarum super his, quibus impetuntur, idoneam rationem, canonicamque (si nocentes sunt) subeant vltionem. Quae omnia ideo gloriae tuae nota fieri volumus, ut illi ad Apostolicam sedem, sanctamque synodum occursuri, liberalitatis tuae adminiculis sustententur, sumptibusque locupletati laborem itineris facilius, ac leuius ferant, secundum pios Principes, qui in talibus munificè semper erant intenti. Hos autem quos hac auctoritate Apostolica praesentandos sedi decreuimus, quia

Principum in Episcopos munificencia.

tertio

A tertio iam commoniti luicisque occurrere contempserunt, Romam diebus Februarijs fore venturos decreuimus, nisi forte instanter properare delegerint. Porro, post Februarias tam diu sit vnusquisque ipsorum cum fautoribus suis excommunicationis vinculis innodatus, quamdiu ad sedem Apostolicam non occurrens, nullam idoneam super se rationem regulariter exhibuerit, sciens se anathematis postmodum sententia feriendum. Dat. Kal. Decemb. Indict. X.

EPISTOLA XVIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

FELICI & Petro sacris interdicit ob non exhibitum Gradeni Archiepiscopo obsequium, eosque sub excommunicationis poena Romam ad concilium venire, & si impediti fuerint, vicarios mittere iubet.

B IOANNES, FELICI ET PETRO Episcopis Mandanaucensi, & Equilensi.



Vam ingrati & inhumani fueritis erga Reuerendum fratrem nostrum Petrum Ecclesiae Gradenensis Antistitem, in hoc maxime datur intelligi, in quo ille pro legibus paternis incolatum arripies, nullum vestrum, comitem suae peregrinationis habere promeruit: praesertim cum ad limina sit Apostolorum profectus, sedemque adierit, vbi semper Catholicis subuenitur, & vbi plurimi sanctorum iniuria passi petra, a qua Petrus nomen fortitus est, refugium inuenerunt. Additum autem est huic rei, quoad maioris contumaciae vestrae cumulum demonstrandum; quia scilicet non solum cum illo stantes secundum Prophetam, minimè ex aduerso ascendistis, & opposuistis murum pro domo Domini: sed quasi rebelles rupto vnanimittatis foedere transistis ad hostes; & cum non sitis cum illo, facti profecto estis aduersus illum, sicut Dominus ait: Qui non est mecum, contra me est, in quo & ipsam bestiarum transcendistis sauitiam, parricidalibus aduersus eum vtentes consilijs: pro quibus omnibus Apostolatus nostri vos Romam occurrere, & pro his & alijs, quae corrigenda duximus, satisfacere non semel apicibus comonimus: sed venire haecenus modis omnibus contempistis. Quapropter vos a sanctis mysterijs interim celebrandis auctoritate summi Pastoris arcemus: iubentes, ut Idibus Februarijs istius Indictionis, si adestis, vel si durae infirmitatis pondere non grauamini, synodo nostrae Romae celebrandae interesse inexcusabiliter maturetis: quatenus & ab obiectis purgemini, & a capite tam scilicet Apostolica sede, quam Metropolitana vestro in nullo diuidamini: ne (quod absit) circumueniamini a Sarana, qui videlicet semper dissensione gaudet; membra quippe, quae capiti non haerent, inter mortua deputantur; sicuti proculdubio vos, qui nec Apostolicae sedis, quae est caput omnium Christi Ecclesiarum, decretis haeretis, nec affectui Metropolitanis proprijs & patroni atque magistri. Iam verò si Idibus saltem Februarijs occurrere contumaciter paruipendistis, tam diu estote post hac omnis Ecclesiae communionem vnà cum vobis fauentibus alieni, quamdiu venire, ac satisfacere super quibus impetimini non curatis. Ecce enim venerandos forte canones tenetis praemanibus, qui tales faciunt non communicaturos, donec purgentur. Porro si quisquam vestrum nullo modo se posse venire praetenderit, Vicarium suum mittat, qui & mittentem se iureiurando excuset, & in synodo vicem mittentis adimpleat. Data Kal. Decembris, Indictione X.

Ab Apostolica sede Catholicis semper subuenitur.

Ezechiel 13.

Math. 12.

1. Cor. 2.

Epist. Tom. 3.

Cc

EPI-

EPISTOLA XIX. B. IOANNIS PAPAE VIII. A

INVEHITVR in Dominicum electum Episcopum, quod bis vocatus Romam non acceperit: eumq; nisi venerit constituta die, excommunicat.

IOANNES, DOMINICO, VOCATO
electo Torcellensis Ecclesiae.



Via fama crebrescente Torcellensem inuasisse dicebaris Ecclesiam; semel & bis decreuimus, te Romam venturum, vt coram posito fratre nostro Petro sanctae Gradenfis Metropolitanano antistite, vnà cum Episcopis, qui degunt sub ipso, facta super te discussione rumor longè lateque resper-
sus aut innoxius patefactus absolueretur, aut comprobatus noxius damnaretur, venire modis omnibus constituimus. Vnde meritò à nobis fore damnandus, nisi erga te petente nobis dilecto nobis Vrso glorioso Duce, minus feueritate, quam patientia vteremur. Verùm quia eatenus non venisti, excommunicatum te iure à nobis esse cognoscere, in promptu habentibus, secundum Apostolum vlcisci omnem inobedientiam: verùm quia nec sic interim contempti salutem tuam contemnimus, vnde tertia ecce te vice vocamus, & Idibus Februarijs praesentis decimae Indictionis nostro concilio Romae adesse mandamus: ita vt si tunc non occurreris, tamdiu sis cum fauentibus tibi deinceps à nobis & à toto Christi corpore alienus, quamdiu nimis respiciens, obediētia nequaquam iussis nostris colla sum-
miseris. Porro si in hac indisciplinatione permaneris, noueris deinceps tibi veniam denegandam: & secundum sanctos canones nil de absentia penitus lucraturum, & non solùm communionis, sed & honoris iacturam anathemate perculsum sine fine passurum. Data Kalen. Decembris, Indict. X.

2. Cor. 10.

EPISTOLA XX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

GRATIAS agit, quod Apostolicae sedis monitis paruerit. Episcopos ad synodum venire iubet.

IOANNES, GLORIOSO
Duci Venetiarum. D



Ratias gloriae tuae pro benigna deuotione tua referimus, quam non solum verbis, sed & operibus erga nos studiose declaras, & frequenter ostendis: & ideo nos paterno circa te detinemur affectu; & in his, quae ad tuam, tuorumque pertinere, ac prodesse vtilitatem cognoscimus, prompti, & benigni semper esse curabimus: Ita vt in diuinis praecipis, sacrisque canonibus impedire intentionem & sanctionem nostram nunquam consentias: sed cum tibi de rebus Ecclesiasticis quicquam iniungimus, sicut deuotus filius nos obaudias, & adimplere quae dirigimus, alacri semper animo studeas: quoniam nos tanto in causis tuis, & vbi tibi oportunitas fortassis euenerit, promptiores tecum nos esse, ac benigniores inue-

SUMMORVM PONTIFICVM. 303

A inuenies; quanto te nos nolle à mandatis Dei aliquo modo auertere manifestius viderimus. Nam tibi charissime tamquam familiari nostro familiariter scribimus: quia nullius mortalis amorem praepone Deo iustitiae possumus, qui nimirum Euangelium legimus dicens: Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Veniant igitur Episcopi ad synodum nostram, vt ipsis nobis rei veritatem significantibus, causam fratris, & Coepiscopi nostri Petri illis praesentibus facilius diffinire valeamus. Is verò qui valida infirmitate, vel senectute grauatur, si villo modo venire non potest, Vicarium pro se strenuum mittat. Ille verò qui Constantinopolim ire refertur, si nondum abiit, nec abire eis Februarium mensem speratur, ab hac communi vtilitate nullo modo se subtrahat; sed veniens veniat, vt omni litigio terminato in Ecclesia Dei non nisi pax & tranquillitas perueniret. Optamus gloriam tuam semper beneualere. Data VII. Kalen. Decembris, Indictione X.

Matth. 10.

EPISTOLA XXI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

NARRAT calamitates à Sarracenis Ecclesiae illatas, & Imperatorem precatur, vt auxilium aduersus eos sibi mittat.

IOANNES EPISCOPVS
Carolo Imperatori.



Vanta & qualia per impiam gentem patiamur Sarracenorum: quid dicam? quia scribere quilibet stylus non sufficit, cum omnia ligna siluarum, si vertantur in linguas, enarrare non valeant. Quorum quia ex his quaedam vestra iam didicit excellētia, praedisposuit exercitum suum ad hanc remouenda cum valida manu dirigere. Quo nos audito, mox eleuatis manibus Dominum collaudauimus, eiusque clementiam pro Imperio vestro latentes protinus exorauimus. Sed quanto fili charissime larati sumus in his, quae dicta sunt nobis; tanto, heu, tristati & amaricati, quia quae dicta sunt, rerum non sunt effectibus consummata: reuersi quippe sunt, vt audiuius, & solis pagani gaudium, nobis autem non nisi tribulationem inenarrabilem reliquerunt: & ecce, prohdolor, inimicis Crucis Christi gratulantibus, solus fidelium coetus magna maestitudine consumitur: Christianorum sanguis effunditur: deuotus Deo populus continua strage vastatur: nam qui euadit ignem vel gladium, praeda efficitur, captiuus trahitur, & exul perpetuus constituitur. En ciuitates, castra & villae destitutae habitatoribus perierunt; & Episcopi hac illacque dispersi, sola illis Apostolorum principum limina derelicta sunt in refugium; cum Episcopia eorum inferarum sint redacta cubilia, & ipsi vagi, & sine testis inuenti, non iam eis liceat praedicare, sed mendicare. Ecce carissime peruenit gladius vsque ad animam: Ecce dies, in qua clamamus, beatae steriles quae non genuerunt: Ecce illa periculosa tempora Pauli voce praedicta. libet ergo cum Hieremia clamare: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, vt plangam tantam, ac talem miseriam, tale ac tantum excidium patriae? Sed & in tristitia, quin potius in ruina
Epist. Tom. 3. Cc 2 domina

Psal. 121

Luc. 23.

Hierem. 9.

domina gentium, regina Urbium, mater Ecclesiarum, consolatio tristem, A
 portus periclitantium. Ecce inquam re vera dies tribulationis, & angustiae,
 dies calamitatis & miseriae: Preterito quippe anno seminauimus, quid est?
 sed non recollegimus. Hoc verò anno quia non seminauimus, nec est re-
 colligendi fiducia. quid de paganis dicimus, cum Christiani nil melius
 operentur? Quidam videlicet ex confinibus, & vicinis nostris, quos Mar-
 chiones solito nuncupatis: nam vt propheticè dicamus, residuum locustae
 comedit bruchus. & quid Sarraecenis incredulis? qui sunt filij ancillae? forte
 relinquitur ab illis, qui per fidem libera deberent existere filij? vsque ad
 terram depascimur. quid enim illi faciunt, & isti peiora non faciunt? illi ter-
 ram occupant, isti cum Petro nihil ex ciuitatibus, vel ex rure dimittunt:
 illi occidunt gladio, isti ablatis omnibus fame trucidant: illi in captiuitatē
 ducuntur, isti sibi in seruitutem redigunt. Et cum quaritur, quis aduersus B
 hostes dimicet? inueniuntur nulli, cum scilicet eorum oppressione reten-
 ti, ad mandatum nostrum occurrere nulli profus inueniantur. Sed cum
 vndique angustati clamamus, non est qui audiat, non est qui adiuuet; non
 est qui saluum faciat, nisi tu fili carissime, & Imperator elementissime, qui
 post Deum factus es nobis in refugium & solatium & auxilium. Quocirca
 toris praecordiis, totisque commoti visceribus, cum episcopis & presby-
 teris, ac proceribus, totisque plebis (nobis olim commissa) reliquis, depre-
 camur, iube tandem aperire aures, audire gemitum, & singultus omnium no-
 strum; porrigere manum, & praestare opem patriae periclitanti, ciuitati in-
 ter multas miseras & arumnas iacenti, & huic Ecclesiae matri vestrae, à qua
 non solum regnandi, sed & in Dominū vnum, & verum credendi exordium
 percipistis. Quaeque in vltimo, spreto magno & bono fratre, vos more C
 Dei gratuita voluntate, tamquam alterum Regem David elegit, & prae-
 elegit, atque ad imperialia scepra prouexit. Cogitate itaque Dei cultor
 semper Auguste, à Propheta pramoniti: Si haec humiliatur, ad cuius con-
 fugietis auxilium? vel vbi relinquetis gloriam vestram? Perpendite quia
 si haec humiliatur, non solum gloria imperij vestri periclitabitur, sed & ip-
 sa profectò Christianae religionis cultura maxima ex parte peribit; & id-
 circo talia scientes, nolite, obsecro, iam differre: nolite de die in diem
 induciis non profuturis abuti; cum Prouerbiatore clamo, & cum Salomo-
 ne vociferor. Ne dicatis amico vestro vade, & reuertere, cras enim dabo
 tibi. & aliàs, Quod potest, inquit, manus tua facere, instanter operare, &
 cetera. Nescitis namque, vt cum venia uestra dicam, quod superuentura,
 pariat dies: Ita ergo fili Christianissime de hac Ecclesia; necnon & pa-
 tria velociter & prudenter excogitate, & ordinate, vt saltem ipsa paucif-
 sima reliquiae saluae sint, quae remanserunt, quaeque quotidie cateruatim
 gladio, & praeda dispereunt: Occurrite strenuè, subuenite celeriter, &
 manu consolationis vestrae ab oculis nostris tandem abstergite lachry-
 mas, quatenus super illis, & praesentialiter Deo propitio gaudeatis, &
 in futuro frequenti, ac laudabili relicta fama superstite cum Christo
 perpetes in caelestibus imperetis. Data XVII. Kalen. Decembris, In-
 dictione decima.

Ioel. 1.

Esa. 10.

Prou. 3.
Ecc. 9.A
EPISTOLA XXII. B. IOANNIS PPAE VIII.

*Vt compescat sibi subiectos à malis, quae perpetrabāt; quos si emendare non porue-
 rit, minatur illos se excommunicaturum. Legatis multa ei viua voce referenda se
 iniunxisse significat.*

I O A N N E S E P I S C O P V S

Lamberto Comiti XXII.



Bolim (si recordaris) salutem tuam atque profectum desi-
 derantes; & animā te saluari, & corporeis honoribus cu-
 melari quaesiuimus & optauimus. Et quia nunc multo am-
 plius hoc quā prius fili carissime volumus; scias paterno
 affectu à nobis te diligi, & vt spiritualement filium prorsus am-
 plecti: quoniam honorem, atque tuum profectum, nostram
 gloriam esse putamus, & de tua prosperitatis augmento in Domino gratu-
 lamur; vnde & tu non immemor nostri rogamus, vt semper & vt his quae vo-
 lumus, & quae nostrum de tuis hominibus Pontificium pulsant, emenda-
 re nullatenus praetermittas. non enim speramus, vt talia scias, qualia ab
 eisdem tuis hominibus in nostris finibus perpetrantur. Quae oportet glo-
 riam tuam studiose inquirere; & (sicut condecet) pro Dei & nostro amore
 omni conamine emendare: quia tam hominibus sancti Petri Apostoli,
 quā hominibus Guidonis, tui homines (sicut fertur) innumera mala fa-
 ciunt, & rapinas multas exercent. Quae rogamus statim emendare fa-
 cias, & tibi subiectis vltra tale quid facere non consentias. verū si id
 fortè emendare te non posse fateris, vt cum pace tua dicamus, in prauos,
 atque iniquos homines illos ob tui amoris dilectionem, tuo consensu ad-
 hibito, nostri Apostolatus sententiam dabimus, & quousque respiciant
 à liminibus sanctae Ecclesiae sequestrabimus. Iatores verò praesentium Mis-
 sos Apostolicae sedis, Acimundum scilicet & Vualpertum venerabiles
 Episcopos dilectos nostros ad tuam nobilitatem direximus, vt hi quod
 pagina reticuit, viua voce loquentes edicant: & reuertentes de tua be-
 neuolentia nos laetiores efficiant. Data XIX. Kalendas Ianuarij, In-
 dictione decima.

D
EPISTOLA XXIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

*LAUDAT quod legatos benignè exceperit, eiusque religionem commendat. vo-
 gat vt Ecclesia hostes coerceat. addit quaedam de Stephano & Sergio Ecclesiae thesau-
 rorum raptoribus.*

I O A N N E S E P I S C O P V S

Carolo Imperatori.



Nnumeras omnipotenti Deo grates, & laudes referimus, qui
 cor pietatis vestrae, quod in manu sua consistit, tanto sancti Spi-
 ritus gratia replere dignatus est, quanto sollicitius vos sacras
 aures ad profectum Ecclesiae nobis commissa diuinitus incli-
 nantes;

Epist. Tom. 3.

Cc 3

nantes;

nantes; & Apostolicæ sedis legatos, Leonem videlicet apocrisarium, & Missum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu Petrum venerabiles Episcopos, nostrosque dilectos ea benignitate, qua soliti estis, & eo amplius suscepistis, & illa quæ vobis pro statu, ac exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ suggererunt ad efficacem finem prouenire iussistis. Verè enim filiorum carissime cor vestrum in manu Dei est: quia eius consultu vniuersa disponitis, & sapienter imperium vobis collatum moderari studetis: quia ex vtero matris creuit vobiscum sapientia, & rectitudo fuit dilecta vestra amica: & quia præconiorum vestrorum humana lingua dari non sufficit multitudinem, ad illam quæ de infidelibus nostris, & vestris peracta sunt epistolariter abeamus; vestris quidem benignissime Imperator apprimè eruditus viris, & Deum timentibus, Ansegiso scilicet reuerendo Archiepiscopo, & Adalgarionen. Episcopo, communibus quoque fidelibus nostris iuxta quod petieramus, pro honore atque vtilitate sanctæ matris vestræ Ecclesiæ Romanæ à vobis directis Romam peruenientibus, & quantum vobis iustitia placeat, luce clarius agnouimus, & de affectu filiorum, quem erga nos conseruatis in Domino gratulati sumus: sed de infidelibus sanctæque Romanæ Ecclesiæ hostibus (quos pro multis sceleribus, ac prauitatibus suis ouile Christi non recipit) huc illucque latitantibus, & nefandissimos actus suos tegere molientibus, non vt oportuit, neque sicut vestri voluerunt legati, de illis potuit adimpleri. Nam, vt ita fateamur, à sibi similibus infidelibus vestris, & inimicis nostris, quibusdam scilicet Marchionibus, quos iisdem vestri legati narrabunt, occultatis & effugatis, nec ad se percutientes reuersi sunt, nec alios suæ malitiæ inquinamento contaminare desistunt: Proinde clementiam vestræ celsitudinis imploramus; & per futurum Dei iudicium adiuramus; vt eosdem sanctæ Dei Ecclesiæ hostes, atque prædones, sacrilegos quoque siue tyrannos, ac per hoc à Christi collegio synodicè sequestratos, studiosius requiri iubeatis, & ad lugenda mala, quæ imprætermisè hæcenus operati sunt (sicut iam decreuistis) exilio deputetis: quia si ipsi, qui tantum Dei Ecclesiam macularunt, impunè iam vestram sanctionem diffugerint; vel si, quod euenire non debet, in vestro Imperio, quibuscumque (quod turpe est dicere) contra vestram voluntatem, eis fauorem præstantibus, tam absolutè discurrerint; totum idem vestrum Imperium coinquinabunt, & omni Christianitati dispendium generabunt: quia cum sint ipsi oues morbidæ, totum gregem contaminant, & erunt nouissima illorum peiora prioribus; ideoque maior morbus maiori medicina curandus est: ne si non debita, vel quali decet austeritate vulnera magnum foetorem dantia radicitus refecata fuerint, totum corpus Ecclesiæ tabescat: & nobis hæc sustinentibus, ministerium nostrum exercere non liceat. Non enim Stephanum & Sergium ad nos fraudulenter venientes recipere volumus; sed eos ad vestram venire iussimus maiestatem. Ceterum filii carissime, thesauros Ecclesiæ nostræ ab eisdem nefandissimis raptos, ac fraudatos, ita sciatis ab ipsis etiam celatos, vt per eos, qui hic de suis satellitibus remanserunt, inueniri non possint; illos verò, qui nouerunt vbi eos reconderint, ne detegi possent, apud se callidè retinent; & nisi ipsi capti fuerint, vbi sunt occultati nos nostrosque penitus latet. Veruntamen quid, vel quantum ab vno, & quantum ab alio, quantumque etiam in domibus eorum repertum sit, vestri iam dicti legati, & scri-

Luc. xi.

A & scripto & verbis vobis, si placet, edicant. Data xvij. Kalen. Decembris, Indictione decima.

EPISTOLA XXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

SCRIBIT intellecturū esse Imperatorem ab Episcopo Adalgario, cui pallium concedit, cur laudabile eius studium in causa Ecclesiæ ex voto non processerit. De Ansegiso & Lamberto ita gestum, vt ipse præuiderat, significat; ipsumque Adalgarium Episcopum vt fidelem mediatorem inter se & Imperatorem se decreuisse.

I O A N N E S E P I S C O P V S

Carolo Imperatori.



Audabilem quidem intentionem, & pium studium vestrum pro causa Ecclesiæ nostræ, matris videlicet vestræ, filii carissime viscerabiliter habitum, & bene dispositum cognoscetes; innumeras Deo gratias (qui totius boni auctor & moderator est, qui que docet hominem iustitiam) gessimus: sed impediuit nos Satanas, & spes nostra frustrata est, cum non ad votum nostrum, & commune propositum finis rei processerit. Qualiter autem vel quo faciente, ita causa prouenerit, Adalgarius sanctissimus Episcopus, quem nos vestri amoris causa, ipsiusque morum probitate non immeritò moti, palliatum ad vos ecce remisimus, à maiestate vestra interrogatus, vt per fidem, quam vobis se illasam seruaturum pollicitus est, adiuratus, edicet; illud tamen nos interim ad memoriam vestram reducimus, quod nobis olim de Ansegiso & Lamberto specialiter quodam præfagio futurorum, tamquam prouidus, re vera prænucciastis. Est enim ita gestum, vt præuidistis, & nil vos antelaturit, quod postmodum intellectus nostri oculus non aspexerit: non enim recte cum eo (sicut Episcopum decuit) ambulauit, sed per versipelles anfractus incedens multum à via rectitudinis deuiavit: quod cum exhibitum ad lucem veritatis extiterit, penitus euasurum non credimus impunitum: cuius scilicet certam rei poteritis circumstantiam proculdubio deprehendere, si vt prætulimus, idem almificus vir sub testificatione vobis promissæ fidei adiuratus, vos latere noluerit: sanè nosse vos volumus, quia cum sæpe memoratum antistitem adeo cognouissemus vobis esse fidelem, vt crederemus nullis muneribus, nullisque terroribus à suæ fidei erga vos habitæ sinceritate posse diuelli; adhæsit animæ nostræ salutis filius, & idcirco inter Pontificium nostrum & Imperium vestrum mediatorem illum fore decreuimus; ita vt quasi vocis vtriusque sit organum, referatque vestra nobis, & quæ nostra sunt, vobis annunciet; vt lapis angularis habitus in Christo Iesu, qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum. Data xvj. Kalen. Decembris, Indictione decima.

De Adalgario
Annon. 4. c. 33.

Ephes. 2.

EPI-

VT Vice Apostolica sedis fungens Venetiis pergat, & Episcopos eius regionis Romam ad concilium, sicut iusserat, venire faciat.

IOANNES REVERENTISSIMO
Delto Episcopo.



Vae dilectionis sinceritati pastoralis officij nobis sollicitudine iuncta, quam in confortium nostri laboris asciscere decreuimus; cognitum facimus, quia Petrus Reuerentissimus Venetiarum Metropoleos Antistes multis suffraganeorum suorum grauatius molestis, & canonicae constitutioni repugnantibus malis oppressus, delegit corde deuoto sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ad limina properare; indeque salutis & optatae consolationis opem percipere, vbi totius Ecclesiae Christus Deus noster fundamentum locauit, & religionis, atque iustitiae caput instituit. Et ideo querimoniis eius aures clementiae nostrae; litteris tam ipsi Vrfo Venetiarum Duci, quam suffraganeis eius Episcopis, quorum sanctorum inobedientia & temeritate canonicus vigor contusus, Ecclesiae Dei potestas exinanita, & Metropolitana dignitas corrupta exiit, vt in conspectu nostro, Apostolicaeque sedis praesentia, vtriusque partis praesentia existeret, liteque discussa, finem causae debitum aequo imponeremus libramine, litteras nostras direximus: sed ipse Dux excusationis verba potius, quam quaesitas a nobis personas statuto tempore maluit destinare. Vnde nolentes praefatum fratrem, & coepiscopum nostrum absque consolatione debita relinquere; rati sumus te vice nostra illuc dirigere: quatenus diuino fretus auxilio ea, quae praedicto fratri sunt necessaria prudenter peragas, & cum Domini timore cuncta persicias. Has igitur Apostolatus nostri litteras accipies pro vtilitate & salute Ecclesiae Dei: ceu idoneus Christi miles laborare satage: quoniam dicente Apostolo, Labor noster non erit inanis in Domino; & si socij sumus laboris, erimus profecto & consolationis. Christo igitur Duce, Venetiam perge: Vrfoque Duci epistolam destinatam tribue; eamque vt auribus audiendi audiat instanter admone, ne statuis Apostolicae sedis resistere, quin potius humili corde obedire procuret. Alteram vero epistolam Felici sanctae ecclesiae Equilensis episcopo, quem ad nos venire iubemus: Tertiam quoque Dominico Oliuolensis ecclesiae, & Leoni Caprensis ecclesiae episcopis, quos ibi manere volumus, eisque vt in his quae Dei sunt, te fideliter adiuuent praecipimus, tribue: Quartam vero Dominico electo ecclesiae Torcellensis dare procura, eosque terribiliter obtestando, atque iubendo; easdem epistolas in conspectu totius Ecclesiae, & populi, teque praesente legere facito: quibus nimirum perlectis tam eosdem Episcopos supra dictos, hoc est Felicem Marem autensem, & Petrum Aquilensem episcopos, necnon Laurentium Archidiaconum Gradensis ecclesiae, Abbatem coenobij Altinensis, Archidiaconum Roscellensem, & Archipresbyterum Gradensem, cum nepote suo Lauratio Romae in praesentia nostra, ex nostra Apostolica auctoritate Idibus Februariis omni mora, vel occasione postposita, secundum tenorem epistolae nostrae venire praecipere. Nam si in praedictis Idibus venire quolibet modo distulerint; sciant se omni Ecclesiastica communicatione esse priuatos, atque anathe-

1. Thess. 2.

A anathematis vinculis innodatos, quousque nostris se obrutibus praesentare curauerint. Cumque omnia iuxta nostrae praecceptionis affectum, pia & fidei deuotione compleueris, ad Ecclesiae tuae reuertere gremium, nobisque sub certitudine cuncta renunciare non differas. Vt si de cetero aliqua super his agenda sint arbitrio solerti, vt cura debita sollicitius Deo propitio peragamus.

EPISTOLA XXVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

ROGAT vt Romanae Ecclesiae suffragetur.

B IOANNES, RECHILDI AVGVSTAE.

De Rechilde Annonus lib. 5. cap. 24. & alius in locis.



Vanto amore spiritualis filius noster piissimus Imperator erga hanc sanctam matrem suam Ecclesiam flagret; ex hoc manifestissimè claret, quod causam illius apud te specialiter exequendam & ordinandam in vestris proprie manibus collocauit. Cui enim congruentius, & praestantius eam, quam praeter ceteris spiritualiter diligit, oro, committeret, quam vobis, quae ab eo sic diligi iubemini, sicut diligi a Christo iubetur Ecclesia? Vnde magnopere gratulamur de vobis tot audientes praecordia, & confidimus in Domino, quia onera, quae portamus, tam a Paganis, quam a perfidis Christianis vestri studij humeris alleviabitur, & eritis pro Ecclesia Christi, apud pium coniugem, more sanctae illius Esther pro Israelitica plebe apud maritum. Quia vero saepe ad Christianissimum coniugem vestrum semper Augustum diuersis pro necessitatibus siue missos, siue apices mittimus; ex hoc iam obsecramus & petimus, vos estote pro nobis oltium, lingua, & manus, immo totum pro nobis sitis aduocatoris fungentes officijs, & omnia pro nobis in omnibus facite. Ita vt amici quidem, & fideles Ecclesiae huius per vos apud apicem vestrum, locum, apud vos inueniant aditum, & salubre in necessitatibus suis omnino remedium, è contra vero inimici, & infideles per vos confundantur & excludantur: quia & nos pro vobis apud omnes, & in omnibus erimus, & praecipue apud beatissimos Apostolorum principes Petrum & Paulum amatores & protectores vestros, ita vt paterno vos affectu semper fouere studentes, & tamquam spirituales filiam dilectionis nostrae sinibus collocatam in Christo tractare, ac tegere perpetuo satagentes, apud eos commendare assiduis precibus studeamus, & vestri memoriam ad sacrosancta corpora ipsorum semper deponere satagamus. Latamur autem & iocundamur in Domino, quia beatam vos, & felicem dicent omnes generationes: quia pio committente coniuge, tam salutiferum ministerium assumpistis, per quod scilicet & in praesenti saeculo nomen bonum, quod est super diuitias multas, & caeleste acquiretis inter Angelos, & non finiendum Imperium. Data xvj. Kalendas Decembris, Indictione X.

Esther. 9.

Psal. 22.

COMMENDAT *Vigbodum Parmensem Episcopum.*IOANNES EPISCOPVS
Carolo Imperatori.

Via desiderandam nobis, & totis viscerum brachiis amplectendam dilectionem vestram nihil patimur ignorare eorum quammaximè, quæ ad cumulum gloriæ vestri noscuntur culminis pertinere; operæpretium duximus innotescere Vigbodum venerabilem Ecclesiæ Parmensis Antistitem Apostolorum adijisse limen, & sedem tam orationis voto, quam inueniendæ per nos vestræ gloriæ desiderio; cuius mentis arcana subtilius inuestigantes, nos planè minimè latuisse fatemur: quod & nunc sinceræ fidei erga pium imperium vestrum habendæ teneatur affectu, & hoc iam olim proculdubio rerum effectibus demonstrasset, nisi sibi esset à piæ memoriæ priori principe causa talis iniuncta, quam sine sui discrimine nocipendere nequiuisset; vnde rogamus data venia suscipite nunc illum vt mea viscera: quia & si forte quondam vobis erat inutilis; nunc autem vobis & nobis utilis; quamuis forte non sit dicendus inutilis, qui fidem ante promissam custodiens, simile circa vos seruandæ fidei dedit indicium: præsertim cum sperans in Domino non perdiderit, si mutauerit, fortitudinem, dum scilicet nobis hunc informantibus, si quopiam contra vos vsus est, pro vobis proponat iam totis viribus exercere. Vnde non dubitamus illum se fortiorem erga fidei vestræ constantiam exhibendum, quam fuerit quando contra Imperium vestrum perhibebatur sentire. Ergo clementissime Imperator: quia ab infantia creuit vobiscum miseratio, recipite illum tamquam ab ipsa beati Petri Apostoli patroni vestri confessione, & super eo mercedè habere contendite, non imputantes ei quòd nouissimus venerit: Quia & bonus ille paterfamilias operarios vndecimæ horæ pares fecisse describitur, his qui tertia hora venerunt: sed & vos non minus diligitis militem, qui primo quidem in bello terga dedit, & postea rediens premit fortiter hostem, quam eum, qui numquam terga dedit, & numquam aliquid fortiter gessit. sed quid multa? cum ecce nos ei apud pium Imperium vestrum fidei carissime fidem dicimus. Ecce nos pro illo vadem offerimus, tantum sic agat erga eum clementissima & serenissima pietas vestra, vt alij sub tegmen miseracionis vestræ, hoc comperto alacrius consuant. Et per interuentionem nostram quasi per immobilem pontem ad vos certatim transitum faciant. Siquidem hic in signum est, Apostolica testa quoddam positus, cunctos ad vos terrigenas, aut bene dispositus inuitabit, aut à vobis male tractatus terreat. Nam difficile esse credimus apud pietatem vestram quemquam per alios obtinere, quod per Petrum & Paulum Apostolorum eximios non poterit impetrare. Data vt supra.

EPISTOLA XXVIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

LAUDAT eius fidei constantiam erga sedem Apostolicam: Adelsisij & complicum fraudes detestatur, suumque & aliorum Ecclesiasticorum auxilium contra Sarra-

A *Sarracenos ei pollicetur, & hortatur, vt in fide persistat, vtque Episcopum Surrentinum ad se mittat.*IOANNES EPISCOPVS
Guaiferio Principi Salernitano.

Loriosa nobilitati vestræ, quam spiritualibus vnis amplectimur, & dilectionis semper sinibus fouere non mediocriter anhelamus, condignas gratias agimus: quoniam in fidei petra statuens constantiæ pedes, nec fluminibus, nec ventis diuersorum euentuum impetu potuit à stabilitate sua demergi; vel à nobis præstitis sponsonibus aliquatenus amoueri; fundata enim est supra petram: quæ autem de Adelsisij & complicum eius prioribus, ac modernis fraudulentis actibus indicatis; & ipsi veraciter sensimus, & sagacitatem tuam, vt se res habet, sensisse manifeste cognouimus: Erit autem eis vt Saul & Achab, & anima eorum pro anima inimicorum Dei, quoniam virum dignum morte dimittere minime formidarunt, nosque Deo fauente cantabimus, & psallemus, In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. & iterum: Lacum aperuit, & fodit eum, & incidit in foueam quam fecit: conuertetur dolor eius in caput eius, & cetera. Interim autem, quantum nos superna virtus adiuuare dignata fuerit, & in consilijs & in auxilijs vobis ferre præsidium non omitemus: sed piissimum filium nostrum semper Augustum ad adiuuandum vos tam per se, quam per exercitum suum quantocyus incitabimus.

Simili etiam modo & alios quosque fideles, & Ecclesiæ Christi amicos ad hoc ipsum excitare, atque hortari studiosius procurabimus, atque omnia, siue quæ nos cogitare, siue quæ vos salubriter adiuuata nobis intimare maturaueritis, gratulanter agere ingenti cum gaudio festinabimus: Interim autem state in fide, viriliter omnes agite, & confortetur cor vestrum, non Insultan, qui Satan congruentius dicitur, sed sperantes in Domino: ita vt omnes à Paganorum consortio subducatis, & vos ad pacem in inuicem, & concordiam vniatis in Christo Iesu Domino nostro: quicquid sanè consilij vobis vel accreuerit, vel salutiferum visum fuerit, nobis innotescere ne pigritemini, vt à libramine nostro, vel tamquam salubre approbetur, vel si aliter cælitus reuelatum fuerit, aliter & dispensetur. Etenim nos vestra damna, nostra credimus, sicut è contrario lucra vestra, nostra proculdubio deputamus. Episcopum interea Surrentinum siue per terram, siue per mare profectum, quia iam minus recepimus, haud parum moleste tulimus; & nisi ocyus mittatur, molestius non immeritò sustinebimus: at verò si ad nos indifferenter fuerit destinatus, tunc magna & solita deuotionis tuæ recognoscemus indicia. Et purè profectò circa pontificium nostram dilectionis tuæ sole clarius patebunt insignia. Optamus gloriam, &c. Data xv. Kalen. Ianuarij, Indictione decima.

EPISTOLA XXIX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

Eiusdem Argumenti.

LAN-



Sicut de sanctitatis tuę deuotione ab olim erga hanc sanctam Romanam Ecclesiam habita gratulamur; ita de infidelium & de inimicorum maleuolentia contristamur, nullatenus de omnipotentis Dei misericordia disidentes, quod & tibi condigna recompensatio, & illis repentina confusio maturatur. Verum, vt concedet, reuerentiam tuę fraternitatis laudabiliter amplectentes & gratias agimus, & vt in bono perseverare proficereque decertes, Apostolica mansuetudine deprecamur: Quatenus qui in illis regionibus & sanctitate decoratus, & deuotione prælatus es, sis etiã contra tortitudinem regula: & sicut hætenus fecisse probaris, contra infelices felicitas, & contra iniquos æquitas, atque lux contra tenebras: sciens illius, qui de tenebris dat lucem splendescere, solatium nobis & vobis citius affuturum, & nimis diu afflicte Christi Ecclesie omnipotentem Dominum consulturum. Præterea, quod de adiutorio, sicuti & ingens necessitas omnimodis postulat, à nobis conferendo, deposcis; hoc & nos meditamur, hoc volumus, & diuina gratia protegente, cito nos collaturos confidimus: quia iam calamitatem nobis commissi populi sustinere non possumus; iam deuastationem terræ istius aspicere non sulcimus; tantumque dolemus, vt dici non possit, si omnes artus nostri vertantur in linguam. Quapropter velle-
mus adhibito sanctitatis tuę consultu, necessaria ad communem securitatem negocia præuidere: tamen præter id quod ad præsens difficile posse fieri, vt ita dixerimus, cernitur; cum primum se nobis posse præbuerit (quamquam imperialem exercitum nos cito habituros speremus,) hanc ipsam necessitatem spiritali filio nostro serenissimo semper Augusto rursus significabimus; & vt quantocyus nobis potenti virtute iubuciat, humillimis precibus exhortabimur. Verum tamen propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate voluntatem timentium se faciet, orationes eorū exaudiet, & saluos faciet eos. Data xiiij. Kalen. Ianuarij, Indictione X.

Pg 144.

EPISTOLA XXX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

N V N C I A T propter imminetia pericula legatum ad eum mittere se non potuisse; tum multis exponit, Urbem magno in discrimine versari, cum Sarraceni, vastata Campania, excursiones longiore transmissio Aniene faciant: nonnulli præterea Christiani latrocinentur. Quare obnixè petit, vt promissa auxilia quantocyus mittat. duos præterea hac de causa legatos ad eum destinat.

I O A N N E S E P I S C O P V S
Carolo Imperatori.

Vm nos in Ecclesiasticis curis instantia quotidiana constringeret, & hincinde populi nobis commissi continuus dolor, qui cuncta nostra interiora perculit, perturbaret; illud (vt ita dixerim) inter alia fleuimus, quod nuncusque tam per terram, quam & nauigio ad vos nostrum Missum dirigere summo desiderauimus studio, vt nobis vestram prosperitatem desiderantibus, & anxie sitientibus renunciarentur citissimè sanitates

A res, sed omnino nequiuimus: hinc fateor fili carissime tanta per vtrumque iter impedimenta timuimus, quantum & per Paganos, & per iniquos Christianos sine respectu diuini timoris generari mala quæ ætas nostra nõ meminit, deploramus: tanta enim sunt, vt intra mœnia Urbis reliquæ populi innumera paupertate affectæ consistant, & omnibus forinsecus deuastatis ac in solitudine redactis, nihil iam restet, nisi (quod Deus auertat) ipsius Urbis excidium: Sed & quantum nos Leo veñ. Episcopus Apocrifarius & Missus sanctæ Romanæ Ecclesie, communis quoque fidelis à vestro seruitio rediens de hoc quod à vobis retulit post se vestrū exercitum contra Agarenos esse mittendū, lætificauerat, tantum hucusque cumdem nobis expectatibus, quod consecuti non sumus, validior mœror, & ineffabilis angustia contristauit: quia tota Campania ab ipsis Deo odibilibus Sarracenis funditus deuastata, iam fluuium qui à Tiburtina vrbe Romam decurrit, furtim transeunt, & tam Sabinos, quam sibi adiacentia loca prædantur; Sanctorū quoque basilicas & altaria destruxerunt, sacerdotes & sanctimoniales, alios quidem captiuos duxerunt, alios autem variis mortibus necauerunt, & omnē Christi sanguine redemptum populum in circuitu deleuerunt. & quid dicam? aut quid loquar? cum peruenit gladius vsque ad animam, & sanguis omnium de terra clamer ad Deum? Ergo præcellentissime Cæsarum, iam iam nostræ calamitati succurrite, iam populi nostri miserias releuate, iam vestrę potentie manum porrigite; & hanc terram, cuius vobis necessitates ab ipso vestræ vocationis initio notas fecimus, liberate: ne si perditæ fuerit, vestrū vilescat Imperium, & totæ Christianitati nascatur dispendium. Reminiscimini igitur propter Deum, reminiscimini: quia multa spe & fiducia freti, diuinitus & humanitus ad Imperij gubernacula promerenda pro vobis certamina sumpsimus, nullique labori peperimus: ideoque vicem nobis rependite, vt spes & labor noster non sit inanis in Domino: quia cum hæc fuerit semper apud vos summa nostræ petitionis, si amplius nobis auxilium vestrum subtraxeritis, in desperationem lapsi deficiemus, & forsitan ad aliud consilium resumtis aliquantulis viribus necessariò transcendemus. Non enim (sicut vos forsitan aestimatis) mediocre malum tota nostra Ecclesia patitur, minimis status reipublicæ damnis afficitur: sed alia Sarracenorum incurfibus, alia autem Christianorum ita sunt exterminata & deuastata tyrannide, vt non nostra sint, quæ nostra fuerunt: quin potius solo nomine omnibus illis vtamur; & vel ad defensionem patriæ, vel ad aliquam utilitatem nostræ Ecclesie quorumlibet solatia numquam inueniamus. Præcipue autem multi, quos vestra nõ ignorat maiestas, nõ solum nulla nobis solatia conferunt, verum etiam quidquid residuum est à Paganis, imprætermissem subtrahunt, & omnem nostram dispositionem in territorio Romano suis violentiis calcant; adeo vt nec victualia, nec vlla quadrupedia in omnibus nostris remaneant, nec vllum qui nobis compatiatur, vel nostros singultus, aut gemitus doleat, oculi nostri aspiciant: sed quia tanto Imperatori pauca sufficiunt, & ex istis iam fili carissime, quæ nos præ gemitu & afflictione cordis loqui non possumus, vniuersa alia cognoscetis, quasi humo prostrati vestram magnificentiam deprecamur; & per futurum iudiciū adiurantes, cum tota nostra Ecclesia vestro diuinitus protecto Imperio totis viribus suggerimus, votisque supplicibus preces multas effundimus, vt contritæ, & omni humano solatio destitutæ sanctæ matri vestræ Romanæ Ecclesie defensionem, debitamque tuitionem, cunctis remotis occasionibus, cunctisque

omissis dilationibus, omnimodis praebeat: quia cum iam iuxta praecipitum A
 consistamus, nisi manu vestrae defensionis & necessariis nobis sicut praemissi-
 mus, immo sapius exorauimus, quanto citius opibus subuenire studueritis,
 spe viuendi per Christianos sublata, aut ipsis Paganis subijciemur, aut (quod
 auertat diuina potentia) ab eorum multitudine victi, ad oem Christianitatis
 interitum crudeli nece peribimus: ac per hoc & Christi nomen in gentibus
 blasphemabitur; & vestrae opinionis ante acta studia obliuioni trademus.
 Huius rei gratia (sicut supra meminimus) opportunum adiutorium conferen-
 tes, nobis vestrum exercitum ad hostilem expeditionem promptissimum desti-
 nate, aliosque Deum per omnia diligentes Missos, qui vitiorum flammam iu-
 stitiae tramite vsu compescant, nimia celeritate dirigite: quatenus qui innume-
 ris tribulationibus quatimur, ac aestuamus, & pro populi nobis commissi mi-
 seris cruciamur, vestris consolationibus refecti laetemur, & per vos tranqui-
 litate percepta, optatam libertatem, sicut decet per tam benignum Impera-
 torem, consequi mereamur. Postremo sublimitate vestrae deposcimus, vt lato-
 res praesentium, Petrum scilicet, atque Petrum vesum. Episcopos Missos Apostolicae
 sedis, nostrosque dilectos iuxta morem benignum, ac pacificum suscipere non dedi-
 gnemini: & ea quae piis vestris auditibus pro utilitate S. R. E. in conspectu ve-
 stro retulerint, ad congruum ac opportunum effectum peruenire, pro ss. Apostolis ve-
 stris intercessoribus apud Deum, celeriter studeatis. Dat. iij. Idus Feb. Ind. x.

Esa. 52.

Annonius lib. 5. cap. 35. hos For-
rum in pron. & Senegallia: epi-
scopos fuisse tra-
dit.

EPISTOLA XXXI. B. IOANNIS PPAE VIII.

Vt coniungere suum ad opem Ecclesiae contra Sarracenos quamprimum ferendam hortetur.

IOANNES EPISCOPVS Ricchildi Augustae.



Multo peracto iam tempore tam ad spiritualis filij nostri Au-
 gusti, quam ad vestram inuisendam clementiam, Missos Apo-
 stolicę sedis destinare desiderauimus: quatenus & de vtrius-
 que sospitate laetiores efficeremur, & nobis commissa sanctę
 scilicet matris vestrae Romanae Ecclesiae calamitates, atque
 oppressiones, quas a Christianis & ab iniquis Paganis sine
 cessatione patitur, ad memoriam reducentes, ab eodem Augusto consolatio-
 nem, & optatam opem (sicut sperabamus) tandem aliquando consequi me-
 reremur: sed omnium viarum aditus a malis obsessis hominibus, plus nos com-
 pulsit dolor lacrymas fundere, quam locus pateret ad vos nostros Missos di-
 rigere: quia ex vno, sicut diximus, Christiani, ex alio Pagani, ita nos crude-
 liter persequuntur, vt solis moenibus vrbis relictis, oia in circuitu longe lateque
 consumpta habeant, & in solitudine profus redacta: a quibus per tantum
 Imperatorem releuari iam credebamus, & recuperationem aliquam, vel mediam,
 adipisci summo opere praestolabamur. Sed ecce pro peccatis nostris aliis ne-
 goriis implicatus, nobis hactenus distulit ferre praesidium: & quia iam susti-
 nere non possumus, gloriam vestram multipliciter deprecamur, vt vice nostra
 frater sumatis in femineo sexu virile pectus; & pro amore sanctorum Apo-
 stolorum Petri & Pauli, quorum ita est deuotum terminum, vt magis libeat ste-
 re, quam dicere; tam diu apud piissimum Imperatorem nostrum insistatis, quousque
 & contra Paganos opere prebeat, & Christianos compescere gaudeat. Quia ideo
 illum

illum tanto diademate ab olim quidem a nobis expectatum, ac praelectum
 decorare curauimus, vt S. R. E. recuperatio, & securitas, quam adeptam
 dolebamus, per piū studium eius, quo semper fruebatur, rediret. Quapropter
 carissima filia per Deum vos adiuramus, opportunè importunè insistite, vt
 antequam in ipsa vrbe Romulea aliud periculum (quod Deus auertat) pro-
 ueniat, manum suę defensionis exhibeat, & hanc terram, quę sui Imperij
 caput est, ad libertatem reducat: Ne quando dicant gētes, vbi est Imperator
 illius? Quatenus & nobis spes euadendi, viuendique remaneat, & priusquam
 hiems, vel ver transeat, contra eosdem Paganos Romę sint illius exerci-
 tus preparata subsidia: Alioquin aut omnino peribunt, aut coacti, vt solam
 vitam redimere valeamus, eis qui nobis dominantur, quomodocumque subij-
 ciamur. Data iij. Idus Februarij, Indictione X.

EPISTOLA XXXII. B. IOANNIS PPAE VIII.

Mittit Imperatori palmam & coronam, quibus a Sarracenis prauisque Chri-
stianis afficiebatur expositis, auxilia petit.

IOANNES EPISCOPVS, Carolo Imperatori.



Inter cetera, quae (vera crescente religione) ab olim Eccle-
 siastica facta, vestrae pietati duximus intimanda, virentium
 vobis palmarum ecce brauium mittimus, quod Apo-
 stolus non omnes, qui currunt, sed vnum propter vnitatem
 legitime certantium accipere protestatur. Quapropter fili-
 carissime, quasi praesentes incuruatis genibus, & summissio
 capite deprecamur & obsecramus, vt ita legitime celsitudo vestra in huius
 saeculi stadio, pro Christi Ecclesia currere, ita decertare contendat, vt non so-
 lum brauii victrix vestra dextera adornetur, verum etiam sacratissimum caput
 diademate gloriae decoretur: Immo pro visibilibus his & corruptibilibus
 non tantum palmam, sed & coronam accipiat incorruptam; sed, heu, clementis-
 sine Imperator, ecce dum ad alia intenditis, mater vestra, sancta videlicet
 haec Ecclesia, quae vos spiritualiter genuit, periclitatur, & in nouissimum deue-
 nit exitum: hinc inde non solum tabernaculis hanc Idumaeorum & Israhelitarum,
 Agarenis quotidiano gladio & captiuitate in interitum impellentibus, verum
 etiam falsis filiis Sarraceni, quos optime nostis, in praedam & direptionem miserabi-
 liter immittentibus: ita vt & illi saepe vsque ad muros vrbis quibus clandestinis
 horis puenerint: sed & Tiberinum fluium, qui olim Albulam dicebatur; iuxta
 Sabinorum confinia pertransierint: & isti, qui nobis vicini sunt, ex altera parte
 ita sauiant & debacchentur, vt non hominem, non agrum, non iumentum, non
 pecus, non quicquam ex his, quae S. Petri iuris existunt, dimittere patiantur; sed
 omnia, quae oculo vident, manu diripiant; & mala, quae cogitant, sine mora
 perficiant. Haec sunt carissime de innumerabilibus, pauca, quae mater vestra
 Romana, pro dolor, diebus vestris perfert Ecclesia: quasi non vos specialiter
 ex omnibus, & praeter omnibus amauerit, inuitauerit & extulerit: vel quasi nos
 non vos (auctore Deo) in Imperium coronauerimus, & vobiscum in omnibus,
 quasi cum sapientissimo Salomone, vt quondam ille fidelis Sadoch sacer-
 dos aduersus alterum ad omnia minime steterimus; nec cuncta, quae pro vobis
 debuerimus facere, fecerimus; ad extremum quasi non hodieque manui vestrae
 speciali

1. Cor. 9.

3. Reg. 1.

speciali voto, & prerogatiua plenam benedictione palmā, sicut & cernitis, A
destinemus, aduersus visibiles hostes, & inuisibiles triumphārem; Oprantes
enim vos de cunctis aduersarijs triumphare, nihil aptius vobis quam ramos
palmarum duximus offerendum: quos & pueri stenebant in via Domino
Hierosolymam veniēti, antiquum hostem triumphaturo, & mundum victu-
ro. Sed dicuntur multae vos impedire sollicitudines; hoc planē nec nos igno-
ramus; verū vt cum Domino fateamur, & haec oportuit facere, & illa non
omittere: nam vobis, qui in agone contenditis, vt ad brauium supernae voca-
tionis, & ad capeſcendam coronā incorruptā perueniatis, ab omnibus alijs
abſtinendum est, & legitimē, vt praediximus, decertandum. Quid autē ma-
gis legitimum, quam vt praee omnibus, & ante omnia Romanae curā habeatis
Ecclesiae, quae ceterarū magistra est, & mater Ecclesiarū? quae uestro in tpe
tantis, ac tam immanibus succumbit sine cessatione periculis? Deniq; si haec B
Ecclesia, quae caput est, uiget, cetera membra, quae languida, recuperandi si-
duciam non amittunt: quae nimirum omni robore carent, si contingat solum
caput forte languere, quanto potius (quod auertat Omnipotēs) si contingat
extingui? Vnde iterū iterumq; totis singultibus, totisq; imploramus praecor-
dijs, & per Christum Dei filium suppliciter adiuramus, qui uos ad tantum
prouexit fastigiū & imperiū, vel nunc citatū extendite clemētia brachiū,
& periclitanti patriae; quin potius mundo auxilij iam iamq; porrigite dexte-
ram, ecce Petrus in commissis ouibus mergitur: Erigite ergo eas vos ad sancti-
bus clementissime, sic vos ipse ab excessu alluionibus erigat; & vobis cae-
lestis atria regni intercessionum suarum clauibus referet, & vitae aeternae Pa-
seua inuenienda inter Angelos sine termino tribuat, quae oculus non vidit,
nec auris audiuit, &c. Data Idibus Februarij, Indictione decima.

Matth. 21.

1. Cor. 2.

EPISTOLA XXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

COMMENDAT eum de zelo erga sedem Apostolicam, monet vt sibi adiumento
sit in expellendis Sarracenis, suūq; fratrem ad idem faciendum impellat.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO

Aioni Episcopo Beneuentano.

SUscipitis atq; relectis litteris sanctitatis tuae, gratias omnipotenti
Deo retulimus, & pro tua deuotionis affectu, proq; sollicitudi-
ne, quam inquirendo de nostris euentibus habuisti, multum in
Domino gratulati sumus. Decet enim & omnino coram oculis
diuinæ maiestatis extat conueniens, vt hi quos fideliores erga sanctam ma-
trem cunctorum scilicet Romanam Ecclesiam esse conspiciamus, nostris affe-
ctibus, & si non per corpus, per Spiritum amplectatur, & fraternā dilectione
iuxta merita singulorum tractentur. De hoc autem quod asseris, te de nostra
sanitate laetari, sicut è contrario de oppressione Sarracenorum tristari, opti-
mē quidem (vt ita dixerim) quantum foris est, tangis, sed quantum intus est,
iuxta tribulationem quam patimur, non aduertis. Praecipue cum pro po-
pulo nobis commissi vastatione solum nobis super sit sepulcrum, & pro his,
qui nobiscum certare debuerant, & non solum inimicis Christi caueant,
sed etiam nostrum laborem impediunt, immensis angustijs aestuemus. Sed
in his non solum nobis orationibus à vobis subueniri precamur: verum etiam
quos à cōi nostro certamine deuiare cognoscis, & exemplo operis, & verbo
prædi-

A praedicationis reuocet, exhortamur. Ceterum licet nostro itinere Neapolim
nobis pro maxima nostrae Ecclesiae necessitate nuper aduenientibus non
adhæseris: tamen quod per praesentiam non egisti, per absentiam, si ille ca-
lor fidei in te vigeat, quem credimus, agere prorsus valebis. Bene enim tuo
ministerio cedis, si & laborem nostrum, quem valde debiles corpore pro li-
beratione Christiani populi tunc assumpsimus, opportunē aduertis, & tribu-
lationis, quam modo patimur, memor semper existis. Nam nunquam confi-
lium fratris tui per aliquos tantum subuerri potuit, quantum per tuae sancti-
tatis solertiam immutatione dexteræ excelsi non possit conuerti. Eia igitur
frater carissime, accinge Episcopaliter lumbos tuos, & medullitus fratrum
nostrorum, pro quibus Christus suum sanguinem fudit, necesse acque dictū
horrendam captiuitatem perpende, & inſta opportunē importunē, fratresq; 2. Tim. 4.
iam discum monitis, immo verbis increpatorijs exhortare, vt nostros pios
conatus sequatur, & pro Christianis nobis certantibus opem tribuat, volun-
tatem extendat, & opus te intante exhibeat, & misereatur Deus: quid no-
bis proficit Christianū vocabulum, si opere Christiano caremus? quid pro-
dest nobis cognouisse viam iustitiae, quando post cognitionem retrorsum
conuersi, eum inimicis Christiani nominis tam liberē foedera copulamus?
Ergo (sicut diximus) beneficijs S. R. E. tua sanctitas non ingrata nobiscum
laboret, nobiscum pro salute populi Dei in illis partibus cooperatrix exi-
stat, & nostro certamine fauens, sanctae Romanae Ecclesiae se deuotam nomi-
nie & opere semper exhibeat. Quia si tu, sicut potest, peregeris, nec fratris tui,
nec alicuius hominis factum, nostrum opus, piumque laborem, Christo iu-
uante, apud vestrates ex toto dissipare valebit: quin potius incrementum
per Iesum Christum Dominum nostrum augebitur, & labor proficuus appa-
rebit. Data Kalen. Februarij, Indict. X.

EPISTOLA XXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

RESPONDET, Abbatem, qui nullo comprobato crimine à Regij coenobij praeposi-
tura depulsus fuerat, esse reuocandum; homicidam autem, & facinoris socium ab omni
praepositura pellendum.

IOANNES EPISCOPVS

Ansperto Archiepiscopo Mediolanensi.

DAUDAMUS sanctimoniam tuam frater carissime iustitiae zelo
feruentem: sed in promotionibus siue Antistitis, siue Abba-
tis, nil profecto aliud gerendum possumus exhortari, nisi
quod sacri canones fanciūt, quos nulli sacerdotum licitum
est ignorare, vel quicquā facere, quod patrum possit regulis
obuiari. Verū quia in vtroq; filij nostri semper Augusti in-
terfuisse perhibetur assensus, eius super hoc esse videtur expectandus aduen-
tus, ad cuius cum tua sanctitas accesserit pietatem, credimus nil Ecclesiae
Dei praeter paternas regulas illaturā. Moderatio quippe sedis Apostolicae,
& vniuersalis Ecclesiae dispositio, in hoc periculoso tempore penē cuncta di-
spensatoriē moderanda cōpellit. Quāuis autē praesenti sit exili cōsulendū,
nil ramen est, non extante vlla necessitate, cōtra canones patrum agendum:
Abbas autem qui nullo cōprobato crimine à regij est coenobij praepositura
depulsus, eiusdem piissimi Principis permisso precibus nostris tuae sociatis
Epist. Tom. 3. D d 3 industria

industriæ reuocandus est. Non autem solum homicidam, sed & socium homicidæ ab omni præpositura pellendum decernimus. Hæc per paucis fraternitati tuæ scripsimus, ne sibi omnino rescribere super sedisse videremur. Ceterum, vt cum sancto Leone Papa dicamus, Nos qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis præiudicium diffinire, priusquam vniuersa, quæ gesta sunt veraciter audiamus. Si enim (vt ait Apostolus) mediator vnus non est, qui sic vnam partem audit, vt alteri parti nihil referuet †. Optamus, &c. Data iij. Kalen. Mart. Indictione decima.

Gal. 3.

† for. aliquid deest.

EPISTOLA XXXV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

EXPONIT mala, quæ à Sarracenis inferebantur, & monet, vt Imperatorem hortentur ad opem celeriter ferendam.

IOANNES EPISCOPVS

Omnibus Archiepiscopis & Episcopis in regno Imperatoris Caroli constitutis.

Ristinis attriti miseriis, & oppressi calamitatibus, dilectissimi filij nostri magni Imperatoris Caroli, quasi de profundis ad Deum clamantes, tamquam ipsius Domini & Saluatoris nostri anxij expectabamus aduentum, & vt ita dixerim, eius iteratum pro salute nostra credebamus imminere descensum, sed (prohdolor) tot: ac tantis circumdamur hinc inde periculis, vt tædeat nos etiam viuere. ecce enim Dominicarum ouium ab Agarenis, qui sunt filij fornicationis, necnon & ab his, qui solo sunt nomine Christiani, aliæ gladio trucidantur, aliæ fame pereunt, aliæ verò in prædam & captiuitatem ducuntur: sed & pastores earum reuerendi Episcopi profugiunt vagi huc illucque palantes omni penitus egestate tabescunt. Redacta est terra in solitudinem, & ablati ab illa hominibus, ferarum salutus effecta est: ciuitates, castra & villæ subuersæ, nec vbi earum fuerint ædificia, innuunt. Sed & venerabilia loca destruentes altaria Domini suffoderunt ministros, & seruos eius occiderunt: Facti sumus, secundum Psalmistam, in derisum & contemptum his, qui in circuitu nostro sunt: dum illi, aut vicinorum auxilio potiuntur, aut saltem pacto, secundum Apostolum, tempus redimunt: quoniam dies mali sunt. Seminamus pedetætum, quamuis in lacrymis, nec recolligimus: immo iam nec seminandi facultas suppeditat. Sedet in tristitia Domina orbis, mater Ecclesiarum, magistra gētium, consolatio tristium; & non est qui adiuuet, non est qui consoletur eam, nisi tu solus ò bone Deus; & si non re propter iniquitates nostras, sed spe, quæ secundum Apostolum, non confundit: Quæ fratres carissimi partim vobis significamus: nam si per singula scribere tentassemus, facilius nobis charta, quam sermo deficeret. Vt sicut vnum corpus sumus in capite Christo, & alter alterius membra, ita nobiscum pariter condoleatis, & compatiamini. Quia si quid vnum patitur membrum, vt Doctor gentium ait, compatiuntur omnia membra: & si compatimur, & conregnabimus: condolentes autem nobis & compatiētes, accedatis ad Christianissimum filium nostrum, & confi-

Psal. 43.

Ephes. 5.

Psal. 125.

Thren. 1.

Rom. 5.

1. Cor. 12.

A consiliū Domini ab eo non abscondatis: suggerentes & exhortantes, vt perpendat quis, & quàm terribilis sit ille, qui hunc ante sæcula huic præfuturum regioni prædestinauerit, & quàm districtè ab eo exacturus sit quod commisit, qui scilicet tam pretiosi sanguinis fusione, quod credidit, emit. Meminerit etiam quia & nos illum præ ceteris propinquis, & æmulis eius amauimus, elegimus & prætulimus: vnde & cum aduersus omnes hostes Ecclesiæ non solum defensorem, sed & patronum & aduocatum nostrum existere proposuimus, vt quod ei nos apud Deum esse fatagimus, ipse inter homines pro nobis fieri non detrectet. præcipuè vt accelerans nobis subueniat, & sine mora contra perfidos Paganos & infideles succurrat, in quo sanctæ fraternitati vestræ præ omnibus laborandum est: pro commisso scilicet sibi sacerdotali officio, & quia (vt cum Propheta veridico fateamur) si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium, vel vbi relinquetis gloriam vestram? Data vsupra.

Imperator à sūmo Pontifice electus.

Esa. 10.

EPISTOLA XXXVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MITTIT legatos, vt Docibilis Hypatus petierat: hortatur vt det operam vni cum legatis, vt pactum cum Sarracenis initum dissoluantur, se quicquid ab eo constitutum fuerit, approbaturum.

LANDVLFEO EPISCOPO CAPVANO.

Nouerit industria tua, nos tam Sergij magistri militum, quàm Docibilis Hypati epistolas suscepisse: quibus cognouimus eos excusabiles se velle coram nobis reddere tentauit se super contracto infando foedere, quod cum Sarracenis impie pepigerunt, nec absoluerunt; in tantum, vt gerulus earum referret iam fuisse diruptum, nisi dilectio tua pro reuerentia nostri, nostrum in hoc expectandum arbitrium iudicasset. Quamuis nec hæc ipsa ex toto crediderimus, eo quod de his nullam tuam suscepimus. Verum quia nos prædictus Docibilis Hypatus, vt Missos nostros pro tanto bono, & omni Ecclesiæ profuturo perficiendo, Caietam mitteremus, obnixè rogauit; nè negligentia nostra diffamaret tantam humani generis salutem postpositam; misimus illuc Vualbertum Portuensem, & Eugenium Ostiensem sanctissimos Episcopos dilectos & consiliarios nostros, vt siue cum magistro militum, siue cum Missis eius loquentes, pactum illud, quod perditionis est causa, dissolui per omnia suaderent, in tuæ maximæ sapientiæ illos fiducia destinantes. Quapropter hortamur, vt solertia tua tanto in hoc labore, quanto non solum à nobis condignam vicissitudinē, sed & ab ipso Deo & Domino nostro coronam se percepturam in cælestibus non poterit dubitare. Admonemus itaque, in ista opportunè, importunè, vt tam impio discisso foedere, Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, nobis tandem castus restituatur. Si qua verò inter hæc se ingerit inimica Deo contentio, tuæ sapientiæ manibus detergatur: nulla simultas, nulla rerum vel gloriæ cupiditas à tanto lucro, atque profectu vos subtrahat; quia, quicquid illud est, pacificè poterit post modicum dirimi, & cum caritate, nobis quoque mediantibus, diffiniri. Certet ergo, laboret, & fatagat

2. Tim. 4. Philip. 4.

gat industria tua, & in his vice nostra utatur; & quicquid agendum, quicquid communiter placito fuerit construendum, vice nostra faciat, atque constituat. Alacriter enim quod tua dilectio constituerit, & immobili placito fixerit, adimplere, atque perficere procurabimus; nihil ut in hoc haesiter dilectio tua magnopere commoventes. Prædictis autem Missis nostris Missos tuos, indifferenter, & absque mora Caeteram dirigere procurato, qui de his omnibus cum eis salubriter tractare valeant, & quæ sunt agenda, perficere. Optamus, &c. Data Id. Mai. Indictione decima.

EPISTOLA XXXVII. B. IOANNIS PAPAË VIII.

PROTHARIUM Burdegalensem Episcopum, Burdegalensi provincia à Paganis deuersata, Bituricensi Ecclesia præfici.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO

Confratri nostro Frothario dudum quidem Burdegalensi, nunc autem Bituricensi Archiepiscopo.



D hoc nos diuina prouiso, supernaque moderatio Ecclesijs suis voluit præfere rectores, ut dispersa congregare & seruare congregata summo studio procuremus, non solum earumdem Ecclesiarum sollicitudinem, sed & ipsorum quoque rectorum habeamus industriam, & exerceamus solertiam: quatenus, sicut rectoribus destitutis Ecclesijs alios subrogantes consulimus; ita rectoribus vacantibus Ecclesias Domini committentes, prouidam curam nos earumdem Ecclesiarum gerere demonstremus: maxime his, qui cum robusti præliatores Domini sint, intra ociofitatis angustiam arceri renuunt, & per hoc expeditius contra vitia certaminum exercitia quærent. Quia igitur Burdegalensem Ecclesiam, totamque penè sub eius habitam regimine diocesim, ita Paganorum frequentes gladij, prædæque continuæ consumpsit irruptio, ut penè omne illic Episcopale vacet officium; necessariò præuidimus Dei omnipotentis auctoritate, beatorumque Petri ac Pauli Apostolorum principum, fraternitatem tuam, cuius vacatio defectus est fidei, & fere virtutum omnium detrimenta; in ecclesia Bituricensi, quæ vacare pastorali cura dinoscitur, ab hac præfenti decima Indictione præferre simul & incardinatam præficere. habito in eadem Bituricensi Ecclesia totius iure Metropoleos, ac dioceseos præcis temporibus à sacris canonibus præstituto, & in illa Ecclesia eatenus conseruato, ita ut pastor eiusdem sanctæ Bituricensis ecclesiæ rector & antistes ex hoc re vera dicaris, habearis, & Christo propitio percolaris; ea quæ Dei sunt iugiter agens, & utilitati proximorum semper intendens. Qui verò contra huius Apostolici priuilegij nostri statutum, quod necessitate barbarica, & dispensatione cogente loci & temporis, exemplo etiam maiorum protulimus, agere forte tentauerit; diuinis mysteriis tamdiu priuetur, quamdiu minimè respiciens, Apostolico præcepto per frustra manserit inobediens. Data ut supra.

EPI-

EPISTOLA XXXVIII. B. IOANNIS PAPAË VIII.

HORTATUR ut det operam, ne Christiani fœdus cum Sarracenis faciant.

IOANNES EPISCOPVS

Docibili & Ioanni Hypatis.

De Docibili
Leo epif. Oltiē-
si lib. 1. cap. 14.



Euotioni tuæ pro labore fidei Christianæ, quam excollis, gratiarum actionibus persolutis, iterum & iterum exhortamur, ut magis, ac magis satagere & decertare & ceptum laborem ad perfectam ducere actionem procures. Ut Christiani nominis viri paganorum fœdera fugiant, & solum in Deum, qui eos creauit, & non in diaboli membra, quæ sunt filij fornicationis, & vasa iræ, spem suam ponere discant. Quod cum egeris, saluabis animam tuam, & operies multitudinem peccatorum. Dicit enim beatus Iacobus: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Data V. Idus Aprilis, Indictione X.

Iacobi 5.

EPISTOLA XXXIX. B. IOANNIS PAPAË VIII.

MONET ut fœdus cum Sarracenis initum dissoluedum curet.

IOANNES EPISCOPVS

Pulchri Præfecturio Amalfitano.

De Pulchre
Leo ubi supra.



D monemus ut in omni virtute tua & sapientia tua labores, atque decertes, ut illi homines Paganorum disrumpere pœta procurent. Quod si fecerint, nil vobis vel illis denegabimus, eorum quæ rite facere possumus; & pro nulla causa, vel homine nos à communi vestra & eorum salute, seu auxilio separabimus, nec illos aliquando dimitemus: ac vero si illi hoc facere recusauerint, & conspicias eos nobis de die in diem tantummodo velle illudere, saltem tu fac secundum consilium tuum, quod scilicet, inspirante Deo, ex prudenti corde, salutiferum protulisti. Quicquid autem de his factum, vel non factum fuerit, aut faciendum extiterit, tuis nobis, vel Missis, vel litteris citius indicabis, ut quæ deinceps nobis necessario sunt agenda, facilius & expeditius agamus, præparemus & ordinemus. Data V. Idus Aprilis, Indictione X.

EPISTOLA XL. B. IOANNIS PAPAË VIII.

DOLET ipsum sepe monitum fœdus cum Sarracenis soluere noluisse. præcipit, ut tandem pareat. sin minus, minatur se iterum eum excommunicaturum. pollicetur si fideles legatos miserit, benigne se suscepturum.

IO-

De Sergio Leo
lib. 1. cap. 43.

Esa. 5.

Philip. 3.



Um verbi Dei semen in pectore tuo etiam per memetipsum post crebros Missos & litteras seminasse; expectabam non verborum folia, sed fructus operum promereri: sed quia super hac parte spes nostra frustrata est; cogor in vocem Domini, per Esaiam Prophetam aduersus Israeliticam plebem prorumpere, clamans: Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? an quod expectaui, vt faceret vvas, fecit autem labruscas? Verum quia, vt cum Apostolo dicam, eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium est; semel te, tuosq; adhuc admonere non abnuo, vt ab infidelium consortio declinetis: & a tam profano tandem aliquando foedere recedatis. Quod si nos audieritis, non solum bona, quæ cupitis, affluentius ex nobis habebitis, sed & magna præmia cælitus assequemini: sin autem, non solum nos spiritali vos iterato gladio percellamus; sed & hi, qui non sine causa materiales gladios portant, cum sint sanctæ Ecclesiæ validi defensores, & feruidi zelatores, cunctis aduersis & prosperis conculcatis, aduersus vos protinus arma corripient, & vindices contra vos impugnatores eius celerius properabunt. Quæ nos scientes, quia vos anima & corpore saluos reddere cupimus, hæc vobis denunciamus, & cauenda præcipimus. Ceterum miramur, quomodo vos in litteris vestris, quas in ipsa Paschali festiuitate suscepimus, inculpabiles tentetis astruere, cum piaculum vestrum totus, qui desertus est, mundus, & sanguis de terra, qui effusus est, clamet: præueniēte autem gratia Dei, cito credimus fore, vt & vos respicientes à vinculo quo annexi tenemini, conuenientius absoluiamini, & de tua tuorumq; salute ipsi cum cælestibus choris pari gaudio perfruamur. Porro si Missos destinatis fideles, quibus credere proculdubio valeamus, libenti eos & benigno suscipiemus affectu; & quicquid desiderio, vel voto vestro sederit, gratanter administrabimus, fidentes quod nil impossibile, nil al legaturi sint inconueniens: E contra vero si in eternis pacti iugum, cum infidelibus ducere forte proponitis: scitote profecto, quia (vt cum Apostolo fatear) in virga veniam ad vos. Data v. Idus Aprilis, Indictione decima.

1. Cor. 4.

EPISTOLA XLI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

Quæritur Neapolitanos cum infidelibus foedus iniisse, nec ab ipso eorum assistite ad viam veritatis reuocari. Quare hortatur, vt ipse ex illi respiciant, præterea pollicetur se benigne suscepturum Neapolitanos, ducis legatos, si miseris, paratumq; ad omnia se fore quæ pro Ecclesiæ Dei veritate perficienda retulerint.

IOANNES EPISCOPVS

Ad Episcopum Neapolitanum.



Electis litteris tuis, quas coepto iam Paschalis festiuitatis officio in die magno suscepimus, nihil quo latificaremur reperimus; vnde ingens tristitia, & continuus dolor cordi nostro creuit, & multiplicatus nos vehementer affligit, quia populum ciuitatis vestre, quæ olivæ Dei, nunc autem Principis te-

ne-

A nebrarum effecta est, derelicto penitus creatoris sui amore, videmus iugum cum infidelibus ducere: teque ideo fore obnoxium, quoniam in medio populi polluta labia habentis, pollutum & complicem habitare, nec toto annexu te velle murum pro domo Domini (sicut idoneum Christi athletam oportet) contemplamur opponere. Cum nos pro huiusmodi causa te ad tanti honoris culmen perducere proculdubio studeremus: quatenus te adiutorem & fidelem cooperatorem habentes; oues Domini de tam immani profundo, quo ab humani generis inimico submersas & retentas iacere conspiciamus, abstrahere, atque ad superna releuare possimus: vt de illorum simul salute par apud retributorem omnium Deum pro communi certamine meritum haberemus. Sed ecce neglecta pastoralis officij cura, postposito diuini timore iudicij, cum illis, quos aut corrigere, & ad viam veritatis reuocare, aut eos quasi gregem morbidum tot disciplinæ salubris verberibus castigatum, salutem propriam nolentem recipere, vitare, atque de medio eorum, sicut iam olim tibi ex diuina auctoritate præcipimus, exire debueras, nec amplius cum præuaricatoribus, & consortium infidelium habentibus habitare præsumeres, vt rux deuotionis sinceritate manifestius apperente, reuerentiam tuam, quam sacerdotij summi decorauimus infulis, in societate corporis Christi nobiscum haberemus coniunctam. Nos enim assidua quamuis corporis incommoditate tunc detenti essemus, volentes Neapolitanam ciuitatem, ceu populum Domini, & oues Pascuæ eius nobis in ipso Apostolorum principe commissas cum omni deuotione saluare; non recusatimus laborem: quin potius posuimus animas nostras in manibus nostris, dominicæq; voce admoniti venimus confirmare illos in beneplacito Dei, ceu fratres, & vt filios carissimos coram Domino adiuuare: sed obdurato ipsi corde, nostras preces & monita recipere, atque vt aspides surdæ aures despexerunt; teque secundum eorum votum, & desiderium antistitem (quod non merebantur) ordinare non prætermisimus, multis super hoc aliis, & etiam bonis promissis, si nostræ voluntatis & desiderium deuota mente complessent: nunc autem vel illis incorrectis existentibus, & ad percutientem se redire nolentibus, vel tibi cum ipsis habitanti, & idcirco à diuinis omnibus cum eis pariter sequestrato; quo pacto antequam respicientes ad viam salutis & iustitiæ reuertamini, parcere, aut à nexu Ecclesiastici iudicij valeamus absoluere? Absoluite ergo vos prius colligationes impietatis, & foedus impium, quod cum inimicis Christi habetis cõpositum, & nos illicò misericordiam, quam Deus noster Ecclesiæ suæ in Spiritu sancto dedit facere posse, nullatenus vobis iam conuersis tribuere omitemus: nam sicut verè satisfactionis confessoribus parcendum est (dicente Domino) cum conuersus igemueris, saluaberis; & adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum; ita verò in scelere impio manentibus miserendum non est: quoniam misericordiam aliquam vobiscum ante fructum dignum pænitiæ facere omnino nequimus, eo quod misericordia sine controuersa quæri debet, vt salus sit disciplinæ: nam dicente sancto Gregorio: Sæpe pietas per immoderatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercit quæ parcenda non sunt; peccata enim, quæ ferri gehennæ ignibus possunt, disciplinæ sunt verberare corrigenda; sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad æternum supplicium pertrahit; vnde vobis respicientibus ne in futuro pereatis, parcere optamus. Præterea si frater tuus, Neapolitanorum videlicet Dux, per suos idoneos legatos nobis optata, & ea quæ oportet veraci relatu perficienda

Ezech. 13.

Ezech. 33.

S. Gregor. lib. 2.
super Ezechiel.
homil. 19.

cienda direxerit, eos gratissimè recipientes, quidquid ratione sagaci retulerint, perficere pro Ecclesiae Dei utilitate, atque salute proculdubio parati erimus. Age igitur, & desudare pro communi prosperitate, immo pro salute tua, & civium tuorum non desistas, arguens, obsecrans & increpans cum omni imperio, ut labor tuus fructum desiderabilem in domo Domini, pro quo dignè remunereris, afferat. Data vltima supra.

EPISTOLA XLII. B. IOANNIS PPAE VIII.

MONET ut bona ablata à monasterio sanctimianialium restituenda curet: quod nisi intra sexaginta dies fecerit, & per legatum id sibi nunciaverit, vel causam cur non sint restituta, non reddiderit, eum excommunicat.

† Hic Carolus, Crassius nominatus est, postmodum Imperator creatus, fuit filius Ludouici Germaniae Regis, Ludouici Pij nepos, Caroli Magni pronepos, ad què nonnullae infra scribitur epistola. De quo Addo Viennensis in fine chron. Regi- no lib. 2. chron. Annonius l. 5. c. 40. & alij. Dan. 1.

Psal. 61.

Gal. 5.

IOANNES EPISCOPVS,
Carolo † glorioso Regi.

Vm generositatem tuam tanta claritas prosapia regalis extollat, miramur & obstupescimus, quomodo hanc tam finister longè lateque discurrens rumor obnubilet, afferens & affirmans te Italiam ingressum ad monasterium accessisse ancillarum Dei apud Brixiam constitutum; indeque cum illic ipse morareris, tyrannicè aurum ablatum, tam ipsius venerabilis monasterij, quam dilectae filiae nostrae Angelbertae Dei cultricis: quod sibi ad ipsius praecipue coenobij sustentationem proculdubio reseruauerat: vnde moerore vehementer afficimur, dolentes gloriam tuam ad tam immane sacrilegij genus dilapsam, & instar cuiusdam gentilis Regis vasa domus Dei ad vsus proprios inflexisse conatam. Atque ideo dilectionem tuam in Christi visceribus esse cupientes, monemus, & sacris conuenimus eloquiis cum Psalmista fatentes: Nolite sperare in iniquitate, & in rapinis nolite concupiscere. Si qua ergo à praedicto pio loco, siue gloria tua sciente, siue nesciente ablata sunt; industria tua diligentissimè requirantur, & inuenta in eo sine mora sub omni integritate restituantur: ne (quod absit) si aliter egeris, & Deum contra te ad iracundiam prouoces, & decus tuae regiae nobilitatis offuses, atque nos ad hac seuerius secundum ministerium nostrum puniènda commoueas. Denique nisi post lectam hanc nostri Apostolatus Epistolam, intra sexaginta dierum spatium, thesaurum illum sine aliqua diminutione reddere proposueris; ita ut Missus tuus Romam in praesentiam nostram veniens, siue reddideris siue nec reddideris, quidquid hinc agendum delegeris, veram & idoneam exposuerit rationem, eoque sis ex tunc excommunicatus, quousque ab omni te rapinae communionem reddideris alienum; durioribus deinceps te sciens verberibus erudiendum, si his interim leuibus tactus respiscere fortè contempseris. Amamus enim te more paterno, & ab hac secunda idolorum seruitute volumus scire liberum & immunem. Etenim Auaritia, secundum Apostolum, est seruitus Idolorum. Optamus, &c. Data vj. Kal Aprilis, Indictione decima.

EPI-

EPISTOLA XLIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

CONSOLATUR eam ob mortem mariti, atque monet ut Carolo Imperatori fidem seruet, sequè eius in tercessorem apud eundem Augustum futurum pollicetur.

IOANNES EPISCOPVS

Dilectae filiae Engilbergae Christo dicatae.



Nos, filia carissima, nec alio circa dilectionem vestram flagrare affectu noueris, quo fuimus, quo etiam olim perferre proposuimus: nescit enim dilectio vicissitudinum oburbationem, nec defectum patitur, cum secundum Apostolum, numquam excidat. Huius rei gratia consolatoris his, & exhortatoris prudentiam vestram litteris commonemus, ne deficiatis in tribulationibus; scientes, docente Apostolo, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spes: spes autem non confundit. omnia enim quae videntur, temporalia sunt; quae verò non videntur, aeterna. In his ergo configi, in his debes totis radicibus inherere carissima: vnde sapientia vestra sanctos, qui patientiae in mundo claritate quasi luminaria refusserunt, pra oculis habeat, & ita inoffensis ad palmam supernae vocationis gressibus tendat, quam videlicet habiruri sunt illi, qui oraculo Dominico imbuti, in patientia sua ponunt animas suas. Nihil enim inimica mors, vel manus abstulit, quod vita, quae Christus est, & ipsius prouida dextera in melius non transtulit, atque restituit. Abstulit mortalem illa maritum, sed ista seipsam aeternum contulit sponsum: vnde quae terreni vocabamini vxor, patris caelestis iam regis multo praestantius dicimini coniux. Ademptum est corruptibile diadema, sed praeparatur incorrupta corona. Remota sunt decoramenta, quae veterascunt: sed reposita sunt vobis ornamenta, quae non marcescunt. & quid plura? pro ærumnoso & phantastico regno, percipietis felix & verum imperium: & vera haec est immutatio dexteræ excelis. Verum cum sapienti vobis, & quae noctis de paucis plura pensare pauca sufficiant; his ita praelibatis, dilectionem vestram meritò commonemus, ut spirituali filio nostro Carolo piissimò Imperatori, purae fidei ac sinceræ deuotionis exhibens semper integritatem, omnes ad eius mansuetudinem attrahat, & salubribus monitis inuolabilem ei fidem seruare demonstret. Non enim est potestas, ut Apostolus ait, nisi à Deo: & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. nos autem, quia illum diuinitus (ut credimus) acti semel elegimus, perpetuò tamquam filium carissimum omni conatu diligimus, ita ut ipsius amicos & inimicos nostros, amicos & inimicos existere teneamus: si qua verò sunt vobis ab eius clementia impetranda, per nos credimus, cum vobis libuerit, indifficulter obtinere valebitis. Quod & nos libentissimè pro memoria praesca benignitatis vestrae geremus, & idem pius Augustus pro Dei sanctorumque Apostolorum, sed & nostri dilectione, animo gratanti concedet. Optamus dilectionem vestram benè in Christo valere dilectissima filia. Data vj. Kalen. Aprilis, Indictione decima.

Engilberga vxor tunc Ludouici secundi Imperatoris, ad quam aliquot infra scribitur epistola eiusdem mimic Annon. l. 5 cap. 28. & Leo Maricanus lib. 1. c. 38. 1. Cor. 13.

Rom. 5. 2. Cor. 4.

Luc. 21.

Psal. 76.

Rom. 13.

Epist. Tom. 3.

Ec

EPI-

EPISTOLA XLIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

HORTATUR ut quoscumque potest ad sanctam Romanam Ecclesiam defensionem excites, & ad se cum suis veniat, ut communi consilio Sarraceni ab Italia expellantur, mittit desideratas epistolas, quas afferendas curet ijs, quibus scribuntur.

IOANNES EPISCOPVS
Vvigo Bodo Episcopo Parmensi.

De uotionis tuae affectus non in seipsum grates condignas referimus: quia verò sanctitatem dolere tuam cognoscimus pro eo, quod à nobis nihil sibi laboris iniungatur; nil esse noueris aliud, nisi quia nouimus te multis huius temporis procellarum fluctibus irretitum. Verum quia nobis multa incumbit necessitas, & tua promptissima claret alacritas; hortamur, ut quoscumque potes, & quomodocumque potes ad defensionem huius sanctae principalis Ecclesiae filiorum excites, incites, & prout necessitas urget, impellas: sed & ipse cum his, qui tibi adherent, ad colloquium nostrum accelerare ne pigriteris, quatenus communi consilio, auxiliante Deo, gens impia nostris eliminetur è finibus. hoc est quod exigimus, hoc est quod ante speciali voto deposcimus. Quae verò de mittendis quibusque litteris nostris suggerere voluisti, votis tuis (prout temporis qualitas, & causarum dispensatio concessit) gratanter annuimus; & non solum hoc, sed & quae possu-
mus, tanto circa sanctimoniam tuam exhibere libentius volumus, quanto hanc praeteritis illis in partibus constitutam, alacrius & instantius quae nostra sunt exequi contemplamur. Epistolae autem ipsae quibus missae sint, superscriptio earum monstrabit, quas ipse proculdubio ad eos, quibus directae sunt, facies asportari. Esto itaque filius in nobis, & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: & accinge sicut vir lumbos tuos, & accelera, ut dilectionem tuam superius commonuimus. Optamus sanctitatem tuam, &c. Data vj. Kalen. Aprilis, Indictione X.

Psal. 16.

EPISTOLA XLV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

LAUDAT eius promptum ad Ecclesiam defensionem studium: tum hortatur, ut contra Sarracenos opem ferat, & foedus cum illis iustum dissoluendum curet.

IOANNES EPISCOPVS
Aioni Episcopo Beneuentano.

Respectis apicibus sanctitatis tuae, quantum in te diuini amoris ardor efferueat, luce clarius recognouimus; & quantum erga sanctam Romanam Ecclesiam deuotus existas, nihilominus aduertentes, pro tanta tibi benignitate multiplices gratias agimus, & sanctimoniam tuam ad nostri profectum certaminis dignis pollere successibus ab omnipotentis

A potentis clementia postulamus. Verè etenim frater carissime laudibus es extollendus, qui tribulationes nostras, quas pro populo nobis commisso patimur, quasi praesentes intuens, nobiscum gemens & dolens, ad has auferendas prouidum commilitonem & cooperatorem nostrum non indebitè te velle esse in omnibus asseueras. Nec aliud itaque de tua sanctitate credimus, nec aliud suspicamur, nisi ut quamuis corpore absens sis, spiritu à nostris singultibus numquam desis; & quam dolendum sit, quod fideles cum infidelibus tam perniciose iunguntur, liquidius & ipse perpendas: huius rei gratia, quia multis studere loquelis ne magis multiplicare verba, quam gemitus videamur, non expedit; praecipuè quia tua fraternitas ipsos inuisibiles moerores nostros (sicut in litteris tuis conspiciamus) non ignorat; per illum, qui te sacerdotem suum constituit, tuam reuerentiam adiuramus, suadentesque modis omnibus deprecamur, & auctoritate principum Apostolorum, fraterno freti amore praecipimus, ut omnibus viribus tuis, omni que posse tuo labores, tam scilicet cum germano fratre, quam cum aliis Christianis in hoc opem ferre valentibus, ut impia Agarenorum foedera, quae Neapolitani, vel sui consocij cum inimicis Christi nominis inierant, Christo miserante quantocyus destruantur; & pax atque concordia fidelium per eundem Christum Dominum reformetur: quatenus corpus sanctae Dei Ecclesiae, pro qua sanguis fusus est Christi, in suis membris non laceretur, & quae sit vera religio, atque perfecta caritas agnoscat: quia licet vos, vel omnis fortè mundus mala, quae imminet, lugeat; nos tamen tantum pra omnibus affligimur, ac dolemus, quantum pra omnibus sollicitudinem, atque curam regendarum Christi ouium nos suscepisse perpendimus. Ideoque quia plus omnibus laboramus, ut per vos labor noster usque ad effectum perficiat, specialiter deprecamur. Inter haec autem carissimum fratrem quaesumus exhortare, ut epistolam nostram ad primum Graecorum illuc venientium cito transmittat, & suis eum deprecationibus moneat, ut omni amota occasione, vel decem dromones in adiutorium nostrum statim dirigere numquam omittat: quia nos (cooperante gratia Christi) tam cum carissimo filio nostro Lamberto glorioso Duce, qui nobis in omnibus haeret, quam cum aliis Dominum timentibus desudabimus, ut & impium foedus cum Agarenis habitum dissoluatur, & libertas, vel aliquanta securitas Christiani populi renascatur. Postremo, quia (sicut diximus) plus omnibus necessario laboramus, nullum laborem, nullamque tolerabilem molestiam corporis recusabimus, quo minus adiuuante Domino pro tantis necessitatibus pra vobiscum praeniente Christo laborem nostrum viriliter insistamus: forsitan omnipotens Deus, adhibitis tuis laboribus, tantorum pereuntium miserebitur, & dolores nostros auferens, foedera cum iniquis Paganis à vestratibus facta dissoluet: vbi rogamus cunctis conatibus fides, qui tanto de profectu tui certaminis lætari speramus, quanto te in hoc opere cooperatorem nostrum habere confidimus. Interim magnoperè postulamus, ut quicquid siue de dromonibus dirigendis, siue de impiis peccatis soluendis per tuam solertiam, vel per fratris tui obedientiam effectui fuerit datum, citissimè nobis sancta tua fraternitas scriptis significare procuret. Data xv. Kalendas Maij, Indictione decima.

EPISTOLA XLVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

GRATULATUR Imperatorem contra Sarracenos classem ad Ecclesiam defensionem misisse eumq. Ducem constituisse: Tum monet, ut decem Achelandia ad littora à piratis Sarracenis expurganda mittat.

IOANNES EPISCOPVS
Gregorio Imperiali Pædagogo.



Loriam tuam hac Apostolatus nostri Epistola missa primitus exhortamur, ut diuinitus datas sanitates desiderabilis filij nostri Basilij tranquillissimi Imperatoris nobis significes. Cupimus enim valde salutem eius animæ simul & corporis semper audire, tamquam piissimi propugnatoris orthodoxæ fidei. Gratulati autem sumus audientes gloriam tuam directam cum Deo conseruandis exercitibus à prædicto diuinitus protegendo Imperatore, in partes Beneuentanorum venisse, tam quia (gratias Deo) ipsius diuinitus prouectum Imperium in defensionem Christianitatis pio zelo succensum, classes & militarem validam manum contra inimicos crucis Christi mittere procurauit; quam quòd te præ ceteris ad tantum opus cum Dei auxilio peragendum elegit, quem audiuius in omnibus strenuum, & Dei cultorem industrium. De cetero credimus scire iam magnificentiam tuam, qualiter quædam latrunculorum Agarenorum sagenæ occultis irruptionibus littora nostra deuastent: & quia palam aufum non habent, furtiuus deprædationibus plurima huic sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ damna multipliciter inferant. Quapropter bene visum est nobis litteras nostras tibi trāsmittere, ut vel decem bona & expedita Achelandia ad portum nostrum trāsmittas, ad littora nostra de illis furibus & piratis Arabibus expurganda: quod citius & sine aliquo impedimento agere poterunt, adiuuante dextera excelsi, quæ principibus Apostolorum intercedentibus concertabit, & auxiliabitur illis: in quo (mihi crede) gratum animum piissimo Imperatori facies, si in hoc admonitiones nostras audieris: quia cum sit Christianissimus Dei amator, & Ecclesiarum Domini feruidus propugnator; non poteris illum tibi gratiorem reddere, quam si tantum hanc sanctam Ecclesiam per te studueris adiuuare, quæ prima Ecclesiarum magistra & caput est, maximè cum in hoc facto eidem Deo protecto semper Augusto, & in hoc seculo gloriā, & in futuro acquiras sine fine coronam. Deus omnipotens te & qui tecum sunt protegat, & contra inimicos Christi potenti dextera tueatur. Data xv. Kal. Maij, Indictione decima.

EPISTOLA XLVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

NVNCIAT se Adelardum Episcopum Veronensem excommunicasse, quòd Nonantulanum monasterium inuasisset.

IOANNES EPISCOPVS
Ad Imperatorem.



Acris vestræ Imperialis clementiæ auribus gloriosissime Imperator Auguste, Adelardi Veronensis episcopi inobedientiam & temerariam præsumptionem, quam non solum in nostro contemptu, sed etiam in vestræ celsitudinis peregit iniuriam, præsentibus referre apicibus iure curauimus; & meritò: nam superna vos maiestas sanctæ suæ Ecclesiæ nobis commissæ patronum, inuictum defensorem, potentem & strenuum adiutorem concessit, ut in omnibus Ecclesiasticis utilitatibus, vnde perpetuā habere gloriam mereamini, quasi vindicem Dei habeamus ministrum. Igitur cum eundem Adelardum Episcopum, venerabile monasterium Nonantula situm, quod pro Dei, tantique loci reuerentia, nullus vnquam Episcoporum, vel iudicum in beneficium quæsuit, timorem diuinum paruipendendo, contra sacras Præcessorum nostrorum, nostriq; priuilegij institutiones, quibus de propria semper congregatione Abbatem fieri iubetur, callidè petiisse, ac per hoc illicita præsumpisse, omnimodis repetissemus; auctoritate Apostolica cum excommunicare studuimus, ut eaque ipse tenere canonice eum correptionibus, prout nobis auctoritas Apostolica suffragatur, proculdubio arguemus, ut digno verbere castigatus, & canonico nexu ligatus obedientiam discat seruare, qui absolutus Ecclesiasticis, atque canonicis noluit obedire præceptis. Data vt supra.

EPISTOLA XLVIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

Eiusdem argumenti.

IOANNES EPISCOPVS
Ioanni Rauennati, Ansperto Mediolanensi, &
Vvaiperto Aquileiensi Archiepiscopis.



Antè magniq; Nicæni concilij præcepta secuti, quæ iubet, regularem Epistolam per vnquamque prouinciam obtineri, ne hi qui abijciuntur ab alijs recipiantur; Fraternitati vestræ notum esse volumus, Adelardum Veronensem episcopum auctoritate sedis Apostolicæ priuilegij communione priuatum: quoniam cœnobium Nonantulæ, quod semper Apostolicæ sedis, & nostræ ipsius auctoritatis priuilegio munitum, nullius inuasionis vsurpatione detinebatur: sed solius hucusq; Abbatis è gremio fratrum electi, atque prælati moderamine regebatur, subripuit, suisque vsibus, coartatis extrema egestate monachis, applicauit: & eatenus etiā post frequens interdictum nostrum opprimere, sæculariumque manibus dispartitum prodere non formidat, contra sanctorum Patrum regulas, necnon & aduersus Apostolicæ sedis & totius sanctæ synodi sententiam, quam missis per singulas prouincias litteris notam vobis omnibus fecimus, in communionem post nostram quoque prohibitionem per Missos nostros, & apices

sapissimè destinata, passim recipit, & in cunctis prauitatibus eius cōsciū, A
& fautor apparuit. Excommunicauimus igitur prædictum Adelardum Veronensem Episcopum, donec in præsentiam sedis Apostolicæ veniens, de prædictorum excessuum qualitate, idoneam satisfactionem coram positus exhibuerit: quæ si contempserit existens interim, existet per omnia communionē iure priuatus, pari vinculo irretiens omnes, qui sibi communicauerint, vel contra interdictionem nostram ausu temerario fauerint. Vnde vos cautos reddere volumus, si non vultis ipsi eidem secundum regulas sacras subiaccere iudicio. Optamus fraternitatem, &c.

EPISTOLA XLIX. B. IOANNIS PAPAË VIII.

Eiusdem argumenti.

I O A N N E S E P I S C O P V S

Vniuerso Clero Ecclesiæ Veronensis.

Experientia vestra notū esse volumus, Adelardum Episcopum vestrum auctoritate sedis Apostolicæ communionē priuatum: quoniam cœnobium Nonantulæ, quod semper Apostolicæ sedis, & nostræ ipsius auctoritatis priuilegio munitum, nullius inuasionis: usurpatione detinebatur; sed solius hucusque Abbatis è gremio fratrum electi, atque prælati, moderamine regebatur, subripuit; suisque vrbibus, adartatis extrema egestate monachis, applicauit; & eatenus etiam post frequens interdictionem nostram opprimere, seculariumque manibus dispersit: proderē non formidat, contra sanctorum Patrū regulas, nec non & aduersus Apostolicæ sedis, & totius sanctæ synodi sententiā in cōtentionem post nostram quoque prohibitionem per Missos nostros & apices sapissimè destinata passim recepit: & in cunctis prauitatibus eius cōsciū & fautor apparuit. Excoicatum igitur eum scitote, donec in præsentiam sedis Apostolicæ veniens, de prædictorum excessuum qualitate idoneam satisfactionem coram positus exhibuerit. Quæ si contempserit existens interim, existet per omnia communionē iure priuatus, pari vinculo irretiens omnes, qui sibi cōmunicauerint, vel contra interdictionem nostram ausu temerario fauerint. Vnde vos cautos reddere volumus, si non vultis ipsi eidem secundum regulas subiaccere iudicio. Optamus vos, &c. Data iij. Kalen. Maij, Indictione decima.

EPISTOLA L. B. IOANNIS PAPAË VIII.

MONET vt sibi significet, an Neapolitanorum Dux fœdus cum Sarracenis initū frangere velit, & det operam, vt idem Dux Guaiferius & Pulchar vnā secum Traiectum se conferant, quò ipse est iturus; paratum se ad ea quæ promiserat: & maiora concessurum, si ipse Dux in sententia persistat.

I O A N N E S E P I S C O P V S

Landulfo Episcopo Capuano.



Tudeat sanctitas tua certissimè scire, si Neapolitanorū Dux præsentialiter vult pactum Sarracenorum irrumpere, & fœdere Christi, quod in regenerationis vnda pepigit, vel à nunc (sicut debitum est) veraciter inhærere: & si quidem talem nunc animum habere

Abere cognoueris, hoc nobis præsentialiter indicato. Age vt idem Dux Neapolitanus, & Guaiferius gloriosus princeps, ac Pulchar Præfecturius ad Traiectum vnā tecum accelerent; vbi etiam nos accedentes, quæ Deo sunt placabilia statuamus. Parati enim sumus non solum quæ dicta sunt, sed & maiora concedere: tantum vt eiusdem magistri militum, sermo ita sit fidelis & stabilis, & omni certitudine præmunitus, vt securitas ex vtraque parte firma maneat, & sine dubitatione certa persistat: quod si quæ repromittunt, aut adimplere nolle aut prolongare velle illos cognoueris: non tibi sit licentia hoc à nostra scientia occultandi; sed quicquid veraciter sine dolo per omnia indicandi. De his ergo stude præsentialiter nos pleniter, ac citissimè litteris tuis instruere; vt quod deinceps Deus dictauerit, cum ipsius auxilio sine mora incipere & perficere procuremus. De quibus ipse præ ceteris curam arripe, qui nimirum speciali prærogatiua nostrorum viscerum præceteris foueris in antro. Data iij. Kal. Maij, Indictione X.

EPISTOLA LI. B. IOANNIS PAPAË VIII.

Eiusdem argumenti.

I O A N N E S E P I S C O P V S

Pulchri Præfecturio.



Iverè utique magister militū pactū Sarracenorū proposuit rumpere; hortamur vt Traiectū cū inclyto socero tuo adeas, vbi quoque & nostra reperta præsentia, quicquid rationabiliter quaritur, quicquid necessario, seu possibile postuletur, gratatissimè cōfestim admittet: sed & ampliora facere nullo modo recusabimus, vt omnes, secundum Apostolum, lucrifacere valeamus: in quo industria tua tanto sollicitius elaboret, quanto liquidius sibi per hoc caeleste præmium à domino Deo tribui non ignorat. Alioquin aduersus eum, quæ dignè possumus agere, indubitabiliter & indifferenter exercere, Christo propicio, nullatenus omitemus. Data iij. Kal. Maij, Indictione X.

EPISTOLA LIJ. B. IOANNIS PAPAË VIII.

Eiusdem argumenti.

I O A N N E S E P I S C O P V S

Guaiferio Principi Salernitano.



Via Neapolitanorum Ducis legatos secundum ipsius & vestra scripta prætolati, nec contemplati sumus; iterato Excellentia tuæ scribere cogimur, vt illum à perfidis separatū, pijs sanctæ matris Ecclesiæ gremijs restituamus: in quo quia iam plurimum laborasti, industriam tuam item itemque laborare finetenus exhortamur. Quod si iniquam colligationem statim dirumpere præparatur, cum hoc certissimè scierimus, per nosmetipsos ad Traiectum properabimus, & hoc quod quaritur, & quod vè iam promissum est, etiam amplius libentissimè largiemur, clariori dumtaxat

certitudine, ac fidei veritate inter vtramque partem composita; vbi quoque tuam sanctissimiq; Landulfi Antistitis, & praedicti Ducis, necnon & Pulcaris gloriosi Praefecturij adesse praesentiam cupimus. Et vt agatur solertia tua, satagere flagitamus: quod si adeo idem Dux secundum duritiam suam, & cor impenitens thesaurizat sibi iram in die irae, vt aut protelare, aut penitus suae ipsius & multorum salutis causam contemnere velit, & hoc ipsum statim cognoscere cupimus: quoniam nobis nec humanum, nec diuinum deficiet prorsus consilium & auxilium; quod plane reddet ei secundum opus suum, & secundum fructum adinventionum suarum

Rom. 2.

corde desiderant in aduentu illius exultent: quia & omnipotens Deus blandus, iustus, & terribilis apparebit iniustis. Vestra itaque dilectissima caritas deuotissimam se super hoc nobis exhibeat, & quousque vires suppeditant, laborare non cesset, vt dum vestris hortatibus haec nostra postulatio ad effectum peruenerit; dignas vobis gratias referamus, & apud sanctos Apostolos in orationibus nostris memoriam habeamus. *Data iij. Kalen. Iun. Indictione decima.*

EPISTOLA LIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

VT Ravennam ad synodum accedant, quod nisi paruerint, minatur eos se excommunicaturum.

IOANNES EPISCOPVS

Ansperio Mediolanensi Archiepiscopo, &
Antonio Episcopo Brixienti.



Via diuersis ac multiplicibus Ecclesiis Dei nobis commissas incommodis perturbatas, rebusque propriis incunctanter priuatas, & earum Antistitum honorem diminutum fore videmus; ipsarum, secundum Apostolum, sollicitudine quotidiana compulsi, necessariò rati sumus pro illarum statu, ac pristina redintegratione generalem, Deo fauente, synodum celebrare: quam secundum antiquam consuetudinem cum Romae agere debuissimus, non recusantes tanti laborem itineris; pro sua uitate tamen venerabilium confratrum nostrorum Episcoporum, quos in consortiū nostrum litteris missis adsciuius, octauum Calendarum Iuliarum, Rauennae, auxiliante Domino, erimus proculdubio celebraturi. Ad quam videlicet fraternitatem vestram omni occasione postposita, omni que tarditate praetermissa, his praesentibus venire iubemus apicibus. quatenus communi multorum fratrum nostrorum consensu, atque decreto Ecclesia Dei nobis commissa propriae dignitatis iura, quae à quibusdam inique agentibus sunt usurpata, sub integritate recipientes, malorum omnium tandem securi effecti, ministerium Pontificale, quod nimirum pro gregis Domini nobis commissi salute, Deo largiente, suscepimus (vt dignum est) glorificare possimus. Quapropter iterato te sermone ad eandem, vt dictum est, synodum venire praecipimus: nam si praefato die ad ipsum venerandum concilium quoquomodo properare fortè contempseritis, & pro Ecclesiae Christi

1. Cor. II.

Antiqua consuetudo Romae concilia celebrandi.

si Dei nostri utilitate, quae instanti tempore plurimum est necessaria, debitum nobiscum laborem sumere spreueritis; sciatis pro certo communionis nostrae futurum nullo modo esse consortes, sed potius canonicae auctoritatis censura (vt potè transgressores improbos) ferendum atque dammandum. Optamus reuerentiam vestram in Christo bene valere. *Data viij. Kalen. Iunij, Indictione decima.*

EPISTOLA LIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

IMPERATORIS auxilium contra Sarracenos implorat, qui deuastata Campania, omnia Romae suburbana depradabantur.

IOANNES EPISCOPVS

Ad Imperatorem.



Diuina ideo Maiestas excellentiam vestram praeceteris elegit Romani Imperij altitudine sublimare, Augustaliq; voluit diademate coronare, vt Deo nostro clementer auxiliante, potentiae vestrae brachio triumphali, Ecclesiam Christi voce supra petram verae fidei fundatam, rueri semper, & ab immani crudelique Paganorum infestatione; qui nos iam more latronum vndique circundantes, omnia nostra igne, gladioq; deuastant, pio mentis defenderetis intuitu. Sed quia nobis procul existentibus, tot dura & importabilia, pro quibus iam vestram Augustalem implorauius maiestatem, supra modum quotidie patimur: quippe cum tota iam depopulata Campania, nil habeamus, nilq; nobis, aut venerabilibus monasterijs, ceterisque piis locis, neque Senatui Romano, vnde corporaliter sustentari possimus, remanserit; omnibus etiam Romae suburbanis a deo depradatis, vt nullus in ipsis iam habitator, vel cuiuslibet aetatis incola videatur consistere. Pro quibus sanè malis innumeris ingenti moerore afflicti, doloreque turbati, nec cibum ore capere possumus: sed pro requie laborems assiduum, & pro corporali dapium dulcedine, mentis amaritudinem patimur. Idcirco vestram Imperialem maiestatem totius sapientiae luce splendidè irradiatam, sancta Romana Ecclesia, quae religioso vos vtero genuit, meo quidè sermone, sed suo venerabili suppliciter nimis precatur affectu, vt omni dilatione remota, omniq; eius cura assumpta, nunc ad suam defensionem & totius patriae liberationem adiutor clemens, defensor potens, & saluator inuictus venire dignemini: quia nisi vestra desideratissima nobis affuerit praesentia, nullum defensionis auxilium, nullumque necessariae salutis remedium poterimus habere. Nos enim cum omni sedis Apostolicae ordine sacro, cum religiosis, & Deum timentibus viris, pro vestrae gloriae prosperitate, continuaque mentis & corporis salute, omnipotentem Dominum, cuius est salus omnis & vita, totis deprecabimur nisibus, vt nec temporis feruor, nec loci natura insolita, nec molestia quaelibet vestro insigni corpori nocitura contingat: quamobrem nihil horum, quae sine Dei proculdubio non eueniunt nutu, dubitantes, quin potius in Domini miseratione totis viribus confidentes, non solum corpoream incolunitatem, verum etiam & perpetuam animae vestrae merebimini adipisci salutem

Imperator Ecclesiam ab hostibus tueri debet.

salutem & gloriam. Dignetur igitur pijsima serenitas vestra clementissime A
Imperator Auguste, pro tantæ sedis liberatione, tantorumque hominum
Christi cruore redemptorū saluatione nostras & Ecclesiæ nostræ preces au
dire, singultus prospicere, & tanti gemitus lacrymas incessanter effusas at
tendere: quatenus more solito, & solitæ pietatis viscere nobis compatien
tes, opem consolationis citissimè petentibus tribuentes, prout opportunum
est, nos adiuuare satagatis; quia post Deum vnica spes salutis & liberatio
nis nostræ fiducia vos proculdubio estis. Ideo per vosmetipsos properantes
congruum & opportunum nobis præbere auxilium non differatis; vt & Do
minus, qui elegit vos caput orbis, & Dominum fecit, auxilium suum vobis
de sancto mittere semper dignetur, amantissime fili. Data vt supra.

EPISTOLA LV. B. IOANNIS PAPAË VIII. B

IN OBEDIENTIAM accusat, & monet, vt Episcopos Venetiæ ad synodum Ra
uenna celebrandam accedere curet, & ipse quoque vel veniat, vel legatos mittat.

IOANNES EPISCOPVS,
Vrſi Duci Venetiæ.

Mltis essem nimirum iustæ correptionis à nobis increpationi
bus submitendus, nisi Apostolica moderatio circa te mi
nus seueritate, quàm patientia vteretur. Exceptis enim ex
cessibus illis, quos per inobedientiam prius contraxeras, ad C
extremum etiam legationem beati Petri indignâ tuis ocu
lis iudicasti; cum hoc nec gentilis quisquam facillè fecisse
clareſcat: maximè cum ea, quæ dilectioni tuæ mittebamus, paterna essent
monita, non inimici odientia verbera. Sed ista dissimulantes, innotescimus
dilectioni tuæ; nos octauo Kalendas Iulias Rauennæ synodum totius Ita
liæ sacerdotum celebraturos: cui interesse volumus & marinæ Venetiæ
Antistites, qui adhuc superesse noscuntur, vnà cum personis ad Episcopa
tum electis, & illis, quas tibi iam per diuersas epistolas significauimus. Qua
propter benè profectò facies, si eos ad prædictam venire synodum non im
pedieris: sed modis omnibus incitaueris. Non enim ruinam eorū cupimus,
absit, sed illius statum reformare prouinciæ; & quicquid inter eos & Metro
politano quæſtionis & controuersie vertitur, canonicè diffinire. Itaque D
indubitanter veniant, & tam sancto, numeroſoq; fratrum deesse nullo mo
do patiantur collegio. Non enim (mihi crede) in aliquo minorati (quod
auertat Dominus) sed potius augmentati, Christo propitio, ad propria re
uertentur. Sin autem communi omnium decreto, cum Ecclesiam non audif
se claruerint, erit proculdubio, quemadmodum sacrosanctum de huiusce
modi præcipit Euangelium. Illud autem ipse pro certo scito, quia nihil pro
villo mortalium imminui Ecclesiæ tuæ cupimus; sed decus & genium tuum
veluti spectabilis, & Deum timentis viri, conseruari volumus & optamus.
Vnde monemus, vt & ipse ad nos Rauennam proficisci ne pigriteris: sin au
tem, saltem virum quemquam industrium nobis gloriæ tuæ iniuncta lega
tione fungentem dirigere non detrectes. Data vj. Kal. Iunij, Indictione X.

Matth. 18.

EPI-

A EPISTOLA LVI. B. IOANNIS PAPAË VIII.

Vt Rauennam ad concilium proficiscantur, in quo componenda sunt controuer
siae, quæ cum Metropolitano nonnullis intercedunt.

IOANNES EPISCOPVS

Petro & Leoni Episcopis Venetiæ.

Vniuersale tandem aliquando nos celebrare concilium, mul
tiplex, & multifaria nos Ecclesiarum necessitas cogit: &
ideo pro hac moderanda vel dispenſanda, octauo Kalen
das Iulias huius Indictionis, totius Italiæ apud Urbem Ra
uennam conuenire iussimus Sacerdotes: ad quorum vide
licet sacratum collegium, Pontificio nostro mediante, ve
stram quoque sanctitatem occurrere commonemus, vnà cum his, qui lo
co sunt Episcoporum decedentium subrogati. Et illis nihilominus, quos
Vrſo glorioso Duci, & vobis scribentes, nostris sapius & expressius signi
ficauimus syllabis, atque (vt absolutè regulariterq; fateamur) omnibus,
qui se læsos existimant: quos generaliter auctoritate Apostolica sanctitas
vestra secum proferaturos aduocare profectò debebit. Itaq; fratres indu
bitanter accedite, vt præter communem vtilitatem, quæ in synodo est pro
culdubio componenda, quicquid inter fratrem & coepiscopum nostrum
Petrum videlicet Metropolitanum vestrum, & prædictos controuersie
vertitur, canonicum finem accipiat; & pax & tranquillitas Ecclesijs ve
stris, sicut condecet, reformetur. Non ergo carissimi tam sancto numero
ſoq; fratrum deesse collegio patimini: quia nos, mihi credite, nullius vestrū
casum exquirimus; absit. Veruntamen nisi ad hanc saltem præsignatam
vniuersalem synodum accesseritis, communi cunctorum sententia canoni
cis legibus subdemini, & pro tanta inobedientia merito puniemini. Est
enim, Samuele sancto docente, quasi peccatum ariolandi, repugnare; & 1. Regum 15.
quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Data VI. Kalen. Iun. Indict. X.

EPISTOLA LVII. B. IOANNIS PAPAË VIII.

PRÆCIPIT vt cum suis suffraganeis ad concilium accedant.

D IOANNES, ARCHIEPISCOPO
Rauennati.

Via iam ad periculosa peruenimus ab Apostolo, quin potius 2. Tim. 3.
à Domino prædicta, pro dolor, tempora: Surgit enim gens Luc. 21.
contra gentem, & sunt inter alia inimici hominis domesti Mich. 7.
ci eius: creuerunt inopinabiliter mala, & non solum extrin
secus rabie infidelium barbarorum atterimur; sed & in
trinsecus peruersitate nequam Christianorum afficimur.
Verum quanto crebescunt mala prauorum, tanto crescere debent bo
na rectorum, quæ profectò fieri nequeunt, nisi per commune fratrum
collegium in idipsum corpore simul & mente conuenientium. Est enim
Ecclesia Dei propter concordiam tam visibilibus, quàm inuisibilibus hosti
bus

Cant. 6.

bus omnino terribilis, & velut castrorum acies ordinata. Quapropter tam A
 pro Ecclesiasticis quibusdam necessitatibus, quam pro statu & pro corre-
 ctione reipublicae, auctoritate Apostolica decreuimus reuerendorum fra-
 trum & coepiscoporum nostrorum Italici regni vniuersale, id est totius pro-
 uinciae, aduocare concilium. locum autem nusquam ad hoc gerendum ap-
 tiorum & faciliorem, quam apud Rauennam vndique confluentibus inue-
 niri posse perspeximus. Occurrat igitur alacriter cum suffraganeis suis, quos
 ipsa conuenire commoneat, ad designatam urbem sanctitatis fraternitas, &
 tanto deesse conuentui, quem scilicet ibidem octauo Kalendas Iulias cele-
 braturi sumus, nullo modo perferat, quod pullulantia in agro Dominico zi-
 zania communi studio radicitus amputentur; & salubrium virtutum germina
 socio pro his certamine penitus inferantur. Fratres praeterea & Coepisco-
 pos nostros, qui sub beatitudine vestra degunt, ad eandem vniuersalem syn-
 odum hortatu sanctitatis vestrae venire praecipimus. Quisquis autem oc-
 currere sanctitati tuae forte contempserit, canonicis se nouerit increpatio-
 nibus proculdubio submittendum, in promptu, secundum Apostolum,
 nobis habentibus omnem vlisci prorsus inobedientiam. Hanc vero Apo-
 stolatus nostri epistolam, vel exemplaria illius, Beatitudo vestra in dioecesi
 sua omnibus indifferenter Episcopis parare faciat; ne aliquod possit ab ino-
 bedientia excusationis, quod non expedit, velamen obtendi.

1. Cor. 10.

EPISTOLA LVIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

QVAE de eo sinistrae ferobatur, in generali concilio canonicè terminanda significat.

f. Ad Aquileien-
sem.

AD A Q V I L E E I V S.

Nonimus vestra beatitudinem à nonnullis de quibusdam sinisterius
 diffamari, quod profecto in synodali est conuètu interius & per-
 spicacius ventilandum, & secundum sui qualitatem, regulari cen-
 sura modis omnibus finiendum: sed credimus, diuina fauente gra-
 tia, vos coram positos, ita infontes inueniendos, vt veritas exagitata non de
 vobis coeni, quod absit, sed vnguenti commoti iocundum reddat odorem:
 Nisi forte absentia procurata, vera, quae dicuntur de vobis comprobet, &
 poenam merito irroget: quae si adesset, magistra iustitia forsitan retudisset.
 Data vj. Kalen. Iunij, Indictione X.

EPISTOLA LIX. B. IOANNIS PPAE VIII.

CERTVM praescribit diem, quo Rauenna cum omnibus suis suffraganeis affuturus sit, quod si quis parere contempserit, excommunicationem illi minatur.

IOANNI ARCHIEPISCOPO
Rauennati.

Ter, quod pro dissoluendo foedere olim Neapolitanis cum Sarra-
 cenis inito Traiectum fecimus, nos à praefinito die synodi retar-
 dauit: sed quia auctore Deo, ipso discisso, quies aliqua reddita
 comprobatur: ecce de itinere scribimus nos certissime sextodeci-
 mo Kalendas Augustas Rauennae futuros, vbi sanctitas tua per se cum om-
 nibus

A nibus suffraganeis suis Episcopis, quos ipsa conuocare debet, adesse duo-
 decimo Calendarum Augustarum, omni remota excusatione, procuret; vt
 communi tractatu communia Ecclesiarum exorta zizania generaliter eucl-
 lantur. Si quis autem in hac parte collegium vestrum putauerit declinan-
 dum; communionis nostrae à se nouerit consortium modis omnibus adi-
 mendum: nobis proculdubio, secundum Apostolum, in promptu haben-
 tibus vlisci omnem inobedientiam. Data vsupra, Indict. X.

EPISTOLA LX. B. IOANNIS PPAE VIII.

SCRIBIT se iussisse, vt omnes Italia Episcopi, & praecipue Venetiarum, ad synodum Rauenna celebrandam accedant.

IOANNI ARCHIEPISCOPO
Rauennati.

† for. Vrfo Ve-
nerorum duci,
vt ex epistola
quinquagesima
apparet.



Cire volumus gloriam tuam pro multis necessitatibus san-
 ctæ Dei Ecclesiae, sicut iam te non latere credendum est, vn-
 decima Calendas Augustas istius decimae Indictionis, Ra-
 uennae, gratia sancti Spiritus suffragante, synodum nos cum
 Confratribus & Coepiscopis nostris instituisse fore modis
 omnibus celebrandam. Ad quam, sicut nos multis vtilitati-

bus omisis, nec laborem quidem itineris, nec intemperantiam aeris recu-
 santes, occurrimus; ita omnes hinc & inde volumus Antistites aduenire, vt
 quicquid in sancta Dei Ecclesia perperam per zizaniarum fautores creuis-
 se dinoscitur; hoc communi tractatu per nostrum commune studium ra-
 dicitus extirpetur: idcirco tuam nobilitatem ignorare non patimur, quod
 Episcopos Venetiarum, & electos vocatosque Episcopos vacantium se-
 dium, ad eandem synodum, sicut iam eos vocauimus, occurri & iterato
 decreuerimus: vt inter reuerendum quoque Metropolitanum vestrum, &
 vos omnis altercatio discutatur, examinetur, & coram sancta synodo ca-
 nonicè terminetur. Alioquin tam à nobis quam à sancta synodo; si inobe-
 dientes iam totiens per Epistolam vocati extiterint, tamquam contempto-
 res, synodicam sententiam incurrere merebuntur: quia cum sit illinc Ra-
 uennam breuior via, de labore itineris excusationem habere non poterunt.
 Data xxiiij. Calen. Augusti, Indictione decima.

INCIPIIT REGESTVM

De Indictione Undecima.

EPISTOLA LXI. B. IOANNIS PPAE VIII.

SIGNIFICAT Romanorum Procerum obsides dari non posse, monet, ne ad Vr-
bem Veniat, quia ipse eum excipere non potest.

Epist. Tom. 3.

Ff

IOAN-

Lamberto glorioso Comiti.



Remeantibus nobis, Deo præduce, Romam; conuocauimus totam Ecclesiam, & illud quod nobis de obsidibus Romanorum procerum dandis edixeras, in cōuentu fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ necessariò contulimus: sed heu quid dicam cum tantum totam eandem Ecclesiam contra nos incitauerimus, ac si pro melle, eâ felle potasse videremur. Romanorum filios sub isto cælo non legitur fuisse obsides datos: quanto minus istorum, qui fidelitatem Augustalem & mente custodiunt & opere, Deo iuuante, perficiunt. Præcipue cū nos miseremur, si hoc ex Augustali iussu processerit, & ipsum Imperatorem non credamus suum nos velle secretum latuisse. Tale quippe consilium non aliis adinuenit, nisi ille, qui hanc terram conturbare molitur, & ineffabile damnum populo Dei generare verus fraudibus machinatur: qui pacem & quietem odio habet, & dissentionibus vtique gaudet. Quamuis antea Romani ouilis senatus mortem eligant, quam hanc inauditam & pessimam rem fieri quocumque modo consentiant. Quapropter, quia omnino est impossibile, & tale quid omnis inclutus audiens in maximam suspicionem prorupit, atque simpliciter non fuisse dictum modis omnibus æstimauit: mandamus dilectioni tuæ, quam absentem sicut præsentem amplectimur, vt huc nullo modo fatigeris, quia modo te nullatenus recipere possumus, nec rectum aliquid nunc agendum fore necesse putamus. Cum autem, Deo iuuante, ad vnam concordiam & vnam quietem Reipublicæ causa redierit, & litis figmenta, quæ tamquam tela araneorum putamus cōtra Augustalem maiestatem oborta, sopita extiterint: nos & nobilitatem tuam recipiemus, & ea quæ ad communem vtilitatem pertinere cognouerimus, tecum & tractare, & vtpote cum tantæ prudentiæ viro peragere summa dilectione curabimus. Antea autem nullo modo te venire oportet: quia nullo modo te, sicut diximus, recipere fili carissime possumus. Data XII. Kalen. Nouembris, Indictione XI.

† f. dubitamus

EPISTOLA LXII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

CAVSAM Leontardi cuiusdam, qui homicidium cum alijs commiserat, ei delegat: hortatur, vt quoniam grauissimam illi antea penitentiam constituerat, modo leuiorem constituat.

VVIDONI EPISCOPO

Iniuenfi.



Leontardus quidam tuæ dioceseos homo, singultibus & gemitu tritus sanctam sedem Apostolicam, & nostram humilitatem adiit, referens se primò quidem homicidij incidisse reatum; & à sanctitate tua penitentiam accepisse; quam & peregerit, & ea peracta, miserationem & reconciliationem Ecclesiasticam tuo iudicio promeruerit. Post verò cum alijs suis conciuibus quosdam prædones publica sanctione iussus sit insequi, vt si eos capere

SUMMORVM PONTIFICVM. 339

capere potuissent, modis omnibus interire non admitterent. Contra quos ille cum alijs proficiscens, asserit, quòd vno ex illis capto, oculos comprehensores eius eruerint, ac per hoc ipse prædo nefandus vitam finierit. Hoc itaque factò præfatus Leontardus penitentiam suscepturus, ad tuam præsentiam veniens, huiuscemodi dixit se fuisse tuo iudicio iudicatum: Sanctam videlicet communionem nisi ad exitum vitæ non percepturum: carnes & vinum, exceptis diebus Dominicis, & Sanctorum festiuitatibus non sumpturum: comam non rasurum: vxorem non accepturum: cum hominibus non conuersaturum: in cinere & cilicio gemiturum: seruis, rebusque suis non dominaturum: seniore & beneficium non habiturum, & alijs his similibus fortè fruendis non fruiturum. Quæ omnia audientes, & intimo corde pensantes, inuenimus aliquid grauius te, quàm expedit, si ita est, iudicasse. Huius rei gratia omne huius iudicium tibi dimittimus; & vt nostra super hoc vice, ad mitiorem in eo proferendam sententiam perfruaris, modis omnibus exhortamur: quatenus pro amore Apostolorum, & nostro, & laborem itineris, & lachrymabilem prædicti latoris intentionem, vel penitentiam amaritudinem omnino considerans, mitius cum eo agere non detrectes; & eo quòd ad sanctos Apostolos fecit confugium in his, quæ oportuerit, ne fortè in desperationem labatur, misereri illius nunquam omittas; quia Dominus (sicut per Prophetam loquitur) misericordiam vult, & non sacrificium. Ideoque monemus, rogamus, vt misericordiam ei impendas: quatenus de impensione misericordiam audientes, sanctitati tuæ multimodas gratias referamus. Optamus sanctitatem tuam in Christo beneualere. Data III. Kal. Nouembris, Indict. XI.

EPISTOLA LXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

DOLET Caroli Imperatoris obitu. hortatur vt promissa pro Romana Ecclesia dignitate impleat. Legatos se missurum pollicetur. eius precibus Theotmaro Archiepiscopo pallium mittit: quem Apostolica sedis redditus, quos apud Baioariam habet, Romam annuatim transmittere iubet.

CAROLOMANNO.

Apicibus igitur, gloriose fili, vestræ dilectionis susceptis cum parte gratulationis, vestra incolumitate, prosperitatique successu, Caroli Imperatoris morte audita, nimio tristitia fateor mœrore, ex latere sumus attriti. sed subito vndam mentis nostræ cogitatione ad diuinum iudicium aliquatenus sustollentes, in illud Apostoli obstupefacti cogimur voce erumpere, dicentes: O profundum diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius; & inuestigabiles viæ eius: quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? quod idcirco dicimus, quatenus sedula cordis meditatio humanæ fragilitatis, in hoc mari magno cursum vitæ instabilis intueri non desinat, atque ad ea gaudia, quæ sunt fixa & immobilia nostra actio, gratia Christi duce, anhelare contenta, bonis operibus numquam desinat. De causa sanè vestri ad nos ad-

Epist. T

Ff 2 uentus,

Carolomannus fuit Ludouici Germaniæ Regis filius, ac Ludouici Pij Imp. nepos, ad quem aliquot infra scribuntur epistolæ, & de quo Addo i. ff. Chrò. Annon. lib. 5. c. 28. Regino lib. 2. Chron. Rom. 11.

1. Reg. 1.

uentus, vestraque sublimissima promissione, Romanae Ecclesiae supra omnes qui fuerunt ante vos, eiusdem exaltatione, cum hoc opere compleueritis, aderit ille vestri retributor, qui per controuersiam iuramenti confirmas modulos humanae locutionis, ait, Viuo ego (dicit Dominus) quia glorificantes me, glorificabo. Dum à colloquio, ut dicitis, fratrum vestrorum fueritis reuersi, legatos ex latere nostro ad vos solemniter dirigemus, cumque pagina capitulariter continente ea, quae vos matri vestrae Romanae Ecclesiae, vestroque protectori beato Petro Apostolo perpetualiter debetis concedere. Quibus peractis demum rursus ordinabiliter & honorifice mittemus qui vos cum tota decentia, utpote tantum Regem ad limina Apostolorum ductare studeant, vnaque conuenientes de statu Reipublicae, totiusque Christiani populi saluatione salubriter tractare, Deo opitulante, ac ordinare valeamus: inter quae quaeso filii carissime, quotquot infideles nostros, nostraque vitae insidiantes, quo quomodo, vel significatione poteritis cognoscere, nullum apud vos, vestrosque fideles valeant aliquatenus locum, vel aditum inuenire, ne immunda eorum praesentia aliqua consortij macula regum culmen contagiet. Pallium vero, vestra petitione inclinati, Theomaro Archiepiscopo consuetudinaliter dirigentes; optamus ut hoc decore interius fulgeat in oculis interni iudicis, quo nitet exterius humanis obrutibus, cuique quaeso committite ea, quae apud Bagoariam beatus Petrus Apostolus habet, uti nobis annualiter redditus eius Romam transmittat. Data Mense Nouemb. Indictione XI.

EPISTOLA LXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

PALLIUM ei concedit. mandat, ut redditus, quos Romana Ecclesia apud Bagoariam habet, Romam mittat.

THEOTMARO ARCHIEPISCOPO

Iuannensi.



Discirco tuam fraternitatem tanto pallii decore studuimus decorare, ut Christo opitulante, & ante Dei oculos bonis & sanctis actibus polleas, & sanctae Romanae Ecclesiae, à qua potus praecleari poculi sumis, deuotus semper fidelis existas, eius in futurum effectus particeps, cuius locata perpetualiter fundamentis consistit, & apud Carolomanum regem dilectum filium nostrum cotidianus interuentor pro Romana Ecclesia hortamur existas. Inter haec ea, quae beatus Petrus Apostolus apud Bagoariorum terram iure proprietatis possidet, tuae industriae, sagacitati que committimus: quatenus amodo & deinceps annuos eorum redditus Romam sine mora transmittas. Data Mense Nouemb. Indictione XI.

EPI-

EPISTOLA LXV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

LAUDAT eius piū erga sedem Apostolicam animum. dolet de aduersis. monet ut pro Ecclesia fortiter se gerat. ostendit uxores non esse dimittendas. nuntiāt se ad Regem scripsisse, ut debito eum honore prosequatur. demum eius Ecclesiae privilegia confirmat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO

Confratri nostro Ederedo Archiepiscopo gentis Anglorum.



Estis relectis, apicibus quanta verae dilectionis & sinceritatis fides, qua Christum Deum vestrum, proximumque diligitis, in vobis consistat, & pia deuotione circa sedem Apostolicam ferueat, euidenti dumtaxat intellectu perspiciamus: cum more antecessorum vestrorum, & causas vestrae Ecclesiae necessarias nostro praesularui, quasi suo doctore referre, & à sede Apostolica super quibusdam suis quas patitur aduersitatibus consultum, & auctoritatis munimen accipere quaesistis; in qua Deus omnipotens totius Ecclesiae posuit fundamentum. & quia dura quaedam in praesentis saeculi vita, quae verè tenatio est super terram, positi, quotidie sustinetis, non solum stemus nostra, quae similiter patimur, sed condolemus, & vobis talia (proh dolor) patientibus, quoniam omni iam mundo in maligno posito, multis vbique aduersariis aduersus Christi famulos existentibus, quanto maiores, & supra modum crebriores tentationes, quotidie imminerint circa nos, tanto Christi freti solatio valentiores esse debemus: nostra sacra narrante serie; Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam promisit Deus diligentibus se: ipseque Deus benedictus in saecula, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus; dicente Apostolo, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Nos tamen pro instantis temporis necessitate hortamur, & monemus fraternitatem vestram, ut omni saeculi timore postposito, sicut idoneus Dei minister opponas te murum pro domo Domini; & zelo illius accensus, non solum regi, sed omnibus in ea peruersè aliquid agere volentibus; strenuè resistere non praetermittas, honorificans ministerium tuum, quamdiu diuina sineris voluntate summo sacerdotio fungi, populumque Domini tibi commissum sanctae doctrinae pabulo pascere, sacerdotes scilicet, & Ecclesiasticos viros, ac feminas, necnon viudas, & sanctimoniales iuxta ordinem suum pro viribus regere, tuerique, ut pastor idoneus coram Domino appareas, prompta mente procures: quoniam nos Apostolicae sedis apicibus admonere exortari que curauimus Regem vestrum, ut tibi pro Iesu Christi Domini nostri amore in omnibus, quae sanctae Ecclesiae tibi commissa utilia sunt, obediens, & adiutor deuotus, sicut antecessores suos piissimos Reges Anglorum (narrante historia) fuisse recolimus, existere non praetermittat: si & Regnum sibi temporaliter concessum voluerit retinere securum, & vitam postmodum regni percipere sempiterni. His autem, quos asseris uxores proprias contra praecipuum Domini. Epist. Tom. 3. Ff 3 mini

mini relinquere, precipimus, neque virum ab vxore, neque vxorem à viro, nisi causa fornicationis discedere: quòd si ob hoc discesserit, manere in nuptum, vel innuptam, aut sibi mutuo reconciliari: quoniam dicente Domino, quod Deus coniunxit homo non separet; & ideo cum priorem legitimo sibi matrimonio iunctam quisquã deserere nequeat, nulla ratione illi prorsus conceditur aliam, viuentem priore, conducere: quòd si fecerit, & non emendare sub satisfactione studuerit, ab Ecclesiæ consortio maneat separatus. Sed neque de propria cognatione secundum Sancti præcessoris nostri Gregorij doctoris gentis vestræ decretale statutum, cuiquã ducere permittas. Nos namque sedis tuæ priuilegium, quam vice beati Augustini à sancto Gregorio pro multorum salute, & conuersione illuc directi Regis, illibatum tibi volumus proculdubio conseruare, & vt ab omnibus ordinibus, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus custodiatur in perpetuum, secundum ipsius sancti præcessoris nostri Gregorij cuius sapientiæ radius Ecclesiam Christi per orbem diffusam irradiat, sancimus, atque precipimus. Et quicquid aduersi à quocunque homine de parte tua nobis fuerit relatum, ante veram cognitionem nullatenus credimus: Quin potius etiam regem vestrum admonuimus, vt dignum honorem tibi pro amore Iesu Christi Domini nostri impendat, & omnia priuilegij tui iura perpetua stabilitate & conseruare, ac indiminuta custodire procuret, si gratiam, & benedictionem sedis Apostolicæ (sicut antecessores eius bene faciendo habere meruerunt) pari modo voluerit iste habere. Data vt supra.

EPISTOLA LXVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

COMMENDAT zelum fidei, quem ostenderit aduersus Sergium Ecclesiæ Dei hostem. Hortatur, vt in dies magis pro Ecclesiæ sibi commissæ defensione laboret. Petrum diaconum ei commendat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO

Athanasio Episcopo sanctæ Ecclesiæ Neapolitanæ,
dilecto Confratri nostro.



Numeras gratiarum actiones vestræ Deo dilectæ agimus almitati, dignisq; Apostolico vos ore laudibus præ ceteris merito collaudamus: quoniam secundum Domini vocem dicentis, Si oculus tuus, vel manus tua scandalizat te, erue eam, & projice à te fratrem tuum erga Ecclesiam Dei impiè agentem, & circa Dominum non recto itinere gradientem, velut secundum Olofernem, sancta Christi Dei nostri ausu temerario impugnantem, & hæreditatem patriam more sacrilego persequentem, tanti honoris regimine indignum iudicās, ultionis diuinæ percutere iaculo studuisti: nec pepercisti carni tuæ propter Dominum dicentem, Qui diligit patrem, aut matrè, aut fratrem plusquã me, non est me dignus: in quo nimirum vos Deo per omnia dignos fore cognoscimus; quia membrum corporis tui multo contagio foetens libenter abscindere, proculq; abijcere sanctitas tua fidei deuotione curauit: & quia nunquãque viris sæcularibus secundum se, & non secundum Deum in vrbe Neapolitana principantibus, multa scanda-

Matth. 19.

S. Greg. lib. 13. epist. 31.

† f. deest, statutum, aut quid si mile.

Matth. 5.

Matth. 10.

Loquitur de Sergio, vt constat ex epistola proxima, cuius Leo Ostiensis meminit lib. 1. c. 42.

A dala & perturbationes multas, homicidia & oculorum erutiones intra eam, vel foris peragentibus, dignum Deo de his iustè iudicante peractum est, vt iniqua iam cessaret dominatio, finem haberet peccatum, & consurgeret vir de domo Domini, qui timorem Dei præ oculis habens regat populum Christi in omni iustitia & sanctitate, in omni veritate & mansuetudine, vt pastor idoneus, & non velut mercenarius deserat, & disperdat: & ideo ea, quæ vestræ dignitati, vel honori congrua ac necessaria sunt, perpetua nihilominus stabilitate confirmamus; tantum ampliori nunc studio, curaque multiplici pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ tibi commissæ stare ac desudare, quatenus salua securaque consistat, vt procures, his nostris Apostolicis prudentiam vestram exhortamur apicibus. Nos namque aliis omnibus mancosis datis mille quadringentis vobis dare debemus, quos vestræ dilectioni, aut in initio Quadragesimæ, aut in die sanctæ Resurrectionis vobis proculdubio dirigemus. Porro hunc Petrum venerabilem diaconum vestrum, quia eum vestræ Ecclesiæ, & ciuitati Neapolitanæ in omnibus fidelè esse cognoscimus, vobis in omnibus commendamus, & pro nostro eum amore benignè semper retinere dignemini. Data vt supra.

EPISTOLA LXVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

LAUDAT eos, quòd zelo diuino accensi, Sergium à se abiecerint, & Athanasium Episcopum suæ Reipublicæ rectorem elegerint. precipit, vt ei pareant, offerens se vna cum ipso eorum commodis consulturum.

C OMNIBVS EXIMIIS IVDICIBVS,
& vniuerso Populo Neapolitanæ ciuitatis.

Qvanta verè fidei deuotione circa Deum creatorem & saluatorem mundi, atque erga Ecclesiam Christi ferueatis, luce clarius ecce cognoscimus, cum tantæ impietatis virum, perditionis scilicet filium, & totius iniquitatis vas vobis iniquè dominantem, Sergium namq; magistrum militum, secundum videlicet Olofernem, zelo repleti diuino, abijcere, ac velut membrum foetidum à corpore Christi abscidere, proculq; abijcere studuistis, secundum Domini præceptum dicentis: Si oculus tuus, vel manus tua scandalizat te, erue eum, & projice à te: & quia illo abiecto pastorem, & Episcopum animarum vestrarum, Athanasium videlicet, dilectum confratrem, & vnanimem filium nostrum habere iudicem elegistis, innumeras vestræ dilectæ prudentiæ, & vnanimitati gratias agimus, quoniam, sicut Dei ministri, iram Domini exercituum, quæ iam meritis imminabat illius, in eo vlcisci procurastis; qui nimirum multa & inaudita mala plusquam omnes patres suos in ciuitate Neapolitana, & in finibus nostris nequiter facere non dubitauit, cum innumeram hominum multitudinem, infantum & mulierum ceteruam gladio, fame, atq; captiuitate crudeliter peremisset. His igitur nostris Apostolicis litteris nobilitatem vestram filioli mei monemus atq; hortamur, vt præfatum Athanasium confratrem nostrum venerabilem Episcopum vestrum (sicut diuina inspiratione docti loco rectoris habere elegistis) fidei mète ac deuotione cum omni honore habere studeatis: quoniam nos

cum

Matth. 5.

cum illo in omni vestro adiutorio, in omni vestra utilitate propti existimus, A
pari; voto vos adiuuare desideramus: tantum stare viriliter obedientes illi
in omnibus, velut filij carissimi. Porro quia iam alijs omnibus datis manco
sis) mille quadringentos vobis dare debemus, ne turbemini: quia eos, vel in
initio Quadragesimæ, vel in die S. Resurrectionis, vobis proculdubio dirige
mus. Vos tantum vt filij carissimi aduersus infideles & communes inimicos
totis viribus pro defensione Ecclesiæ Dei desudare satagite: quatenus, &
Dei gratiam, & nostram semper benedictionem habeatis. Bene vos opta-
mus in Domino. Data vt supra.

EPISTOLA LXVIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

SCRIBIT se in Galliam velle proficisci, ideo sub Excommunicationis pena B
præcipit, ne se absente Romanæ Ecclesiæ territorio, vel Romæ aliquod damnum inferat.

NOBILI VIRO LAMBERTO
glorioso Comiti.

Agacitati, ac prudentiæ vestræ notum esse volumus, quia
non solum pro assiduis Paganorum infestationibus, quas
ecce iam biennium nemine defensionis nobis præbente so-
latium, patimur: sed etiam pro innumeris, & supra modum
grauibus oppressionibus, quæ nobis vnâ cum Dominico C
grege diuinitus commisso in pace, quam Christus Deus
noster se diligentes habere iubet, consistentibus, ab aduersariis illata sunt,
& quotidie inferuntur, in gremio sedis Apostolicæ, quæ caput est orbis, &
omnium mater fidelium, quietè, ac securiter manere nobis minimè licet.
Ideo Franciam per iter marinum profectus, gloriosumq; Carolomanum
Regem adire, atque optatam illius contemplari præsentiam cupimus, pro
salute scilicet, ac defensione terræ sancti Petri, & totius Christianitatis sup-
pliciter deprecantes. quatenus Dei omnipotentis solatio, & regia virtute
nobis (prout opportunum est, solati ante, possimus salubri prosperoque
suecessu regere, atque tueri territorium, & populum Domini precioso cruo-
re redemptum: Ne pro aliquo eorum per nostram desidiâ, vel incuriam
pereunte, districtam Domino cogamur reddere rationem. Ideo mone- D
mus, & his nostri Apostolatus litteris dilectionem vestram pio intuitu exhor-
ramur, vt nobis abeuntibus Franciam pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ,
& Reipublicæ stabilitate, nullam contrarietatem, vel inimicitiam exercea-
ris in toto territorio Principis Apostolorum, neque Urbis Romæ, quæ est
Ciuitas Sacerdotalis, & regiâ, per factam beati Petri Sedem, aliquas ad-
uersitates, vel insidias præparetis, neque faciatis, facereque volentibus nul-
lo modo consentiatis. Quia si per vos, aut per vobis subiectos homines ea-
dem vrbis Roma perurbationem aliquam, vel dehonestationem habuerit,
vel aduersa qualibet sustinuerit, pro certo scitote quia canonicis vos cor-
reptionibus cum viciici sancti Spiritus auctoritate omnimodis redargue-
mus, & ab Apostolicæ sedis cõmunionem merito separabimus. Dat. vt supra.

EPI-

A EPISTOLA LXIX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MONET vt consentiat cum Athanasio Episcopo Neapolitano ad Ecclesiæ Ro-
manæ defensionem: & curet pactum cum Amalfranis factum, ab ipsis obseruari.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Landulfo Episcopo Capuano.

Vanto studio tua dilectio, tuaque benigna fraternitas erga
defensionem, ac liberationem, obsequiumque S. R. E. cui
Deo auctore, culmine præsidemus, laborauerit, totisque
nisibus cordis in parte nostri operis desudauerit, sedula re-
miniscimur proculdubio recordatione: tuaque ob hoc re-
tributio, tam apud Deum, quam apud nos erit in promptu
indubitanter parata. Quapropter, quia te valde idoneum in tantis habe-
mus expertum; monemus, atque hortamur esse vnam cum Athanasio
Neapolitano Episcopo in causa præsentis Romanæ Ecclesiæ; quoniam li-
quidum scriptum in Salomone didicimus: Funiculus triplex difficilis erit
eidèq; nostro hortatu, & admonitione in omnibus fraternus auxiliator exi-
stere nunquam desinas, inter hæc tua benigna fraternitate, & dilecti filij
nostri Guaiterij principis, mediante, pactum in decem millium mancuso-
rum cum Amalfranis eatenus fecimus, vt à Traiecto vsque Centumcellas
nobis nauali labore indefinenter auxilium ferrent. Sed hætenus id in nul-
lo demonstrauerunt. insuper quædam studio calliditatis adstruunt: quia
vtrique Abbates, Ioannes videlicet ac Anastasius, quos illuc ex nostra
parte direximus, non in decem millium tantum mancusorum, sed in duo-
decim millium plaitasse, quod iidem Abbates coram nostra præsentia non
se fecisse iureiurando refellunt: Ideoque vestra eos prudentia, & ab hac
iniusta petitione compescat, & in seruitio salubri commonitione confirmet:
quatenus nostra benedictione positi, animo & corpore ex Christo Domi-
no salui existant. Data vt supra.

EPISTOLA LXX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

REPREHENDIT quoddam alium Episcopum, præter eum, quem clerus & populus
elegerat, in Venciensi Ecclesia consecrauerit. præcipit, vt Romam accedat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ariperto Archiepiscopo Berdunenfi.

I Canonica in consecrandis Episcopis statuta seruasses; num-
quam (sicut auditu didicimus) & de quodam Diacono, no-
mine Vualdene, super tuam dilectionem reclamante, se ca-
nonicè à plebe & populo Venciato electo, & à tua sagaci-
tate abiecto, deconsecrato, controuersia qualibet nascere-
tur; qua vestra meritò reprehenderetur fraternitas. At nunc
quia mortuo Venciensi Episcopo, non præfatum sacerdotem; quem, vt di-
ctum est, clerus & populus ciuitatis elegerat, præque memoriæ Carolus
Imperator suo consensu firmauerat, consecrasti: eodem Augusto de præ-
fenti

Epist. 1.

Epist. 95.

Epist. 88.

fenti vita subtracto, alterum non iuxta normam canonicam electum ex aduerso venientem, nec per ostium, sed aliunde introeuntem tuo tantum libitu ordinasse accusaris: in quo te non leuiter incurrisse omnino videmus: quia dicente praedecessore nostro Papa Caestino, Nullus inuitis detur Episcopus, cleri, plebis, & ordinis consensum, & desiderium requirere debuisti: cuius etiam auctoritate clerici habent facultatem resistendi, si se viderint praegravari: & quos sibi ingeri extranverso cognouerint, non timeant refutare: quoniam etsi non debitum praemium, vel liberum de eo, qui eos rectorus est, debent habere iudicium: Nam & sancto Leone dicente, Nulla ratio finit, vt inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti. Vnde cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Eodem etiam capitulo tricesimo quinto canonum suorum iubente, Nullus, vt dictum est, non petentibus est ordinandus Antistes, ne Ciuitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut odiat, ac per hoc fiat minus religiosa, quam conuenit, cui non licuit habere quem voluit. His ita statutis, ne in Ecclesia Dei tibi commissa scandalum maneat, vel schisma existat; dilectioni tuae iubemus, vt cum eodem à te consecrato Episcopo, & illo qui se canonicè asserit fuisse electum, de praesenti Romam venire procures: quatenus in praesentia nostra, & sedis Apostolicae tanti causae negocij diligenter inquisita, & examinata, legitimum, Deo fauente, finem percipiat. Obedire igitur te oportet huic nostrae praeeptioni pro Ecclesiae Dei pace directae: nam si aliter feceris, scito quia nos talem illicitam praesumptionem impunitam nullatenus relinquemus. Data vt supra.

EPISTOLA LXXI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

PRAECIPIT vt bona Romana Ecclesia, qua occupauerat, restituat.

DILECTO FILIO CVNIPERTO
Glorioso Comiti.

Vditu didicimus, etiam & veraciter scimus, quod cortem sancti Petri, quae est in Aluiscuria, contra Deum, & nostram voluntatem teneatis inuasam, & vnde censum, ac functionem annuam Ecclesia Principis Apostolorum pro luminariis habere solita erat; nunc vestra fortia, & auaritia faciente, nil recipere, nilque potest habere. Vnde ex auctoritate Dei, & sancti Petri, ac nostra, vobis praecipimus, vt non habeatis licentiam ipsam cortem amplius retinere: nec in eius rebus & pertinentiis vos intro-mittatis, si gratiam Dei, & beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, nostramque benedictionem cupitis habere: Sinatisque homines sancti Petri, qui ibi sunt, eandem cortem securiter retinere. Nam si ipsam cortem deinceps tenere contra nostram voluntatem praesumpseritis, aliquamque ibi fortiam, vel violentiam feceritis; scitote quod omni vos Ecclesiastica communione, atque à corpore & sanguine Domini nostri canonicè separabimus, sicut in qua forem rerum Ecclesiasticarum. Data vt supra.

EPI-

EPISTOLA LXXII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MONET ne Romam eam ob causam veniat, vt Apostolica sedis hostibus auxilium ferat. Quod si alia de causa venerit, honorificè se eum excepturum promittit. plura legatis iniungit, quibus fidem adhiberi iubet. Ad petrum Romanæ Ecclesiae hostem se non posse, ait, in communionem recipere.

DILECTO FILIO LAMBERTO
glorioso Comiti.

Dilectionis & amicitiae vestrae amorem, ac sinceritatem quasi quoddam insolubilis caritatis pignus tenentes, tanto de inimicorum nostrorum callidis astutiis, vel praeparatis cum Apostolica sede securi existimus insidiis, quanto nobilitatis vestrae potentiam, vnà cum Christi auxilio nobis coniunctam in omnibus prosperis, seu aduersis esse proculdubio credimus: quoniam & nos vobiscum in cunctis, quae vestrae gloriae sunt congrua, vel necessaria existere prompti optamus. Et ideo eminentiam vestrae, quae relatione quorundam didicimus, latere nolentes, vt pote spiritali filio nostro referre indubitanter curamus. Audiuius namque, quod inimicis & infidelibus nostris per cuiusdam exhortationem cupiatis ferre solatium, atque Romam venientes suis eos rebus, & beneficijs contra nostram etiam voluntatem inconuenienter restituere debeatis: quod nullus Imperatorum, vel Regum, aut Comes antecessoribus nostris fecisse recolitur. Vnde valde miramur, si hoc verum est, quomodo tanta amicitiae inter nos totiens habitae, atque promissae obliti estis; cum post Deum vos modò in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus Ecclesiae sancti Petri habeamus vnicum adiutorem, atque fidelissimum defensorem. Et ideo licet quidam vobis agere talia fedi Apostolicae nobisque contraria suadeant; nos tamen in vestrae fidei deuotione, quam erga beatissimos principes Apostolorum Petrum ac Paulum, & nostram paternitatem haberis, plurimum confidentes, quasi dilecto filio, & vnanimi amico mandamus, vt pro Dei & nostro amore, pro causa inimicorum nostrorum aliquatenus restituenda, cum bis iam ac ter synodico sint ipsi iudicio condemnati, Romam nunc non veniatis; quia valde turbati ac tristes ob hoc existentes, vos, sicuti decet & nos cupimus, honorificè recipere non possumus. Quamobrem vestram prudentiam tantae peruersitatis consilium destruat, atque contra ipsos inimicos nostros totis viribus insurgere, & pari nobiscum voluntate, sicut oportet, eos confundere procuretis; vt nos (sicut per vos credimus) securi & quieti, Dei, & vestrum maneamus auxilium. Alia verò pro causa, si ad limina sancti Petri, & nostram Apostolicam nunc, aut postea vultis venire praesentiam; vos prompto, atque gratissimo animo, prout oportet, honorificè recipiemus, vobiscum pariter gaudentes, & exultantes in Domino. Plura quidem vobis super his scriberemus: sed quia idoneos, ac reuerendos fideles nostros, vestrosque deuotos amicos, Gaudericum videlicet & Zachariam Episcopos delitiosos & consiliarios nostros vobis direximus, qui vestrae gloriae ea, quae litteris desunt, verbis poterunt enarrare, omisimus scribere;

bere; quibus sanè, quæ vobis verbo tenus dixerint, quasi nobis credere non dubitatis. agite igitur, sicut vos in omnibus nostris credimus habere procul dubio adiutorem, & vnam in Christo amicū. Adelbertus autem Marchio ad nos si venerit, pro certo scitote, quia eum nullomodo recipimus: quia multas nobis contrarietates fecit, & manifestus in omnibus inimicus apparuit. Præterea, sicut nobis mandatis, vt pro instantis temporis causa, extra urbem Romam exeuntes, vobiscum alicubi loqueremur; libenter quidem hoc facere voluissimus, si vtile, ac necessarium esse videtur. vt simul loquamur, non vobis graue sit ad nos quasi filius dilectus venire: quatenus ea, quæ congrua sunt visa pariter consideremus. Data vt supra.

EPISTOLA LXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

GRAVI TER eum reprehendit, quod in litteris, quas scripsit, honorem debitum Apostolicæ sedi non habuerit, & ne legati absque eius consensu mitterentur, postulauerit.

NOBILI VIRO LAMBERTO
glorioso Comiti.

Sedem Apostolicam, quam Deus omnipotens supra petram sui nominis fundare dignatus est, non solum Reges & Principes terræ, verum etiam Imperatores Augusti, & totius orbis Domini suis apicibus, vtpote caput omnium Ecclesiarum Dei, honorauerunt, dignisque præconiis eius Pontifices, Vicarios scilicet beati Petri Apostolorum principis, laudauerunt, votisque supplicibus deprecari studuerunt; & vsque in finem sæculi, Petri manente nomine ac memoria, supplicare non desinent. Quapropter audientes litteras tuas, quas mandastis; mirati valde fuimus super earum verbis inconuenientibus, quæ nec debitas sancto Petro laudes resonant, nec Ecclesiasticis concordant regulis, vel doctrinis; cum nobis illa verba mandastis, quæ sæcularibus viris, & comparibus tuis scribere solitus es, hoc est, cum dicis nobis, Tuæ nobilitatis: vel cum dicis nobis, Monemus nobilitatem vestram: in quo luce clarius mentem vestram cognoscimus erga nos minimè deuotam, sicut putabamus, existere. Idcirco nostræ paternitati, tam vilibus verbis, & inconuenientibus sermonibus scribere audaci potius quàm sincera mente voluistis: & mirum non est, quia de amaro fonte dulcis aqua non hauritur. Porro quia dixistis, quod sine consensu tuo nostras legationes nusquam mittere deberemus, vsusque hoc non fuerit, nec litteris legitur, nec à quoquā superflite vnumquam fuisse reminiscitur factum: & ideo sedes Apostolica libera semper existens, liberam vbique suam mittit legationem, habens Domini auctoritatem, dicentis: Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. De his autem, quæ olim dicta sunt inter nos, pro diuersis, ac multiplicibus contrariis, & aduersitatibus, necnon & corporis incommoditatibus, quas quotidie patimur, nobis aliquid considerare, vel pertractare non licet. Nos tamen, si prudentiam vestram in nostris profectibus, & vtilitatibus Ecclesiæ Romanæ cognouissimus deuotam existere, nostramque voluntatem

LUC. 32.

SVM MORVM PONTIFICVM. 349

A luntatem prompte perficere; loco vos filij dilectique cuperemus retinere amici; & ea, quæ vestræ saluti, ac prosperitati essent vtilia, grato sanè animo perficeremus: sed quia vos, nobis relictis, in partem contrariam inclinatos videmus; non solum obstupescimus, sed etiam à vestræ amicitie nos similiter declinamus consortio, quod pro Dei amore valde retinere volumus carum. hanc præterea Epistolam nostram secundum morem per Longobardum fidelem vestrum, & litterarum delatorem vestrarum, vobis mandare volumus: sed ille à nobis eas recipere, vestræque noluit deferre sagacitati: sed sicut & antiquus vsus exigit, & ratio manifesta fieri declarat, † Data vt supra.

† Aliquid deest.

EPISTOLA LXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

HORTATUR vt in sua integritate perseueret, & Amalfitanos corripit, quod auxilium nauale non miserint, & nimia calliditate in se utantur.

AMANTISSIMO FILIO GVAIFERIO PRINCIPI.

Deuotionem igitur animi tui ex die, qua te cognoui, paucis verbis explicare non possum: hoc tamen veraciter scimus, quia apud Deum, & apud nos, tibi omnia salua reseruantur tempore opportuno. Idcirco monentes hortamur, & rogando iubemus, vt in semel tua percepta bonitate perseueres. Quoniam scriptum est; Nō tardat Dominus promissum suū, a. Pet. 1. donec adimpleatur quod loquutus est: & ideo nosse gloriā tuam cupimus, quia ex parte Amalfitanorum nullum nobis iuxta conditum placitum studuerunt præbere adiutorium nullum nobis iuxta conditum placitum studuerunt præbere adiutorium nauali certamine à Traiecto vsque Centumcellas. Insuper quadam calliditate asserunt, non in decem millium tantum manuforum, sed & in duodecim millium fuisse nostram promissionem: quod verum nullo modo constat, cum & ipsi Abbates, quos illuc pronostre parte direximus, iureiurando non se dixisse fateantur. De his verò aliisque similibus, quantum in nobis est, per gloriā tuā nobilitatis, correptionem omnemque speramus studij emendationem, quod quæso facere maturè acceleres. Optamus. Data vt supra.

EPISTOLA LXXV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MISSA PER EVGENIUM ET PAVLUM

Episcopos Men. Apr. Die XVI. Indi. XI.

DOLET quod Græcos sequatur. hortatur ad Romanæ Ecclesiæ gremium redeundum. tum de dono misso gratias agit. postremò Sergium quendam per subreptionem ad Sacerdotium & Episcopatum promotum, depositum fuisse significat.

MICHAELI REGI BVLGARVM.

Spiritualibus te visceribus edito gaudebamus, & pro saluatione tua gratias agebamus: sed nunc astutia malignorum decepto, tristamur, & ingemiscimus, verentes & pertimescentes, ne si fortè Græcos secuti fueritis, cum illi in diuersas hæreseos, & schisma-

Epist. Tom. 3.

Gg schisma-

schismata solito more ceciderint; vos quoque cum ipsis in erroris profunda
 Gen. 3. ritatis: & sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita sensus vestri corrup-
 pantur, & excedant à simplicitate & castitate, quæ est in Christo Iesu. Nam
 Deut. 32. te fili, Mosaicis rogo verbis, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi se-
 niores tuos, & dicent tibi, si aliquando Græci sine hac, vel illa hæresi fue-
 rint: & cum non inueneris eos ab aliqua hæresi, aliquando liberos extitisse;
 oportet vos eorum fraudes, & consortia fugere, ne cum illi errauerint,
 & blasphematores inuentiamini: nec erit qui vos postmodum corrigat,
 vel ab errore reducat. & hoc est, mihi credite, fili carissime, quod dole-
 mus, hoc est vnde nocte & die pro vobis solliciti sumus. Non gloriam ex
 vobis, vel honorem aut censum proculdubio expectantes, cum vos potius,
 & non vestra quæramus: nam non patriæ regimen & Republicæ mode-
 ramen adipisci cupimus; sed dioceseos eiusdem regionis curam & di-
 B dispositionem more prisco resumere volumus, vt sollicitudinem, quam vni-
 uersis debemus Ecclesijs, tanto pro eadem diocesi solertius exerceamus,
 quanto ad ordinationem specialius vestram hanc antiq̄uitus pertinuisse
 non ignoramus; tantoque pro vestræ salutis custodia instantius vigilare
 Psal. 67. valeamus, quanto vt confirmet hoc Deus, quod operatus est in nobis, eni-
 xius nobis optandum est, & districtius à nobis diuinitus exigendum, cla-
 rius scimus, si circa instructionem & munitionem vestram desides, quod
 absit, fuerimus inuenti. Reuertimini ergo ad beatum Petrum Apostolo-
 rum primum, quem amastis, quem elegistis, quem quaesistis, cuiusque in
 necessitatibus patrocinium percepistis; & fluente doctrinæ salubriter &
 conuenienter hausistis: cuiusque vos protectioni cum subiectis omnibus
 commendastis & tradidistis; bene quidem curabatis, cum Apostolo cla-
 Gal. 3. matus: Quis vos fascinauit veritati non obedire? sed & ipse per se Do-
 Luc. 9. minus dicit: Nemo mittens manum suam in aratrum, & conuersus re-
 trorsum, aptus est in regno celorum non autem dicimus, quod non vna
 Ephes. 4. sit fides, vnum baptisma, vnus Deus, vnus Dominus, vnus & illorum sed quia in
 eis sæpe præfuls Constantinopolitano vt Imperatore, aut plerumq; vtroq;
 auctore facto hæreseos; plures qui sub ipsis sunt; adulatione aut certè timore
 illis efficiuntur consimiles: & vnde tunc eis est, qui societatem sequuntur eor-
 rum. Dic itaq; rogo carissime fili, quid faceres tu, vel populus tuus, si tempo-
 re pneumatomachi Macedonij Constantinopolitani antistitis, quando & im-
 pius illic imperabat Constantius, essetis eorum societate fruentes; non he-
 dogma eius contra Spiritum sanctum blasphemans cum illis sequeremini? D
 quod peccatum attestante Domino, non remittitur neq; hic, neq; in futuro.
 Nonne si horum pollutam societatem haberetis, & prauam doctrinam ni-
 hilominus haberetis? ac per hoc & vos cum illis quasi fasciculi colligati ad
 comburendum æterno igni reseruaemini in die iudicij cruciandi? Credi-
 mus autem, quod iam vos non lateat, nunquam Apostolicam B. Petri sedē
 ab aliis sedibus reprehensam, cum ipsa alias omnes, & præcipue Constanti-
 nopolitanā sæpissime reprehēdes aut ab errore liberauerit, aut certè in his,
 qui respicere noluerunt, sententiæ suæ iudicio condemnauerit. Noli ergo
 sequi Græcos, fili carissime: quia argumentis semper fallacibus student, sem-
 per dolosis intendant versutis; ne forte vobis, quod genti contigit Gothorū,
 contingat, quæ cū à Paganorū errore cuperet liberari, Christi, fidei sociari
 in Episcopum incidit formam pietatis habere, virtutē autē eius abnegante
 qui

Romana Eccle-
 sia nunquam in
 errore incidit,
 alias autem ab
 errore liberauit
 Socr. lib. 5. c. 27.
 Theod. l. 3. c. 32.
 Sozom. l. 7. c. 37

A qui eos dum à Paganismo liberat, Arij blasphemias implicat: sicque illi dū
 incautè quærunt errorem fugere, in errorem incidunt; & cæcum ducem se-
 quentes, cum illo cæci facti, in Arianæ prauitatis præcipitia dilabuntur.
 & hoc est vnde Græcorum cauenda esse prædicamus consortia: Corrum-
 punt enim (vt Paulus Apostolus ait) mores bonos colloquia mala. Qui et-
 si aliquando loquuntur aliquid boni, noli mirari, quia & Dæmones confi-
 rebantur filium Dei: sed ipse illos potius tacere præcipiebat; ne qui eos au-
 diredet vera prædicantes, sequeretur errantes. Conuertimini igitur ad bea-
 tum Petrum Apostolorum principem, qui primus cognouit, & confessus
 est filium Dei, qui oues Dominicas regendas accepit, & vthas ad æternæ
 pascua vitæ introducere posset, & hic ligandi soluendique potestatem, &
 illic referandi eis clauis cælestis regni promeruit. Igitur scitote charissime,
 B si ex hoc ad Græcos, quod auertat Dominus, conuersio vestra fuerit, par-
 tem vestram diuinitus cum his ponendam, qui primam fidem irritam fa-
 ciunt, & cum his, quorum libenter amplectimini portionem. Porro si nos au-
 dieritis, & ad sancti Petri gremium redieritis, vt filios vos amantissimos ex-
 parsis sinibus recipiemus, & exertis brachiis amplectemur, & in visceribus
 Christi dilectionis semper habebimus; & si qua sunt sancta, si qua salubria,
 si qua congrua, vobis & pro vobis offerre, atque impendere non cessabi-
 mus. Xenium nobis ex vobis transmissum, quodam religiosi habitus Vrso
 deferente, suscepimus; de quo benignitati vestræ gratias agentes, Deum
 laudauimus, qui te nobis deuotè munus offerre docuit; temetipsum cito ro-
 rum, vt confidimus, & perfectum daturus. Cæterum gloria vestra sciat Ser-
 gium Eunuchum, qui cum genere sclauus esset, & multis prauitatibus irre-
 C titus, sacerdotium per surreptionem obtinuit; & post etiam super aliis de-
 rectus, & conuictus excessibus, ab Episcopo tunc suo depositus fuisse dino-
 scitur, & post indignè satis à Georgio, qui falsò sibi Episcopi nomen vsur-
 pat, ad Episcopatum Belogradensem prouectus est, Apostolorum princi-
 pum, & sanctorum canonum auctoritate, etiam nostri esse sententia decreti
 depositum: quod tam vobis, quam vestræ omnium generalitati canonicè
 patefacimus; vt hi qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur: ne, quod non
 optamus, simili cum eis poena iudicij teneantur astricti. Data XVI. die
 M. Aprilis, Indiç. XI. Nicen. c. 5.

EPISTOLA LXXVI. B. IOANNIS PAPAË VIII.

D MISSA PER PAVLVM, ET EVG. EPISCOPOS
 Mense Aprili, Indiçione XI. Die XVI.

HORTATUR vt Michaelis Regem ad Romanæ Ecclesiæ gremium reuocet.

PETRO COMITI.



Illustissimo filio nostro Michaeli Christianissimo Regi Apo-
 stolatus nostri mittentes Epistolam; dignum duximus, vt &
 tuæ quoque gloriæ scriberemus, & gemitus nostri cordis a-
 periremus, quos assidue patimur, suspirantes & stupore ni-
 mio admirantes, quomodo ipse sapientissimus Rex, & vos
 ipsi auerti potueritis, & à recta semita declinare, atque à sede beati
 Petri Apostolorum summi recedere; cui, sicut Euangelium refert, non caro
 Epist. Tom. 3. Gg 2 & sanguis

Matth. 16.

& sanguis, idest, humana sapientia; sed ipse per se Pater Filium proprium reuelauit. Cum alij hunc Ioannem, alij Eliam, alij Hieremiam, aut vnum de Prophetis existimarent. Scribimus ergo tibi tamquam familiari, & carissimo nobis; tu enim in hac causa primus ipsi regi praecursor & dux; auctore Deo, fuisti: tu inter illum & nos medius discurristi &, Deo gratias, cuncta, quae ad salutem gentis illius acta sunt, non sine tuo certamine acta sunt, & quot & quantos labores pro instructione vestri nos assumpserimus, ipse non nescis. Et bene quidem in nobis delectabamini, & spiritalibus gaudiis, & profectibus fruebamini: sed nescimus, quis vos de cetero deceperit;

Gen. 3.

quis organum factus diaboli, qui olim per serpentem Euam seduxit, vos à recto itinere callida suasionem retraxerit: vnde non parum dolemus, nec leniter anxiamur; & idcirco te virorum optime cohortamur, loquere ad aures eiusdem dilecti filij nostri regis; cui & Dominus ipse ad aures praecordiorum loquatur, vt primam fidem non faciat irritam, vt ante se gradiens, retro nequaquam respiciat: viam qua ambulabat, non deferat; Euangelicam legat historiam, & videat ibi praecipue soli Petro, aliis ista vel illa opinantibus, Christum Dei viui filium reuelatum, & singulariter dictum; Ego pro te rogauit Petre, vt non deficiat fides tua. Ergo si istis, vel illis falsa putantibus, Petro veritas praecipue reuelata est: & si pro fide Petri oratum singulariter est à Filio, ne deficeret; consideret sapiens Rex, quam laudabiliter primum fecerit Urbem quaerens, ad quam iste talis & tantus Apostolus venit, & praedicauit; cui, Patre reuelante, veritas Filij patefacta est, & cuius fides, quia Filius rogauit, non deficit. Ad hanc quippe Romanam Urbem post Antiochia, quam in transitu visitauit, fundatam Ecclesiam, tamquam ad mundi dominam properauit, & illic consequenter filium Dei viui, quem non carne vel sanguine, vt praediximus, sed eo reuelante, sicut veraciter cognouit, veraciter & praedicauit: super quam etiam solidam confessionis petram, suam Dominus Ecclesiam fabricauit: & haec est petra illa supra quam; vt Salomon ait, serpentis non inuenitur vestigium. Pro hac itaque purissima fide beatus Petrus Romae moratus, in hac stabilivit Ecclesiam, & sede Apostoli ca diutius gubernata, pro hac fide decus mortis assumpsit: sicque sanctam Romanam Ecclesiam in hac fide fundatam proprio sanguine cum Paulo, qui ab Hierusalem, vsque ad Illyricam regionem scilicet, in qua nunc vos habitatis, Euangelio repleuit, Domino Deo consecrauit, & dedicauit; qua fide tanto intra breue tempus Romani creuerunt & floruerunt, vt praelatus egregius Apostolus mox in principio Epistolarum suarum pro ea Deo gratias agere, & denunciare praecordia videatur. Hanc itaque fidem suggerere semper, & suade, carissime, pio regi sitire: hanc non alibi praecipue quaerere, nisi Romae, vbi plantata est, & radicata à beato Petro, qui hanc, vt supra ostendimus, sicut veraciter cognouit veraciter & praedicauit: quoniam sicut aqua nunquam potest alibi tam munda, vel tam limpida quemadmodum in fonte vnde originem protrahit, inueniri; ita & fides nunquam omnino poterit alibi tam pura, vel tam nitida reperiri sicut in Ecclesia nostrae viuaria, vbi eam non recta perstillantia, quibus litigiosa mulier, idest haeretica prauitas, comparatur; sed ille polorum clauiger vbertim, & purissimè congegauit; qui ex ipso fonte viuo hanc caelitus hausit, & limpidissimam conseruandam mandauit. Haec, carissime, pio regi loquere, & exhortare in Christo Iesu, vt pro accepto & multiplicato familiaritatis talento in gaudium Domini nostri merearis intrare. Nos verò, si nos audieritis, quia

1. Tim. 5.

Luc. 22.

Rom. 15.

Rom. 1.

Fides Rom. Eccl. 1.

A quia vos tamquam fratres, & filios summo amore diligimus, de lucro vestri gaudemus, & superexultabimus: sin autem, dicemus omni Ecclesiae, & sicut Dominus praecipit; vos tamquam ethnicos & publicanos habebimus: & tunc vos videritis, cum in varias errorum tentationes incideritis. *Miss. per Paulum, & Eugentium Reuerendissimos & sanctos Episcopos. Data Men. se. Apr. Die XVI. Ind. XI.*

EPISTOLA LXXVII. B. IOANNIS PPAE VIII.

Eiusdem argumenti suntque seve eadem verba, quae in superiore.

B MICHAELI GLORIOSO REGI BVLGARVM.

Hæc epistola non videtur Michaeli scripta.



Christianissimo Regi Apostolatus nostri mittentes Epistolam; dignum duximus, vt & tua quoque gloria scriberemus; & gemitus, ac dolores nostri cordis aperiremus, quos assidue patimur suspirantes, & tristes penitus incendentibus, & stupore nimio admirantes. Quomodo ipse sapientissimus Rex, & vos ipsi auerti potueritis, & à recta semita declinare, & à sede beati Petri Apostolorum principis omnino recedere; cui, sicut Euangelium refert, non caro & sanguis, idest humana sapientia, sed ipse per se pater filium proprium reuelauit. Cum alij hunc Ioannem, alij Eliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis existimarent. Scribimus ergo tamquam fratri eius & charissimo nostro. Nam cuncta, quae ad salutem gentis vestrae à nobis acta sunt, & quot, & quantos labores pro instructione vestri nos assumpserimus, ipse profecto non nescis. Et bene quidem primum in nobis delectabamini, & spiritalibus gaudiis, & profectibus fruebamini: sed nescimus, quis vos de cetero falcinauerit, quis deceperit; quis organum factus diaboli, qui olim per serpentem Euam seduxit, vos à recto itinere callida suasionem retraxerit. Vnde non parum dolemus, nec leniter anxiamur; & idcirco te virorum optime cohortamur, loquere ad aures eiusdem dilecti filij nostri regis, cui & Dominus ipse potius ad aures praecordiorum loqueretur, vt primam fidem non faciat irritam, vt ante se gradiens, retro nequaquam respiciat, viam qua ambulabat, non deferat. Euangelicam legat historiam, & videat ibi praecipue soli Petro Christum Dei viui filium reuelatum. Ad huius ergo beatissimi Petri sedem alacri petore Rex Christianissimus redeat; & sicut ceruus, cum quid sumperit noxium, desiderat ad fontes aquarum: ita desideret, & sitiât anima ipsius ad salutifera eius doctrinae fluentia. In quo pio tua labore opere praecunctis solertia, vt non solum fratrem charissimum lucrifacias, sed & de salute omnium vestrum ipse mercedum praemia consequaris. Non enim placet Deo plus his, qui ab errore conuerti faciunt homines, vel qui ad iustitiam erudiunt plurimos. Et ideo pro tam sancto labore, beato Petro clauigero regni caelestis intercedente, operies, sicut scriptum est, multitudinem peccatorum, & stabilieris, quasi caeli firmamentum, & dies aeternitatis. Sed & nos interim te in deuorum numero filiorum habebimus, & confessionibus Apostolorum principum, memoriam tui iugiter commendare nullatenus omitteremus. Data Men. Apr. Ind. XI.

Epist. Tom. 3.

Gg 3

EPI-

MISSA PER PAULUM ET EUGENIUM

Reuerendissimos Episcopos.

TER TIO iam commonet, ne Bulgarum regionem ad Ecclesiam Romanam iam antiquitus pertinentem usurpet, & omnes ab eo, vel ab eius suffraganeis in ea regione consecratos Episcopos intra XXX. dies illinc educat: & nisi post duos menses paruerit, Dominici corporis & sanguinis communionem, & si perseverauerit in contumacia, Patriarchali etiam dignitate priuat.

REVERENDISSIMO CONFRATRI NOSTRO
Ignatio Patriarchae Constantinopolitano. B

Secundo iam sedis Apostolicae litteris probaris admonitus, & per Missos eius contestatoris conuentus hortatibus, iure tibi Constantinopolitanae Dioeceseos, quod per eiusdem primae sedis auctoritatem, & fauorem, annuente Deo, receperas; ritè contentus, vltra praefixos tibi ex canonibus limites praesumptionis pedem non tenderes; nec antiquos terminos, quos posuerunt patres tui, aliqua usurpatione transferres. Nullus autem ignorat regionem Bulgarum, à sanctae memoriae Damaso Papa; & deinceps vsque ad Paganorum irruptionem à sedis Apostolicae praesulibus (quantum ad Ecclesiasticae prouisionis attinet priuilegium) moderatam: Praesertim cum hoc nonnulla scripta, sed praecipue diuersorum Pontificum Romanorum res gestae, quae in archiuis antiquissimis nostrae referuntur Ecclesiae clarius attestentur. De his autem, quae bellica clades, & grauissimi hostilitatis incursus intulisse noscuntur, nil praestantius sentiendum est, quam quod clarissima Ecclesiae tuba sanctus videlicet Leo nostrae sedis Antistes edocuit, & decreuit, cum ait, Adhibenda iniqua curatio est, vt vulnera, quae aduersione hostilitatis illata sunt, religionis maxime ratione sanentur. Qui statu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerso, iterum dicit: Remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit, reformetur: omni que studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque quod proprium est. & rursus: Quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur. Sed haec Reuerendissime frater omnia clausis oculis relegisti, sanctorumque patrum decreta calcaneo temerario conculcasti, ac multiplicium tibi beneficiorum sedis Apostolicae praestitorum oblitus, contra eandem sanctam sedem, benefactricem videlicet tuam, & erectus es, priscam Dioecesim illius in regione Bulgarica constitutam, illicita peruersione subripiens, & in alienam messem contra diuinas leges mittere falcem non renuens. Vnde merito post primam & secundam commotionem à nostrae te debueramus communionis contubernio sequestrare, in promptu habentes, secundum Apostolum, omnem vlcisci inobedientiam, qui etiam dicit; Si quis non obedit verbo nostro, per Epistolam, hunc notate, vt non commisceamini cum eo: sed quia sedis Apostolicae moderatione vtentes, spiritu lenitatis potiusquam seueritatis erga correptionis tuae flagramus affectum; ecce tertio canonicè per missos & syllabas commoneamus, & hortamur, & protestamur, vt nullam omnino moram perpessa, strenuos vi-

Epist. 85.

2. Cor. 10.
2. Thess. 3.

A nuos viros in regionem Bulgarum dirigat, qui per totam patriam peragentes, quoscunque illic repererint qui à te, vel ab subiectis tibi consecrationis munus accepisse dicuntur, sine quauis dilatione reducant: ita vt intra triginta dierum spatium nullus Episcopus, nullus omnino clericus, qui tuae ordinationis, immo inordinationis sunt, intra omnes Bulgarum fines inueniatur. Non enim patimur eos, quos ibidem tu illicitè constituisti, quos & ab Apostolica esse iam fede huius rei gratia constat excommunicatos, errore suae praerogationis corda nouorum Domini famulorum inficere: quos videlicet in fide instructionis manu plantauimus, & aqua salutaris fontis doctrinarum rigauimus, atque horum auctori Deo ad incrementum spiritus dandum, vt sit ipse in omnibus primatum tenens, obtulimus. Porro si intra triginta intervalla dierum omnes quos vel tu, vel Episcopi tui consecraste, in aliquo gradu putantur Ecclesiae, à totius regionis Bulgaricae terminis non eduxeris, & te metipsum ab omni Ecclesiastico illius iure dioeceseos non subduxeris; tam diu sancto corpore, ac precioso sanguine Domini nostri Iesu Christi post duos menses à die numerandos, qua huius Epistolae thomum acceperis, esto priuatus; quam diu his obstinatus decretis nostris minimè obedientiae colla submiseris. Iam verò si pertinaciter in hac indisciplinatione, atque peruersione permanseris, & Episcopos, & quot quot illic vel illi vel tu consecraste videris, foras illinc minus expulseris; omnipotentis Dei iudicio & beatorum Apostolorum Principum auctoritate, nostraeque mediocritatis sententia, omni patriarchatus esto dignitate, quam fauore nostro receperas, alienus, & exors; nullo penitus summi sacerdotij priuilegio praeditus vel potitus. Data Mense Aprilis, Indictione XI.

C Missa per Paulum, & Eug. Episcopos.

EPISTOLA LXXIX. B. IOANNIS PPAE VIII.

DECLARAT eos excommunicatos, quod Bulgarum regiones inuadentes, illicitas ibi ordinationes fecerint; dignitate etiam priuandos, nisi intra xxx. dies ex omni Bulgarica regione decesserint. Si quis autem paruerit, restituendus ei Episcopatum decernit, quem in Graecia habebat; etsi nullum antea habebat, vacantem, si dignus est, eidem conferri iubet.

OMNIBVS EPISCOPIS ET CETERIS

clericis Graecis Bulgaricae Dioeceseos inuasi-
ribus, ac per hoc excommunicatis. D

Mramur vos, & vehementer obstupescimus, sanctorum Patrum canones obturatis oculis relegisse, & calcata conscientia terminos aeternos à patribus positos transulisse, & in alienam messem iudicij falcem misisse in Illyrici prouincias, quas nunc Bulgarum natio retinet, ingredientes, & ordinationes illicitas perpetrantes, cum & sacra concilia sub sede beati Petri Apostolorum Principis, has olim prouincias deguisse patenter innuant, & rerum gestarum à S. Damaso Papa conscripta manifeste denuncient: Et statu causarum, Deo auxiliante, in melius iam pridem conuerso, sedes Apostolica sit ab eis, qui hanc habitant regionem, recognita, requisita,

Ioan. 10.

requisita & multis precibus inuitata : nosque illuc Episcopos, & inferioris ordinis sacerdotes cum praeceptis sedis Apostolicae miserimus, & multos labores pro instructione illius regionis arripuerimus. Nam & si quidam vestrum clandestina illuc sorte venerunt, apte de illis dicere possumus illud Domini dictum asseuerantes: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt, & latrones. Ipse quippe Dominus per Prophetam dicit: Veniebant, & ego non mittebam eos. Nam quidam vestrum pro criminibus suis fugientes: quidam autem ambitus; & auaritia causa illuc accessuri, profecti sunt; non autem vocati, nec inuocati: licet nec sic in vestram vos Dioecesim ad aliquam dispositionem faciendam introire conuenerit. Quia igitur contra sacras vos multipliciter egisse regulas deprehendimus; excommunicauimus vos, & estis excommunicati. Quisquis autem ex vobis intra triginta dierum spatium cognitae huius Apostolicae sanctionis, omni Bulgaricae regioni non cedens, in ea quamlibet ordinationem, vel dispositionem patrare, ultra praedictum spatium obstinate praesumpserit: sanctorum Patrum auctoritate, nostraeque iudicij sententia proprio careat officio, non nisi respiciens poenam euasurus, aut veniam aliquo modo speraturus. Si quis autem vestrum humiliter, ac obedienter his salubribus monitis nostris parens, Bulgaricae locum dederit Dioecesi; nouerit nos decreuisse sibi Episcopatu restitui, quod eum in regione Graecorum prius habuisse constiterit: porro & si nunquam habuit, vacans illi tribui; si tamen talis persona sit, cui nulla in hoc regula patrum valeat obuiari. *Missae per Paulum, & Eugenium Episcopos.* Data XVI. die Mensis Aprilis Indiact. XI.

EPISTOLA LXXX. B. IOANNIS PAPAE VIII. C

MISSA PER PAULUM ET EVGENIUM

Reuerendissimos Episcopos.

DOLET Constantinopolitanam Ecclesiam schismate adhuc laborare. qua de re legatos mittit.

DILECTISSIMO NOBIS ET DESIDERABILI

Filio Basilio Christianissimo, & tranquillissimo Imperatori.

2. Cor. 1.

Luc. 2.

1. Cor. 12.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui miseratus, & consolatus est nos in presenti saeculo nequam: Visitans, & redemptionem faciens tam pium tamque benignum Imperij vestri cornu salutis erigendo in domo Dauid, Christi videlicet pueri sui. Vos enim, fili charissime, minus Imperatoria dignitate secundum Apostolum, qui ait: Aemulamini charismata meliora, contenti etiam Angelorum estis ministerium imitati, dum pacem in terra bonae voluntatis hominibus exoptatis, & beatos per id, ac calum vos visuros luce clarius demonstratis; vtraque siquidem Epistola vestra pontificio nostro missa huius vos flagrare desiderio patenter insinuat, & hanc vos ad statum Ecclesiae, vnde prauorum dissensione repulsa est, inhianter vel-

le redu-

A le reducere, indicio euidenti demonstrat. A Deo quippe prouectum Imperium vestrum, quod, eo auctore, iustitia & triumphis ornatis, minus nimirum validum, minusque gloriosum putatis, nisi etiam summa condecorare pace seu concordia satagatis. Nos autem, dilectissime, audientes in Constantinopolitanam Ecclesiam dissensionis adhuc scandala fluctuare, nonnullosque religionis habitus viros hac illaque dispersos, atque deiectos, ignominiose tractari; merito ingemiscimus, & multa molestia fatigamur. praecipue pacem sentimus illic continua contentione turbatam, quam per multos sedis Apostolicae labores iam credebamus aedificatam, & sacros quosdam diuersas iniurias discimus passos, quos ab omni oppressionis face sperabamus creptos. Portamus quippe omnium onera, qui grauantur; immo portat haec in nobis amator vester beatus Petrus Apostolus, qui nos in omnibus sollicitudinis suae protegit ac tuetur haeredes: sed quia & professionis nostrae officio, cum Hieremia nihilominus dicitur: Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut euellas & destruas, & disperdas & dissipas, & plantes, etiam vestra pietas ab Apostolatu nostro pro hoc ipso personas postulat. Ecce strenuos e latere nostro viros dirigimus, qui si qua illic inter haec diligenti studio deprehendant, & his radicitus, secundum Domini mandatum, euulsis, destructis, dispersis & dissipatis, pacem & unitatem, & caritatem, & congruenter aedificent simul & plantent. Nam quo modo habere poterunt caritatem, qui diuidunt unitatem? nos autem pro Christo legatione proculdubio fungimur, cum paci Ecclesiae studium impendere procuramus. Quia vero Deo amabiles viros, quos nominatim litteris expetitis, quibusdam incommodis impeditos destinare nequimus; misimus Paulum & Eugenium sanctissimos, & reuerendos Episcopos, dilectosque consiliarios nostros quorum nobis & fides probata, & scientia manifesta est: quibus scripto dedimus in mandatis, ut omnibus simultatibus sopitis, atque sedatis, quae ad pacem sunt, sanctorum magistra regula Patrum, toto conamine construant, & omni contentione sublata, iustitiae tribuant, Deo propitio, palmam; hoc dumtaxat ad laudem Dei agentes, & ad praecursorum vestrorum cumulum (sicut vos agere de die in diem decet) addentes. Verumtamen ignorare pium Imperium vestrum nolumus, nos Apostolicae sedis praecipisse legatis, ut causa tantum visitationis, gloriosum eiusdem prouinciae Principem adeant, & de optata memoria ei Apostolorum, ut condecet, expletis officiis per salutationis edicant. Ideoque rogamus, ut aditu eis annitentibus vobis concessio, talem illis industrium virum qui eos usque ad praedictum Principem saluos ducat, atque reducat, facta in scriptis de ea minimè iterum usurpanda professione. Optamus vos per multos annos in Christo beneualere, & de barbaricis iugiter hostibus triumphare, spiritualis, & desiderabilis, & Christianissime fili semper Auguste. Data Indiact. XI.

Hier. 1.

2. Cor. 5.

† for. loquitur de Rege Bulgarum.

† deest, traditis, aut quid simile.

EPISTOLA LXXXI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

Ut legatis a semissis fidem adhibeat, & opem Romanae Ecclesiae ferat.

DILE-

DILECTO FILIO SEMPER IN DOMINO
triumphanti Basilio piissimo Imperatori
Augusto.

Scius, venerabilis Imperator; scimus, & omnimodo nouimus, vos prudentia pollere, æquitatem diligere, pietatem extollere, directiones plantare, & vitia vellere. Scimus & liquidò credimus, vos sanctæ Romanæ Ecclesiæ vigorem, & decus velle augeri; tribulationes gemere, angustias dolere, & necessitates pio intuitu, quantum ad vos pertinet, amouere. Huius rei gratia maximam de vobis fiduciam assumentes, quicquid eandem sanctam matrem vestram Romanam Ecclesiam oppidò affligit & lacerat, vobis singulari quadam spe committimus audiendum, & corrigendum. Tamen ne vos, quos secretorum nostrorum conscios esse cupimus, lateat quod his diebus contra Dei voluntatem, contraque salutem totius Christianæ fidei, ac contra priuilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu contra morem, rei que publicæ statum Romæ peractum est; his missis nostris Paulo, & Eugenio Episcopis, verbotenus vobis dicenda commisimus. Quæ vos ita credere deprecamur, ac si nos vobiscum loquamur; & credentes, si nobis ferre opem, vel aliquam consolationem valetis, veluti dilectus filius reuerendæ matri assolet, omnimodo conferatis, deposcimus. Habebitis enim pro his sanctos Apostolos adiutores, & nos possidebitis deuotiores vestros apud Dominum semper intercessores. Data III. Calen.

† f. Maij, vt cõstat ex superioribus.

† Mart. Indi. XI.

Ad Archiepiscopum de Mediolano, ad Patriarcham de Foro Iulij, ad Ioan. de Papis.

EPISTOLA LXXXII. B. IOANNIS PAPAË VIII.

MONET vt quantocyus ad synodum in Gallia cum suffraganeis accedat. Queritur de perfidia Lamberti Spoletani Comitis.

ARISPERTO VENERABILI ARCHIEPISCOPO
Mediolanensi.

Ro innumeris igitur & multiplicibus oppressio-
num angustis totius sanctæ Ecclesiæ in orbe terrarum diffusæ synodum vniuersalem, Christo opitulante, in Francia (quia in Italia, persecutione malorū crassante [Petrū Presbyterū cardinis nostri, quem ad Carolomanum Regem dirigimus, fraternitati vestræ plurimum cõmendamus] minimè potuimus) sumus celebraturi; ad quam, fraternitatem vestram quantocyus omni mora

[Hæc verba nõ coherent sequentibus.]

† Vt causam cõmunis hostis vna mecum iudicetis, hæc vel alia huiusmodi verba hic desesse videntur.

De Lamberto & Adelberto Annon. lib. 7. c. 37.

postposita occurrere admonemus, cum cunctis coepiscopis, ac suffraganeis vestris, exceptis his, quos sacri canones pro incommodis causis stare patiuntur. Quoniam in ea, Christo cooperante, omnium Ecclesiarum speramus erigi statum, atque vigorem. Hoc iterum iterumque monemus, hortamur, expresseque mandamus, vt nulla vobis mora, nullumque tempus præpediat, donec nobis vestrum aduentum in præsentia præbeat; id est Lamberti perfidi Spoletani Ducis Vuidonis filij, eiusque complicitis Adelberti

Mar-

A Marchionis, velut melius patriæ proditoris, qui clandestina fraude pacificè venire se simulans, in dolo ad portam Urbis custodes deputans, sacranque ciuitatem tyrannus inuasit, nosque cum fidelibus nostris intra ecclesiam beati Petri Apostolorum principis, inauditò atque horrendè, coarctare inter cætera mala. † Data vt supra.

† Videtur hic deesse, conatus, est.

EPISTOLA LXXXIII. B. IOANNIS PAPAË VIII.

Vt in Romanæ Ecclesiæ fide perseueret. præsentium latorem commendat.

DILECTISSIMAE FILIAE ANGELBERGAE
Imperatrici Augustæ.

Reminiscentes omnium bonorum vestrorum, quotidie Deo nostro gratiarum actiones referimus, qui vestrum animum tanta sollicitudine circa deuotionem ab exordio sanctæ Romanæ Ecclesiæ spiritali flammæ adustione percussit. Sed nunc filia mea carissima, & in Christo deuota, quæ solitas sollicita ingenij acutissimi, & in hoc in opportuno tempore solita bonitate concurre: quatenus coeptum bonum vsque ad consummationem operis perducatur æterni retributoris præmia recipere valeatis. Latorem quoque præsentium Petrum cardinis nostri presbyterum, quæso in omnibus habeas commendatum, vestroque consilio prudentissimo iter illius solita pietate disponite: quatenus Deo duce, ad nos possit redire incolumis. Data vt supra.

EPISTOLA LXXXIV. B. IOANNIS PAPAË VIII.

EXPONIT mala, quæ à Lamberto Comite Romæ sunt perpetrata. sequè in Gallia ad implorandum auxilium aduersus eum iturum ostendit.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ioanni Archiepiscopo Rauennati confratri nostro.

Nanimitatis vestræ fraternitatem ignorare non patimur, quæ & qualia his retro diebus à Lamberto Spoletano Comite mala, & multiplices passi sumus iniurias, quales nullus antecessorum nostrorum Pontificum à quoquam Deum colente sustinuisse recolitur. Igitur omne penè territorium sancti Petri suis tyrannicè deuantibus hominibus, cum immensâ populi multitudine Romam venit: nos autem illum quali dilectum amicum apud beatum Petrum Apostolorum principem honorificè recepimus: sed ipse quasi ouili pelle indurus solita repletus nequitia, munereque corruptus ingenti, contra nos insurgere non dubitauit. Nam portas ciuitatis Romanæ violenter, immoque fraudulenter cepit, totamque urbem Romam, ac per dies plurimos homines suos ira arctius retinere fecit, vt nec proceres Romanorum, nec Episcopi, & Sacerdotes, neque etiam familiares nostri ad nos, nisi maxima supplicatione, exundi facultatem haberent. Cibarja etiam nostram venire instantissimè prohibe-

Annon. l. 7. c. 37

hibebant. Venerabiles item Episcopos, Presbyteros, atque Diaconos, & religioſos monachos, cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, ſacriſque litanis ad Eccleſiam principis Apoſtolorum venientes, heu (proh dolor) more paganorum conturbauerunt, & ſuſtibus cedentes nequite diſperſerunt, non ſinentes illos exire, debitumque Deo ſacrificium offerre. Inimicos quoque, atque infideles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & noſtros; quos vnâ cum veſtro conſenſu, & ſubſcriptione bis, ac tertio iam excommunicatos, damnatoſque habemus, ſuper nos temerè conduxit: eoſque in vrbe Roma ſine noſtra voluntate immiſit. His ita que nos præiudiciis, & iniuriis multiplicibus grauati, cum tota ſede Apoſtolica triſtes adeo per dies multos extitimus, vt nequaquam nobis aliud agere, niſi flere liceret: nam iſtis diebus, nec veſtis fuit ſuper altare ſancti Petri, nec aliquod ibi nocturnum, vel diurnum officium ex more celebratum. Nunc etiam minatur nobis peiora inferre, niſi eîs obtemperemus humiliter voluntati. Vnde ſanctitatem veſtram pio fraternæ dilectionis affectu coniunctam hortamur, vt pro tantis afflictionibus, & miſeriis capiti noſtro illatis, ex totis præcordiis veſtris nobiſcum pariter condoleatis, & contra euidentiffimum, & immanem inimicum noſtrum conſurgere toto annifu ſtudeatis. Nos namque illius non valentes ſuſtinere tantas inſidias, quia per terram ire nequimus, per marinum iter Deo propitio Franciam proficiſci debemus. glorioſos ſcilicet reges deprecaturi, vt eccleſiam ſancti Petri, & ciuitatem Romanam totius mundi caput & dominam, à tantis oppreſſionibus, & calamitatibus liberent, ſaluam, & quietam ſinant manere, potentiſque manu ab hoſtium, quas patimur inſidiis teneantur; nec nos ob aliud illuc ituros, niſi pro communi ſalute proculdubio credite. Sed ſicut veridico multorum relatu didicimus, cum nos de vrbe Roma fuerimus egreſſi, coeptumque iter egerimus, audimus eundem Lambertum ſatellites ſuos velle colligere, Romamque ruruſ expugnaturus adire. Nos verò hoc ſcientes, anathematis ſententiam in eum, & in omnes ſequaces eius, ſi contra urbem Romam, & Eccleſiam Romanam aliquam ruruſ veniens contrarietatem, vel moleſtiam, aut perturbacionem inferre quolibet modo præſumpſerit, in Eccleſia beati Pauli doctoris gentium protulimus. Et idcirco nullus veſtrum eius iniquis operibus faueat: quin potius liberè arguat, ſi Apoſtolice ſedis vultis ſemper fulciri auxilio. Quapropter hæc omnia, vt veſtris ſuffraganeis Episcopis cognita faciatis, incunctanter hortamur ſanctimoniam veſtram: quatenus ipſi, qui membra corporis Chriſti exiſtunt, vobiſcum pariter pro Apoſtolice ſedis exaltatione ſtudeant deſudare.

EPISTOLA LXXXV. B. IOANNIS PAPAË VIII.

ROGAT vt Imperatori nunciet qua à Lamberto Roma perpetrata ſint, detque operam, vt eum compeſcat.

DILECTO FILIO BERINGARIO GLORIOSO
Comiti Regia proſapia orto.

Ecce nobilitatis veſtræ litteris, quia ſinceritatem, ac deuotionem more ſcilicet parentum veſtrorum circa nos pro amore Ieſu Chriſti Domini, & beati Petri Apoſtolorum principis reuerentia, vos habere ingentem reperimus; multa veſtræ mellifluæ locutionis dulcedine ſu-

A dine ſumus omnino repleti, ita vt cum Pſalmiſta dicere poſſimus: quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Huius namque bonitatis decus eximium, ex moribus piæ memoriæ nobiliſſimi quondam genitoris veſtri vos trahere indubitanter cognoſcimus, qui dignum ſemper honorem, & piam reuerentiã antecceſſoribus noſtris, ſacris videlicet pontificibus exhibere, tota mentis alacritate ſtudebat: & ideo pulchræ iuuentutis veſtræ florem de radice iuſta prodeuntem Dominus exercituum pietatis ſuæ gratia cuſtodiet incolumem, facietque proſpère vigere in omnibus, & ad proſperum uſque finem perducet. Quapropter, fili cariffime, ſepe volumus veſtrę ſcribere dilectioni, non ſolum noſtram vobis ſalutem innotefcendo, ſed & de veſtra proſperitate, atque incolumitate audire cupiendo: ſed non ſolum Paganorum crebris vbiſque incurſionibus, verum etiam Chriſtianorum inſidiis circumdati nequiuimus. At nunc, quoniam Deo diſponente, tempus euenit opportunum, excellentiæ veſtræ, quæ & qualia ſumus nos cum tota Eccleſia & ciuitate Romana perpeſſi à Lamberto Comite, veluti filio cariffimo, & fideli amico referimus. Cum itaque prædicto Lamberto multa quotidie bona feciſſemus, dignumque impendiſſemus honorem ſupra quàm antecceſſores noſtri parentibus illius feciſſent; ipſe pro bonis mala retribuens, collecta populi multitudine omne territorium ſancti Petri inuaſit, & quod defendere debet ab hoſtibus, tyrannicè dominatur inuaſum: venitque Romam, & quaſi inimicus portam ciuitatis Romanæ violenter capiens, ſatellites ſuos per dies plurimos retinere fecit, ac ſic tantam ciuitatem inuaſam retinuit: ita ſanè, vt nobis apud beatum Petrum conſiſtentibus, nullam vrbs Roma poteſtatem à piis Imperatoribus beato Petro principi Apoſtolorum, cuiſque Vicariis traditam haberemus. Sacras autem litanias Episcopos, & Sacerdotes, atque ſeruos Dei ex more celebrantes, & ad Eccleſiam ſancti Petri venire volentes, ſuſtibus cædere, ac diſpergere fecit, intulitque nobis contraria, quanta nulli præceſſorum noſtrorum vnquam facta fuerunt: exiſtitque paratus nobis iterum maiora inferre, cuius rei cauſa, neſcimus. Quamobrem, quia noſtrum miniſterium eſt, pro totius Chriſtianitatis ſalute Dominum aſſiduè deprecari, vt oues, quas Chriſtus Deus noſter nobis in beato Petro commendauit, iugibus votis & precibus ad æternæ vitæ pascua perducere valeamus; voluiſſemus debitam habere quietem: ſed illo prauis cogitationibus, & actibus ſe non retrahente, quin potius nos cum inimicis, & infidelibus noſtris, quos bis iam, & ter excommunicatos, & anathematizatos habemus, iuncto, ruruſ turbare volente: rogamus nobilitatem veſtram, vt pro amore Dei, & ſancti Petri, ac noſtro, hæc omnia, & Carolo-mãno glorioſo Regi, & ſpiritali filio noſtro cognita faciatis: quatenus miſſis apicibus ſuis eum à tali præſumptione compeſcat, & quod tempore parentum illius ſedes Apoſtolica non ſuſtinuit, eius non patiatur diebus: & veſtris ſimiliter litteris eundem admonete, corripiteque Lambertum, vt nullam de cetero contrarietatem nobis ingerere præſumat, eo quòd nec Deo, nec alicui Deum timenti, eius temeritatis placeat effectus. Si verò idem Lambertus nos perſequi non omiſerit, nos iam dicto Regi fideles amici eſſe quomodo poſſumus? quia eius ſe voluntate iactat talia agere: & ideo nos adiuuare (ſicut ſupra dictum eſt) procurate. nam nos ea, que veſtrę fuerint placita voluntati, libentiſſimè perſicere ſtudebimus, eo quòd vos loco amantiſſimi filij, quam diu vixerimus, retinere, noſtræque Eccleſiæ cauſas neceſſarias per vos perſicere optamus. Præterea homines veſtros, qui orationis

causa pro suis delictis Dominum misericordem precaturi, venire ad limina A sancti Petri, pro vestro ingenti amore benignè recepimus, nostrisq; Apostolicis benedictionibus confirmauimus, ac per eos nostræ incolumitatis salutem, sicut petistis, cognitam fieri decreuimus; & petimus, vt cito nos vestris litteris lætificari non prætermittatis. Deus omnipotens gloriã vestram longa per tempora illibatam custodiat carissime fili.

EPISTOLA LXXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

DOLET Angelbergam molestijs affici; & queritur de iniurijs quas Lambertus Ecclesiæ Romanæ inflixit. Rogat vt conseruet beneuolentiam, quam erga ipsum habere solebat.

DILECTÆ AC SPIRITALI FILIÆ ANGELBERGÆ
ex Imperatrice Deo dicatæ.

Orationes pro
Defunctis.

Via multum deuotione, & meritis alacritate, Dominum, & senioremem diuæ memoriæ Ludouicum quondam Christianissimum Imperatorem, spiritalem filium nostrum dileximus; nullatenus prætermittimus eius memoriam in sacris orationibus nostris apud Dominum quotidie facere, & quamdiu uixerimus, facturos esse scitote, vestriq; memores dilectissima filia similiter sumus. Nam Deo teste vestram prosperitatem & salutem semper cupimus vigere incolumem & audire: & super tot ac tantis aduersitatibus, quas à filiis huius sæculi vos sustinuisse cognoscimus, ingenti uobis dolore compatimur & condolemus; quoniam quidem paterno vos diligentes affectu, moerorem uestrum, nostrum putamus & tranquillitatem uitæ uestræ, nostrã esse gaudemus: quia & vos pro talibus nefandis & inauditis malis, quæ nulla veterum scriptura decantat: nulla historia narrat, beati Petri Apostolorum principis Vicariũ à quolibet Imperatore vel Rege vnquam sustinuisse, nos his diebus à Lãberto Spoletano Comite pati audientes, simili esse moerore afflictam incunctanter agnoscimus: unde uestram hortamur dilectionem, vt circa nos pium mentis affectum conseruantes, ea quæ utilitati nostræ congrua vel necessaria esse perspiciatis, pro uiribus agere non prætermittatis. Quia & nos, Deo propitio, secundum datam nobis diuinitus potestatem uobis auxilium, & optatam in omnibus consolatione conferre auide cupimus, & sub beati Petri Apostoli uos, si opus fuerit, tuitione protegere, & illæsam, ceu filiam carissimam conseruare studebimus; si ad ipsius Apostolorum principis limina uobis venire contingerit. Interim confortare in Domino, qui consolatur uos in omnibus, nec patietur uos tentari supra id, quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. De cetero autẽ ea, quæ mandastis multis impedimentis occupati, quæ præfatus Comes cũ multiplicibus insidijs nobis præparat, cupitq; inferre quotidie, perficere nequiuimus: at Deo tranquillitatem uitamq; præbente, cuncta, quæ uestræ uoluntati uilia sunt, libenti animo perficiemus, quibus uester honor & gloriæ uigor incunctanter appareat integer. dextera Domini uos in omnibus illæsam conseruare dignetur. Data ut supra.

1. Cor. 10.

EPI-

A EPISTOLA LXXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONDOLET Ludouico de morte Caroli Imperatoris eius patris. hortatur, vt pacem cum Christianis habeat, & Ecclesiæ inimicos exterminet, & præcipue Lambertum Spoletanum comitem, in quem multis inuehitur, exponens mala, quæ in urbe Roma commiserat. In Galliam se profecturum significat, ibique synodum celebraturum. auxilium denique implorat.

LUDOUICO GLORIOSO REGI
filio diuæ memoriæ Caroli II. Imperatoris Augusti.

Hic Ludouicus Balbus dictus, fuit Francorum rex, de quo Annon. lib. 5. à cap. 36. Regis cap. 2. & alij.



Vanto deinde amore dilectionis pro tantorum bonorum uirtutibus, & pro omnipotentis Dei quotidianis genitorem uestrum dileximus cultibus; horum Christo conscientia uestra reſte, absq; lacrymarum effusione factorum reminisci nullatenus possumus: & quamquam gaudẽdũ sit, quoniam eundẽ post felicitis cursum operis, inter Angelorũ cœtũ Paradisi susceperint præmia uitæ perennis; stendũ nihilominus conuenit, quod tantum adiutorẽ Ecclesiarum Domini diffusarũ in orbe præsentia corporali, heu pro dolor, amiserimus. Præsertim cum hoc in tẽpore, S. R. E. mater omnium, quæ meæ mediocritati cõmissa est Iesu æterni dispositione cõsilijs, in quo, ut cum Apostolo, pace quorumcumq; dixerim, fines sæculorũ deuenerunt, in tot persecutionibus atq; aduersitatibus diu laceſſita, domesticorũ debacchatione fatigetur; ut cogar cum Propheta erumpẽs exclamare; Veni in altitudinem maris, & tẽpestas demersit me. & rursus: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Sed uos, fili carissime, hortor, ac moneo, paterno amoris affectu, eius imitari in Ecclesiarum exaltatione uestigia uitæ spiritualis; cuius floris decore natus regia dignitate existis. Primum ut pacis unitatem uinculumq; caritatis cum fratribus uestris (nimirum Ludouici Regis Baioariorum) filijs, cumq; fidelibus Christianis tenens, demum contra insanientis rabiem, atq; tyrannos paterno prouocatus exemplo, uirtute roboris Christi auctoritate in defensionem matris uestræ (qua & potum prædicationis in proauis & infulam Imperij accepistis) medullitus uiriliterque effundere ualeatis. Quia (quod dici sine lacrymarum imbre nullo modo potest) prodijt in hoc tempore apud nos ex massa peccati radix, ac fomes nequissimæ perditionis Lambertus Uuidonis quondam Spoletani ducis horridus filius, fatemur membrum Antichristi, qui aduersatur & extollitur derogando aduersus ortum regalis progeniei, & se turpis lucri cupidum clandestina machinatione, rapacitatis ardore, nunc huc, atq; illuc tergiuersando cum Mecha sorore Rotilde, cumq; cõplice suo infido Adelberto Marchione, immo patriæ prædone, ad fasces, ut uera fama uolitat, impudẽter, quod Deus auertat, sustollere Romani Imperij: & nũc, utpote abominatio desolationis, atq; perditionis filius, caput scorpionis, & aspidis furdæ destruit, dilapidans, perq; nequam suos disperdit prædones, oẽm terminum S. Petri ac Pauli protectorum uestrorum, ubi & pro qua re omnes penẽ nostri fideles in paupertatẽ ac necessitatẽ redacti uidentur, sacramentisq; ut sibi conspicerent, & ne ad nostram occurrant iussionem, omnis territorij sanctorum Apostolorũ homines constringere non omisit. Nunc etiã Tarentum

Epist. Tom. 3.

Hh 2 tum

rum legatione directa paganis, donaque transmittens, atque ab eis accipiens, suppliciter deprecatus est, ut sibi cum significatum fuisset, Phalangæ Agarena, ad perniciem Christiani populi quantocyus deferant auxilia. Qualiter denique fraude nequitia, & per periurium in sinu Ecclesiæ nostræ nos deceperit urbemque sacram inuaserit, hic ea ideo pratereundo silemus, quia in alio opusculo ad omnium Christianorum notitiam, quos ideirco anathematis vinculis innodauimus, nonnulla conscripta tenemus: pro qua re, Domine fili carissime, contra noua, & inaudita in Christianis mala, nouum iam fessus, & fatigatus, certaminis laborem, naualis scilicet periculum, fluctusque maris assumere iter de transinetantis periculis ad vos ueniendo, pro Ecclesiarum sanctarum omnium liberatione, iuxta Apostolum, non faciens animam meam preciosiorem quam me: & ecce, quantum ad mei ministerij regimen spectat, non recuso pro Christi Domini cuius ope eius, liberatione, mori, detrimentumque sufferre. Vos quæso obnixè, vos sili carissime, lachrymas meas, arduumque laborem aspiciete; & ad defensionem sanctæ matris vestræ, uestrum animarum, fideliumque uestrorum adhortatione continua preparate; & mecum vnanimiter lupis rapacibus, baculos redargutionis studete tenere: quatenus, duce vnigeniti gratia, post longa temporum spatia, cooperatores effecti nostri certaminis, de purpura terreni Imperij ad cororam venire ualeatis perpetuam: & Epistolas reliquas, quas confratribus uestris Carolomanno uidelicet, & Ludouico, atque Carolo iuniori dirigimus pro talium adhortatione, precamur gloriæ uestræ decentiam, easdem illis sine mora destinare dignemini, omnibusque reuerendissimis Archiepiscopis, & clero totius ordinis regni uestri, paterna peto adhortatione significari præcipite: quoniam, Domino miserante, apud vos synodum celebraturi sumus cunctis populis Christianis per necessariam, quæcunque nosse vos cupimus, sane deinceps sumus acturi de negociis Ecclesiasticis: te quoque, carissime sili, auctoritate sancti Spiritus Dei nostri, ad uicem genitoris uestri domni Caroli perpetui Imperatoris Augusti à secretis constituo meum consiliarium, qui, ut dici assolet, pars animæ meæ fuit. Et quæque agenda sunt coge, ad unaque consilium: quia in fonte tui cordis primum intingendus calamus, deinde manus nostra formabit caracteris apices.

Pontifex Ludouicum regem suum consiliarium facit.

EPISTOLA LXXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR ad seruandam pacem cum patruelibus. inuehitur in Lambertum Spoletanum ducem. rogat Episcopos significet, ut ad synodum accedant.

HLVDOVICI BAIORVM REGIS FILIO.

Prou. 10.



Scriptum enim uero in Salomone legimus: Filius sapiens lætificat patrem, & est gaudium matris, quæ genuit eum: quapropter quoniam te, Ludouico filio Caroli, Ludouico filio Ludouici Regis, æternitatis præscientiæ suæ consilio omnipotens Deus ex Regum, Imperatorumque; est dignatus producere prosapia; & tunc illum plenè lætificare contenditis, si uestræ matri eiusque immaculatæ sponse aduersus insidiantium iæcus, atque illius

A illius læceratores tota uirtute concurritis, omni quoque nixu more parentum, proauiorumque uestrorum auxilij consolationem conferre, sprete personarum acceptione quorumlibet quantocyus festinatis sancti Spiritus per Salomonem uerbis testantibus; Frater & amicus in angustiis comprobatur. & bona nobis filiatio adoptionis uestræ spiritualis fauere ualebit, si pacis & vnanimittatis cum fratribus uestris, Christo opifce, concorditer tenere consulti fatagitis vinculum: quia in uestra pace fatemur totius Christiani populi salus consistit, qua demum necessitate, quæue fatigati angustia, relicta sede propria Apostolici culminis, compulsi sumus Franciam petere, uosque paterno affectu deposcere, quatenus unà nobiscum positi de communi saluatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Reipublicæ statu tractaremus, in paucissimis nunc patefacimus: quia in alio opusculo, qualiter nefarie sit peractum, ad omnium Christianorum notitiam reseruatur conscriptum; quod luce clarius aduertitis. Lambertus Spoletanus perfidus Dux Uvidonis quondam stirps, perditionis filius in quantam superbiam pro cupiditate, ut fama uera se habet, Romani Imperij eruperit, in nostris tribulationibus atque angustiis proculdubio cognoscetis ad liquidum: Romam si quidem clandestina fraude deuotum uenire se simulans, à nobis uelut filius pacis benignè susceptus, quid uirulentum consilij corde gestiens in crastinum sequentis diei diluculum demonstraui: nam deputatis custodibus, uerum etiam satellitibus ad portam Urbis, quæ ad beati Petri Apostolorum principis euntibus pandit iter, nullum nostrorum fidelium ad nos egredi patiens, cibos deferentes coercens, asserit Carolomannum Regem sibi talia horrenda facere præcepisse. Quod ideirco non possumus credere, quoniam ex uestra progenie nullus ceruicem superbè contra hæc extulit sedes: sed propter Deum suppliciter colla submisit. Nos sili carissime pro Domini Ecclesiæ & eius ouibus animam ponere cupientes, ecce marinos fluctus undasque fallis ad uos ueniendo, perdifficile iter assumpsimus, uobiscumque simul positi, Domino miserante, yniuersalem synodum celebrare disponimus totius sanctæ Ecclesiæ, uobis obsecundantibus prouectum, & exaltationem loco per congruo fatagemus peragere. Quod quæso Regni uestri omnibus Archiepiscopis, coepiscopisque; nostris innotescere dignemini, eosdemque; nobis adesse, continua maturitate accelerare monete. Data ut supra.

EPISTOLA LXXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Eiusdem penè argumenti.

DILECTO FILIO CAROLOMANNO Glorioso Regi.



Vanta denique exaltatione sponsonis uestræ sanctam Romanam Ecclesiam, uidelicet matrem uestram, omniumque; Christianorum, quæ uos & lacte suæ prædicationis ab uerberibus, & ad imperialia à proauis sceptrâ sanguine Regum excellenter produxit, subleuare curetis, & epistolari textu, & internūcijs nuper ad nos directis reminiscimur pleniter, fontemque; ueritatis cordis uestri solita pietate parentum uestrorum circa omnipotentis Dei famulatū miseratione abundanter reperimus: uestrum Epist. Tom. 3. Hh 3 quoque

quoque ad prædictam matrem vestram, uti gloria culminis vestri sponde-
rit, tanto anidius, enixiusque quotidiana præstolatione aduentum expecta-
uimus; quanto pro augmento mercedis vestrae nos, nostramque Ecclesiam in
tot aduersitatibus laborantem, super omnes Imperatores atque Reges, qui
ante vos fuerunt, exaltare ac beatificare omnimodo promissistis. Sed heu
proh dolor, fessio mihi paganorum persecutione, ac gladio, atque exactio-
nis census viginti quinque millium in argento mancusorum annualiter, immo
prædictæ vestrae matri additus civilis mucro angustiae est, qui penè nos fun-
ditus peremisset, nisi subita miseratione illius solaremur auxilio, qui fide-
libus pollicens inquit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad con-
summationem saeculi. Exierunt quidam ex nobis, sed non fuerunt ex nobis,
confitemur, neque ex nobis, qui tanta Romanam Ecclesiam dehonestatio-
ne, Urbemque sacram, nos quoque fatigauerunt, atque oppræsserunt, ut si-
mile nec in Christianis Regibus factum reminisci nullo modo possit. Lam-
bertum fateor, atque Adelbertum electos Marchiones, qui hostili manu,
occultaque fraude qualiter nos affecere, culminis vestri gloriam latere nul-
la potuit ratione: quod ad omnium vestrum notitiam in suo scriptum tene-
tur opusculo. Nobis enim verò ad vos inter cetera mala iter claufere venire
cupientibus, qua necessitate compulsi, nauale, animam præ manibus haben-
tes, assumpsimus laboriose periculum, & commodum duximus Franciam
ire, vestramque fraternam compagem in pacis & vnanimitatis vinculum
consolidare: vestrae matris saepe dictae liberationem sanctae Romanae Eccle-
siae necessariò quaerere. Vos si quidem illuc, omnesque vestrorum regnorum
Episcopos ad synodum celebrandam venire hortamur. Data de ciuitate
Genuensi, & directa gloriae vestrae per Anspertum Mediolanensem contra-
trem & coepiscopum nostrum.

Match. 23.

† f. Inicium alte-
rius epistolae.

† desunt aliqua

† Presentem latorem Petrum cardinis Ecclesiae nostrae Presbyterum glo-
riae vestrae plurimum commendamus, eumque ad nos quaesumus cum ve-
stris missis, atque opitulatione festinanter remittite. † Sabbatinum Episcopum
primum, & postea per Anspertum Mediolanensem, de qua multum mira-
mur, cur non iam a vobis responsum vel missos accepimus; nos cum fo-
ret possibile primum, saltem per legatos vobiscum loqui cuperemus: de in-
de cum reliquis fratribus vestris: quod quia vestra infirmitate, quam nimium
dolemus, est praetermissum: nunc apud Treas, Christo opitulante, synodum
sumus celebraturi: loquemurque cum Ludouico, & reliquis vestris fratri-
bus, & post Calendas Augustas ad vos reuertemur: tantum locum nobis
dicendo ad tempus mandate, quo nobis debeatis occurrere, & laborem
pro vestra matre sancta Romana Ecclesia non recusate assumere; quia si
fueritis socij laboris, simul eritis & consolationis: & in hoc quaso perficien-
do non sit vlla dilatio. Data ut supra.

2. Cor. 1.

EPISTOLA XC. B. IOANNIS PAPE VIII.

EXCVSAY se, quod ad eum legatum non miserit, interclusa sibi via à Lamberto
eiusque fautoribus, qui Urbem Romam tenebant obsessam.

CA-

CAROLO GLORIOSO REGI
Dilecto filio.

Gitur gloriae vestrae litterarum serie recepta, & lecta, ut de
more antecessorum Regum videlicet, & Imperatorum, ve-
strorumque dumtaxat parentum erga Romanam Ecclesiam,
cuius lac vestram prolem haecenus educauerit, in cunctis
omnia vos desiderare, & assequi nouimus; paterno affectu
gratias agimus, & qualiter scripsistis imo tenemus. Cete-
rum Pontificium nostrum vestra percunctari dilectio studuit, cur vobis non
missimus ob quid taliter venissemus; & vobis, & fratribus vestris gloriosis
regibus, antequam ex Vrbe exiremus, mittere voluimus, sed officientibus
Lamberto & Adelberto, fautoribusque eorum anathematizatis, mittere
nequiuimus; nec mirum, si ipsi nobis viam substulerint, cum & ipsius beati
Petri Apostolorum principis Ecclesiam, vestram denique matrem, & om-
nium Dei Ecclesiarum tutricem armis triginta diebus circumdatam tenere
non formidauerit: ita ut nec ibi aliquam alicui lucernam illuminare, nec
laudes Deo conferre liceret, praeter postquam Urbem exiimus; fratribus
vestris gloriosis Regibus mittere satagemus, ut vobis super talibus intimare-
mus: sed cum vos magis iuxta audimus, ita mittere cogitauimus. Quo lo-
co ab ipsis significatur pro pacis, & vnitatis tranquillitatisque omnium Dei
Ecclesiarum negocio, primo venimus, quo vos quatuor Reges vnum, legi-
timumque velle, annuente Deo, nihilominus faciamus, ut Psalmista ceci-
nit, Ecce quam bonum, & quam iucundum est habitare fratres in vnum, Psal. 132.
& reliqua. Dehinc volumus, ut ita conuenti nostras oppressiones audire,
compatiamini. Quapropter, fili carissime, quoniam te valde illuxit, †
Data ut supra. † Desest aliquid.

EPISTOLA XCI. B. IOANNIS PAPE VIII.

SCRIBIT in anniuersario die Ludouici eius viri sacra pro eo se facturum. rogat
ut in sui defensione perseueret, & synodum Treas se habiturum significat.

DILECTAE FILIAE ANGE LBERGAE IMPERATRICI
Diuae memoriae quondam Domni Ludouici piissi-
mi Imperatoris coniugi.



Via intima Pontificio nostro anniuersalem magnae recor-
dationis domni Ludouici Imperatoris fieri, & ut pro eo
proprias orationes celebraremus rogastis; gaudemus, & im-
pigrè suo pro merito modis omnibus faciemus. Ceterum ro-
gamus, ut (ceu haecenus in nostris fuistis sollicita) haud se-
cus & nunc & perpetuò esse, pro ut credimus, non differa-
tis: quatenus vestro labore, vestroque consilio cito ad propriam sedem, ut
congruit, cum gaudio per merita Apostolorum principum reuerti merea-
mur. Porro vos scire cupimus, quia apud Treas in Calendis Augusti vna
cum Rege Ludouico Imperatoris Caroli filio, & cum vniuersis Galliae E-
piscopis

piscopis synodum vniuersalem celebrabimus: dehinc Carolomannum Regem, suosque germanos alloquemur, vt pari omnium consilio consolationem nostrae Ecclesiae reperiamus. **A**

EPISTOLA XCII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

ARELATEM se venisse significat, ibiq; omnia prospera reperisse. hortatur, vt Romana Ecclesiae commodis prospiciat.

DILECTISSIMAE FILIAE DOMNAE ANGELBERGAE
Imperatrici piæ memoriæ domni Ludouici inuictissimi
Imperatoris coniugi Serenissimæ Augustæ. **B**



Vm erga Romanæ Ecclesiae priuilegia immenso velle, immenso & opere decus Imperij vestri decertare, & ad perfectum ducere semper adhaerimus, & amemus, Christo fauete, perpetuo magnitudinem tantæ vestræ deuotionis scire cupimus: ecce Arelatem regni deliciarum vestrarum fanitratuimus, summo arbitre permittente, per intercessionem Apostolorum principum. illicque Bosonem principem Generum vestrum communem, & filiam domnam Hermengardam alloquentes, omnia prospera, & iugiter desiderata inuenimus, & pro amore vestro, vestri nuper & piissimi coniugis, illos tamquam filios amplectentes, pro eorum consulo, illorum cum honore cuncta faciemus: quoniam ceu per vos, haud secus per istos consolationem, & defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiae quarimus, eisdemque, permissu Dei, ad maiores, excelsoresque gradus modis omnibus, saluo nostro honore, promouere nihilominus desideramus. Quapropter monentes hortamur, vt tanto labori faueatis, elusque perfectionem, prius vestro consilio perfruente, certis litteris per singula nobis, & illis sine mora intimare minimè differatis. Ceterum rogamus, vt Ioanni Archiepiscopo Rauennati mittatis epistolas ex nostra parte consolatorias, incitantes, vt pro nobis orationes faciat, & contra Dei inimicos se preparare nequaquam formidet, & nostris fidelibus Romæ legatos consolando transmittat: & vos, si fas est, aut mihi apud vos est impetrandi facultas, Leoni Episcopo missio & Apocriuario nostro, & Petro, super ista, ceterisque fidelibus litteras vestras mittite confortantes ipsos vt scitis & vultis. **C**

EPISTOLA XCIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

ARELATENSI Archiepiscopo pallium concedit, vices suas committens. monet quid in causis difficilioribus sit agendum. arguit metropolitanos Gallicos, quod ante pallij receptionem Episcopos consecrent. præcipit, vt se certiores faciat de his, quæ gesta fuerint.

f. Arelatenf Archiepiscopo.



Taque fraternitati tuæ vices nostras in Ecclesiis, quæ sub Regno Galliarum sunt, iuxta antiquum morem, Deo auctore, committimus, singulis quidem Metropolitanis, secundum priscam consuetudinem, proprio honore seruato. Pallium quoque concessimus, quo fraternitas tua decoretur: tibi autem longius Episcoporum quisquam pergere

A pergere fortè voluerit, sine tuæ sanctitatis auctoritate, & ad loca alia transire non liceat. Si qua verò inquisitio de fide, vel fortasse aliarum rerum inter Episcopos caua emerferit, quæ discerni difficilius possit, collectis duodecim Episcopis, ventiletur, atque decidatur: sin autem decidi nequiverit, discussa veritate ad nostrum iudicium referatur. Proh dolor, cum in Galliarum partibus essemus, inter cetera vnum valde prohibendum inuenimus: Metropolitanæ, antequam pallium à sede Apostolica suscipiant, consecrationem facere præsumunt, quod antecessores nostri, & nos canonico decreto ne fieret interdiximus. Vnde fraternitatè sanctam per Galliam nostram vicem tenentem hortamur: quatenus super hoc sollicitudinem habeas, & ne istud adoleat, auctoritate prohibeas; & vt secundum antiquum morem quarere festinent, moneas, incites, atque præcipias: & si ipsi obediant, nec ne, nostro Apostolatui semper omnia renuncies, si potest in Natiuitate Apostolorum, aut per vos, aut per nostrum legatum aliquem certis litteris intimare ne differas: omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque perceptum vos in moribus seruare concedat. Data vt supra.

EPISTOLA XCIV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

PALLIUM concedit. hortatur, vt magis in dies virtutibus crescat. tum simoniam, quæ in Gallia & Germania partibus emerferat, detestatur.



Quàm bona est caritas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibi met ipsi exhibet, per amorem diuisa vnit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta consumat: quam recte prædicator egregius vinculum perfectionis vocat. Quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, sed tamen eas caritas etiam ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. Hac itaque virtute frater carissime plenum te esse reperiens; cum pro sanctarum Dei Ecclesiarum restauratione in Arelatenfium ciuitate corporalem præsentiam exhibuiffem: sicut mihi de te multorum testimoniorum, fama vera longe, lateque narraret. Quod verò iuxta antiquum morem vsum pallij, ac vices sedis Apostolicæ postulasti, absit, ne aut transitoria potestatis culmen, aut exterioris cultus ornamentum in vicibus nostris, ac pallio quæsisse te suspicer: sed quia cunctis liquet, vnde in Galliarum regionibus fides sancta prodierit, cum priscam consuetudinem sedis Apostolicæ vestra fraternitas repetit; quid aliud quàm bona soboles ad sinum matris recurrit? libenti ergo animo postulata concedimus, ne aut vestræ Ecclesie quicquam de debito honore subtrahere, aut condignam petitionem vestri contempniffe videamur. Sed iam nunc studio maiore res indiget, vt cum honor crescit, etiam sollicitudo proficiat, & erga ceterorum custodiam vigilantia excreseat, vitæ quoque merita subiectis in exemplum veniant. Et nunquam sua per suscepti honoris gratiam, sed lucra cælestis patriæ vestra fraternitas exquirat. Nostis enim quid beatus Apostolus gemens dicat: Omnes enim, quæ sua sunt quarunt, non quæ sunt Christi Iesu. Quibusdam namque narrantibus agnoui, quod in Galliarum vel Germaniæ partibus, nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est, stens dico, gemens denuntio; quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex Euangelio, quid Redemptor

S. Greg. epist. lib. 4. epist. 50.

Coloss. 3.

Philip. 2.

Matth. 21.

Redemptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus templum, cathedras vendentium columbas euerit. Columbas enim vendere est de sancto Spiritu, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, vt praedixi, malo iam innuitur, quid sequatur: quia qui in templo Dei colubas vendere praesumpserunt, eorum Deo iudice, cathedra ceciderunt, qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur: nam ipse quoque, qui precio ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice viciatus, paratior est alii svenundare quod emit. Vbi est quod scriptum est, Gratis acceptis, gratis date. Et cum prima contra sanctam Dei Ecclesiam simoniaca haereticis sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinat, prouehendo agit, vt haereticus fiat? Data vt supra.

Matth. 10.
Simoniaca prima haereticis.

EPISTOLA XCV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

ARELATENSEM Episcopum legatum suum in Gallias constituit, cui eos obedi-
dire praecipit.

OMNIBVS REVERENDISSIMIS ET
Sanctissimis Episcopis & Fratribus per
Gallias constitutis.

Ad hoc diuinæ dispensationis prouiso, gradus, & diuersos constituit ordines in se distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus diligentiam impenderent; vna concordia fieret à diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret. Quia verò creatura in vna eademque aequalitate gubernari vel viuere non potest, caelestium militiarum exempla nos instruunt: quia dum sint Angeli, sint Archangelique liquet, quia non aequales sunt, sed in potestate, & ordine, sicut nostis, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere; cui nouit etiam Angelos obedire? hinc etenim pax, etenim caritas, mutua se vice complectitur, & manet firma concordia in alterna & Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur vnumquodque tunc salubriter complectitur officium, cum fuerit vnus ad quem possit recurri praepositus: idcirco opportunum esse perspeximus, in Ecclesiis, quae sub Regno Galliarum, secundum antiquam consuetudinem sunt, fratri nostro Rostagno Arelatensis ciuitatis Episcopo vices nostras tribuere: quatenus & catholicae fidei integritas, idest sanctarum quatuor synodorum, Deo protegente, sollicita deuotione seruetur; & si inter fratres, consacerdotisque nostros aliqua euenerit fortè contentio, auctoritatis suae vigore, vicibus nempe sedis Apostolicae functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus, vt si quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum praesentia opus sit, congregatis sibi numero competenti fratribus, & coepiscopis nostris, salubriter seruata hoc aequitate discutiatur; & canonica auctoritate definiatur.

A niat. Si quam verò contentionem (quod longè faciat diuina potentia) de fidei causa euenire contigerit, aut negotium emerferit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, & pro sui magnitudine iudicio Apostolicae sedis indigeat, examinata diligentius veritate, relatione sua ad nostram studeat perducere notionem: quatenus à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari: cui etiam iniunximus, vt nullum Archiepiscopum in his partibus sine pallio à Romano Pontifice directo, consecrationem facere permittat, & facientes nostra auctoritate arguat. Et quoniam necesse est, vt ad eum cui nostras vices indulximus, quotiens oportere perspexerit, pro facienda collatione aptis debeant Episcopi temporibus conuenire; hortamur vt nullus mandatis eius inobediens esse praesumat, nec communi congregationi interesse postponat; nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse vetuerit, aut cuiusdam eum causa iustae excusatio minimè venire permiserit. Hi tamen, qui prohibente aliqua necessitate nequierint in synodum conuenire, loco suo Presbyterum, aut Diaconum dirigat: quatenus quae à nostro Vicario, Deo auxiliante, fuerint definita, ad eum qui absens est, per ipsum quem miserit, fida relatione perueniat; vt inconuulsa firmitate seruentur, & nullius ea audeat occasionis excusatio violare. Hoc etiam vos pariter prauidimus admonendos, vt nullus vestrum ad longinquiora loca sine praefati fratris & coepiscopi nostri Rostagni auctoritate temptet aliquo modo proficisci. Scientes quia, & praedecessorum nostrorum, qui vices suas eius praedecessoribus concesserunt, sic proculdubio mandata definiunt. Hortamur praeterea, vt de officio suo sit quisque vestrum sollicitus, & qui promissam cupit patriae mercedem portionis accipere, commissum sibi gregem sollicitudine, & oratione custodiat; ne lupus insidians oues creditas inuadendo dilaniet, & sit in retributione poena pro munere. Optamus igitur fratres carissimi, & totis omnipotentem Dominum precibus exoramus, vt dilectionem vestram boni amoris sui constantia faciat magis magisque seruescere, atque in pace Ecclesiae, & vna vos concedat manere concordia. Nunciatum verò nobis est, quia per simoniacam haereticam ad sacros ordines quidam adducuntur, & hoc sancto fratri, & coepiscopo nostro Rostagno per omnia prohibendum mandauimus; quod vt fraternitas vestra cognoscat, & studiosè custodiat, ipsa vobis est epistola relegenda. Data vt supra.

EPISTOLA XCVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

D Ad synodum Trecae celebrandam venire iubet, missis prius Cauillonam viris, qui se recto tramite eò deducant, congruis per eius dioecesim paratis hospitibus.

REVERENDISSIMO ISAAC VENERABILI
Episcopo Lingonensi.

Vod sanctitati tuae notum esse non ambigimus, pro sanctarum Ecclesiarum statu ad Galliarum partes deuenimus. Qua propter, Domino auxiliante, apud Trecae synodum sumus celebraturi, ad quam sanctitatem tuam volumus omnino adesse. Prius tamen venerabilitas tua nobis missos Cauillonam dirigere studeat, qui iter nostrum recto tramite ad praedictum dirigant locum, & per parochiam vestram nobis congruas mansionaticas praeparate, idest in villa Marmania in pago Alhense. Data vt supra.

EPI-

EPISTOLA XCVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EXCOMMUNICAT eos, qui sibi equos & argenteum vas furati fuerant, nisi intra tres dies restituant.

OMNIBVS EPISCOPIS, COMITIBVS,
& cuncto populo Christiano.

Notum sit, quia dum pro pace, & vnitate sanctarum Dei Ecclesiarum in Gallias venissemus, apud Cauillonam ciuitatem ad iniuriam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostram, multam inhonorationem sustinuimus, inter quæ equi nostri nocturno silentio nostris hominibus securè quiescentibus, à conciuibus prædictæ ciuitatis latrocinanter furati sunt. Quapropter nos, qui secundum officium ministerij nostri pullulantia vitia gladio spiritali refecare maturè debemus; hoc malum caelesti mucrone percucimus: ita, vt nisi prædicti equi, & alia furta nostris hominibus intra tertium diem reddita fuerint, prædictos fures cum omnibus consentaneis suis, eo quòd latronibus latebras præbeant, & excommunicabimus, & anathemati submittemus. Inter hæc Aduardum Presbyterum, qui nobis in monasterio Flauiniaco ministravit, cuius homines scutellam argenteam sancti Petri, nescio vtrum consensu illius, an non, furati sunt, pro sacrilegio furti similiter excommunicamus, & pari sententia, vt supra, nisi eam reddiderit, constringimus. Data vt supra.

EPISTOLA XCVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

LYBET vt cum ab eorum Archiepiscopo ad synodum in vrbe Lingonensi celebrandam vocati fuerint, accedant.

OMNIBVS VENERABILIBVS EPISCOPIS
Suffraganeis Coepiscopi & Confratris nostri
Rostagni Arelatensis.

Notum sit omnium sanctitati, quia, Domino opitulante, per necessariam vniuersalem synodum sumus celebraturi, ad quam, mox vos prædictus Archiepiscopus vester, Apostolatus nostri litteris conuocauerit, omni postposita occasione obedientia vicino gressu occurrere satagatis: quoniam (sicut in communi conuentu, gratia Christi duce) paternis parentibus iussis, erit exaltatio; ita, quod non optamus, subtrahentibus se ab hoc magno collegio, est subsecutura confusio. vniuersalem synodum celebraturi sumus apud urbem Lingonensem sexto Nonas Iunias. Otteramo Archiepiscopo Vienenfi, Aureliano Archiepiscopo Lugdonensi, Rotberto Archiepiscopo Aquensi, Teutrando Archiepiscopo Tarentasiensi, Siquibbodo Archiepiscopo Narbonensi, Aribberto Archiepiscopo Ebredunensi. Data vt supra.

EPI-

EPISTOLA XCIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR, vt cum cognouerint de Ludouici Regis aduentu, ad locum veniant, vbi celebrandum erit concilium.

PERIGNARVS ANSIGISI FROTHARIVS
Ioannes de Toronia.

Nsigisi Archiepiscopi Sennonensis canonica instituta seruantes oportet nos, quotiescunque Ecclesiæ ingerunt passionem, sacerdotum collegia aggregare; vt his simul conuenientibus salubre vniuersæ Ecclesiæ consilium & totius Christianitatis fidem eidem imponant, & æquitatum omnium moderamine queat congrue dilimari. Idcirco vestrâ hortamur sanctitatem, dum de Ludouici gloriosi Regis aduentu audieritis; quando ad nos venire conauerit in eo loco celebraturi concilium, incerte tenemus; sed vos audientes comperietis, mox vt præsentibus susceperitis nostras Apostolicas litteras, omni mora reposita ad nos venire non differatis. Ita profectò de vestræ vnanimittatis, & pacis concordia mentis iucunditas vberius multiplicetur, vt conuentus vniuersorum, & vestræ deuotionis concursus, nec solum ad fauorem hominum, sed Ecclesiis ad laudem potissimum proficiant Creatoris. Optamus fraternitatem vestram in Christo beneualere. Data IIII. Idus Iun. Ind. XI.

EPISTOLA C. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET, vt sibi cum suis suffraganeis obuiam veniat, & Adalbertum synodo adesse iubeat, vt rationem reddat eorum, de quibus Bernarius episcopus questus fuerat.

VENERABILI ARCHIEPISCOPO
Teutranno.

Miramur fraternitatem tuam, cur nostrum in has partes audiens aduentum, nos ob reuerentiam beati Petri Apostolorum Principis, & nostram, more ceterorum venerabilium Archiepiscoporum minime consolari, & occurrere studuisti. Qua admiratione iam diu suspensi, monemus fraternitatem tuam, vt nobis citius occurrere cum tuis suffraganeis, quos tecum adducere præsentialiter poteris, non differas; vt simul de utilitate Ecclesiæ tuæ tractare valeamus. Innotescimus denique quia venerabilis frater, & Coepiscopus noster Bernarius, nostram nuper adiens præsentiam, reclamauit se super fratre Adalberto suffraganeo tuo; de quo iam Romæ proclamauerat, & libellum suæ reclamationis ostenderat. Vnde tibi & Vienenfi Archiepiscopo epistolas direximus, vt amborum querimonias ventilantes, quæ canonum sunt instituta diiudicaretis. Insuper Arelatensem Archiepiscopum Valentinesem quoque, & Viarensem Episcopos, huic assertioni testes adesse iussimus: sed quia variis præpedientibus causis, hætenus eorum indiscussa manet causatio, iam

Epist. Tom. 3.

I i tio, iam

f. Hæc epistola scripta est Perignario Ansigisi & Frothario. Illa autè verba quæ sunt in principio reddidare videntur.

Teutrannus nomen proprium ipsius Archiepiscopi Tarentantis, vt ex epist. 98. apparet.

tio, iam præcipimus monendi auctoritate, ut vbiicumque à nobis fuerit synodus indistincta, canonicè cum inibi adesse iubeas, paratum in omnibus ad rationem reddendum: quòd si defuerit, vide ne eius in te retorqueatur sententia: ipse verò sciat à se de absentia sua lucrū nō percipiendū. Data ut supra.

EPISTOLA CI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATVRE cum ad se non venisse. monet, ut quamprimum cum suffraganeis ad synodum veniat.

HINC MARO VENERABILI
Remorum Episcopo.

Ama tuæ fraternitatis longo exacto iam tempore bona notitia nos quoq; celeberrimè lætificauit: quantoq; te desiderio contemplari cupimus, explicare verbis nullatenus possumus: præsertim cum causa exigendæ utilitatis Ecclesiasticæ petere has partes decreuerimus: quapropter præsentiam religiosæ sanctitatis vestræ diu desideratam miramur, à te nobis hæc tenus dilatari. Vnde Apostolica, atq; paterna auctoritate monemus ad synodum præsentem, quam, Deo auctore, Trecentis sumus celebraturi, absque mora cum cunctis suffraganeis dioceseos vestræ studeatis occurrere ad locum prænominatum. Iterum iterumq; hortamur, omni postposita tarditate quanto cyus pr operate venire, quoniam antequam ipse nobis carior, atque yrillior veneris, sanctarum Dei ecclesiarum causas tractare differimus: tantum monemus, rumpe moras, & satage properare celerrimè, atque agiliter. Data ut supra.

EPISTOLA CII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRONEM & Huncfridum multorum scelerum reos ad synodum venire iubet.

MIRONI ET HUNCFRIDO
Germano suo.

Vanta ad Apostolatam nostrum relatione quorundam transgressionum vestrarum mala, atq; peruersa fuerunt nunciata; hæc fateor lachrimabiliter nominamus, Apostolicaq; auctoritate citissimè corrigenda iubemus si sancti Spiritus potestate non vis tu, Miro, merito nequitia tuæ ab omni consortio Christi anitatis separari, & inferni flammis in perpetuū condemnari. Septimani terram vniuersalem redigesti in solitudinem: Ecclesias, ut asserunt, ministris expoliasti. Castella ipsius terræ callidè ac fraudulenter inuastisti, qua cōpulsis necessitate, homines Bernardi gloriosi Marchionis, etiam multitudinem hominum tuæ rabia occurfando aliqua in eadem terra perperā egerūt, & velut Ieroboam filius Nabath, qui peccauit & peccare fecit Israel auctor omnium peccantium existas: ideoq; ad vniuersalē synodū nostrā, quam, Deo auctore, in proximo sumus celebraturi, Lugdunū venire

Anire te occasione omni postita volumus, si funditus, ut prædictum est, non vis gladio diuino multari. Lindoinum quoq; vicecomitē audimus potestate, (vti horrendè denuntio) vti sacerdotali in parochia Sigebodi Narbonensis Archiepiscopi, presbyterosq; tuos in eius exteris subrogare Ecclesijs. quod concitè tuæ vitæ consulentes, corrigere & emendare mandamus. Te verò Huncfridum ex diaconatus officio, & venerabili monachi cohabitu apostatam audimus & dolemus effectum: quapropter vel sera te penitentia per Domini misericordiam libera, & ad Monasterium quanto citius confuge, vel si de tua confidis consciētia, ad synodum nostram de illatis tibi, atq; obiectis te purgandum occurre: ne si prætermiseris, anathematis vinculo, vt pote apostata, & rebellis alligeris. Data ut supra.

EPISTOLA CIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT ut ad vniuersalem synodum vna cum suis episcopis quamprimum veniat.

ROSTAGNO VENERABILI
Archiepiscopo Arelatenfi.

Via omnipotentis Dei miseratione vniuersalem synodum sumus celebraturi in proximo, te omnesq; tuos Coepiscopos suffraganeos volumus, auctoritate Apostolica admonemus, expresseque mandamus ad hanc, omni postposita occasione, quanto cyus præsentare, exceptis eis obstaculis, quibus remorandi licentiam faceri canones tribuunt. Aliàs, quod non optamus, quicumque se à tanto hac vice collegio subtraxerit, particeps de reliquo nostræ communionis esse nullatenus valebit. Data ut supra.

EPISTOLA CIIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONVERTITVR aditum ad eius sedē ipsi Frothario interclusum. iubet ut ad synodum vna cum suis Episcopis accedat, annuens se Ludouico Regi præstolari.

FROTHARIO VENERABILI
Episcopo Biturgenfi.

Vditis denique deploratione, atque angustia litteris tuæ fraternitatis, quæ vobis ab hominibus Bernardi comitis sunt illata, recens dolor priori est augmentatus, & quod tibi fedis tuæ adiutus clausus, mihi met ipsi id reputo. hortamur interim dilectionē tuam patienter sufferre, & ad Trecentas cum fratrum Coepiscoporumq; nostrorum collegio dioceseos tuæ ad synodum, Domino cooperante, celebrandam quanto cyus properare. Ludouici regis amatissimi filij nostri aduentum præstolamur quotidie, inhianteque desideramus. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Data ut supra.

EPISTOLA CV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET *vt Frothario aditum ad suam sedem patere faciat.*

DILECTO FILIO BERNARDO
nobilissimo Marchionum.



Via tempore nonnullos diligimus specialius, idcirco in his, quæ nobilitatem vestram Deum offendere cognoscimus, vos paterno increpamus affectu; præsertim de causa Frotharij venerabilis episcopi, cui, vt audimus, vestri homines iter ciuitatis suæ, ne ad sedem suam ingrederetur temerariè clauserunt. Episcoporum iudicium, fili carissime, suo tantummodo Dominus seruauit arbitrio, nec de episcopis vult Deus laicos iudicare. Vnde monemus dilectione tuæ caritatis, vt quicquid in hac causa prædicti episcopi deliquistis, sub celeritate, & legaliter emendare studeatis: quia nos illud nisi pro digna emendatione inultum remanere nullo modo patimur, officio ac ministerio sacerdotali. Optamus nobilitatem vestram bene valere. Data vtsupra.

EPISTOLA CVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

VT, *Ludovicum regem adhortetur, vt ad synodum veniat, quod si impeditus fuerit, legatum mittat.*

VENERABILI ARCHIEPISCOPO
Liudberto Moguntino.



Celestia exigente vtilitate, quoniam, Deo duce causa, ad Galliarum partes venire commodum duximus; quapropter fraternitatem vestram necessariò cõmonere studemus, vt secundum cælitus sibi sapientiam datam, frequenti adhortatione suggeras Ludouico regi, aliisq; confratribus, vt ad nostræ mediocritatis colloquium, atque generalem synodum, iuxta Christi voluntatem, apud Treas congregatam, venire non omittat. Vel si aliqua necessitate prædictus Rex præpeditus fuerit, & vt non optamus, properare distulerit ad locum prædictum, quo cum Ludouico rege locuturi sumus, nominatenus destinet: quatenus sub cuncta celeritate regum filiis congregatis, totius Christianitatis, Dei gratia duce, consulere cõmuniter valeamus. *† Similiter Vtiliberto Archiepiscopo Agrippinae, V vittecheno venerabili Episcopo, & Bertulpho Archiepiscopo Treuerensi.* Data vtsupra.

† s. deest, vtilitatis.

SUMMORVM PONTIFICVM. 377
A EPISTOLA CVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

AGIT *gratias de fidelitate erga Romanam Ecclesiam, quædam apud Caroloman- num faciendâ iniungit.*

DILECTO FILIO SVPPONI
Glorioso Comiti.



Rimùm quidem deuotioni vestræ magnas gratias agimus: quia priorem fidelitatem, quam circa sanctam Romanam Ecclesiam habueras, in sequentibus quotidiano labore opere admonstrare non desinis. Nos quoq; præ omnibus vos diligentes, vestris potius consilijs præ cunctis acquiescimus. Tantum vobiscum Anspertum & Vuibbodum episcopos assumite: & apud Carolomanum regem omnia nostra ordinabiliter ponite. Hoc tamè summopere caute, ne aliqua fraudis astutia decipiamur: & quicquid ex hoc facitis, sub omni festinatione facere accelerate: mihi tempus & locum denunciate, quo occurrere debeatis ad nos recolligendum; & ne fortè aliqua dubietas animo vestro insideat, duas mandamus Epistolas prædicto regi, quarum vnã vos legite, vt cognoscatis quid continet, quam aut ipse deferat volumus, aut per idoneum hominem vestrum transmittas: quia nos in hac terra stare non possumus, nisi vsque in Calendas Augustas: quia postquam in terram hanc venimus, cum Hludouico rege loqui debemus. Festina quantocyus, sicut solitus es, nostræ Ecclesiæ causam peragere, vt apud Dominum merces vestra copiosè accrescat. Data vtsupra.

EPISTOLA CVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET *vt Bosonis filiabus hæreditatem restitui faciat.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Liutberto Archiepiscopo.



Raternitatem tuam recordari volumus, qualiter iam de proprietatibus Bosonis & Engeltrudis tibi scripserimus, monentes vt ipsas, quas vos aliodum dicitis, filiabus eorum sæpè reclamãtib; reddere deberetis: quoniam omnium legum auctoritate legitimi filij sunt veri hæredes, vt vestra bene noscit religiositas, iterumq; hortãtes monemus, Apostolicaq; auctoritate expresse iubemus; iam quia nostras litteras audire distuleras, & super his hætenus respondere neglexeras, volumus, vt ad corrediens ipsas sæpè reclamãtrices, aut homines ipsarum inuestire de iam dictis proprietatibus satagas, vestrosq; earum, & alios inuasores similiter facturos, nostra auctoritate excommunicando permoneas: quoniam iustus Dominus iustitiã dilexit, & æquitatem vidit vultus eius: & si fortè spurius Godefredus, aut aliquibus ipsa mœchans Engeltrudis, sine viri consensu quoquomodo donauerit, contendere voluerit; nostra Apostolica auctoritate, donec reddiderint: quia sancientibus Ioannes Papa Romano & Iustiniano Im-

In auth. de hære. ab interuen. s. i.

Psal. 70. Erat adulteriũ delatũ in iudiciũ vt ex epist. 109. apparet. In auth. bonadã natorum. C. de bon. profert. seu damu.

Epist. Tom. 3.

Ii 3

pera-

peratore scriptum est, spurius satis iniuriosus, satisq; acerbos, & nostris temporibus semper indignos esse diiudicamus: quapropter conuenit reuerentiam vestram illum semper monere. Porro hortamur, vt quoquomodo monuimus, compleas: quoniam si aliter feceritis, scias te canonica damnandū censura vt debeas illos excommunicare. Data vsupra.

EPISTOLA CIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET vt Bosonis filiabus hereditatem restituat.

MACTEFREDO ILLVSTRI
Comiti.

Nvggerentibus videlicet filiabus Bosonis nuper comitis, & Engeltrudis cōiugis pximæ vestræ, audiuius, vt allodes suos vos inuadentes tenere non formidatis. super quo miramur, cum tantæ sapientiæ vir hoc facere non erubescas. Non ne scitis, quoniam in hereditate suscipienda omnibus cognatis præferendi sint filij? Illa vero mœchans alicui, sine consensu viri, ex his aliquid dare nequiuit omnium legum auctoritate. vnde vos monemus, hortamur, Apostolicaq; auctoritate iubemus, vt ipsas proprietates illis filiabus eorum reddere pro reuerētia principum Apostolorum, quibus per me petere auxilium, minimè differas: quoniam si aliter feceris, scias te canonica feriendum censura. Data vt supra.

In Authen. In
successione. C.
de su. & leg.
l. cum mulier.
E. sol. matr.

EPISTOLA CX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATUR illum ad se, sicut debuerat, non venisse: monet vt id quamprimum faciat: & ne in Laozonensi Ecclesia Episcopum antequam secum loquatur, constituat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Theodorico Archiepiscopo Bisincorensi
confratri nostro.

Ngitur, quia fraternitas tua Apostolicæ, & vniuersalis Dei Ecclesiæ persecutiones audiens compati modis omnibus distulit, nosque pro eo, & cunctis aliis laborem fumentes quoquomodo visitare neglexit: satis miramur, & ex parte turbamur, cum in te taliter caritatem fringere cognoscimus. non ne Veritas, ait: Si frater fratrem adiuerit, ambo exaltantur. & sapientia loquitur: Frater & amicus in laboribus comprobatur. & prædecessor noster Gelasius Papa, terrendo in suis decretalibus, Episcopis paruipendentibus fratrum vexationes, scribit. Cur non compassi estis? & reliqua. Quapropter monemus, vt hæcenus te negligētem pernoscas, & ad despectam caritatem nihilominus, postpositisque omnibus curis ad nos visitandos vnà cum hoc nostro [redeas, quo] misso præsentialiter venire fatagas. ceterū audiuius & auditu dolemus, vt in Ecclesia Laozonēsi, quæ sine patre

Prou. 18.
Ibidem 17.

fabundant

A patre nunc cernitur, sit orta contentio, eiusque filiorum in electione antistitis sit nefanda diuisio: vnde monemus per Deum Patrem, & Filium, & sanctum Spiritum obtestamur, Apostolicaque auctoritate expresse iubemus & interdiciamus, vt quoad ad commune eloquium nostrum peruenias, ibi Episcopum, neque iussu regis, neque expetitu plebis consecrare præsumas: quatenus cum vnà allocuti fuerimus, auxiliante Deo, cum communi consulto, quem vtiliorem præuiderimus, consecrare permittemus de more, quæ hinc scribere omisimus, huic legato nostro Deus dedit glorioso magistro militum, & duci consiliarioque nostro vt verbis, dicat iniunximus, quem benignè recipite, & quæ vobis ex nostra parte tulerit, indifferenter audite. Data vsupra.

B EPISTOLA CXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT ne quisquam Pictauenfis Ecclesia bona inuadere & diripere præsumat. & vt ablata restituantur.

OMNIBVS FIDELIBVS
sanctæ Dei Ecclesiæ præsentibus scilicet
atque futuris.

Nmmo quia Romanum Pontificium largitu enitet vniuersis, illud luce clarius constat largita defendent cunctis: quoniam indubitati iuris est semel concessa perenni cultu fore tenenda. Ceterum omnium religiositas, orthodoxorumque pernoscat fidelitas, quod relatu quorundam didicimus, Pictauenfis quidem Ecclesia, quam diutinus Paganorum hostis persequitur, multa Christianorum iniquorum incommoda patitur, quibus pressuris nos conuenit perdolere, eandemque nihilominus tanto fasce leuare. Quapropter præcipimus, Apostolicaque auctoritate expresse iubemus, quod nemo vestrum tam sacerdotali ordine perfruens, quamque militare officium tenens, ipsius ecclesiæ Pictauēsis aliquam ecclesiam, aliquodque monasterium, vel prædia ipsi quoquomodo pertinentia inuadere præsumat, vllosque colonos seruos ancillasve cōtra sui episcopi velle, tollere audeat: sed liceat ipsius ecclesiæ, Hægrido videlicet episcopo, suisque successoribus illa, quæ sui antecessores legitimo tramite canonice auctoritatis habuerunt, sub nostra tuitione habere, & vt possederunt, possidere; & vt ordinauerunt, suo arbitrio ordinare cum consulto, consensuque suæ Ecclesiæ canonicorum, vt prisca consuetudo dinoscitur, sine vestro, vestrorumque obstaculo, & omnium hæcenus talia præsumptum. Inter hæc volumus quasque causas prædicto Hægrido episcopo, vnde inestas nostra præsentia adducēdas. Si quis verò sacerdotum, iudicum atque sæcularium personarum, hanc constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam venire tēptauerit; potestate honoris sui ac dignitate (percussus Apostolico anathemate) careat, reūque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & nisi vel ea, quæ ab illo sunt male ablata, restituerit, vel præsumpta correxerit, vel digna penitentia illicita acta desleuerit; à sacratissimo corpore Dei Domini, ac Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat. Cunctis autem eidem præfatæ ecclesiæ

præfatæ Ecclesiæ iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ operationis recipiant, & apud summum arbitrum præmia æternæ pacis inueniant. Data iij. Cal. Septemb. Indiæ. XI. Trevis.

RECLAMATIO ET PROCLAMATIO
Hincmari, qui quondam præerat Ecclesiæ Laudunensi.

De Hincmaro
Laudunensi epi-
scopo Ado in si-
ne Chron. An-
no. lib. 5. c. 37.

EXPONIT quæ à suo Archiepiscopo iniuste passus sit, & ad summum Pontificem pronocat.

Psal. 27.



Omne & summe Pater Patrum, & rector Pontificum Ioannes nomine, & meritis vocate, audi vocem proclamationis meæ, & exaudi vocem deprecationis meæ, compassus causæ calamitatis meæ, à Rhemorum Archiepiscopo ad synodum sum vocatus ad Dutiatum villam, quam constituit hebdomada prima mēsis Augusti, & monuit me de certis causis paratum esse ibidem, vt responderem. Ad quam cum festinasset, violentia hostili in medio itinere segregatus sum ab ouibus meis, priuatus sum & spoliatus omnibus rebus meis, perductus sum ab eisdem hostibus vsque ad præfatam villam: in qua cum consisterem, iam stabat Rex Carolus ante ipsum Archiepiscopum meum, tenens in manu scripturam, reputans me esse periurum: quia Romam sine sua voluntate miserim; & imputans, quod eum accusauerim. Ad quæ idem Archiepiscopus me respondere iussit: cui ego respondi pro his, de quibus me admonuerat in eadem synodo esse paratum, vt responderem, paratus eram scriptis respondere, quæ scripta præ manibus tenui, sed ipse non permisit, vt synodus scripta mea susciperet: quia sibi dari iubebat, sed ego suspecto dare nolebam. De clerico autem meo nomine Berthario, quæ subito requisit, sed requisitus non affuit; Respondi quia ipsi homines mecum veniebant, qui eum comprobaturi essent, si eis venisse licuisset: sed idem Archiepiscopus de his nihil me postea appellauit, sed ad accusationem regis me respondere iterum, atque iterum præcipiebat; & ego reclamauit, quia non docebat canonica auctoritas nudatum, & suis rebus spoliatum, insuper & ab hostibus detentum respondere vllatenus debere; sed & addidi quia non solum suspectum, sed manifestissimè illum infestum habebamus: vnde & Apostolicam sedem appellauit pro amore Dei, & honore sancti Petri tam de ipsa accusatione regis, quam de præiudicio, quod ab ipso patiebar Archiepiscopo. Legi manibus tenens auctoritates Iulij Papæ, & Felicis Papæ, videlicet, ea quæ ipsi in eis præfigunt de appellationibus episcoporum, quæ mihi seruari appellando sedem Apostolicam, prostrato corpore expetij: sed nihil horum mea petitio obtinuit: sed neque litteræ Apostolicæ, quas mihi præsentialiter dederat, quoniam me vocabant, vt procrastinando venire non differrem, si status mei iacturam sustinere non vellem, quicquam præualuerunt. iudicium præfatus Archiepiscopus super me imposuit, vt ab episcopali remouendus essem officio: sed alij gemebant, stebantque, inter quos nullum merebar pari inimicum. Scripta quidem ab eodem Archiepiscopo ipsis imposita manibus tenentes, sed ore proferre nolentes, inuiti vix verba singuliebant, aditum tamen ad sedem Apostolicam minimè sperantes mihi posse denegari. Vnde (saluo per omnia sedis Apostolicæ iudicio) ipsi finem lectionis terminauere. Post hæc transmissus sum in exilium, in quo per duos annos sanus

A sanus, sed aliquanto tempore ferro vinctus, custoditus sum. Duobus annis ferme peractis, insuper cæcatus sum, & vsque modo retentus, ad vos & ad vestre piissime Serenitatis præsentiam mox, vt venire dimissus potui, protinus accessi. Nunc autem vestram clementiam suppliciter exoro à vestra summa paternitate parari de me æquitatis iudicium, cui secundum canonicam institutionem, & decreta Romanorum Pontificum reseruatus, & reseruandus sum, & fueram. Quod ob amorem Dei, & venerationem sancti Petri apud vestræ paternitatis pietatem obtinere efflagito, tum pro multitudine miseræ meæ, tum pro magnitudine pietatis vestræ, quæ accendatur clementissimi redemptoris amore, qui me proprio acquisiuit sanguine, & qualemcunque sancto suo sacravit munere.

B EPISTOLA CXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET vt ad synodum in eadem cum Episcopis suis accedat, seque comparet ad respondendum iis, quæ obiciebantur.

FROTHARIO VENERABILI ARCHIEPISCOPO Burdegalensi.



D synodum igitur, quam, Deo auctore, apud Trekas celebramus, cum reliquis septem galliarum prouinciarum confratribus, & coepiscopis, fraternitatem tuam cum tuis suffraganeis Episcopis tam viua voce, quam litterali admonere, vt venires omni postposita occasione cuiuscunque occasionis studuimus. Fatemur iam tertio, vt simul positi emergentium quæstiones causarum statutis canonicis demeretur, & sacerdotum Domini vna concordia omnium fieret dilectionis. Sed cur venire distuleris, moleste cuncti ferimus, & valde miramur. Quapropter repulsa mora præsentiam tuam cum prædictis suffraganeis nobis, & sanctæ synodo citissimè exhibe. Sic tamen instructus, vt cum de mutatione contra canones sedium, & de aliis excessibus, quibus, quod non optamus, patrum regulis feriri possis, impetitus fueris, causa iustitiæ intercedente, inlaxus, & innocens recedere valeas. Hoc reuerentiæ tuæ consulentes damus consilium, ne absentiam tuam tibi aliquid putes prodesse: sed immo secundum patrum statuta magis obesse. Priuilegium atque scripturas de sedium mutatione, si qua à nobis, vel prædecessoribus nostris habere sic fatemini, vobiscum sine mora deferre studeas. Data vt supra.

Concil. Sardin.
cap. 1. Chalceden. cap. 5.

D EPISTOLA CXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONFIRMAT priuilegia Ecclesiæ prædictæ concessa.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO ADALARDO venerabili Archiepiscopo Turonensi, successoribusque tuis, nec non & omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentibus scilicet, atque futuris.



Ecce enim Romanam Ecclesiam, quæ mater est omnium Dei ecclesiarum; vt quanto viget dignitate præclara, eo magis consistat in misericordia pia; quatenus, quæ digna postulantur à fidelibus, sine mora cum pietate largiri mereantur à nobis: omnium vestrum religiositatem

statem volumus scire fideliter, quoniam presbyteri diocesis turonici pagi A
ad nostrum accesserunt Pontificium suggerentes, ut firmarem Apostolica
auctoritate illis & capitulare Regum, & Coepiscoporum scriptum, ut debeat
vnaquaque Ecclesia proprium mansum habere, cum mansiis quattuor
vineas, a ripennos tres; prata similiter, ortum, & coemiterium cum mansio-
nibus, sine personali & ciuili munere exigendo, nisi diuino solummodo in
Ecclesiasticis rebus obsequio, sicuti canonum prisca auctoritas, & moder-
na cōcedit. vbi verò res nominata antiquitus condonata, & moderno tem-
pore abstracta esse videntur, Pontificali auctoritate, & regali potestate sine
mora aliqua, aut tarditate restituantur. Nos illorum precibus inclinati vo-
lumus, Apostolicaq; auctoritate expressè iubemus, ut prefata scripta no-
stro Pontificio delata, à coepiscopis firmata, à regibus iussa, sint rara, & mo-
dis omnibus obseruanda. Si quis huius Apostolicæ censuræ temerario ausu B
violator extiterit: si sacerdos fuerit, proprio honore priuetur, & christiana
communione cassus anathematis vinculo innodetur: si laicus, similiter per-
petua damnatione cum Iuda traditore extorqueatur: conseruator verò pe-
renni benedictione Apostolorum principum Petri, & Pauli modis omni-
bus perfruatur.

EPISTOLA CXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET *ut Valderami causam ad exitum perducatur, vel ad se remittat.*

VALDE MARI VENERABILI.

Resentium lator litterarum nomine Valderamus, ad vestram
fraternitatem coram nobis veniens lachrimabiliter que-
stus est, Patrem suum à quodam iniuste carceris custodia
teneri detrusum intra parochiam vestram. Quapropter tuæ
fraternitati auctoritate nostri Apostolatus iubemus, atten-
tius prædicti genitoris causam sacerdotali succintus vigore
inquirere, ei que finem, ligaliterque terminum dare, si negotij status in-
ambiguus à futuris prospicitur. Quod si anceps vestro fuerit visa libra-
mini vtrasque partes suis allegationibus instructas, venire in præsentiam no-
stram omnino maturè mandamus. Data ut supra.

CAPVT. I.

IVDET *Episcopos Romanæ Ecclesiæ defensionem suscipere.*

.. Hæc à Pontifi-
ce in Cōsil. Tre-
centis dicta sunt.

Vos confratres, & coepiscopos meos volo vnanimiter mecum
in defensione sanctæ Romanæ Ecclesiæ quam constat esse
caput omnium ecclesiarum, conuenire: donec, Deo auxi-
liante, in sedem beati Petri Apostolorum principis reuer-
tamur, cum omnium hominū vestrorum armata bellico ap-
paratu manu, & hoc non differendo, sed sub omni celerita-
te & certitudine sponfionis, hic mihi, queſo, absq; vlla dilatione continuo
dare responsum. Data ut supra.

ITEM

A ITEM ALLOQVVTIO PONTIFICIS.

PRÆCATVR *ut quantocyus Romanæ Ecclesiæ defensionem suscipiat.*



Vos carissime fili Ludouice gloriose Rex precor in defen-
sionem, liberationem, atque exaltationem sanctæ Romanæ
Ecclesiæ, sicut prædeceſſores veſtri fecerunt, & vobis sub-
obtestatione facere mandauerunt, sine procrastinatione, &
vlla dilatione succurrite: quia ministri Dei estis, vindices in
ira in his, qui male agunt, & non sine causa gladium porta-
tis, ne forte, quod absit, illa vos, aut regnum vestrum culpa contegat, quæ
quosdam veteres Reges inimicis & infidelibus Dei, quondam parentes
damnabiliter strinxit. Vel, si aliud placet, præſentaliter in isto loco date, per
Deum & per B. Petrum vos coniuro, sine mora responsum. Data ut supra.

EPISTOLA CXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IVDET *ut ipse cum quibusdam aliis ad synodum accedat, in qua Biturigenſis Episco-
pus de obiecto sibi infidelitatis crimine purgare se volebat.*

BERNARDO COMITI.

Relatu videlicet hominis pontificio nostro nunciatum est, quod
Frotharius venerabilis Episcopus ciuitatem Biturigam inimi-
cis vestri senioris domini Ludouici gloriosi Regis tradere ma-
luerit. Ideo illuc ipse cōtendere studueras. Ecce enim idem iam
dictus Episcopus nobis, nostro & filio præfato Regi gloriosissimo super hoc
reclamare studuit, dicens se velle, in omnibus tibi, & tuis de vniuersis obie-
ctis cōtra tui, & sui senioris infidelitatem, iustitiam facere. Quapropter hor-
tantes mitimus Apostolicaq; auctoritate iubemus, ut ad hoc placitum, ad
huncque conuentum præſentaliter venire satagas, adducens tecum Girar-
dum vicecomitem, Umbertum Aguarum, Ingelbertum, super quos ip-
se reclamationat: quatenus nunc coram nobis, & coram sæpe dicto glorioso Re-
ge, tam canonica censura, quàmque humanæ legis sancitu, inter vos quid
contra fas, & ius factum fuerit, nihilominus finiatur. Data ut supra.

D EPISTOLA CXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

COMMENDAT *illius fidem, hortatur ut legatum mittat, antequam cum Caro-
lomanno in colloquium veniat, cui eum quoque interesse iubet.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Vvibbodo venerabili Episcopo.

Non lectione litterarum vestrarum, & in relatu earum geruli homi-
nis vestri vos deuotissimos, & ut semper, noui fidissimos, pro
quibus vobis gratias agimus, & Deo auxiliante, retribuemus:
Interea, monentes hortamur, ut captum perficias, & antequam
Carolomannum alloquamur, vestrum legatum cum litteris mittere sata-
gas, &

gas, & in colloquia ubi ubi fueris, tua praesentia esse studeat. Optamus san-
ctitatem tuam in Christo benevalere, maxime in hoc. Data ut supra.

EPISTOLA CXVII. B. IOANNIS PPAE VIII.

*Agit praevalens de observantia erga Romanam Ecclesiam. miratur quod ad se le-
gatos non miserit. rogat, ut ante colloquium, quod cum Ludouico Rege habiturus
est, aut ipse veniat, aut legatos mittat.*

DILECTO FILIO CAROLO

glorioso Regi.

Quod pro pace, & unitate sanctarum Dei Ecclesiarum, om-
niumque Christianorum in priore Epistola, quam vestra mi-
simus dilectioni, significauimus, glorię nihilominus vestre
vberes gratiarum laudes rependimus: quia nos vestra Epi-
stola valde lætificastis in hoc, quod dilectionem animi ve-
stri circa Romanam Ecclesiam, sicut vestri parentes ac pro-
aui habuerunt, habere vbertim significatis; valde tamen miramur, cur ad
nos legatos vestros non direxistis, sicut precati sumus. Quapropter quaeso
fili carissime, ut ad nos ad colloquium quod cum Ludouico Rege Caroli
Imperatoris Regis filio apud Treas habituri sumus, si possibilitas non ob-
sistit, venire acceleretis; vel si aliquo obstaculo praepedimini, ut non opta-
mus, strenuos legatos nobis dirigite, per quos glorię vestrae omnia secre-
ta, quae animo nostro resident, fidenter mandare valeamus, locum nobis si-
mul nominatenus designate. Quo frui vestro colloquio, & germani vestri
Ludouici gloriosi Regis valeamus. Quoniam de hac terra nullo modo re-
grediemur, priusquam, Deo auxiliante, per congrua, & mutua vobiscum
miscemus colloquia. Optamus gloriam vestram plus florere successibus.

EPISTOLA CXVIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

Eiusdem argumenti.

DILECTO FILIO HLVDOVICO

glorioso Regi.

Quod pro pace, & unitate sanctarum Dei Ecclesiarum omniumque
Christianorum a Romana sede in partes Galliae venerimus, in
Epistola, qua glorię vestrae missimus, plenissime significare stu-
dimus: nescimus tamen, quo tempore ad vos peruenit, & de
eo, quare nobis non dedit dilectio vestra responsum: Quapropter quaeso fi-
li carissime ad nos, ut ad colloquium quod cum Ludouico Rege Caroli Im-
peratoris filio apud Treas habituri sumus, si possibilitas non obstat, veni-
re acceleretis; vel si aliquo obstaculo praepedimini, ut non optamus, stre-
nuos legatos nobis dirigite, per quos glorię vestrae, quae animo nostro re-
sident, fidenter mandare valeamus, locum nobis simul nomine tenus desi-
gnate: quo frui vestro colloquio, & germani vestri Caroli gloriosi Regis va-
leamus. Quonia de hac terra nullo modo regrediemur: priusquam, Deo au-
xilante, per congrua, & mutua vobiscum miscemus colloquia. Dat. ut sup-
EPI-

EPISTOLA CXIX. B. IOANNIS PPAE VIII.

*Arguit, quod vocatus ad se non venerit, sicut Ludouicus Rex fecerat. monet sub
excommunicationis poena, ut sui Regni finibus contentus nullam Bosoni molestiam
exhibeat.*

DILECTO CAROLO GLORIOSO REGI.

Seruans fidem Francorum Regibus, secundum praedecesso-
rum meorum Pontificum, multos & duros labores in mare,
& in terra pertulit; ab Vrbe & Romana sede in Franciam ve-
ni. omnes vos legatorum tam viua voce, quam epistolis stu-
dii conuocare, ut pactum quod aui, & patres vestri sanctae
Romanae Ecclesiae iureiurando promiserunt, adimplere co-
tenderetis. Sed heu, pro dolor, cuncti venire per inobedientiam neglexistis,
praeter Hludouicum Regem diuae memoriae Caroli Imperatoris filium, cuius
consilio, atque hortatu Bosonem gloriosum principem, per adoptionis
gratiam, filium meum effeci; ut ille in mundanis discursibus, nos libere in
his, quae ad Deum pertinent, vacare valeamus. Quapropter contenti termi-
no Regni vestri pacem & quietem habere studete: quia modo, & deinceps
excommunicamus omnes, qui contra praedictum filium nostrum insurgeret
tentauerint. Data ut supra.

EPISTOLA CXX. B. IOANNIS PPAE VIII.

Bernardum hominem sceleratum & contumacem excommunicat.

Bernardum sacrilegum filium Bernardi, & Belihildis sacrarum
rerum Ecclesiasticarum peruasorem, Regiaeque a Deo ordi-
natae potestati contradicentem, a proprio Archiepiscopo Fro-
thario, cui & ciuitatem, & omnia quae habuit, sustulit, tertio
vocatam, a nostra autem Apostolica auctoritate bis, & a re-
gia sublimitate semel reuocatum venire nolentem, & in per-
tinacia sua permanentem: qui etiam ab hominibus suis sacramentum dam-
nabile, & damnandum blandicij, & terroribus tyrannice contra diuina &
humana iura extorsit, a corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi
alienum decernimus, & ab omni Christianorum societate separamus, usque
dum ad condignam satisfactionem emendaturus accedat. Quod si nec hoc
emendauerit, & ea quae reus adeo communi iudicio suorum fidelium ab-
stulit, violenter tenere, & fidelibus suis in hoc refragare tentauerit, ana-
thematis vinculo sancti Spiritus innodamus. Quicumque autem ei contra
hanc excommunicationem communicauerint, aut consenserint, nos pro-
hibere non possumus, ut qui excommunicatis communicauerint, non pari
excommunicationi subiaceant.

EPISTOLA CXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII. A

PRAECIPIT ut inuafores bonorum Turonensis ecclesie cogat restituere, & decimas soluere.

REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Frothario Archiepiscopo Biturigensi, & Anselmo Lemo-
uicensi, Acfrido Pictauesi, Dodoni Decauesi, Ratberto
Cenomanensi, Hildeprando Sagiensi Episcopis, nec non &
alijs omnibus Episcopis, & comitibus, aliisque personis il-
lustribus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, in quorum Parochijs B
sancti Mauritij Turonensis Ecclesiæ prædia esse videntur.



Vorum omnium religiositas seu vniuersorum pernoscat fi-
delitas. Quoniam narrante Adalardo venerabili Archi-
episcopo, Pontificium nostrum didicit, qualiter quidam
absque omnium legum auctoritate, tam comites, quamque
subditi eorum, sancti Mauritij Turonensis Ecclesiæ res in-
uasas ausu temerario teneant. Vnde mandamus, nostraque
Apostolica auctoritate expressè iubemus, vt eos inuafores primitus mo-
neatis, vt ipsas res omni occasione remota, ipsi præfatæ Ecclesiæ reddere sa-
tagant: & si ipsi forte audire noluerint, vos vnanimis omnes, vnoque con-
uentu pro posse collecti, nostra censura illos excōmunicare debeatis, vsque C
quo ipsas res ab eis iniuste tentas reddāt. Et si, quod non credimus, his cen-
suris inobedientes fuerint, & ad satisfactionem venire distulerint, & iusti-
tiam de perpetratis facere noluerint; ab omni Christiana communione il-
los nostra auctoritate iudicate esse immunes. Inter hæc etiam illos monete;
vt nonas & decimas secundum antiquam consuetudinem, quibus dare de-
bent, postpositis illicitis occasionibus, dare minime differant. Demum iudicamus, vt omnes res præfatæ Ecclesiæ sancti Mauritij, quæ in vestris exi-
stunt parochijs, defendere ab omnibus inimicis debeatis, quoniam si aliter
feceritis, & nostræ censuræ non obedieritis, canonico sancitu feriemini.

EPISTOLA CXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII. D

*Vt Vvalesfredi Vveticensis Episcopi causam, contra Raetfredum Episcopum ca-
nonicè iudicent.*

ROSTAGNO VENERABILI ARCHIEPISCOPO
Arelatenfi & Sigeboddo Narbonensi.



Sanctitati vestræ notum est, qualiter Vvalesfredus Vveticensis Ec-
clesiæ Episcopus ad synodum, quam Deo auctore apud Treas
celebrauimus, reclamationis libellum obtulit super Raetfre-
do Auinionense Episcopo, quod ei quandam villam ad suam
sedem,

A sedem, siue parochiam pertinentem abstulisset. Sed quia Raetfredus, de
quo quærela erat, synodo defuit. Idcirco fraternitati vestræ Apostolica au-
thoritate mandamus, vt coadunato numero Episcoporum eorū causam cano-
nico iudicio finiatis, ita discutiendo, & determinando tantæ præsumptionis
inuasione, vt nemo Episcoporum vestrorum, contra canonica præcepta
vltius insurgere sine suo periculo temptet. Vos quoque præsentialiter cum
vestris istud determinate iudicium. Capitula quædam vobis patrum aucto-
ritate collecta mittimus, secundum quæ iudicare absque dilatione debeat-
is, ne quærendo assumatis laborem pro tali negotio. Optamus fraternita-
tem vestram in Christo bene valere.

B EPISTOLA CXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*Vgonem & Emmonem, nisi ad fidelitatem Ludouici Francorum Regis redie-
rint, excommunicat.*



Vgonem Lotharij Regis quondam filium non legitimum, sed na-
turalē, adulterina copula genitum, qui post præstitum sacra-
mentum dilecto filio Ludouico Regi Francorum mentitus esse vi-
detur, & inquietare pacificum Regnum prædicti Regis, & Emmo-
nem Bernardi Comitis Germanum complicem in excessibus, nisi intra dies
triginta ad prædictum seniore suum redierint, & ab inquietudine regni re-
sipuerint, omni christiana communione priuamus. Postmodum si perseuera-
rint, sciant se anathematis vinculis innodandos. Vgonis memi-
nit Annon. lib 5
c. 39. Regimo
lib. 2. chron.
Data vt supra.

C EPISTOLA CXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*ARGVIT eos, quod à Turonensis Archiepiscopi iurisdictione se subtraxerint,
vniisque bona inuaserint. præcipit, vt ei partant, & delictorum veniam petant.*

MAHENDOLENSI EPISCOPO
nec non omnibus Episcopis Britannicis seu vni-
uersis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus.



D Sanctitatem, seu fidelitatem omnium nosse volumus, quia
dum Treas synodum celebraremus, suggestione Adalardi
Archiepiscopi confacerdotis nostri audiuius, quod vos
matrem vestram Turonensem Ecclesiam despicientes, se-
cundum antiquam consuetudinem illi obedire differtis, &
priuilegium à beato Petro Apostolo illi supra vos conces-
sum frangere conamini, debitumque honorem ipsi Archiepiscopo vestro
obseruare negligitis. Et malum supra malum addentes prædicto capiti
vestro prædia auferre non formidatis: inter hæc etiam & præfato antisti-
te narrante, & alijs Coepiscopis similiter conferentibus audiuius, vt vos
non antiquo more à vestro Metropolitano consecrati fuissetis, sed expulsis
legitimis Episcopis de sedibus, sola potentia ducis vestri alter ab altero cō-
secratus fuit: quod mirati fuimus, & (si ita est) tantum nefas delebimus, &
vindictam, nisi satisfeceritis, nihilominus dabimus; quia non pastores, sed

inuafores fore cernimini. Quapropter mittimus Apostolicaq; auctoritate. **A**
 expresse præcipimus, vt ad cor redeuntē ad matrem vestram sanctam Tu-
 ronensem Ecclesiam reuertamini, & secundum antiquam consuetudinem
 illi obedire satagatis, & de perpetrato haecenus ipsi vestro Archiepiscopo
 Adalardo misericordiam quaratis: quatenus super omnibus negligentijs
 apud summum arbitrum veniam habere possitis. Quoniam si aliter fece-
 ritis, canonica auctoritate eritis nihilominus feriendi, & à nostra commu-
 nione modis omnibus alienandi, & omnis vestra ordinatio à summa sede,
 Apostolica scilicet respuenda. Data vt supra.

EPISTOLA CXXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

B *Bosonis observantiam erga se laudat, cui auxilium ad subigendos Ecclesie
 hostes mitti rogat. Egilmarum Episcopum commendat. alios autem Episcopos, qui
 venire iussi in sui auxilium non venerant, monet, vt Regia auctoritate com-
 pellat.*

DILECTISSIMO FILIO LVDOVICO
 gloriosissimo Regi diuæ memoriæ Caroli Im-
 peratoris filio.

C Vanto vos amore diligimus, quantumque caritatis affectum
 erga vos tenemus, paucis explicare verbis minime possu-
 mus; hoc tamen gloriam excellentiæ vestræ scire cupimus,
 quod deuotionem, ardoremq; caritatis, sicut polliciti sumus,
 erga vos indeficientem perpetuo retinemus. Interea mille-
 nas serenitati vestræ de Bosone dilecto, & communi filio, ac
 fidele gratias referimus, qui tam prudenter communibus obtemperans ius-
 sis, parere in omnibus ita nobis studuit, vt etiam velut veræ Christianæ re-
 ligionis cultor, animæ, & vitæ suæ nõ pepercerit, sed pro sanctæ Ecclesiæ, &
 communi fidelitate vltro se morti tradere non dubitauit. Et vsque Ticinum
 annuente Deo, securius nos perduxit. Quapropter dilectissime filii, ac por-
 firetice Rex obsecramus excellentiæ vestræ culmen, vt si res exegerit (sicut
 nobis vestra dignata est repromittere sublimitas) ei adiutorium ad debel-
 landos hostes nostros virorum bellatorum adminiculum præbeat; quo-
 niam dignum est, vt soli omnes adiutorium præbeant, qui solus pro cun-
 ctis desudare non cessat. Præsentem itaque huius latorem Epistolæ Egil-
 marum venerabilem Episcopum excellentiæ vestræ plurimum commenda-
 mus: quatenus idem, suaque Ecclesia crescat augmento perfectionis, qui in
 omnibus oportunitatibus nostris, nulli secūdu extitit, & vobis fidelissimum
 in cunctis, quæ cognouerit, verissimè comprobauimus. Inter hæc Episcopos
 quos serenitas vestra in nostrum iussit venire adiutorium, scias præter Agil-
 marum nullum venisse. Qua propter regalis censura culminis vestri sua au-
 thoritate compellat eos quanto cyus hostiliter † Romam venire, vt de cæte-
 ro discant Apostolico culmini, & regali excellentiæ congruenter præbere
 obedientiam.

Annon. l. 5. c. 37.

† f. synodaliter.

EPI-

A EPISTOLA CXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*INCREPAT eum, quod sibi auxilium non tulerit; & iam tertio monet, vt sibi
 Papiam certa die, cum suis suffraganeis occurrat.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
 Confratri Ansberto venerabili Archiepisco-
 po Mediolanensi.

B Vantum benigna fraternitas vestra sanctæ sedi Apostolicæ
 concurrere, ac concordare debeat, prædecessor noster bea-
 tus Gelasius Papa ad Episcopos paruipendentes vexatio-
 nē fratrum his verbis comminando scribit, dicens. Cur non
 comparsi estis tantis fratribus vestris? Cur non adistis Im-
 peratorem? Cur non posuistis animam pro confratribus,
 quam præceptū habetis ponere pro grege vobis commisso? Cur nõ posuistis
 vos pro domo Israel murū, vt staretis in prælio in diē Domini? Quapropter
 tandem discussa negligentia ad pristinum vos reformate certamen, fratri-
 bus auxilium concite ad ferendum. Hæc, & horum similia vestram frater-
 nitatem debuerant exempla prouocare, & nobis pro totius sanctæ Dei Ec-
 clesiæ statu laborantibus non tantum inuiti iam, sed etiam sponte concurre-
 re debetis, ac debuistis; Sed iam nunc post tertiam admonitionem nobis
 cum confratribus vestris; & coepiscopis studere Papiam hæc quinta feria
 proxima adueniente occurrere, zelum Dei, quem pro vobis omnibus pa-
 tior, atque dolorem audientes, vt quid deinceps Deus omnipotens com-
 muni vestro consilio decreuerit, facere valeamus. Nulla frater carissime
 animo vestro dubietas infideat, in mea fide, & in meo sacerdotio credite;
 Nil contra vestram decentiam, atque honorem vobis aliquatenus oppone-
 tur; quia, quod non optamus, si hæc paruipendere temptaueritis, post tan-
 tam patientiam canonica eritis. †

† f. deest ani-
 matione ca-
 stigati, vel ali-
 quid huiusmo-
 di.

EPISTOLA CXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

D *NARRAT labores pro Ecclesia susceptos: monet vt sibi cum omnibus Episcopis
 suis Papiam occurrat.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
 Confratri Ansberto venerabili Archiepisco-
 po Mediolanensi.

Q Vantum pro totius sanctæ Dei Ecclesiæ statu, & pro cuncto gre-
 ge Dominico, pro quo omnipotens Deus proprio filio suo non
 pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & Ioannes
 Apostolus exhortans nos ait: Quoniam ille pro nobis ani-
 mam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere, labo-
 rare, ac vigilare semper debemus, omnium vestrum luce clarius no-
 uit pia fraternitas. Qua propter, quantum ex diuina gratia in no-
 bis fuit, & est, ex quo nos superna miseratio suæ Ecclesiæ præfecit, ani-
 mam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere, labo-
 rare, ac vigilare semper debemus, omnium vestrum luce clarius no-
 uit pia fraternitas. Qua propter, quantum ex diuina gratia in no-
 bis fuit, & est, ex quo nos superna miseratio suæ Ecclesiæ præfecit, ani-

1. Ioan. 3.

Epist. Tom. 3. Kk 3 ma

ma nostræ nunquam peperimus, numquam dura pericula declinauimus; sed die noctuque, estu & gelu exusti, ne quid captum à bestia, aut dilaceratum Domino ostenderemus, marinos fluctus pertulimus pro omnium vestrum liberatione atque salute: in Franciã quoque venientes, & Regū filios partim viua voce, partim epistolis atq; legatis allocuti sumus omnes, id est utrosque Ludouicos Carolomanum, & Carolum, acceptoque communi consilio, uti Boso gloriosus Princeps comes esset itineris nostri donec, Christo opem ferente, reuerteremur ad Urbem: Et quia de statu sanctæ Ecclesiæ sunt, quæ communiter tractare debemus, tuæ sanctitati Apostolica auctoritate mandamus cum cunctis suffraganeis tuis & Coepiscopis nobis Papiã, secunda die post festum S. Andreae, occurrere. Et quoniam probata fides omnium prædecessorum tuorum semper fuit erga Romanum Pontificem, tua fraternitas omnimodis studeat eorū in omnibus assequi vestigia, quia, quod absit, si aliter fuerit, vigor canonicus super inobedientes remanere non poterit. Data vt supra.

EPISTOLA CXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Eiusdem ferè argumenti.

DILECTO FILIO BERENGARIO glorioso Comiti, seu omnibus optimatibus Longobardorum Regni sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus.



Vanta & qualia Romana Ecclesia, vestra videlicet mater, hætenus ab impijssimis Christianis passa est, & nostris litteris significantibus, & rumore populi narrante iam audistis, & vt certius sciat, iterum significamus. Ecce enim pro quibus & pro omnium vestrum salute animæ nostræ non parcentes, iam quia per terrã pro prædictis persecutoribus ad vos viciniore, vt res expetierat, venire nequiuimus; marinum iter accepimus, & in Franciam ibimus, quærentes tranquillitatem, atque auxilium, vbi nostri antecessores quæsiere Pontifices; misimus enim omnibus regibus, id est Hludouico, domni Caroli Imperatoris filio, & Carolomanno, & Ludouico, & Carolo Ludouici regis filijs, vt cum suis episcopis ad nos venirent, & vnã nobiscum super his tractarent, ex quibus venit Hludouicus rex, & tantis malis perdolens, nisi infirmus esset, nobiscum veniret: iam quia pro infirmitate non potuit, dedit nobis hunc Bosonem Principem sibi ex omni parte coniunctum, qui me per inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ saluum duceret. Ecce enim, auxiliante Deo, Papiam venimus: quapropter monētes mitimus & Apostolica auctoritate hortantes iam tertio mandamus, vt præsentialiter ad nos carissimi, tamquam ad patrem venire debeatis, & vt alij veniant, alter alterum incitet, & has litteras primò legens remittere alijs procuret: quatenus venientes vnã nobiscum de statu sanctarum Dei Ecclesiarum & quiete Reipublicæ & nostra vestraque omnium salute synodum celebrantes, tractemus, in quibus dilectissimi filij, ne vestra caritas repeat, neve religiositas inobediat, sed compatiat, vt oportet, ac doleat. Quia scriptum est, qualiter tepidus sit iure vomendus, & qualiter per inobedientiam culpa, quæ non fuit, fit, & qualiter qui non compatitur, decreto Pontificali feritur. Data vt supra.

EPI-

A EPISTOLA CXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATUR, quòd filiahus Bosonis, pro quibus, alias rogauerat, hæreditatem iure debitam non restituerit. iterumq; monet, vt ipsam hæreditatem integram eis restituat.

HLVDVICO REGI GLORIOSO

Gloriosi quondam Regis Ludouici filio.



Am enim magnitudinem vestram filii carissime Apostolicis monuimus litteris, hortantes pro filiabus Bosonis, dudum comitis, & Ingeltrudis coniugis, quibus iure hæditas defæri omnium legum auctoritate conceditur, proprietates reddere studeatis. Sed, vt cernimus, inauditi romanissimus, quod miramur, & mirantes dolemus, cū vestra proles Apostolicis censuris semper obediat, & præ omnibus regibus iudicium faciat, vt Rex David cecinit, honor regis iudicium diligit. Non ne legistis, quonia iustus Dominus iustitiam diligit, & æquitatem videt, vultus eius. Caterum reclamationē filiarum iam dicti Bosonis, audiimus, vt ipsas, ipse, matrisque earum, proprietates, Ingeltrudis, alias vos teneatis, alias verò vestris tenere, quibus ipsa post iudicium sibi illatum sine viri consensu dederit tenere, permittatis, quod nefas est, & contra omnium legum profus auctoritatem. Quid enim vxor sine viri consensu agere potest? quanto magis hæc hæc, quæ diuino gladio, censente domno Papa Nicolao prædecessore nostro, interijt? & humano pro parte facto stupro, puniri debuerat? Non ne Ioannes Papa Romanus, & Iustinianus inclitus Imperator legem Romanam faciētes, scripserunt ita? Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum præsidis, sed cognatis punitorum reddi oportet, & alibi. Omnibus gradibus cognatorum in hæditate sumenda, præferendi sunt filij. Vnde liquidò patet, gloriosissime Rex, vt nec vos, nec cognati eorum, nisi ipsæ filia, quæ sunt, legitima, illos allodes habere debent; qui verò nati sunt post crimen illarū spurij sunt, nec hereditare debent, vt præfatus Papa, & Imperator scripserunt ita, spurios satis iniuriosos, satisq; acerbos, ac nostris temporibus semper indignos esse dijudicamus. Qua propter, vt rogauimus, iterumq; rogamus, & hortantes monemus, vt harum reclamationes, harum & gemitus vestra regia dignitas hauriat. Et pro Apostolorum principum reuerentia, à quibus petiere auxilium, & pro nostro amore integriter ipsas proprietates, quas vos allodes dicitis, reddat, & vestros omni occasione remota reddere faciatis. Data vt supra.

Nicolaus in
epist. 64.
Regin. lib. 2.
Cronic.

In auth. bonæ
damnatorū. C.
de bon. proscr.
In Auth. in suc-
cessione. C. de
su. & leg.

EPISTOLA CXXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATUR eum sibi (vt decebat) non occurrisse. certiore reddidit de his, quæ cum Ludouico Rege egit, monet vt ad se veniat.

DILECTO FILIO SVPPONI ILLVSTRI COMITI.

Vr fili carissime nobis iter tua dilectio clausit, curq; vt audistis nos in tuos honores venisse, obuiam non concurreris, miramur, cū eam in omnibus nostris negocijs curam gessisse semper nouimus: Et vbi nos prope fuisse audieras, tuis vniuersis postpositis scrijs ad nos festinanter

nanter properaveras. Vnde cernimus quoniam istud non ex corde, sed pro A
fidelitate tui senioris taliter feceris, quod ideo parcimus; ecce enim, ut
audistis, & nos etiam vobis iam litteris significavimus, pro quibus in Gal-
liæ partibus synodum celebravimus. Et Hludovicum gloriosum Regem
affati fuimus, qui nobis hunc Bosonem Principem virum consultissimum,
sibiq; ex omni parte coniunctum dedit, ut nos saluos sine impedimento ma-
ledicti Lamberti in Urbem mitteret, cum quo nos pacificè pro certo veni-
mus. Ceterum monentes mittimus, & rogantes hortamur, quatenus ve-
stro de more, relicta alijs omnibus curis, omniq; occasione remota, ad nos
præsentaliter venias; incitans etiam alios, quibus Apostolicas litteras mit-
timus, ut & ipsi similiter faciant, quoniam scit Deus, non ob aliud vos al-
loqui cupimus, nisi, ut sanctarum Dei Ecclesiarum statum, & Reipublicæ
quietem vnà vobiscum consideremus; tamen ante alios venire satage, ut B
quidquid cum alijs fecerimus, tecum familiariter antea terminare quea-
mus. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

BERENGARII caritatem erga Romanam Ecclesiam commendat. significat ce-
lebratam in Gallia synodum, seq; incolumem reuersum; monet vt ad se venire festinet.

DILECTO FILIO BERENGARIO
illustri Comiti.

Relatu nonnullorum audiuius, maxime huius Vuidonis C
Comitis nostri Consiliarij, vt vestra deuotio caritatē, quam
erga nos, nostrāq; Ecclesiam, vestram videlicet matrē, sem-
per habueras, magis magisq; adoleat, in quo gratias agi-
mus, & vt proficias hortamur. Ecce enim audistis pro qui-
bus in Gallia partibus synodum celebravimus. Et Hludo-
uicum Regem gloriosum affati fuimus, qui nobis hunc Bosonem Principē
virum consultissimum, sibiq; ex omni parte coniunctum dedit, vt nos (au-
xilante Deo) saluos sine impedimento Lamberti maledicti, & à sancta Dei
Ecclesia anathematizati, in Urbem Romam mitteret, cum quo nos pacifi-
cè pro certo venimus. Ceterum monentes mittimus, & rogantes hortamur
relicta alijs omnibus curis ad nos præsentaliter venire satagas. Quoniam,
scit Deus) non ob aliud vos alloqui cupimus, nisi, vt sanctarum Dei Eccle- D
siarum statum, & quietem Reipublicæ cum honore vnà vobiscum tracte-
mus. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET vt dissensionem inter Abbonem, & alios ortam sedet.

HUGONI ABBATI NOBILI
spe stabili Prosapia genito.

Via multum vos diligimus, ideoq; congratulor, animæ vestræ
prospicimus, commonere curamus, † quoque, quæ inter
Abbonis episcopi parentes, & Robertum, atque Roclinum exor-
ta est † regali potius, † quàm vindicta corri-
gatur; quoniam malum semel necessitate patratum, non debet secundum
necessi-

† f. dissensionem

† f. vt † f. ele-
mētia.

A necessitudinem expiari ad delictum, sed misericordius remitti ad veniam:
agat vestra gloriosa nobilitas, vt decet tantæ naturæ decentiam. Data
vt supra.

EPISTOLA CXXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IUBET vt ciuitatem contra Lambertum viriliter defendant.

OMNIBVS IVDICIBVS, ET DVCIBVS SEV
populo Rauennæ commorantibus fidelibus nostris.

Industriam, seu omnium fidelitatem nosse volumus, quo-
niam relatu quorundam audiuius, vt Ioannes diaconus
Cartularius deuict, & francos Lamberti contra electionē
nostram conducatur; vnde mittimus Apostolicāq; auctoritate
iubemus, vt omnes vnanimis, vnāque fidelitate stare de-
beatis, & defendere ipsam Ciuitatem, ita vt nullus, qui vo-
biseum non stat, francos, ibi concludi Lamberti intus permittat ingredi,
nec ipse Lambertus ibi quoquomodo accessus habeat, nec suus homo ibi
intrare possit: ita in his agite, sicut Dei & nostram gratiam habere cupi-
tis, quoniam qui aliter fecerit, & nostram iram habebit, & mille bizan-
teos palatio nostro componet. Data vt supra.

C EPISTOLA CXXXIV B. IOANNIS PAPÆ VIII.

LAETATVR cum Rauennatem Archiepiscopum electum. iuber ne quicquam ele-
ctionis causa vlli promittat. & epistolam suam Leoni, & Romanis scriptam afferen-
dam curet, eorumque responsum ad se dirigat. res Ioannis et Deus dedit Ducū restituat.

ROMANO LEVITÆ EGREGIO
à Rauennatibus fidelibus nostris electo.

Litterarum tuarum, fili carissime, serie recepta & lecta, vbi
Ioannem Rauennatem Archiepiscopū obisse audiuius,
valde doluimus, & vt pro eo oretis cum vestris, hortamur;
vestra videlicet electione vnanimiter facta gaudemus, &
quia nos visitando misisti, significans sanitatem nostrorum
fidelium, tuamque deuotionem demonstrans, gratias agi-
mus. Ceterum monentes indicimus, vt iam qui annuente pastore summo,
ad tale opus electus es, quo pastor fias, vigiles in eadem Ecclesia, labores,
nullique maiori minori que tam conciuibus, quamque alijs quibuscumque
personis aliquod promissum facias, quoniam simoniacum est; & hoc nobis
nequaquam celabitur; quod si feceris, per Apostolos obtestantes, te mini-
me benedicemus. Inter hæc volumus, vt istam epistolam Leoni venerabi-
li misso Episcopo, & apocryfario; ceteris Romanis transmissam, ipsis præ-
sentaliter per vestrum legatum transmittatis, eundemq; reuerentem (si po-
tes saltim) aut alium cum illorum epistolis ad nos † dilecte, remitte, qui no-
strum aduentum certum iam vobis renunciare poterit. Igitur etiam cupi-
mus, vt pro amore horum nostrorum fidelium, nostrorumque consilia-
riorum

D

† f. dilectis.

riorum Deusedit videlicet, & Ioannis gloriosorum Ducum res pro posse, **A**
& homines saluetis, & defendatis, occupatas hactenus integritate reddatis:
quatenus cuius vtuntur seruitio ei conuenit, vt fruatur defensionis auxi-
lio. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT, vt excommunicent eos, qui Vulperto Comiti filium eripuerant,
& regionem illam populabantur.

REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Theoderico Archiepiscopo, & Isaac Episcopo. **B**

Noverit vestra religiositas, quia Vulpertus Comes reclamans Põ-
tificio nostro retulit, quod quidam sui homines malefactores
suum filium sustulerint, & cum eo terram prædauerint. Quapro-
pter dirigimus, vt nostra Apostolica auctoritate illos excommu-
nicetis, quod relictis talibus depradationibus ad patrem, & seniore, re-
deant, & pacificè viuant. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET vt quosdam Facinorosos puniat.

HUGONI GLORIOSO COMITI. **C**

Referebat videlicet hoc viro nomine . . . audiimus, quod ve-
stri homines, maxime Conterius suos equos tollentes suas man-
fones prædassent. Quapropter hortantes monemus, vt pro Apo-
stolorum reuerentia, & nostro amore quam petijt iustitiam illi
facere satagatis. Ira agat in hoc vestra nobilitas, vt acturam credimus, vt
& ipsi malefactores nostri excommunicentur, quia nos tale nefas, vt non
vltiscatur, demittere nequimus. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt fœdus cum Bosone iustum seruet. **D**

HUGONI, THEODERICO, ET BERNARDO
illustrissimis Regni Francorum.

Retus vestra ingenuissima nobilitate, atque obedientia,
quam propter Deum nobis cõdignè debetis, dilectissimum
filium nostrum Bosonem, vestrum vnanimen fratrem & ami-
cissimum, vt insolubile vinculum caritatis fœdusq; amici-
tiæ, quod coram Deo vicissim conligastis, moneo, hortor,
nulla hominum male loquentium lingua, nullo cuiuslibet
fraudis ingenio, vel in modico quoquomodo possit auelli: Sed (Domino
† Edest animi auxiliante) dilecti filij nostri Hludouici Regis † erga eum immobi-
lem,

Atem, & tranquillum semper seruetis, & omnia sua salua atque pacifica con-
seruate: quoniam pro his ab omnipotente Deo, & beato Petro Apostolo
futura vitæ mercedem, & à nobis, & ab illo fidelissimas amicitiarum reci-
pietis sine dubio retributiones. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt Valperto Episcopo obediat.

VVLGARIO MONACHO.

Denique Treces positi per nosmetipfos cognouimus qualiter Val-
pertus Episcopus deuotus filius noster te à proprio Episcopo, at-
que Abbate per dimissoriam acquisiuit, tua potius interuenien-
te petitione: quapropter conuenit tibi ex die illo, & deinceps
tamquam proprio obedire, eumq; vt proprium pastorem sequi non præter-
mittas: quia, quod non optamus, si aliter feceris, vinculum excommunica-
tionis super te rationabiliter extendemus. Data vt supra.

EPISTOLA CXXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT, vt quoties Episcopus Ticinensis eos ad synodum vocauerit,
accedant.

COMNIBVS SANCTISSIMIS ET
Reuerendissimis Confratribus & Coepiscopis, tam Me-
diolanensi Archiepiscopo cum suis suffraganeis,
quàm Rauennati nihilominus cum
suffraganeis suis.

Scriptum etenim est, Deus qui glorificatur in concilio san-
ctorum. & in Euangelio: Vbi duo vel tres congregati fue-
rint in nomine meo, in medio eorum sum. & item: Si frater
fratrem adiuuauerit, ambo consolabuntur. His auctorita-
tibus fulti, vestra omnium sanctitati mandamus, & Apo-
stolica auctoritate iubemus, vt quotiens vos confrater &
coepiscopus noster Ioannes Ticinensis, & post eum sui successores, vestros-
que vocauerint, pro emergentibus quæstionibus eximendis, continuo bea-
to Petro Apostolo obedientiam exhibentes, simul conuenire non differa-
tis: quatenus, Redemptoris nostri gratia discussis animositatibus, vitiisque
purgatis, in tranquillitate pacis Ecclesia constituta, glorificetur Deus per
Iesum Christum Dominum nostrum: Sacerdotum, leuitarumque iudicia,
quandocunque necesse fuerit, cum prædicto Episcopo, tamquam proprij
Episcopi decernite, ac diffinite freti nostra omnimodis Apostolica auctori-
tate: quia onera nostra vobiscum partiendo reliqua tolerabilius sufferre va-
lebimus. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere. Data
vt supra.

EPISTOLA CXXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^A

RAPTORES uxoris cuiusdam Ragiberti excommunicari iubet.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Ioanni venerabili
Episcopo Ticinensi.

D Enique Ragibertus quidam nomine, Iudex cognomento, coram nobis veniens questus est super Godfredum filium Ioannis Comitis palatii, & Iselbertum subdiaconem, atque Heribaldum notarium filium Garibaldi, eo quod legaliter sibi filij sui nuptam Gausildam nomine contra canonum, & legum auctoritatem, per vim & per forciam abstulerunt, calcato illo præcepto, quod Dominus ait, quos Deus coniunxit, homo nõ separet. Quapropter apostolica adhortatione zelum tui sacerdotij adhortamen caritas Dei accendat, & quasi tuba exalta vocem tuam, & iniquis iniquitatem suam annunciare non cesses, ne sanguis eorum de manibus tuis requiratur. Prædictosque transgressores omni Christiana communione privare non differas, donec legaliter emendent, quod nequiter perpetrare ausi sunt. Quod si te audire neglexerint, perpetuo eos anathema esse decernimus. Data vt supra.

Matth. 19.

EPISTOLA CXXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^C

VT sibi Taurinum obuiam veniat: & epistolas à se scriptas quibusdam Episcopis dirigat, vt ipsi ad Concilium accedant.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ioanni Papiæ Episcopo.

S Anctitati tuæ notum fieri volumus, quod nunc Taurinensi in ciuitate cõsistimus. Ceterum dirigimus, vt continuo omni occasione postposita nobis venire ne differas obuiam. Vide ne ab alio decipiaris instinctu, fortasse, quæ minime credimus, pro parte Mediolanensis Archiepiscopi, quoniam specialiter noster es, & manualis. Et quia de nullius nisi nostra ditione consistis, vt epistolam quam suffraganeis Episcopis Rauenati Ecclesiæ, Paulo Placentino, & item Paulo Regien. atque Liudino Mutinensi, cum celeritate mittere procuretis, vt statuto die Papiam veniat: quatenus de sanctarum item Dei Ecclesiarum & communi, atque vniuersali salute tractare valeamus. Data vt supra.

† deest, in beo
vel quid huius-
modi.

EPI-

^A EPISTOLA CXLII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IUBET vt Papiam ad Synodum accedant.

REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Vvibbodo venerabili Episcopo Parmensi, & Paulo
Placentino, & Paulo Regien. & Liudino
Mutinensi Episcopis.

S Anctitatem vestram scire cupimus, quoniam octavo Kalendas Decembris Taurinum venimus, inde, Deo duce, Papiam venimus, & ibi synodum pro statu Dei Ecclesiarum celebrabimus. Quapropter mittimus Apostolicaque auctoritate expressè iubemus, vt quarto Nonas Decembris, ibi omni occasione remota, ad Synodum esse debeatis. Et qui primò hanc epistolam legerit, aliò sub omni festinatione transmittat. Vide te ne aliter faciatis: quoniam si aliter feceritis, canonico feriemini vigore. Dat. vt supra.

EPISTOLA CXLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^C

PRÆCIPIT ne quispiam Monasterio sancti Augustini quicquam detrimenti afferat.

OMNIBVS FIDELIBVS
Ecclesiæ.

S Olicitudinem omnium Ecclesiarum nos habere oportet, & singulorum causas æquitatis iudicio alleuare; quapropter, cum de omnibus agere hæc eadem conuenit, præcipimus atque præsentis decreto sancimus, vt de Abbatia sancti Augustini, quam diuæ memoriæ Carolus Imperator fidei suo, & filio Ecclesiæ nostræ antè iure beneficiario tribuit, nullus de ipsis rebus aliquid iniuste auferre præsumat: nec prædicto Episcopo, & Monachis ipsius loci aliquam in distrahendo illicitè inferre molestiam. Quod si quis ab hinc agere præsumperit, separetur à communione fidelium Ecclesiæ: quod si pertinaciter persisterit, & emendare noluerit, iudicio sancti Spiritus anathematis vinculo feriat. Dat. vt supra.

EPISTOLA CXLIII. B. IOANNIS PAPÆ VII I.

RESCRIBIT eos, qui pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ in bello ceciderunt, si charitate erant præditi, veniam suorum delictorum esse consecutos, illisque indulgentiam concedit.

Epist. Tom. 3.

LI EPI-

Sanctissimis venerabilibus coepiscopis per totum
Regnum, charissimi filij mei Hludo-
uici Regis.



Via veneranda fraternitas vestra modesta interrogatione sci-
scitans, quæsiuit, vtrum hi, qui pro defensione sanctæ Dei
Ecclesiæ, & pro statu Christianæ religionis, ac Reipubli-
cæ in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo pro ea re casu-
ri sunt, Indulgentiam possint consequi delictorum; auden-
ter, Christi Dei nostri pietate, respondimus, quoniam illi,
qui cum pietate Catholica religionis in belli certamine cadunt, requies eos
æternæ vitæ suscipiet, contra paganos, atque infideles strenuè dimicantes,
eo quòd Dominus per Prophetam dignatus est dicere: Peccator quacun-
que hora conuersus fuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor am-
plius: & venerabilis ille latro in vna confessionis voce de cruce meruit Pa-
radisum. Manasses quoque impurissimus quondam Rex captus, carcerique
arctissimo religatus, ibi penitentiam agens, cum perfectione indulgentiæ,
etiam Regni pristini, propter Domini misericordiam, quia immensa est cir-
ca genus humanum, adeptus est solium: nostra præfatos mediocritate, inter-
cessione beati Petri Apostoli, cuius potestas ligandi, atque soluendi est in
cælo, & in terra, quantum fas est, absoluiimus, precibusque illos Domino
commendamus. Optamus fraternitatem vestram in Christo benenalere.
Dat. vt supra.

Ezech. 18.

Luc. 27.
2. Paral. 33.

Matt. 16.

EPISTOLA CXLV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*VTIFREDVM Episcopum, qui cum excommunicatis communicauerat, Missarum
celebratione prohibet, donec sibi occurrat.*

VTIFREDO VENERABILI EPISCOPO
sanctæ Vincienfis Ecclesiæ.



Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & sancti Petri Apосто-
lorum principis, nostrique Apostolatus, quia cum excommu-
nicatis communicasti, vt litteræ tuæ manifestant, omni te Mis-
sarum celebratione priuamus, donec in nostram cum eisdem
hominibus occurras præsentiam. Et si, quod non optamus,
amplius præsumptor extiteris, denunciamus te omni sacer-
dotio fore nudandum. Dat. vt supra.

EPISTOLA CXLVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*DECRINIT impuberes, qui alium occiderant, posse, peracta penitentia, ordi-
nari.*

HA.

HADONI VENERABILI
Episcopo Belbacensi.



Elatu didicimus quorundam Monachorum sancti Dionysij cœno-
bij, quod quibusdā pueris impuberi adhuc ætate, inter se rixatibus
hominū illorū instigatione vnus ex illis est interemptus. Quapro-
pter mandamus, vt si inculpabiles post peractam penitentiam le-
gitimi vigoris secundum canones reperti fuerint, gradatim ad Ecclesiasticos
ordines eos prouehere non differas, seruatis in omnibus patrum regulis, &
canonum institutis. Data vt supra.

EPISTOLA CXLVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*VT Bertildi uxorem ad se venire iubeat, illiusque adiutores, nisi resipuerint, com-
munionem priuet.*

HEVMARI ET VVIDONI
Reuerendissimis Episcopis.



Mortamur sanctitatis vestræ fraternitatem, sacerdotalemque
zelum vestri vigoris Apostolica auctoritate incitamus. Bert-
ildi Rostagni illustris viri coniugi, quæ spreto Dei timore,
ac lege tori fugabunda per vestras parochias incedens, mul-
totiens ab Episcopis, & synodo vocata, surda aure venire di-
stulit, omnem necessitatem imponite veniendi coram no-
stra præsentia, vt eius causa legaliter finem accipiat, illiusque in tam peruerso
opere adiutoribus aditum, atque communionem totius sanctæ Ecclesiæ
tam diu intercludite, donec ab omni se sequestræt prædictæ iurauit spiritali. ^{† f. confortio & ruina spiritali.}
inter quos Achetium mœchum, eumque; cōsortio priuate, vestroque zelo percu-
tite, quæso, moneo, hortor, fratres carissimi, citissime amplectendā exhibete
præsentiam, iterum, iterumque iubemus omni postposita occasione ad nos
festinanter venite. . . Quatenus, Christo Domino miserante, in hoc, &
alijs negocijs, communi consilio terminum salubriter imponere valeamus.
Data vt supra.

EPISTOLA CXLVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

*NE sponsus cogatur uxorem ducere sponsam ex alterius concubitu prægnantem,
& de crimine confessam.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Vvaleno venerabili Episcopo Metensi.



Præsentium portitor litterarum, Alpertus nomine, lachrimabi-
liter coram nobis veniens quæstus est desponsam suam no-
mine Vvalatam adhuc in parentum domo manentem, adulte-
rino concubitu presbytero quodam prægnantem repertam.
Quæ confessa de crimine, libenter ab eo se vult dissociare; sed tua fraterni-
tas

Epist. Tom. 3.

LI 2

tas

tas pro quadam parentelæ affinitate, coacte cum cogit eandem sumere in A
coniugium, contra regulas patrum, atque institutionem. Quapropter, si ita
est, requisitis super his legum, & canonum institutis, & quid de talibus præci-
piunt, promulgate absq; personarû acceptione. Data vt supra.

EPISTOLA CXLIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt cum quodam, qui penitentiam quinquennio egerat, remissius agat.

IOANNI VENERABILI
Episcopo Ticinensi.

Nator presentium coram nobis veniens dicit, se à prædecessore B
vestro Liutefredo venerabili Episcopo, quinquennio exacto
iam anno, penitentiæ fuisse submissum, pro quodam, eo quod
interfuit, fure à fœmina interempto; qua de re vestra fraterni-
tas solerter prospiciat. Et, si ita est, vt hic asserit, propter Do-
mini misericordiam, quoniam magna est, cum eodem consul-
tius agat, & (prout ordo causæ dictauerit) frenum canonici vigoris remittite.
Vel si quicquàm, quod non optamus, impossibile perpensum fuerit, Id nostro
iudicio vestra fraternitas studeat lenitate spiritus reservare. Data vt supra.

EPISTOLA CL. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT, vt presentium latoribus ablata restituenda curet.

IOANNI AGINVLPHO
venerabili Episcopo Gebaldanensi.

Ræsentium latores questi sunt ab hac sede plebem suam eisdem
sublatam. Quapropter Apostolica auctoritate tuæ fraternitati
præcipimus, vt inquisita rei veritate, quod iustum est, vnicique
reddere sacerdotali sollicitudine peruestiget; & quæ ipse diffinire
non poteris, modis omnibus non prætermittas. Data vt supra.

† f. deest, nobis
innotescere, vel
quid simile.

EPISTOLA CLI. B. IOANNIS PAPÆ VIII. D

FULCARDVM & Berelindam ab excommunicationis vinculo significat se
absoluisse.

THEODORICO VENERABILI
Archiepiscopo Bizentiensi.

† Bisuntino vel
Vesuntinensi.

Notum sit sanctitati vestræ, quia Fulcardum & Berelindam vxorem
eiufdem ab excommunicationis vinculo absoluimus, donec cano-
nica regula exacte reperiamus iudicium. Vnde vobis in commu-
nionem eos recipi mandamus. Optamus fraternitatem vestram
beneualere. Data vt supra.

EPI-

A
EPISTOLA CLII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET vt sua instituta obseruent, iusteque iudicent.

ALLOCVTIO PONTIFICIS
& exhortatio ad omnes Episcopos.



Noce sanctissimi Sacerdotis præmissis precibus fraternita-
tem vestram, cum pia exhortatione conuenio, & per diui-
num nomen obtestor, vt ea, quæ à nobis de Deo, & de sa-
cris ordinibus, vel sanctis moribus fuerint dicta, cum omni
pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere in-
tendatis. quod si forsità aliquis vestrum aliter quam dicta
fuerint, senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum omnium
copulatione, ea ipsa, de quibus dubitauerit, conferenda reducat; quali-
ter, Deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obte-
statione coniuro, vel obsecro, vt nullus vestrum in iudicando, aut personam † f. respiciat
accipiat, aut quolibet fauore, vel munere pulsatus, à iusto iudicio scienter
auertatur, aut discedat. Sed tota pietate eum, qui cetui nostro se iudican- † f. vestro
dum intulerit, retractate. Vt nec discordans contentio ad subuersionem iu-
stitiæ inter nos locum inueniat; nec in perquirenda æquitate vigor vestri or-
dinis, vel sollicitudo tepescat. Data vt supra.

EPISTOLA CLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT vt Romam ad synodum cum suffraganeis accedat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Romano Archiepiscopo san-
ctæ Rauennatis Ecclesiæ.



Nononicis sanctorum Patrum iubentibus regulis bis per an-
num concilia Episcoporum esse omnimodis celebranda; Synodus bis in
anno celebra-
da, Nicenæ Con-
cil. cap. 5.
nos ob id pro multiplicibus Ecclesiarum Dei vtilitatibus,
& necessitatibus, Synodum octauo Calendas Maias, Do-
mino annuente, celebrare cupimus. Ideo iubemus dilectio-
ni vestræ, vt omni mora postposita, vos cum omnibus suf-
fraganeis vestris Episcopis prædicto tempore Romam venire studeatis: qua-
tenus eandem synodum nobiscum æqualiter celebretis, ac de communi sa-
lute consideretis. Data III. Nonas Mar.

Epist. Tom. 3.

LI 3

EPI-

EPISTOLA CLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

¶ Luponem presbyterum in Sarfennati Ecclesia Episcopum ordinet.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Romano Archiepiscopo sanctæ
Rauennatis Ecclesiæ.

Relatione quorundam comperimus, quod cum, quem vobis ordinandum Episcopum sanctæ Sarfennati Ecclesiæ Luponē, videlicet venerabilem presbyterū † postposito nostræ voluntatis, & iussionis mandato consecrare postponatis; sed alium pro eo cupiatis nihilominus ordinare. quod sane, si verum est, valde miramur, vos à sponione, quam nobis polliciti estis quolibet modo, vel occasione velle retrahere. Unde more paterno dilectionem vestram his nostris Apostolicis monemus, hortamur, atque iubemus apicibus, ut vestræ promissionis memores, præfatum Luponem presbyterum, sicut vobis commisimus, continuo, ac præsentialiter iam dictæ Ecclesiæ Antistitem ordinatis: nam si aliter feceritis, & tam cito ipso, scilicet vestræ ordinationis initio, vos à nostræ voluntatis decreto subtrahere cognouerimus; canonicis correctionibus, velut inobedientem corripere nullatenus prætermittemus.

EPISTOLA CLV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

¶ Romam ad synodum celebrandam cum suffraganeis accedat, ubi de Imperatoris electione agetur. iubet, ne quemquam Regem excipiat, antequam ipse Imperatorem elegerit, nisi paruerit, eum excommunicat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ansperto Archiepiscopo sanctæ Medio-
lanensis Ecclesiæ.

Vantæ necessitatis assidue sustinuerimus incommoda, quantæque perturbationis nunc vsque passi simus, & quotidie patiamur aduersa, fraternitatem vestram nosse luce clarius nō ignoramus. pro quibus nimirum malis sedi Apostolicæ ab inimicis nequiter illatis per procellas, & periculosa maris itinera ire, & defensionis auxilium nos quæsisse mecum pariter scitis. sed quia humanum præsentialiter subsidium non reperimus, diuinum ut potius quæramus, communiq̄ voto, ut à Domino flagitemus, frater mi, necesse est. propter quod fraternum sanctitatis vestræ collegium his nostris Apostolicis litteris more præcessorum nostrorum vocamus, & in consortium nostræ sollicitudinis, Apostolica dumtaxat auctoritate asciscimus; & quasi membrum capiti suo adhærēs ad Calendas Maias huius duodecimæ Indictionis, ad synodum, auxiliante Domino, nobiscum celebraturos cum omnibus suffraganeis vestris Episcopis Romam venire iubemus; ut

superna

A superna gratia freti, ea, quæ necessario sunt amputanda, Ecclesiastico refecimus mucrone: & quæ vtiliter sunt statuenda, communi, Deo propitio, statuamus decreto; ne per vestram absentiam, atque desidiā Regnum hoc amplius in perturbatione persistat, & fiat scandalum peius priore. Et quia Carolomannus corporis, sicut audiuius, incommoditate grauatus, Regnum retinere iam nequit, ut de noui Regis omnes pariter consideremus, vos prædicto adesse tempore valde oportet: & ideo antea nullum absque nostro consensu Regem debetis recipere. Nam ipse, qui à nobis est ordinandus in Imperium, à nobis primum, atque potissimum debet esse vocatus atque electus; quoniam & nos vnā cum vestra fraternitate cupimus pertractare, & de hoc, & quo tenore vel ordine communes causas, & vtilitates Ecclesiarum Dei nobis commissarum ordinemus, & iure canonico statuamus: quatenus tantorum malorum onera, quæ sustinemus, procul abijcere, & leue iugum Christi, læris, ut condecet, possimus ceruicibus ferre. quapropter nullam in veniendō excusationem habeatis. Sed alacri mente occurrere, & ad iam dictam synodum venire procuretis, quam sanē, & canonica sanctorum Patrum regula bis in anno fieri iubet, & instantis temporis necessitas magna compellit. Nos enim paterno vos affectu diligentes pro communi vtilitate vocamus, quamuis iam tertio iam pridem dilectio vestra vocata ad synodum venire contempserit. Pro quo dignam debueratis correctionis sustinere censuram, cum à sede Apostolica vobis semper fuisset collatum præsidium, & vos nullum in quibus oportebat, studeritis præbere solatium. nunc autem, si ad eandem synodum venire contempseritis, scitote canonicam à nobis in vos velut inobedientes promulgari sententiam.

† f. deest electione

Imperator à summo Pontifice eligitur.

EPISTOLA CLVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONSOLATUR cum de damnis ab Agarenis illatis, auxilium pollicetur, sequi in eius partes venturum.

DILECTO FILIO GALDERI
glorioso Principi Beneuentanorum.

In Pistolas sanē à vestra dilectione transmissas cum parte gratulationis, fateor, etiam & mœroris accepi. Quantoque in eis gaudens exultaui vestram deuotionem intimo mentis affectu circa obsequium sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli compertam, tanto nihilominus triste pastoralis sollicitudine tuli, pressuris, atque Agarenorum depredationibus terræ vestræ auditis: quapropter cum vase electionis compellor dicere, & lachrymabiliter exclamare. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? sed inter hæc meminisse debemus, illius qui ait, In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quoniam ego vici mundum: & Apostolus, Maior est qui in nobis est, quam qui contra nos est. Quo circa dilectissime fili, hortor, admoneo, Apostolica auctoritate suadeo interim patienter, Domini misericordiam deprecando continuis obsecrationibus, malorum sufferre grauamina. Quoniam nos, Christo opitulante, ad patriæ vestræ liberationem pro virium facultate tantum præ ceteris mortalibus habebitis adiutorem

2. Cor. 12.
Ioan. 16.

1. Ioan. 4.

† f. deest mīdā
nīmū

† f. abundat.

adiutorem enixius, quantum attentius compatiemur. quod rebus ipsis praesentialiter † sub redderemus, nisi in itinere penitus hoc tempore equorum pabula defecissent, quibus statim gressus mouere in veniendo prohibemur. Sed redemptoris nostri gratia duce, peracta solemnitate paschali, venire ad vestras partes accelerabimus; & vna vobiscum positi, quidquid consilij, quidquid solatij, atque adiutorij pro Christiani populi liberatione adinuenire poterimus, libentissimè procurabimus. Optamus gloriam culminis vestri in Christo semper bene valere. Data ut supra.

EPISTOLA CLVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

COMMENDAT eiuse erga se obseruantiam certiore cum de sua incolumitate, B reddit, tum consolatur de obitu fratris.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Aioni venerabili Episcopo.

Quod veneranda fraternitas tua pro sanctarum Dei Ecclesiarum subleuatione longe ab Vrbe aliquandiu nostram absentiam benigna animi compassione condoluit, viscera mentis suae repleta Christi caritate patenter ostendit. Et debitam, immo mutuam dilectionem sanctis Dei Apostolis per nos condignè studuit conseruare. A quibus proculdubio meritorum retributionem in finem recipiet. sospitatem, quam in nobis vestra sitibundè, atque ardentè perquirat fraternitas, Domino donante, eam parte corporis aliquatenus habere videmur; sed inter tot fluctus mundi, tantasque vndarum procellas, quæ salus istius vitæ potest esse saltem ad momentum, tranquilla? Praesertim morte vestri germani audita, vestris filiorumque carissimorum, tam crebris tribulationum angustiis: sed inter hæc nos conuenit toto conamine mentis ad illam patriæ cælestis vitam corda sustollere, in qua pax semper inest, & vera securitas. quoniã quamdiu sumus in corpore, iuxta Apostolum, peregrinamur à Domino. vobis vestraque patriæ, secundum officium à Deo nobis collati ministerij, pro virium possibilitate inhiante cupimus impertiri solatium. Data ut supra.

2. Cor. 5.

EPISTOLA CLVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII. D

CONSOLATUR Daferium eique opem pollicetur.

DILECTO FILIO ILLVSTRI
nobili viro Daferio Comiti.

Perfectionem cordis Gaideris Principis consanguinei vestri, vestramque in Deum valde gaudemus, obsecrantes, ut qui cepit in vobis operetur, atque perficiat opus bonum usque in finem. Tribulationibus, atque angustiis vestris in tantum compatiemur, ut vestros dolores manu cogitationis in nostro corde tangamus. sed confidimus in aeterni conditoris misericordia, quia in proximo

Aximo aderit eius auxilium, qui per Prophetam admonet dicens: Inuoca me in die tribulationis tuæ; eripiam te, & magnificabis me: nos etenim in tantum paratos habetis in vestrum adiutorium, ut cum opportunum tempus fuerit, pro fratribus animam ponere non recusemus. Equum quem nobilitas vestra petijt, cum vestros fines attigero, dare me vobis libenter denuncio. Data ut supra.

EPISTOLA CLIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

UT sibi indicet locum, vbi simul possint de communis patriæ salute colloqui.

B ET REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Dilectoque Confratri, & Consiliario nostro Athanasio
Episcopo sanctæ Neapolitanæ Ecclesiæ.



Cientes vos proculdubio fideles in omnibus, atque deuotos esse sanctæ sedi Apostolicæ, nostræque paternitati totis precor diis nostris fraternitatem vestram oppido diligimus & amamus. quamobrem pro multiplicibus instantis temporis necessitatibus, atque communibus vtilitatibus vobis cum speciali presentia loqui cupimus: quatenus vestro consilio, communique tractatu ea, quæ necessario sunt consideranda, perspicaciterque tractanda, salubriter, Domino annuente, ordinare, statuereque possimus. Quoniam nostræ ac vestræ terræ salutem, totius videlicet populi precioso Christi cruore redempti, pastoralis duntaxat more desideramus perficere, & idcirco, ut pertinax inimicorum comprimatur audacia, vobiscum pariter cupimus conuenire. Quapropter volumus, ut locum etiam nostræ colloquutioni, quem aptum esse cognoscetis, nostro præfulatui, vestris sub celeritate significetis apicibus. Quia nos, Deo propitio, illuc sine mora properare, & vna vobiscum alacriter loqui non prætermitemus. Data ut supra.

EPISTOLA CLX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR ut legatos mittat, & in auxilium Ecclesiæ Romanæ veniat.

D CAROLO REGI.



Egalis excellentiæ vestræ litteras recipientes, atque relegentes, ut in eo (quod antea nostro præfulatui direxistis) vestro videlicet amore, dilectioneque maneremus, non solum, ut iam olim retulimus, verum etiam magis, ac magis nostræ voluntatis affectum ad vestræ exultationis cumulum ampliare magnopere cupimus, atque in omnibus ceu carissimum filium vos retinere proculdubio satagemus. Tantum ut quo celerius, sicut mandastis, vestros idoneos legatos ad nos dirigere potestis aliquatenus non prætermittatis; cum quibus sanè, & exaltationem sanctæ sedis Apostolicæ & istius terræ salutem, vestrumque honorem profigare † considerareque firmissimè valeamus. Et ideo vestræ magnitudinis gloriam exhortamur, ut præcipientes


† f. inuestigare

gentes, quasi vir, lumbos tuos, & potentiae Dei brachio aduersus inimicos. **A** potentissime roborati, iam ipsi venire non dubitetis; quoniam si tanta calamitatis praesuram, quam sancta Romana mater vestra Ecclesia, & ipsius terra quotidie ab inimicis patitur, cognouissetis, nobiscum utique pariter doleretis. Quapropter fili carissime, antequam inimicorum insidiae plus adcrecentes praeualeant, nostram deuotionem, atque consilium pio intuitu attendere nullo modo desinat, sed more parentum vestrorum ea, quae necessaria sunt nobis, instantissime peragatis; quia nostri Apostolatus vlnis extentis, alacriter amplecti regalem praesentiam vestram desideramus. Tertio Nonas Aprilis Indictione XII.

EPISTOLA CLXI. B. IOANNIS PPAE VIII.

B COMMENDAT eius erga se obseruantiam. De suo incolumi reditu certiozem ipsum facit. hortatur ad perseverantiam, donec simul conueniant.


REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Athanasio Episcopo Neapolitano.

C  Via non solum tuis praecipue actibus, quibus deuotionem sanctitatis tuae, circa nos fidelissimam ostendisti existere; verum etiam nobis longe pro Ecclesiae statu manentibus, quomodo eam illibatam, in omnibus conseruaueris, fidelium nostrorum relatione didicimus. Quamobrem dignas tuae dilectioni referimus grates, innotescentes sane nostri praesulatus reuersionem iuxta desiderium tuum esse, Deo fauente, prosperam, atque incolumem. Ideo more Apostolicae paternitatis almitatem tuam monemus, cum Apostolo dicentes: Confortare in Domino, & in potentia virtutis eius. Quoniam fidelis est Deus, qui non deserit sperantes in se tentari supra quam possunt, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Tua igitur reuerentia in his instantis aduersitatis casibus aliquatenus non frangatur: Quin potius in Deo confidens roborata consistat, donec, Christo adiuuante, nos vobiscum speciali praesentia iuncti simul loquamur. Quia tunc, Deo permittente, cuncta quae necessario statuenda sunt communi eloquio, atque consensu pertractata prouenire credimus in salutem. Tamen nostrae voluntatis affectum per Petrum venerabilem Diaconum tuum, communemque fidelem, tuae dilectioni innotescendum mandauimus, quoniam te quasi proprium filium diligentes in omnibus nostris volumus **D** habere consortem. Data ut supra.

EPISTOLA CLXII. B. IOANNIS PPAE VIII.

Eiusdem argumenti.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Athanasio Episcopo sanctae Neapolitanae Ecclesiae.


M  Vltas gratiarum actiones, atque salutes almitati vestrae his nostris Apostolicis referimus litteris: quia nobis pro communi utilitate longe consistentibus, quasi praesentibus sinceritatem deuotionis, & fidei vestrae circa sanctam Romanam Ecclesiam matrem vestram, nostrumque;

A nostrumque Pontificium, atque circa fideles nostros promptam in omnibus ostendere procuratis. Quamobrem nulla inimicorum versutia, vel calliditas, vos a bono mentis proposito in aliquam sinistrae cogitationis, aut voluntatis partem inclinet: sed, sicut coepistis, perficere omnimodo satagite: quia & meritum, & condigna retributio vobis, Christo fauente, proueniet. Nam licet inimicorum nos praepediente fraudulenta nequitia, non omnia, quae volebamus, ex toto potuissimus perficere; nunc tamen, annuente Domino, quod ad honorem sanctae Dei Ecclesiae, & istius terrae salutem, vestramque defensionem pertinet, iam coeptum habemus, credimus nos incunctanter aucturos. Proinde hortamur nihilominus & monemus dilectionem vestram, ut sicut haecenus, ita deinceps viriliter ac firmiter consistatis, donec speciali praesentia adiuncti simul loquamur, & pro communi salute pariter laborantes, totis conatibus deludemus. Quoniam, velut charissimum te filium retinere **B** cupientes, benignè amplectimur, & tecum in omnibus congratulari feliciter cupimus: quia, ut dictum est, pro certo scias te dignam a nobis compensationem esse proculdubio recepturum. Hunc verò Diaconum tuum, qui pro tuo amore in nostro seruitio tanto tempore fideliter mansit, sanctitati vestrae in omnibus commedamus, ut dignum a vobis recompensationis honorem percipiat. Dat. ut supra.

EPISTOLA CLXIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

PRACIPIT ne Biebertinum incognita causa excommunicet, necue res eius inuadat.

C REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Confratribus nostris Aureliano & Aueramno, necnon Theoderico, & vniuersis coepiscopis vestris.

D  Mnum vestrorum sanctitati notum esse volumus, venisse Biebertinum deferentem Imperatoris praecipuum, & commutationis cartulam de rebus, quas charius cum Amulo Archiepiscopo dudum celebrauerunt. Insuper nostro Apostolatu intimauit, ut eum sine ratione discussa excommunicare vultis. Quapropter Apostolica auctoritate iubemus, ut nemo vestrum eum excommunicet, antequam ad legis examen proueniat. Scitote, quemadmodum in centesimo capitulo Africani Concilij legitur. Similiter ^{† al. 99.} in secundo nouellarum Iustiniani libro, ut nemo Episcopus, aut presbyter ^{In Auchen. de sanctis. epif. 9. omnibus autē.} aliquem excommunicet, antequam causa probetur. Qui excommunicatus maiorem sacerdotem adeat: & ille, qui iniuste excommunicauit, ab ipso iuste patiat; & nemo vestrum, aut quilibet laicorum praefati res ante legis sanctionem inuadere audeat. Nam, quod non credimus, si quis contra hanc nostram Apostolicam auctoritatem ire tentauerit, sciat se anathematis vinculo innodatum. Dat. ut supra.

EPISTOLA CLXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^A

D *incolomi eius prosperitate gratulatur, se tum eum, tum Angelbergam Imperatricem charas habere ostendit. rogat, ut Adelberto & illius coniugi Rotilde bona, quæ in prouincia possederant, retinere permittat.*

DILECTO FILIO BOSONI
Glorioso Principi.



Via litteris nobilitatis vestræ relectis vos incolumes cum optata prosperitate vigere didicimus; plurimum sumus læti effecti: nam in vestræ dilectionis amore Apostolica semper cupimus benignitate manere deuoti, & ea, quæ vobis vitia, vel proficua esse videntur, alacri dumtaxat mente perficere, nec pro aliquo homine vestram nobis dilectam amicitiam relinquamus: sed pio potius intuitu in omnibus conseruare illæsam. De parte autem spiritalis filia nostræ Angelbergæ Imperatricis charissimæ matris vestræ, pro certo scitote, quoniam paterno eam affectu semper dileximus, & quamdiu (auxiliante Domino) vixerimus, diligere, nostroque Apostolico subsidio adiuuare, tuerique magnoperè desideramus: necnon & quasi charissimam, & spiritalem filiam gloriosius retinere. Porrò de vestræ voluntatis ætione, quam dicitis exhibere, nos sine dubio in vestra amicitia constantes habebitis. De parte quoque Adelberti gloriosi Marchionis, seu Rotildæ Comitissæ coniugis eius, cognoscat nobilitas vestra, quòd vobis in omnibus fideles, & deuotos amicos eos esse cognoscimus: idèò rogamus, vt eorum comitata in prouincia posita, sicut iam tempore longo tenuerunt, ita deinceps pro nostro amore securiter habeant. Optamus gloriam vestram nunc & semper in Christo manere perpétuam. Dat. vt supra.

EPISTOLA CLXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EXCOMMUNICAT eos, quia monialem à monasterio rapuerant.

LIVDTEFRIDO COMITI
& coniugi suæ.



Via contra diuina, & legum præcepta temerariè agere non erubuitis, ita vt calcato Dei timore Garelindam sacro velamine relictam, & in monasterio Angelbergæ dilectæ filia nostræ Imperatricis Augustæ; sub professione regulari diutissimè conuersatam, quod Placentiæ situm est, abstrahere fraudulentissima suasionè aufueritis, tam diu te, tuamque coniugem auctoritate sancti Spiritus Domini nostri à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi separamus, & à consortio Christianitatis, donec prædictam feminam Garelindam, loco vnde deganastis, restituatis. Quòd si hoc neglexeritis, anathematis vos vinculis innodamus. Dat. vt supra.

EPI-

EPISTOLA CLXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^A

ARGVIT eum, quòd bis vocatus, ad se venire neglexerit: præcipit vt Veniat obiectis responsum.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Vbiberto Venerabili Episcopo.



Am enim sanctitati tuæ bis misimus vt ad nos venires, sed ignoramus, qua temeritate non obedias, itemque mittimus, vt omnibus tuis post habitis serijs, ad nos præsentialiter acceleres: quoniam multi supra te reclamant, maximè hic fenex, qui ob hoc iam Romam venit pro suo monasterio. Cæterum sapias, si venire distuleris, te excommunicandum, si persequaueris in tua † etiam à communione alienandum. Data vt supra.

† f. deest oblatione

EPISTOLA CLXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

DECLARAT suam in eum beneuolentiam: cõmendat eius erga Romanam Ecclesiã obseruantiam. rogat vt Stephanum Episcopum intruendis Ecclesiæ suæ iuribus adiuet.

DILECTO FILIO BERENGARIO
Glorioso Comiti. ^C

Via præcessores nostros sacros videlicet Pontifices imitantes, qui gloriosos progenitores vestros dignis semper honoribus glorificauerunt, vos quasi dilectum & spiritalem filium paterno cupimus affectu diligere, & gloriosum in omnibus retinere. Nam sicut per Demeum eximium ducem, & fidelem nostrum nobis intimando mandastis, quod erga sanctam sedem Apostolicam, & nostram paternitatem, vos in omnibus deuoti, & obedientes esse deberetis, omnemque nostram voluntatem, quasi filius charissimus adimpleretis, multum fuimus gauisi: sed quia iterum per Petrum venerabilem Episcopum, & Ioannem insignem ducem vobis mandauimus, vt adiutores fuissetis Stephano venerabili Episcopo, quem nos incomiaclo præordinauimus, quatenus vestro auxilio adiutus Ecclesiæ suæ iura, & possessiones, atque ipsius curam ducatus retineret securus, & vestro minime audiimus adiutum esse auxilio, valde miramur. Quapropter rogamus nobilitatem tuam, vt tale iam dicto Episcopo nostro adiutorium faciatis, per quod suam Ecclesiam, & ministerium sibi commissum securiter retinere, atque disponere valeat. Et si forte, quod non credimus, vestra est circa nos voluntas mutata, vt audire nos de hoc non cupiat; petimus vt pro amore Dei, & nostro, omnes vestros homines prohibeatis aliquam ibi nostris contrarietatem facere, vt absque illorum impedimento nobis illos liceat secundum nostram possibilitatem castigare veluti rebelles, & inobedientes nostræ apostolicæ iussione, ne censum, quem his annis tractatis duobus ex inde perdidimus, & istius anni perdamus. Data vt supra.

Epist. Tom. 3.

Mm

EPI-

EPISTOLA CLXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ROGAT *ut legatis Imperatoris per eius regionem transituris auxilium præstet. Condolet de Paganorum in eum incursione. Excusat se cur ad eum non eat. hortatur ut sit animo forti, promittitque subsidium.*

DILECTO VIRO PANDENVLFO
Glorioso Comiti. †

† Comiti Capuano, ut ex sequenti epistola collat, cuius meminit Leo in Cronie. Calsin. lib. 1. c. 45.



Multiplices, nobilitati vestræ, his nostri præfulatus apicibus, gratias agimus: quia vestram deuotionem atque dilectionem, quam nostræ voluntatis præceptis parendo alacriter ostendistis, in omnibus sinceram & obedientem fore incunctanter agnoscimus, cum præsentem hunc græcum Imperialis Baiuli hominem nostris direxistis obtutibus præsentandum incolumem. Sed quia Imperiales Misi, ceu in ipsius Baiuli repperimus litteris, per vos transituri sunt: quatenus ad nostram Apostolicam præsentiam veniant petimus nobilitatem vestram, ut pro nostro amore, & ipsos vestro auxilio munitos, prospero, annuente Domino, nobis itinere dirigatis. Quod autem multiplici Paganorum incursione vos grauatos asseritis, condolemus; maximè quia vestri conciuues circum quaque positi cum eisdem perditionis filijs foedus inire procurent, quamobrem nostram his vestris in partibus necessario præsentiam præstolamini affuturam. Nos verò, sicut iam pridem mandauimus, pro communi dumtaxat utilitate atque salute, omni annixu venire magnopere cupimus, quamuis, & de assidua corporis incommoditate, & de peractò iam Franciæ itinere adhuc maneamus defessi. Nunc igitur ante prædictorum imperialium missorum aduentum illuc properare nequimus: cum verò eorum legationem nobis delatam congruis, Deo propitio, responsionibus videntes audierimus; tunc quid utilius agendum sit, pro viribus agere omnino curabimus. Vos tamen in Domino confidentes animo estote constanti, qui non deserit confidentes in se, ut inter cæteros vestros proximos atque vicinos efficaciores, ac potiores in omnibus appareatis: quoniam nostro Apostolico vos præsidio, prout opportunum fuerit, quasi charissimos filios, adiuuabimus. Data ut supra.

EPISTOLA CLXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

COMMENDAT *eius studium erga Ecclesiam & Imperatores. significat se ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ perturbationes sedandas paratum esse. Ostendit Imperatoris legatos honorificè se excepturum, quos etiam à Comite Capuano recipi, & ad se mitti iam antea mandarat.*

DILE-

A DILECTO VIRO GREGORIO GLORIOSO
Primicerio, & Imperiali Baiulo.

Niteristuis, quas nobis per Stephanum candidatum fidelem tuum direxisti, relectis, deuotionis tuæ sinceritatem & fidem, quam circa Ecclesiam Dei, & gloriosissimos Imperatores habes Augustos, enucleatius agnoscentes, plurimum conlaudamus. Et ideo sacris orationibus nostris, sicut supplici voto, postulasti, te Domino commendare, ut & à visibilibus & invisibilibus securus, ac victor existas, omnino studemus. & quia magno Imperatori tuo Ecclesiam Dei pacificare volenti, nos ut fauere debeamus, hortaris; id iuxta nostri officij magisterium prompta dumtaxat agere voluntate, diuinitus adiuti curamus: quoniam, dicente Apostolo, Ecclesiarum Dei omnium nobis sollicitudo incumbit. Quapropter more prædecessorum nostrorum Pontificum, Constantinopolitanam Ecclesiam multiplicibus scandalis nunc perturbatam, prout iustum est atque possibile, sedare volumus, & pacem perpetuam stabilire. Præterea legati Imperiales, quos ad nostra Apostolica fastigia dicis esse directos, si venerint, competenti à nobis recipiuntur honore, & augustalem per eos nobis delatam legationem clementer recipiemus; atque ipsius legationis textum, & ordinem cognoscentes, vnà cum sedis Apostolicæ nobis commissæ assensu, quantum fas est, pro Ecclesiæ Dei pace, Imperiali voluntati fauere omnino studebimus. Pro quibus etiam missis, Pandenolpho Capuano comiti, scripsimus, ut eos venientes recipiat, & pro nostro amore prospero nobis itinere, Domino annuente, dirigere studeat. Nunc ergo ijdem missi præsentialiter, Romam venire procurerit: quia nos alijs causis impediti, istas in partes modo (sicut dispositum habuimus) properare non possumus. Data ut supra.

EPISTOLA CLXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EXCVSAT *tardum legatorum eius reditum, per quos quædam munera ad eum mit- tit, rogans ut pro se assidue Deum deprecetur.*

D REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Confratri nostro Theodosio Patriarchæ sanctæ
Hierosolymitanæ Ecclesiæ.

Notum esse volumus sanctitati vestræ, quia præsentis Monachi vestri, Theodosius videlicet, Dauid, & Saba venientes Romam ad limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, demorati sunt ibi; eo quod nos pro nostræ Ecclesiæ causis, & utilitatibus Franciam perrexeramus. At ubi, Deo volente, reuersi sumus incolumes, eis ad vestram paternitatem reuertendi licentiam dedimus, per quos nimirum, causa charitatis, aliquam licet modicam, beati Petri Apostoli benedictionem fraternitati vestræ mandauimus. Quam petimus, ut pro Dei, & ipsius Apostolorum Principis amore, nostraque dilectione benigne recipiatis: quoniam nimia Paganorum oppressione grauati,

Epist. Tom. 3.

Mm 2

plura,

plura, ut volebamur, dirigere non potuimus. Rogamus præterea sanctam vestram in Domino caritatem, ut sanctis orationibus vestris nostri semper memores existētes, pro nobis preces Iesu Christo Domino nostro quotidie fundere alacri animo dignemini carissime frater. Data vj. Nonas Maij.

EPISTOLA CLXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Ut in Vercellensi Ecclesia Gosphertus diaconus constituatur Episcopus.

DILECTO AC SPIRITALI
Filio Carolomanno glorioso Regi.

Utrorum relatione didicimus, quod ecclesia Vercellensis nūc valde turbata, & quotidianis commota scandalis consistat, dum in duas partes populus pro Episcopi electione diuisus, alij vnum, alij verò alterum eligere, habereque contendunt, & cupiant; electumque enormiter defendere vterque procuret. Sed quia iuxta nostri ministerii Apostolicum officium & sollicitudinem omnium ecclesiarum Dei, nobis in ipso Apostolorū principe commissam, iuxta canonicam, etiam sanctorum Patrum regulam dicentē: Si diuisio Clericorum, vel populi extiterit, & de futuri electione Pontificis contentio fuerit oborta, nullum ex his duobus in throno Episcopali esse aliquatenus consecrandum, sed alterius electionem fieri debere sacerdotis Ecclesie proprio destituta rectore, & ob id perturbata iura pacis ferentes, subuenire debemus. Regiam excellentiam vestram rogamus, ut pro amore Dei, & sancti Petri, ac nostræ paternitatis dilectione ipsum Vercellensem Episcopum huic nobilissimo viro Gospherto videlicet venerabili Diacono, vobis bene cognito, communiq; fideli nostro ac vestro, quem pro Ecclesiasticis vtilitatibus in seruitium vestrum direximus, placido de præsentia modo tribuatis. Quoniam verè cognoscimus hunc in omnibus tam ciuilibus, quam etiam Ecclesiasticis causis strenuum atque vtilissimum fore, nobisque non mediocriter fidelissimum. Quapropter ad vestræ præsentis, & futuræ gloriæ augmentum, hoc vos nobis concedere petimus, hanc primam nostri Pontificij iustam petitionem, vestra regalis alacriter perficiat magnitudo; ut & nos vestram libenti possimus animo perficere voluntatem. Charissime fili, quoniam sic veræ dilectionis vnanimitate, pioq; amoris affectu videbimur manere coniuncti, si nos ea, quæ cupitis, Apostolica dumtaxat perfecerimus auctoritate; & vos item vestro regali iure nostri desiderij preces audire cum iucunditate proculdubio studueritis. Talem namque progenitores vestros inuictissimos Imperatores Augustos circa decessores nostros, sanctos, videlicet Romanæ sedis Antistites, habuisse dilectionem, recolimus, ut quicquid ab alterutra parte petebatur, omni postposita occasione, mox efficaciter compleretur. Ita verò, & nostra nunc pontificalis à Deo conseruata Maiestas, & vestra regia magnitudo, sibi met debent placidè fauere vicissim.
Data vtsupra.

EPI-

A EPISTOLA CLXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Hortatur ut quamprimum contra infideles & Ecclesie oppressores auxilio veniat.

DILECTO AC SPIRITALI
Filio Carolo glorioso Regi.

Iramur, quia vos sapius exhortantes ut ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesie, vestrumque honorem, & totius terræ nostræ defensionem venires, vocauimus, & hætenus distulisti. Credere namque nobis potestis quod nimia vndiq; tam paganorum, quam malorum Christianorum persecutione grauati, vndique concussi, talia quæ iam à longo tempore patimur, sufferre nequimus; & ideo iterum admonemus, ut toto conamine, sicut vobis mandauimus, proculdubio artédatis. Nam pro certo scire debetis quoniam pro nullius hominis lucro, vel blandimento, siue terrore à vestro nos confortio, & vestræ amicitie foedere separabimus: idcirco tantum viriliter agere ea, quæ nobis ac vobis proficua sunt nullatenus dubitetis. Sed præstolando vestrum aduentum, diuque tardantem putauimus, ne forte Carolimanni gloriosi Regis, Germani vestri prædicti, aliquo impedimento iam venire nequissetis: vnde illi nostram Apostolicam direximus Epistolam, admonentes, quia si hoc Regnum amplius taliter occupatum ac inordinatum, & sine defensione tenuerit, animæ suæ detrimentum omnimodis fiet; nullumque vobis pro Ecclesie Dei defensione venientibus, impedimentum aliquod facere præsumat. Quapropter, quod agendum est, vestra regalis excellentia agere nullo modo desinat: nam si per vos sanctæ Romana Ecclesie fuerit exaltata, atque defensa, vester honor, & gloria hic, & in futuro sine dubio coram Domino multiplicata manebit. Data vtsupra.

EPISTOLA CLXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Ut vnà cum legatis, quos ad Carolummannum mittit, eat, vel aliquem vice sua mittat. Arguit, quod bona Angelbergæ diripi non prohibuerit: hortatur ut ea recuperanda curet.

D VVIBBODO EPISCOPO



Quoniam præ omnibus, qui in his videntur consistere partibus, Deo dilectis sacerdotibus, te vtpote carissimum filium, & fratrem vnanimem specialius diligimus, & pro tanta tuæ sinceritatis deuotione, quam circa nos, & sedem Apostolicam habere dinosceris, toto mentis affectu amplectimur, & idcirco reuerentiam tuam pio nobis amore coniunctam cupimus Apostolica semper benignitate fouere, & auctoritate fulcire. nunc igitur dilectioni tuæ notum esse volumus, quia pro tot, & tantis calamitatibus, quas (sicut ipse benè cognoscis) assidue patimur, hos præsertim nostros direximus per te quasi per quoddam ostium intraturos spiritali filio nostro Carolomanno glorioso Regi, cum
Epist. Tom. 3. Mm 3 quibus

quibus sanè, aut ipse in seruitium sancti Petri alacri mente ire, omnemque nostræ voluntatis causam, & necessitatem apud eundem Regem perficere studeas; aut fidelissimum & idoneum à latere tuo virum dirigas, qui vicem tuam in omnibus sagaciter possit explere. Nam tuo consilio, & adiutorio eosdem legatos nostros munias hortamur, quatenus sedis Apostolicæ legationem, pro vt dignum est, & instâti temporis necessitas exigit, Deo propitio, perficere possint. & quia eos sine tarditate ire, ac reuerti præcepimus, ne ultra tres dies illos penes te retinere procures: sed habito mox consilio, quatenus salui, & securi, ad iam dictum Regem proficiscantur, aut nullatenus demorentur. Quod si fortasse ad Carolummannum pro eius corporea infirmitate ire non posse contigerit, ad Carolum Regem ipsius germanum eos quocumque modo proficisci facito. Præterea veridico multorum relatu longe lateq; resonante didicimus, quod res, & possessiones leclæ, ac spiritalis filia nostræ, & sancti Petri commendatæ Angelbergæ Imperatricis sint à quibusdam malefactoribus omnimodis deprædatæ, non solum quæ foris extiterent in agris, & villis, sed etiam quæ intus per venerabilia, & non violanda loca sanctorum Monasteriorum repositæ fuerant; pro quo scilicet tam immani scelere, nefandoque piaculo sanctimoniam tuam merito redarguimus. Quoniam sacerdotij tui officium est, male agentes auctoritate diuina corrigere; vrbisq; salubribus cohibere, ne tacendo tales, pro dolor, imitari potius quàm prohiberi videaris. Est enim ex hoc pessima fama vniuersum discurrens per orbem, quod Dominam quondam, & Imperatricem vestram, cui vestram fidem per iusiurandum dedistis male tractatis. Cui pristinum honorem, dignamque reuerentiam semper exhibere debueratis. Nunc itaque pro amore sancti Petri, sub cuius speciali defensione consistit, eam adiuuare non prætermittas, quousq; sua omnia quæ iniuste perdidit, possit. Data vt supra.

† f. deest recu-
perare.

EPISTOLA CLXXIIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR vt ad obedientiam Romana Ecclesia, à qua seductus recesserat, cum sua gente reuertatur.

DILECTO FILIO MICHAELI REGI
Bulgarorum.



Via vos omnipotens Deus dono gratuita misericordiae suæ, gentemque vestram ad cognitionem sui nominis vocare dignatus est: Meminisse debeatis, hoc quod Dominus beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; cui vos in primordio Christianitatis vestrae ad regendum commisistis, eiusque successoribus ad obediendum. Sed nescio qua ratione ab eius magisterio, calliditate quorundam estis abducti, ita vt cum Apostolo dicamus: Quis vos fascinavit ei non obedire, cui dudum colla summisistis? aut illis credidistis, vt pace Græcorum loquamur, qui quotidie nouis, & variis disciplinis, atque dogmatibus confunduntur? sed quæso, fili carissime, ad sanctæ matris vestrae Romanæ Ecclesiæ sinum, quæ caput est, instituyente Deo, omnium Ecclesiarum in toto orbe diffusarum, relictis superfluitatibus, & seductionum scandalis, vos gentemque vestram amore mentis, sine mora reducite. Quia intantum vos affectione

Matth. 16.

Galat. 3.

A ctione paterna diligimus, vt in visceribus Christi Iesu esse cupiamus. Et ecce parati sumus, vt vos lucrificamus, & quicquid legatorum nostrorum offuscatione nuper offensum est, ad purum corrigere, & omnia maturissime reintegrando curare, & si contigerit, non solum compati, & condolere vobiscum, sed etiam pro salute animarum vestrarum mori non recusabimus, dicente Ioanne Apostolo, Quoniam Deus pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Vestrae tamen dilectioni conuenit monitis paternis benigno amore semper præbere assensum, & admonitionibus nostris accommodare auditum: quia ille, cui à Domino clauis Regni cælorum ligandi, atque soluendi collatæ sunt, quotidie, & indefinenter expandit brachia, & vos reuertentes ad se gratulanter expectat; quatenus vos æterno pastori reddat compotes æternæ beatitudinis, à quo accepit ministerio sui Apostolatus animas vestras redimere. Data vt supra.

EPISTOLA CLXXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Eiusdem argumenti.

PETRO CERBVLE ET SVNDICÆ
ceterisque optimatibus, & consiliarijs dilecti filij nostri Michaelis Regis Bulgarorum.

Enique moneo vestram omnium dilectionem, vt cõtinuis adhortationibus, atque suggestionibus dilecto filio nostro Michaeli glorioso Regi seniori vestro adnuncietis, vosque cum eo ad sinum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ vos æternæ beatitudinis cupit esse participes, redeat, ac redeatis; ne diutius quorundam peruersi dogmatis suasionibus perniciem, ac detrimentum, quod absit, animæ vestrae patiamini. Quoniam nos in tantum amorem super vos ducimur, vt quicquid iustè, & secundum Deum petieritis, à nobis impetrare valebitis, vestrisque petitionibus irrefragabiliter volumus effectum annuere. Hoc iterumque monemus, & in verbo Christi edicimus, vt redire ad nos omnino festinetis, quia, sicut nos peccare timemus, si vos ad sinum sanctæ Matris vestrae non reducimus, ita vos in Deum peccabitis, si nostram vocem audire omittitis. Data vt supra.

D EPISTOLA CLXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT vt legato, quem ad Regem Bulgarorum mittit, iter tutum præbeat, ac necessaria suppeditet.

DILECTO FILIO SEDESCLAVO
Glorioso Comiti Sclauorum.

Via fama tuæ dilectionis, atque bonitatis, & religionis in Deum ad nos usque peruenit, confidenter gloriæ tuæ præcipimus, atque mandamus, vt pro amore sanctorum Apostolorum Petri, ac Pauli Protectorum vestrorum, præsentem legatum, quem ad gentem Bulgarorum dirigimus, saluum atque incolumem venire faciatis usque ad dilectum

De Sclauis, historia Miscellanea. l. 17. in Mauritio. l. 19. & 23. Annonius lib. 4. c. 26. & 81. Cedrenus In Mauritio. Niceph. li. 18. cap. 28.

dilectum filium nostrum Michaellem gloriosum Regem eorum; & quæcūq; ei sunt necessaria ad victum & vestimentum, illi pro Dei amore administrate: quia Dominus dicit in Euāgelio: Quamdiu fecistis vni de minoribus istis, mihi fecistis: & Apostolus, hospites in inuicē sine murmuratione, quia per hanc placuerunt quidam Angelis hospitio susceptis. Agat, fili carissime, de hoc tua dilectio, vt æternę vitę præmia percipere valeat. Data vtsupra.

Math. 25.
1. Pet. 4.
Hebr. 13.

EPISTOLA CLXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EXCOMMUNICAT *Anspertum, quia ad synodum vocatus venire contēpserat.*

A **N**spertum Mediolanensem Archiepiscopum quem Papię existentes, & postmodum ad synodum, Romę pro multis Ecclesiarū Dei necessitatibus collectam, vocauimus, nec per se occurrere, nec excusationem suam secundum sacros canones in tractoria scriptam nobis, & sancto Concilio, causa temeritatis, & inobediencię dirigere nolentem, virtute sancti Spiritus, & principum Apostolorum Petri ac Pauli nostraque auctoritate, cum consensu sanctę Synodi, corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi priuamus, quousque suam nobis præsentiam exhibere procuret. Data vtsupra.

EPISTOLA CLXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ROGAT *vt legatos Constantinopolitanos ad se mittat. pollicetur, cum Francorum Rex Romam venerit se, ad eum auxilio iturum.*

DILECTO FILIO GREGORIO PRIMICERIO
Ac Baiulo Imperiali.

Religionem tuę caritatis in Christo, & in eius Ecclesia conlaudamus; & vt magis, ac magis in bono opere proficias, exhortamur. Legatos ab vrbe Constantinopolitana ad nos directos, per Beneuentum, deinde per Capuam dirige: quoniam iam habemus præordinatum, qualiter, Deo volente, ad nos salui atque in laesi perueniāt. De nostro ad vos aduentu, quod tua, fili carissime, dilectio perferatur, pro certo deliberatum habuimus, sed Rex Francorum ad nos properans, suppliciter deposcit, vt ab vrbe non discedamus quoquam, donec ipse perueniat. Qui cum, Domino protegente, venerit, cum valida manu, prout temporum dictat necessitas, illuc omni mora postposita studebimus omnimodis properare, pro totius sanctę Dei Ecclesię & omnium Christianorum saluationē. Data vj. diē Maij, Indictione xij.

EPISTOLA CLXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

vt apud Carolummannum, vel Carolum eius fratrem de Ecclesia Dei à Paganorum infestationibus defendenda agat: Et si archicapellanus Caroli Romam venerit, ipse quoque veniat; sin minus, eorum regum voluntatem sibi litteris aperiat.

RE-

A REVERENDISSIMO VVIBODO EPISCOPO
Et dilecto Consiliario nostro.

Vm assidue vos quasi carissimum filium in nostro cupiamus habere obsequio, placeret nunc nobis pro instantis temporis multiplicibus causis, vestro sagaci consilio frui: sed quia industriam vestram ea quę ad honorem sanctę Dei Ecclesię, ac nostrum pertinent, semper vbique agere fideli deuotione velle, proculdubio credimus, nunc ad nostram Apostolicam venire præsentiam non grauamus. Quapropter vestrę innotescimus dilectioni, quoniam assidua, & supra modum graui Paganorum infestatione grauati, cuiuslibet Regis iam cupissemus habere solatiū. Vnde si Carolummannum posse incunctanter agnoscitis, apud illum; sin autem apud germanum & æquiuiocum eius, Carolum videlicet gloriosum Regem, causas & utilitates sanctę sedis Apostolicę prudenti dumtaxat consilio agere, & Deo auxiliante, ad perfectum deducere satagatis; quatenus pristinum eius honorē, atque vigorem ipsius, regia maiestas, more videlicet parentum suorum, conseruet in omnibus. Præterea si talis Archicapellanus iam fati Caroli Regis, sicut nobis mandastis, venerit ad nostraque Apostolica vestigia missus properare quæserit, volumus, vt cum eo ad nos pariter veniat; vt communi tractatu, quid pro Ecclesię Dei exaltatione agendum sit, pariter consideremus. Sin autem ipse Romam non venerit, eo diligenter inquisito, causas & voluntates, atque deuotiones vel Carolimanni, vel ipsius Germani iam dicti Regis, nobis litteris vestris sub omni certitudine præsentialiter innotescatis, vt quid prosperē agendum sit, luce clarius agnoscamus. Huius quoque textum Epistolę, vt nullus agnoscat cum legeritis, statim igne cōburite. Data vtsup.

EPISTOLA CLXXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SCRIBIT *se tacitum tenere quod secretò ex ipso audierat, & auxilium, quod promiserat, ab eo omnino expectare; præterea se bene valere.*



Secretum, quod, Deo auxiliante, vobiscum Trevis existentes habuimus, immutilatum, ac fixum nostro Apostolico pectore, quasi quoddam thesaurum reconditum, proculdubio retinemus: & totis, vita comite, nisibus illud, quantum in nobis est, alacriter optamus perficere: quapropter, si excellentię vestrę libet, iam hoc ipsum ad effectū debetis perducere. Quia iuxta sanctum Apostolum admonentem: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: quibus, fauente Domino, vestra potestis efficaciter desideria explere. Nos enim sponsonem vestram nimium præstolantes, sed vsque adhuc minimē contemplantēs, tristes existimus, eò quòd assiduas, & supra modum graues Paganorum infestationes omnimodis patiamur: & idcirco pro instanti necessitate aliò dirigere, auxiliumque opportunum prætermisimus quærere. Vnde, si placet agere, quod agendum est, agite; sin autem, nobis remandare sine mora satagite. Quia verò de salute nostra solliciti gaudeatis, vestrę innotescimus magnitudini: quia & prosperū, Christo duce, reuertēdo iter habuimus, & nunc corporea sanitate bene valemus. Data vtsupra.

EPI-

ARGVIT eum, quod tertio vocatus ad Concilium non venerit, præcipit vt ad synodum celebrandam cum suis Episcopis accedat, & cum Francorum regibus, qui in Italiam fuerint ingressi, placitum non faciat. aliter excommunicationem minatur.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ansperto Archiepiscopo Mediolanensi.



Vltæ inobedientiæ atque perniciosæ temeritatis proculdubio reperiris obnoxius: cum nobis pro Ecclesiarum Dei omnium iuxta Apostolum commissa sollicitudine, populique salute, in hoc periculoso tempore, necessitate scilicet nimia cogente, strenuè decertantibus, nullum, vt oportebat, præbere assensum; nullumque veluti capiti tuo compatiendo, studuisti conferre solatium. Misisti etiam Apostolatus nostri secundo, ac tertio per fratres, & coepiscopos nostros litteris, in consortium sollicitudinis nostræ, te more præcessorum nostrorum, vt pote idoneum comministrum primū quidem in Gallia, & postmodum Papia consistentes canonicè vocauimus, sed minimè occurrere voluisti. Regulari etiā, & nostra Apostolica uocatione, iussimus, vt Romam pro tam multiplicibus necessitatibus in commune pertractandis, ac synodicè deliberandis negocijs venire absque quolibet obtentu satageres: sed neque secundum canonicam sanctionem, excusationem tuam in tractoria scriptam, nobis & sanctæ synodo per idoneum à latere tuo ministrum dirigere, neque ipse potius venire, improuida dumtaxat mente, curasti: vt vna nobiscum, qui vestrum omnium onera portamus, iuxta præceptū Apostoli, ea portare omni annixu studeret. Pro quibus videlicet tot euidentissimis culpis, & temerarijs præsumptionibus à te peractis, vnā cum veneranda synodo ante sacratissimum beati Petri Apostolorum principis corpus habita, secundum immutatam Africani Concilij regulam, te ad concilium nostrum non occurrentem, neque excusationem tuam in tractoria subscribentem, neque iustam rationem impeditenti tui, apud nos omnium vestrum primatem reddere curantem, omni prorsus Ecclesiastica communionem, sancti Spiritus auctoritate, priuauimus, quousque tuam specialem præsentiam nobis, & sedi Apostolicæ exhibere curaueris. Nunc itaque, quoniam constanter tenentes iustitiam, benigne debemus semper præbere clementiam, his iterum nostris Apostolicis litteris dilectioni tuæ præcipimus: vt quia iam ad præfatam synodum non venisti, ad eam quam rursus iuxta canonis Apostolici capitulum tricesimum quartum, erimus quarto Idus Octobris, auxiliante Domino, celebraturi, omni postposita occasione cum suffraganeis Episcopis tuis deuotus occurras. Vel si aliqua euidenti necessitate te non posse venire claruerit, eximios à latere tuo dirigas viros, qui tunc nobis & sancto Concilio idoneè faciendo, & causam tuæ impossibilitatis veraciter intiment, & ea, quæ pro Ecclesiarum Dei utilitate peragenda sunt, nobiscum sagaciter valeant deliberare. nam si & hanc quartam nostræ Apostolicæ auctoritatis uocationem paruipendens, ad iam denunciatam synodum ipse venire, vel tuos mittere contempseris; scias pro certo, quoniam maiori te iudicij Ecclesiastici vinculo velut inobedientem, incunctanter ligabimus. Præterea hoc etiā tibi, tuisque suffraganeis omnibus admonitione nostra denunciamus, atque præci-

Concil. Afric.
c. 43. Carth. 5.
c. 10.

A præcipimus, vt cum eo, qui de regibus Francorum, Deo fauente, Italiam fuerit ingressus nullum absque nostro consensu, & vnanimitate placitum facere præsumatis; Apostolorum canone capituli tricesimi quinti, ita iubente atque dicente: Episcopos gætium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, & quem velut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, quàm illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ, & villis quæ sub ea sunt, competunt: sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid; sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in spiritu Sancto. Propter quod & nos vestro communi tractatu, atque consensu, eaq; ad communem & necessariam utilitatem Ecclesiarum Dei nobis commissarum agenda sunt, omnimodis agere cupimus. Non enim aliter, dicente sancto Leone, vnus grex & vnus pastor sumus, nisi, quemadmodum Apostolus docet, ad ipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Data xiiij. Kalen. Iun. Indictione xij.

EPISTOLA CLXXXII. B. IOANNIS PAPE VIII.

Eiusdem penè argumenti.

ANSPERTO ARCHIEPISCOPO.



C Vm vniuersi, qui Christiano censentur vocabulo, ab ipso religionis exordio, fide, & meritis Petri Romanam Ecclesiam sublimatam omni veneratione sequi, omnique reuerentia honorare studuerint; & contra eam, nisi qui de se voluit iudicari, nullus obices manus habuerit, valde miramur, cur ad eod vestri ordinis ministerium excedatis, vt cuius auctoritatis, cuiusque priuilegij eadem sancta sit Romana Ecclesia, fuso ignorantia non aduertatis, & ei, quæ vos genuit dolenti, ac iniurias patienti, nullo filiorum affectu compati studeatis. Quin potius in contemptum religionis, non solum possibilia adiutoria nobis præbere contempnitis: sed etiam nuper à Galliis remeantibus, vt saltem clamorem & laborem nostrum, quem pro omnibus patiebamur audiretis & doleretis, apud Ticinum nobis occurrere distulistis, vbi etiam diutius immorantes, vt ad synodum veniretis, vos litteris nostris vocauimus. Sed inobedientiæ atque temeritatis audacia freti, nec tunc vestram nobis præsentiam exhibere curastis, postremo generali synodo Romæ, præteritis Kalendis Maij celebratæ, à nobis rursus vocati, interesse penitus distulistis. Huius rei gratia iuxta Apostolum in promptum habentes vicisci omnem inobedientiam, digna correptione canonicis vocibus vos perferiremus, nisi misericordia Apostolicæ sedis nostrum animum temperaret. Vos autem charissimi tanta nostra patientia non abusi redite ad cor, & deponentes omnem temeritatem, pro communi salute, & pace regni nobis hærete. Adeo, vt quæ recipimus, recipiatis, & quæ respuimus, respuatis; vt id ipsum dicamus omnes, & eadem sapiamus: quia & ego sollicitos vos pro communi salute ac statu regni, & pace libenter audio, sicut e contra aliud quàm tenemus tenentes, non libenter admitto. Iam verò, quia multotiens ad synodum conuocati, venire hætenus contempistis, sicut prætulimus, omni temeritate, atque inuitabili occasione deposita, ad aliam synodum, quam, gratia diuina opitulante, quarto Idus Octobris futuræ tertie decimæ Indi-

Indictionis, celebraturi sumus, occurrere. Quatenus ea, quae ad utilitatem sanctae Dei Ecclesiae pertinent, communi tractatu, communi voto atque consensu, cum Domini adiutorio exequamur; quod si forte, & tunc venire contempseritis, sciatis vos, & de praeteritis & de futuris negligentis canonice iudicandos. Ita ut Ecclesiarum vestrarum communione iuxta sacros canones sitis contenti, qui non vultis Ecclesiasticis acquiescere disciplinis. Data XIII. Kalen. Iun. Indictione XII.

Concil. Afric.
c. 43. Carth. 5.
c. 10.

EPISTOLA CLXXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

LAUDAT eius erga Romanam Ecclesiam observantiam, & praclaras eius virtutes. testatur suam in eum benevolentiam. monet ut a se consecrationem Episcopalem accipiat.

THEODOSIO VENERABILI DIACONO
& electo sanctae Ecclesiae Nonensis.

Dilectionis tuae litteris receptis atque perlectis, deuotionis, & fidei tuae sinceritatem, quam circa Ecclesiam beati Petri Apostoli, & circa nostrum Pontificium habes, luce clarius agnouimus: & quia nostram gratiam, & benedictionem humiliter prorsus affectu expetere studuisti, valde sumus gauisi. Nam & Ioanes venerabilis presbyter de vestra parte veniens, multa nobis tuae bonitatis, & patientiae vna voce praconia retulit, quae in sacerdote Christi magnopere sunt habenda. Vnde te quasi dilectum corporis Christi membrum, & spiritalem filium nostri Apostolatus vlnis extensis amplectimur, paternoque amore diligimus, atque Apostolica semper volumus benignitate fouere. Ideo monemus sagacitatem tuam, ne in quamlibet partem aliam declines, & contra sacra venerabilium Patrum instituta, Episcopatus gratiam recipere quaeras, Audiens illam desiderabilem summi iudicis vocem, dicentis: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui. Sed toto corde, totaque voluntate ad gremium sedis Apostolicae, vnde antecessores tui diuinae legis dogmata melliflua, cum sacrae institutionis forma, summi que sacerdotij honorem sumpserunt redeas: quatenus & ipse ab Apostolica sede, quae caput, & magistra est omnium Ecclesiarum Dei, Episcopalem consecrationem per nostrae manus impositionem, Christo annuente, percipias: quatenus secundum pristinum morem sancti Petri & nostra semper auctoritate atque tuitione munitus, populum Domini tibi commissum, strenue, ac securiter regas, & in conspectu altissimi veniens; venias cum exultatione, portans manipulos tuos; dicereque Domino possis ouanter: Ecce ego, & pueri, quos mihi dediisti; & ob hoc cum Deo valeas sine fine gaudere. Data IIII. die M. Iun. Indictione duodecima.

Math. 25.

Psal. 115.

Hebr. 2.

EPISTOLA CLXXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

SUSCIPIT eum ad Romanam Ecclesiam gremium redeuntem. monet ut in Dei amore perseueret. impartitur benedictionem Apostolicam, quam petierat. hortatur ut permittat legatum suum epistolam ad Bulgarorum regem deferre.

DI-

DILECTO FILIO

Branimir.



Relegentes nobilitatis tuae litteras, quas per Ioannem venerabilem presbyterum communem fidelem nobis mandasti, quantam fidem, & sinceram deuotionem circa Ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri, ac Pauli, & circa nos habeas, luce clarius nouimus. Et quia, Deo fauente, quasi dilectus filius sancto Petro, & nobis, qui per diuinam gratiam vicem eius tenemus, fidelis in omnibus, & obediens esse cupias, humiliter profiteris, tuae nobilitati dignas valde gratias his nostri apostolatus litteris agimus, paternoque amore, ut pote charissimum filium, ad gremium sanctae sedis Apostolicae matris tuae, de cuius videlicet purissimo fonte patres tui melliflua sanctae praedicationis potauere fluenta, redeuntem suscipimus, & spiritualibus amplectimur vlnis, atque Apostolica volumus benignitate fouere; ut gratiam, benedictionem Dei, sanctorumque Petri, ac Pauli Apostolorum principum, & nostram super te habens diffusam, a visibilibus & inuisibilibus hostibus, qui saluti humanae insidiari, & impedire non cessant, saluus semper, ac securus existas, optatamque de inimicis victoriam facilius possis habere. Nam quanto ipse te Deo humiliter subdere, sanctisque ipsius obediens praecipis studueris, atque ipsius Sacerdotibus, & ministris honorem debitum pro amore Domini exhibueris; tanto super omnes inimicos tuos, & rebelles aduersarios eris proculdubio victor, & potens. & ideo monemus industriam tuam, ut in omnibus tuis actibus Deum semper praec oculis habeas, timeas, & toto diligas corde: quoniam dicente Psalmista, Beatus est vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis: potens in terra erit semen eius. Et ipse in Euangelio, Qui me, inquit, diligit, sermonem meum seruet, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quod cum ita sit, si tuis bonis operibus in praesenti lucentibus Deum glorificaueris, gloria eris sempiterna in futuro sine dubio decoratus: quoniam ipse per Moysen hoc se facere testatur, dicens: Glorificantes me glorificabo. Sicut autem nostro praesulatu per iam fatum presbyterum tria suggessisti: quatenus nostro tibi ore Apostolico benediceremus pro tuae salutis augmento, id ipsum libenter fecimus. Nam in die Ascensionis Domini inter sacra Missarum solemnias super sacrum Altare beati Petri Apostoli celebrantes, eleuatis sursum manibus benediximus tibi, & omni populo tuo; omni que terrae tuae, ut hic, & in aeternum corpore simul, & anima saluatus, & principatum terrenum, quem habes, prospere, ac securiter regere possis, & in coelesti regione post mortem cum Deo feliciter gaudeas, & in perpetuum regnes. Et quia hunc ipsum Ioannem presbyterum tibi, & nobis verum fidelem in omnibus esse cognoscimus, dedimus illi nostram Apostolicam epistolam deferendam Regi Bulgarorum: ideo petimus, ut pro amore sancti Petri, & nostro, cum tua ipse licentia legationem hanc nostram sine tarditate perficiat, ut & propter hoc tuae dilectioni multiplices gratias habeamus.

Data vij. die M. Iun. Indictione xij.

Epist. Tom. 3.

Nn

EPISTO-

EPISTOLA CLXXXV. B. IOANNIS PAPE VIII.

EXCIPIIT eos ad Romanæ Ecclesiæ gremium redeuntes. monet vt perseuerent.

OMNIBVS VENERABILIBVS
Sacerdotibus, & vniuerso populo.



Vm litteras Principis vestri Brenimir, quas nobis per Ioannē venerabilē presbyterū ipse direxit, legeremus; non solum illius deuotionem, sed etiam fidei vestræ sinceritatem, & dilectionem, quam circa sanctum Petrum Apostolorum Principem, & circa nos habeatis cognouimus. Et quia velut charissimi filij ad sanctam Romanam Ecclesiam; vnde parentes vestros mellisua sanctæ prædicationis dogmata suscepisse agnoscitis, toto animo, totaq; voluntate redire cupiatis, nostram apostolicam gratiam, & benedictionē habere magnopere desiderantes, magna sumus repleti lætitiā; & ideo brachijs extensis vos amplectimur, paternoq; amore recipimus, & apostolica volumus semper benignitate fouere, si vos hanc voluntatem, & sponsonē vestram vsque ad finem sinceriter habueritis, & fideliter tenueritis: Quia, dicente Domino, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et Apostolo Paulo id ipsum dicente, participes enim Christi facti estis; si tamen initiū fidei vsq; ad finem firmum retineatis. Quapropter estote fideles Deo, & sancto Petro, sicut mandastis, vsque ad mortem, & accipietis coronā vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nos enim sacris orationibus nostris memoriam vestri coram Domino assidue facientes, manibus sursum ad Dominum eleuatis, omnipotenti Deo vos vnā cum dilecto filio nostro Principe vestro commendamus, & omni benedictione spiritali vobis benedicimus in Christo Iesu Domino nostro, vt hic, & in æternū corpore, simul & anima, benedicti existatis, & in perpetuum Domino gaudeatis. Data vij. die M. Iunij Indictione xij.

Matth. 10 & 24.
Hebr. 3.

EPISTOLA CLXXXVI. B. IOANNIS PAPE VIII.

HORTATUR ad Ecclesiæ Romanæ defensionem, qua à Sarracenis multis afflicta-
batur detrimentis. rogat vt Legatos benignē excipiat, & fidem illis adhibeat.

DILECTISSIMO AC SPIRITALI FILIO
Carolomanno gloriosissimo Regi.



Via more prædecessorum nostrorum Pontificum Regiam excellentiam diuinitus exaltatā pio mentis affectu diligimus, ad honorem, & exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ eam sitibundo pectore videre desideramus: quatenus vestræ magnitudinis triumphali certamine sedis Apostolicæ vigor, & honor, quem progenitorum vestrorum, gloriosissimorum videlicet Imperatorum tempore habuisse recolimus, vobis regnantibus maneat illibatus, & integer, vt & vestræ regalis gloriæ decus vigeat indiminutum, & æternæ

A & æternæ mercedis vobis munus superna gratia tribuatur. Nunc igitur pro tot, & tantis calamitatibus ac necessitatibus, quas à paganis assidue, atque à malis patimur Christianis, licet pro multitudine scribere non valeamus, & vestram excellentiam ignorare non credimus, Pastoralis sollicitudine moti, ponentes animas nostras in manibus nostris, ingentes labores non solum marini, sed itineris etiam terreni omnimodis sumpsimus. Testamur namque Deum, cui occulta omnium manifesta existunt, quod vestro desiderabili honore, nullius hominis, nisi vestrum præpotens adiutorium auida mente quærere voluimus: sed malorum hominum, quos ipsi scitis præpediti infidijs, hoc agere non valuimus. Quapropter dilectissime fili nostra apostolica exhortatione monemus gloriā vestram, vt pro amore sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ defensionis laborem indubitanter assumere non prætermittatis: vnde vobis honor, & salus hic, & in æternum accrescat. & ideo petimus, vt pro Dei, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli amore nostris apostolicis monitis toto conamine attendatis: quatenus aut per vos, aut per saluberrimum consilium vestrum citius nobis subuenire omnimodo saragatis. Quoniā tanta istius terræ perditione vndique aggrauati, vndiq; concussi talia iam sufferre minimè valemus. Nam si, quod absit, per vos forte remanserit, vt Ecclesia Dei in præfenti defensionem non habeat, & taliter turbata consistat, videte ne ante tribunal Christi, & coram Apostolorum principum præfentia, vestræ animæ patiamini detrimentum: quia nos paterna vos admonitione hortantes, secundum ministerij nostri officium ea, quæ Dei sunt, & saluti vestræ proficua, agere incunstanter conuenimus. Misimus autem ad vos præfentes missos nostros Ioannem & Pascalem venerabiles Episcopos dilectos fideles nostros, quos petimus vt pro nostro amore benignè recipiatis, & eis locum familiaritatis tribuatis, atque ea, quæ vobis de nostra parte dixerint, libentissimè attendatis. Data vij. die Mē. Iunij Indictione xij.

EPISTOLA CLXXXVII. B. IOANNIS PAPE VIII.

Vt in Vercellensi Ecclesiā Conspectus creetur Episcopus.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO CAROLO-
manno glorioso Regi.

D

Misimus cum his præfentibus missis nostris hunc venerabilem diaconum nomine Conspectum, vobis, vt credimus, notum, in seruitium magnitudinis vestræ: quem petimus, vt pro nostro amore benignè recipiatis; & quia nobis, ac vobis fidelis existit, rogamus excellentiam vestram, vt Episcopatum Vercellensis Ecclesiæ placido animo tribuatis. Quatenus, Deo auxiliante, per nostram, ac vestram munificentiam Episcopali dumtaxat honore potitus, nobis omnibus existere deuotior, atque fidelior possit. Data vij. die Mē. Iunij Indictione xij.

EPISTOLA CLXXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

DECERNIT non separandum virum ab uxore, qui filium suum necessitate urgente baptizauit.

ANSELMO EPISCOPO
Lemouicinæ Ecclesiæ.

A limina beatorum Petri ac Pauli Apostolorum principum, hic præfens homo nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro præfultui suggerendo innotuit, quod filium suum in extremo vitæ positum, necdum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotum necessitate cogente, baptizasset, eumque ipse propriis manibus retinendo suscepisset; atque pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reuerentia tua, quasi zelo rectitudinis flagrans, præfatum hominem à sua iudicaueris coniuge esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura, à Deo iunctam esse viro uxorem. Et, quos Deus coniunxit, homo non separet. Vnde, & Dominus in Euangelio, neminem posse dimittere uxorem suam, nisi causa fornicationis, apertissime iubet. Quapropter, & nos tantæ auctoritatis iussione præcipuè freti, dicimus omittendum esse, & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus, iuxta canonicam sanctionem, si necesse fuerit, facere liberè conceditur, vnde si prædictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam morte perpetua pereuntem dimitteret, sacri vnda baptismatis lauit, ut eum de potestate auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi iam regeneratum indubitanter mitteret, benefecisse laudatur. Et idcirco cum sua uxore sibi iam olim legitime sociata impune, quamdiu vixerint, iudicamus manere cõiunctum. Nec ob hoc contra præfatas auctoritates diuinas aliquatenus separari debere. **D**ata vij. die. Mch. Iun. Indictione vij.

Proverb. 19. iuxta lxx. Matth. 19.

In necessitate laicis baptizare licet.

† f. xij.

EPISTOLA CLXXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

AGIT Deo gratias, quod legatos ad se miserit, doctrinam Ecclesiasticam & canonicam instituta recepturus. hortatur ut ad Romanam Ecclesiam redeat. Et si ei placuerit, se legatum missurum pollicetur.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAELI
glorioso Regi Bulgarorum.

D Vantæ pietatis & miserationis suæ largitate vos omnipotens Deus dilexerit, narrare quis sufficiat carissime fili? Quando per infusionem sancti Spiritus sui, in cor vestrum, vngentum filium suum, per quem omnia visibilia & inuisibilia condidit, vobis clementer reuelare dignatus est; mentemque vestram claritatis suæ lumine irradiare, & de tenebris ad veram voluit perducere lucem, veræque fidei dogmate suo docere. Ipsi etiam gratia vobis reuelante, ad sedem beati Petri Apostolorum principis, quæ caput, & magistra omnium Ecclesiarum Dei existit,

A flit, & à qua omnes reges, & principes verbum veritatis acceperunt, Legatos vestros, Petrum scilicet cognatum vestrum, & Ioannem atque Martinum, prædecessoris nostri domni Nicolai beatissimi præfulis tempore, direxistis, ut & vos inde doctrinam Ecclesiasticam atque canonicam instituta reciperetis, vbi totius Ecclesiæ Christus posuit principatum: quod nimirum, secundum vestram voluntatem, ab eadem sancta Romana Ecclesia promerulistis. Nunc igitur vos quasi propriam gregis Dominici ouem nobis in ipso Apostolorum principe commissam, utpote charissimum filium nostrum his nostri Apostolatus litteris visitamus, & nostris Apostolicis spiritualiter amplectimur vlnis; assidue vos cum omni populo vestro sacris orationibus nostris Domino commendantes, ut ipse, qui vobis gloriosum in terris tribuit principatum, tribuat & post mortem cæleste regnum, & gloriam sempiternam. Quapropter monemus gloriam vestram, ut ad sanctam matrem vestram Romanam Ecclesiam deuota mente, libentiq; animo redeatis; ut Apostolorum sanctorum precibus adiuti ram visibiles inimicos facile superare possitis. & quia vos ut prædictum est, multum diligimus, nostrum ad vos volumus cum sedis Apostolicæ visitatione dirigere legatum, visitareq; vos, sicut pastor visitat gregem Domini sui sibi commissum. Si tamen cognouerimus voluntatem vestram, quod nostram cupiatis recipere legationem, & Apostolicam visitationem. Quod si volueritis, per hunc Ioannem venerabilem presbyterum fidelem nostrum, nobis sub certitudine litterarum vestrarum remanere curate dilectissime, atque amantissime fili. Omnipotens Deus, qui nobis viam veritatis ostendit, & lumine suæ claritatis cor vestrum illustrare dignatus est, nunc & semper cum omni prosperitate & salute vos conseruare dignetur incolumem. **D**ata vj. Idus Iunias Indictione XII.

† f. deest quam inuisibile.

EPISTOLA CXC. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET ut ad gremium Romanæ Ecclesiæ reuertantur; & electus ab eis Archiepiscopus consecrationem & pallium à se, & non ab alio accipiat. Vtque legato quadam verbis relaturò fidem adhibeant.

D REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Episcopis Vitali, Adransi, Dominico Absarensi, ceterisque
Episcopis Dalmatinis, seu Ioanni Archipresbytero sanctæ sedis Salonitanæ, omnibusq; sacerdotibus & senioribus populi habitatoribus Spalatensis ciuitatis, atque Zadarensis, ceterarumque ciuitatum,

R Astorali sollicitudine moti, vos quasi oues Dominicas nobis in beato Petro Apostolorum principe commissas, dicente Domino: Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas; licet pro assidua gentium persecutione nunc vsque impediti, his modo Apostolatus nostri litteris visitare curauimus, admonentes fraternitatem vestram, ut more præcessorum vestrorum, ad sedem beati Petri Apostoli, quæ caput & magistra est omnium Ecclesiarum Dei, & ad nos, qui ei diuinitus præsidemus, toto animo, libentiq; voluntate reuerti studeatis; quatenus inde summi honorem sacerdotij, & totius
Epist. Tom. 3. Nn 3 insti-

Ioan. 21.

institutionis Ecclesiasticae formam sumatis, unde parentes, ac praecessores vestros melliflua sanctae praedicationis, & doctrinae apostolicae potasse fluentia recolitis. Reminisci namque debetis, quanta eosdem praecessores vestros prospera evidentissimè comitabantur, quando ad limina Petri caelestis regni clauigeri deuoto pectore, quasi proprii filij consuebant; & quanta postmodum nunc usque sustinueritis aduersa, cum ab ea vos quasi alienos separare non dubistatis. Qua propter vos plurimum diligentes, non ea quae vestra, sed vos quærentes, paterna benignitate monemus, atque hortamur, vt, sicut diximus, ad gremium sanctae Romanae Ecclesiae matris vestrae redire ouanter attendatis, vt electus à vobis canonicè Archiepiscopus vnà cum vestro omnium consensu, & voluntate ad nos veniens gratiâ episcopalis consecrationis, sacrumque pallium à nobis more pristino incunctanter percipiat; vt gratiam, & benedictionem sancti Petri, ac nostram habentes, à malis omnibus liberi, & bonis vniuersis repleti, & hic in praesenti saeculo gaudeatis, & in futuro cum Domino sine fine proculdubio exultetis. Porro si aliquid de parte Graecorum, vel Sclauorum super vestra ad nos reuersione, vel consecratione, aut de pallij perceptione dubitatis; scitote pro certo, quoniam nos, secundum sanctorum patrum, decessorumque nostrorum pontificum statuta, vos adiungere auctoritate curabimus. Quod si forte hanc nostram Apostolicam admonitionem, immo canonicam praedicationem, pro nihilo ducentes ad sedem Apostolicam Romanae Ecclesiae redire, & inde secundum antiquam normam, consecrationem Episcopalem sacrumque pallium recipere contempseritis, omni Ecclesiastica vos communionem scitote penitus excommunicandos. Interim tamen auctoritate Dei, & sancti Petri vobis praecipimus, vt non habeatis licentiam aliunde consecrationem, palliumque recipere. Nam si feceritis, quasi transgressores, & inobedientes vos sine dubio iudicabimus. hanc autem nostri apostolatus epistolam fraternitati vestrae per hunc praesentem Ioannem venerabile presbyterum fidelem, familiarem nostrum direximus; cui scilicet aliqua iniunximus vobis verbo tenus referenda; & ideo illi omnia, quae de parte nostra dixerit vobis, credere nullatenus dubitetis. Ipsamque epistolam, vt ad omnium vestrum notitiam ferant, bulla nostra iussimus in calce signari. Data X. die Mensis Iunii, Indictione XII.

EPISTOLA CXCI. B. IOANNIS PPAE VIII.

VT NEMONENSEM Episcopum à monasterio Romana Ecclesia subiecto remoueat; & si non paruerit, eum excommunicent, & à ministerio sacerdotali suspendant.

ROSTANNO ARCHIEPISCOPO ARELATENSI
Igibodo Archiepiscopo Narbonensi, Eroberto Archiepiscopo Aquisiensi, à paribus.



Veracium relatione comperimus. Gibertum Nemornensem venerabilem Episcopum quod quoddam Monasterium nostrum, quod super eundem Episcopum acquisimus, ipse Gibertus temere inuaserit, omnesque res ipsius Monasterij per suos homines distribuerit, & illius monachos inde contra sacras regulas omnino expulerit. Quod tantum nobis displicuit, quantum (sicut ipse nobiscum aduertis) calcata reuerentia venerandorum canonum contra

Locus mēdosus.

A contra priuilegium Apostolicae sedis eum fecisse non ambigis. Quapropter fraternitati tuae dirigimus, vt vice nostra, cum confratribus & coepiscopis nostris iunctus, eundem Nemonensem Episcopum ad commune colloquium conuocetis; & ex auctoritate nostra conueniatis, vt ab omni inuasionem ipsius Monasterij, tam se, quam suos remoueat; & ulterius, nec res eius, nec monachos illie Domino famulantes molestare praesumat. Quod si ipse surda aure (quod absit) per vos monita nostra audierit, tunc ex auctoritate beati Petri Apostoli, cui idem monasterium pertinet, simul & nostra, illum à ministerio sacerdotali excommunicando suspende: quousque dum aut ab ipsa inuasionem se subtrahat, aut ad sedem Apostolicam, vel ad nostram praesentiam nobis satisfactorius occurrat. Agat in his sanctimonia tua, sicut illam agere decet; & vt nos Deo laudes, & tibi gratias referamus. Data XVIII. Kal. Iul. Indictione XII.

EPISTOLA CXCI. B. IOANNIS PPAE VIII.

De legatione, ac muneribus missis gratias agit. dolet eum defecisse ab Ecclesia Romana, ad quam mouet. Vt reuertatur ostendit Graecos Bulgarorum diocesim, cum sit Romani Pontificis, contra canones detinere.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAELI
glorioso Regi Bulgarorum.

Multas regiae Excellentiae vestrae gratias agimus, quia sicut charissimus filius diuino repletus amore paternitatem nostram per Functionum eximium fidelem vestrum visitare, missisque donis honorare curasti; per quem tuae salutis incolumitatem, omniumque fidelium tuorum audientes prosperitatem, valde sumus gauisi. Nos autem, & nostris assiduis precibus ante sacratissimum beati Petri Apostolorum Principis corpus adstantes, & te, & omnes principes tuos, omnemque populum tuum Iesu Christo Domino semper commendare studemus, & benedicimus tibi, & omni populo tuo, omnique regno tuo, vt & à visibilibus, & inuisibilibus hostibus liberatus, Deique auxilio adiutus, inimicorum tuorum semper victor existas, & ad palmam supernae uocationis gloriosus pertingas. Vt ipse, qui gratiae suae largitate, & regnum tibi terrenum concessit, & illuminando oculos mentis tuae uiam ueritatis ostendit, & de tenebris ad ueram lucem perduxit, usque ad finem in eadem sancta fide, & bonis operibus perseverantes saluos, & incolumes dignetur perdere, vt post finem praesentis uiae, per intercessionem sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli regnum ualeas caeleste percipere; in quo illa omnia bona, quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, cum sanctis omnibus simul accipias, quae diligentibus se, ab origine mundi praeparauit omnipotens Dominus. Sed non modica nos tristitia (ò fili charissime) repleuisti, quia sedem beati Petri caelestis regni clauigeri, qui tibi in manifesta uisione apparuit, & opportunum auxilium praebuit, reliquisti; cum ipsa sedes caput, & magistra sit omnium Ecclesiarum Dei, ad cuius auctorem beatum Petrum à Domino dictum est, pasce oues meas, & cui traditae sunt Ioan. 21. clauae regni caelorum vt quaecumque ligauerit super terram, ligata maneant & in caelis; & quaecumque soluerit super terram, sint soluta, & in caelis. Re- Matt. 16. uerte-

uertere iam fili amatissime ad sanctam matrem tuam Romanam Ecclesiam, quae te religioso utero genuit, & per quam totius religionis, & iustitiae formam sancto praedecessore nostro Nicolao praesule mittente, suscepisti. Et quae omnium gentium retinet principatum, & ad quam totius mundi, quasi ad unam matrem, & unum caput, conueniunt nationes. Noli amplius deserere matrem tuam, quia illa tui non obliuiscitur: quin potius quasi unicum diligit, & semper memoriam tui coram Domino facit. Non enim licitum fuit graecis alterius parochiam usurpare: Sanctis hoc patribus apertissime prohibentibus. Et idcirco ipsi contra canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, nostras retinent dioeceses. Quos si pro tuo nobis non esset amore, iam per Apostolicae sedis sententiam inde compelleremus exire: **D**ata ut supra.

EPISTOLA CXCI. B. IOANNIS PPAE VIII.

PRAECIPIT ut cellulam Gauderico Episcopo reddat.

ANASTASIO RELIGIOSO

Abbati.

Monemus religionem tuam, & expressè praecipimus, ut omni remota occasione, & dilationis inuentione cellulam sancti Valentini in Sabinis positam, quam à Gauderico venerabili Episcopo abstulisti, ei continuo reddas, usque in nostram praesentiam, ut nec suum laborem perdat, nec pro eo, quod ex hinc nos adiit, sibi obesse, quin potius prodesse cognoscat: quod etiam tibi faciendum per praesentem cubicularium nostrum mandamus, ut aliter nullo modo facias: cum autem te nobis exhibueris, si merito sua negligentia fortasse ipsam cellulam amisit, nos eum contra iustitiam defendere nolumus; sicut nec illum innocentem perpeti damna permittimus. **D**ata ut supra.

EPISTOLA CXCI. B. IOANNIS PPAE VIII.

HORTATUR, ut omnem falsam doctrinam reiiciens, in Romana Ecclesia fide maneat. miratur Methodium aliter, quam fuerat professus, docere: & propterea à se vocatum fuisse significat.

TVVENTARO DE MARAVNA.

Cire vos volumus, quia nos qui per Dei gratiam beati Petri Apostolorum principis vicem tenemus, pio amore, vos quasi charissimos filios amplectimur, & paterna dilectione amamus; nostrisque assiduis precibus vos omnes Iesu Christo Domino commendamus, orantes semper pro vobis, ut Deus omnipotens, qui corda vestra illuminauit, & ad viam veritatis perduxit, in bonis operibus confirmet, & usque ad finem in recta fide bonaque actione decoratos vos, atque incolumes dignetur perducere. Quod autem, sicut Ioanne presbytero vestro, quem nobis misistis, referente didicimus, in recta fide dubitetis; monemus dilectionem vestram, ut sic teneatis, sic credatis, sicut san-

Acta Romana Ecclesia ab ipso Apostolorum principe didicit, tenuit, & usque in finem saeculi tenebit, atque per totum mundum quotidie sanctae fidei verba rectaeque praedicationis semina mittit, & sicut antecessores nostros sanctos videlicet sedis Apostolicae praesules, parentes vestros ab initio docuisse cognoscitis. Si autem aliquis vobis, vel episcopus vester, vel quilibet sacerdos aliter annunciare aut praedicare praesumpserit, zelo Dei accensi omnes vno animo, vnaque voluntate doctrinam falsam abijcite, stantes & tenentes traditionem sedis Apostolicae. Quia verò audiimus, quia Methodius vester Archiepiscopus ab antecessore nostro Adriano scilicet Papa ordinatus, vobisque directus, aliter doceat, quam coram sede Apostolica se credere verbis & litteris professus est, valde miramur: tamen propter hoc direximus illi, ut absque omni occasione ad nos venire procuraret; quatenus ex ore eius audiamus, utrum sic teneat & credat, sicut promisit, aut non. **D**ata ut supra.

EPISTOLA CXCV. B. IOANNIS PPAE VIII.

PRAECIPIT ut ad se veniat, ut de eius doctrina cognoscere possit. missas Sclauonica lingua celebrari prohibet.

REVERENDISSIMO METHODIO
Archiepiscopo Pannoniensis Ecclesiae.

Radicacionis tuae doctrinis populum Domini tibi quasi spiritali pastori commissum saluare instruereque cum debeas, audiimus, quod non ea, quae sancta Romana Ecclesia ab ipso Apostolorum principe didicit, & quotidie praedicat, tu docendo doceas, & ipsum populum in errorem mittas. vnde his Apostolatus nostri litteris tibi iubemus, ut omni occasione postposita, ad nos de praesenti venire procures, ut ex ore tuo audiamus & cognoscamus utrum sic teneas, & sic praedices, sicut verbis & litteris te sanctae Romanae Ecclesiae credere promissisti, aut non, ut veraciter cognoscamus doctrinam tuam. Audimus etiam quod missas cantes in barbara, hoc est in Sclauina lingua. vnde iam litteris nostris per Paulum episcopum Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua sacra Missarum solemnia celebrares; sed vel in latina, vel in graeca lingua, sicut Ecclesia Dei toto terrarum orbe diffusa, & in omnibus gentibus dilatata cantat. Praedicare verò, aut sermonem in populo facere tibi licet, quoniam psalmista omnes admonet Dominum gentes laudare, & Apostolus omnis inquit lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. **D**ata ut supra.

EPISTOLA CXCVI. B. IOANNIS PPAE VIII.

ARGVIT quod sedi Apostolicae obediens non fuerit, eiusque legatos iniuriose tractarit, & excommunicatus missas celebrarit. I deo monet, ut ad synodum se purgaturus quam primum vel per se, vel per legatos accedat.

ANSPERTO ARCHIEPISCOPO
Mediolanensi.



Antis (heu pro dolor) transgressionibus inueniris obnoxius, quantis nullus de Ecclesia Mediolanensi aliquo modo est inuentus. in primis quod nostri operis, atque laboris noluit socius esse, ac particeps, sed Apostolicę sedis proteruę, inobedienter, ac procaciter resulasti; deinde Legatos nostros Ioannem Ticinensem, & Vualpertum Portuensem Episcopos è latere nostro ad te directos non suscipiens, præ foribus portę diu tibi nostrę commonitionis verba facientes, quatenus nobis, aut per te, aut per Legatum tuum, tuam more prædecessorum tuorum cõdignam obedientiam exhibere debuisses, irreuerenter stare fecisti; nullamq; illis reuerentiam, vel auditũ accommodare dignatus es: sed sicut aspis surda cõtra charitatis affectũ, viscera cordis, & aures validę obdurasti. Pro quibus, & his similibus te rã diu communionem priuauimus, missarumq; celebratione, donec nobis occurreres, & aut per te, aut per vicarium tuum cuncta errata corrigeres, & sic te demum personaliter in nostrum consortium admitteremus. Sed in despectũ, & iniuriam paternorum canonum excommunicatus à nobis, sacrum ministerium agere, missamq; celebrare præsumpsisti; de quo sollicitę (uoluimus parcere tuę senectuti) perquirentes: sed ad eõd verum esse deprehendimus, vt presentium videtur, videlicet presbyter lator non fuerit ausus coram collegio Coepiscoporum pro vobis hoc satisfacere. Quapropter, quia (Domino auxiliante) secundum statuta canonum circa autumnum tempus Synodum fuimus celebraturi, ad quam te volumus omni occasione postposita sine mora venire, aut Legatos dirigere: & dum (Christo opitulante) perpetrata transgressionis purgaueris, te in communionem omnimodis recipiemus. Data vt supra.

Nicęn. c. 5.

EPISTOLA CXCVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATIAS agit de propensa voluntate erga Romanam Ecclesiam. hortatur vt ad eam à paganorum incursionibus defendendam veniat, eiq; tacitę Imperium pollicetur.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO LVDOVICO
glorioso Regi.



Vestra Regię Serenitatis mellifluis relectis apicibus, quos per Astaldum insignem Comitę vestrum nobis mandastis, quantam deuotionę, ac sincerissimã voluntatę exaltandi, & defendendi Ecclesiam Dei, more videlicet patrum vestrorũ gloriosissimorum Imperatorum habeatis, luce clarius nouimus: vnde valde gauisi existentes, maximas Excellentię vestrę agimus gratias, quia nobis inter tot angustias, & persequutiones, quas à Paganis assidue supra modum patimur; vestrę inuictę potentię auxillium, defensionisq; solatium pia dumtaxat animi deuotione conferre omnimodis cupiat. Ideo fili charissime, nostrę apostolicę admonitioni aurem clementię vestrę, vt accommodetis, obnixę precamur, vt citius nobis vestro potenti brachio subuenire studeatis: quatenus sanctam Dei Ecclesiam in magna nunc

nunc fluctuatione positam, ad portũ salutis, & tranquillitatis efficaciter perducatis, & terram perditam per vos, Deo propitio, ad pristinam reuocetis incolumitatem, vt ex hoc, & apud omnipotentem Dominum dignam valeatis mercedem recipere. & in præsentis sæculo laudabile nomen omnimodo acquiratis. Quapropter scitote pro certõ, quia nullus parentum vestrorum tantam gloriam, & exaltationem à præcessoribus nostris percepit, quantam nos vobis, si veneritis, totis multipliciter viribus desideramus impendere. Postò de hoc, quod mandastis, vt pro euentu Regni Ludouici pię memorię nepotis vestri præpediti existatis, pro multo, quod circa vos videndi desiderium habemus, turbati manemus; sed vestra fidi benignitate petimus, vt omni cura remota, pro amore Dei, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, nostrę petitionis sollicitudinem pio pectore vestro alacriter assumatis: vt sicut sedes Apostolica, quę caput est omnium Ecclesiarum Dei, vos magno desiderio, quasi vnicum, & charissimum filium præstolatur, vestra speciali visionę celeriter perfruatur: quoniam si, Deo fauente, Romanum sumpseritis Imperium, omnia vobis regna subiecta existent. Nam si pleniter sciretis quanta nos vndique mala, quę pro multitudine scribere nequiuimus opprimunt, & affligunt; tantum in vestra cognoscimus sapientia, quod per vestrã magnitudinem iam maneremus defensi. Deus te incolumen custodiat charissime fili. Data vt supra.

EPISTOLA CXCVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR ad deprauatos populi mores corrigendos. prohibet tum matrimonia inter propinquos contrahi, tum virum relicta vxore aliam sibi adiungere, vel duas simul habere. Vt et res immobiles Ecclesię tanquam proprias usurpari. statuit clericos esse sub proprij Episcopi potestate.

REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Airrado Archiepiscopo, & Inuolato conueniens vnã in
Ardo Conferano Sarsto nobis Orensi Episcopis.



Multas præuaricationes contra totius Christianitatis religionem, atque sanctorũ patrum venerabiles sanctiones, his vestris in partibus à prauis fieri Christianis, veridica multorum relatione didicimus. Quos verò nec pię admonitionis vestrę blandimento, nec debite excommunicationis vinculo, nec etiam Apostolicę constitutionis verbo aliquatenus à tantorum malorum operum infestatione, ac perpetratione prohibere, nec penitus valetis comescere. Et ideo dolemus vobiscum pariter fratres mei super temeritate populi talia præsumptis, & nullam ex his poenitudinem fructuosam in præsentis agere volentis, vestramq; salubrem correptionem pro nihilo ducentis. Igitur quia nostro Apostolatui humiliter suggestistis, vt Apostolica fulsi auctoritate populum grauem, & plenum iniquitate libere possetis corrigere; quando ex diuino elogio docemur, vt aliquando conuersi, fratres nostros aliqua sæculi fluctuatione inefficacę confirmare debeamus, vos cum doctore gentium conuenimus, dicentes. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, arguite peccantes, obsecrate proteruos, & increpate iniquę agentes cum omni imperio. Vobis namque populus ipse, sicut grex ouium Domini, pastoribus est cõmissus, & nisi eos ita nunc tempo-

videtur titulus deprauatus.

1. Theſ. 5.

temporali increpatione correxeritis, ut spiritu salui sint in die Domini nostri Iesu Christi, sanguis eorum de vestris proculdubio manibus requiretur. Sin autem vobis annunciantibus non obedierint, ipsi in suis iniquitatibus deficient; vos vero animas vestras liberaftis. Præterea vnum valde illicitum, & execrabile malum cōtra venerabilia sanctorum patrum decreta, eosdem vestros parochianos committere audimus, hoc est, ut nulla generis consanguinitate custodita, nulla propinquitatis parentela obseruata, vnusquisq; suam propinquam, in quocunq; fuerint gradu, accipiat in vxorem, atque incesto, & nefario se coniugio copulent; quod licitum facere Christianis nō est, dum vsque se generatio cognouerit. Vnde sanctissimi prædecessores nostri Stephanus videlicet, Eugenius, atq; Leo Synodali decreto tale nefandū coniugium fieri prohibuerunt, dicentes, ut consobrinam, neptem, nouercam, fratris vxorem, vel etiam quamlibet de propria cognatione nullus præsumat sibi in coniugio copulare: quia scriptum est in lege Domini, turpitudine vxoris patris, siue vxoris fratris, atque sororis tuæ non reuelabis; turpitudine enim tua est. Et si Deus hebraico populo ante incarnationem vnigeniti filij sui, hæc seruanda mandauit, quanto amplius nos, qui Christiana religionis documenta tenemus, ab illicitis connubijs obseruare debemus, ne demersi in voraginem ignis æterni concrememur incendio? Si quis verò in hoc nefario coniugio inuentus in eo permanere voluerit, aut nunc ab vxore solutus hoc agere temptauerit, sciat se auctoritate Apostolica anathematis vinculo esse innodatum, & nullus sacerdos illi tribuat communionem: & si inclinatus ab illicita se copula diuiserit, pœnitentiæ summittatur, ut sacerdos loci considerauerit. Hoc etiam cum illis pariter iubemus, ut nullus propriam relinquat vxorem, & illa viuente alteram sibi sociare præsumat; nec liceat ei vno tempore duas habere vxores, vxorem vè, & concubinam. Iubemus etiam, ut nulli ¶ sanctum, nulliq; laicorum, liceat res immobiles sub qualibet occasione a pijs, & venerabilibus locis subtrahere, & in proprio vsu habere. Qui verò præsumperit, canonicis subiaceat correctionibus. Statuimus etiã, ut omnes presbyteri, & clerici sub proprij potestate consistant Episcopi, & nihil sine ipsius conscientia gerant, secundum regulam a patribus constitutam. Si quis sanè sacerdotum, aut clericorum aliter agere præsumperit, a suo canonicè redarguatur Episcopo; laicus quoque si de potestate Episcopi clericū quemlibet subtrahere præsumperit, excommunicatus existat. Hæc fratres charissimi pro vestra supplicatione, & honorificentia in auctoritatem habenda descripsimus vobis: quatenus his nostræ constitutionis muniti præceptis, digna Deo nostro possitis securiter deferre obsequia, debitasq; persoluere laudes. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere. Data Id. Iunias Indictione xij.

† f. sacerdotum

EPISTOLA CXCIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IMPERATORVM precibus cōmotus, ut pax sit Ecclesiæ Constantinopolitanæ dispensat cum Photio, ut in Ignatij locum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarcha subrogetur, statuens ne deinceps quisquam ad Patriarchalem dignitatem, nisi per gradus Ecclesiasticos ascendat. Iubet Patriarcham Constantinopolitanum Bulgarorum diœcesim sub Ecclesiæ Romanæ iurisdictione relinquere. Monet omnes ut Patriarcha debitum præstent obsequium. præcipit ut ad Ecclesiæ cōmunionem eos, qui a Methodio, & Ignatio initiati fuerūt, admittant. excommunicat illos, qui cum Photio noluerint cōmunicare.

DILE-

A DILECTISSIMIS AC EXCELLENTISSIMIS spiritualibus filijs nostris Basilio, Constantino & Alexandro gloriosissimis Imperatoribus semper Augustis.



Nter claras sapientiæ & mansuetudinis vestræ laudes, o Christianissimi Principes, aliquod cum puriore luce summæ deuotionis, lumen longe lateq; resplendet, quod amore fidei, quod charitatis studio disciplinis ecclesiasticis edocti, Romanæ sedis reuerentiam more præcessorum vestrorum pijsimorum Imperatorum conseruatis, & eius cuncta subijcitis auctoritati. Ad cuius auctorem, hoc est Apostolorum omnium principem, Domino loquente, præceptum est, Pasce oues meas. Quam esse verè omnium Ecclesiarum Dei caput, & beatorum patrum præcipuè regulam, & orthodoxorum principum statuta declarant, & pietatis vestræ Reuerendissimi apices attestantur. Nihil etenim est, quod lumine clariore præfulgeat, quàm pia deuotio, & recta fides in principe. Et quia pontificij nostri reuerentiam hoc ardore mentis, hoc religionis studio luculenter vestris mellifluis litteris exortis, quod paci & vtilitati sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ creditis expedire; id nos ratione, seu temporis necessitate inspecta, cum sedis Apostolicæ nobis commissæ consensu, & voluntate perficere iure Apostolico decet. Igitur petistis a nobis, quatenus sede Apostolica suæ pandente viscera pietatis Photium Reuerendissimum in Patriarchatus honore in summi Sacerdotij dignitate, & in ecclesiastici collegij societate reciperemus, nostræque communionis participem faceremus; ne Ecclesiam Dei tanto iam tempore perturbatam pateremur amplius manere diuisam, scandaloque commotam. Nos itaque Serenitatis vestræ preces congrua ratione admittentes, quia Ignatium piæ memoriæ Patriarcham de præsentī vita iam migrasse cognoscimus, temporis ratione perspecta, hoc modo decernimus ad veniam pertinere, quod nuper de ipso Photio, licet ipse absque consensu sedis nostræ, officium sibi interdictum vsurpauerit, gestum constat fuisse. Nos statutus Apostolicis non præiudicantes, nec beatorum patrum regulas resoluentes, quin potius multiplicibus earum auctoritatibus freti, qui Nicani Concilij capitulo secundo apertissimè dicunt: quoniam plura, aut per necessitatem, aut alias cogentibus hominibus aduersus Ecclesiasticam facta sunt regulam. Hinc, & Gelasius Papa dicit, quod vbi nulla perurget necessitas, constituta patrum inuiolata seruentur. Et sanctus Leo eodem spiritu præcipit omittendum esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit. Inde & Felix præful decessor noster, in sua decretali Epistola voce consona dicit: aliter tractandam esse necessitatis rationem, & aliter voluntatis. Id etiam sanctum Concilium apud Africam gestum capitulo xxxv. iubet, ut clerici Donatistarum in Ecclesia propter Ecclesiæ pacem & vtilitatem, si correcto consilio, ad catholicam unitatem transire voluerint, si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur; non ut concilium, quod in transmariis partibus de hac re factum est, dissoluatur: in quo videlicet concilio statutum est, ut ordinati in parte Donati, si ad catholicam partem transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis. De hoc etiam Epist. Tom. 3. Oo beatus

Ioan. 21.

Quando sit locus dispensationi in legibus Ecclesiasticis.

Epist. 6.

Epiſt. 27.

beatus Papa Innocentius dicit capitulo 1. v. quod ij, qui à Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesie. Nunc itaque alijs Patriarchis, Alexandrino videlicet, & Antiocheno, & Hierosolymitano, atque omnibus Archiepiscopis Metropolitibus, Episcopis, & Sacerdotibus, cunctoque clero Constantinopolitanæ sedis, qui de ordinatione beatæ memoriæ Methodij, & Ignatij Reuerendissimorum Patriarcharum existunt, vna voluntate, pari que voto consentientibus, eundem Photium satisfaciendo, misericordiam coram synodo, secundum consuetudinem postulantem, in vera dilectione fratrem, in pontificali officio comministrum,

f. abundant.

2. Cor. 7.

2. Cor. 11.

[atque coram synodo misericordiam querendo] in pastoralis magisterio confacerdotis; pro Ecclesie Dei pace & utilitate, amodo, Christo fauente, recipimus, & habemus. Quia & vos Christianissimi Imperatores Augusti, qui sanctæ Reipublicæ clementissimo affectu gubernatis Imperium, pro Christo fungi legatione videmini, dum pro pace rogatis Ecclesie; & nos, quibus, secundum Apostolum, omnium Ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, controuersiam aliquam in Ecclesie Dei amplius remanere nolentes, hunc ipsum Patriarcham cum omnibus siue Episcopis, siue Presbyteris, seu ceteris clericis, & omnibus laicis, in quos iudicij fuerat censura prolata, ab omni Ecclesiastica sanctionis vinculo absoluiimus, sanctæque Constantinopolitanæ Ecclesie iudicamus recipere sedem, Dominicique gregis esse pastorem; illa scilicet potestate fulti, quam Ecclesia Dei toto terrarum orbe diffusa, credit nobis, in ipso Apostolorum principe, à Christo Deo nostro esse concessam; eodem Salvatore beato Petro Apostolo præ ceteris specialiter delegante, Tibi dabo clauas regni cælorum; & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Sicut enim ex his verbis nil constat exceptum; sic per Apostolicam dispensationis officium, & totum possumus proculdubio generaliter alligare, & totum consequenter absolueri: præcipue cum ex hoc magis præberi cunctis oporteat Apostolicæ miserationis exemplum. Nam & Legati sedis Apostolicæ ab antecessore nostro, Hadriano videlicet almifico præfule, Constantinopolim directi, synodo ibidem peractæ usque ad voluntatem sui Pontificis, vigilantis studio subscripserunt. † nec ab apostolico manere: quia sedes beati Petri cælestis regni clauigeri, potestatem habet, ligata qualibet Pontificum, congrua extimatione absolueri. Quippe cum constet multos iam Patriarchas, hoc est Athanasium & Cyrillum Alexandrinos, Flavianum & Ioannem Constantinopolitanos, & Pollichronium Hierosolymitanum synodice damnatos, per Apostolicæ sedis postmodum absolutionem restitutos incunctanter fuisse. Eo tamen tenore ista statuentes Apostolica dumtaxat auctoritate, & sanctorum patrum venerabilibus institutis decernimus, ut post huius Patriarchæ obitum nullus de laicis, vel curialibus in Patriarchatus eligatur, vel consecratur honore, nisi de Cardinalibus presbyteris, & diaconibus Constantinopolitanæ sedis, secundum sacros canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, quia nec præproperè contra canones Ecclesiasticos, decretaque maiorum, citò quilibet Lector, citò Acolytus, citò Diaconus, citò Sacerdos, vel Episcopus fiat: quia in minoribus officijs, si diu perdurèt, & vita eorum pariter & obsequium comprobatur: ut per tempora à maioribus instituta, comprobatis prius moribus, & bonæ vitæ meritis refulgentibus, ad summum sacerdotium postmodum veniant; quoniã nõ est subito præcipiendum, vel usurpandum, quod vita diu probata meretur accipere.

Matth. 16.

Defunt nonnulla.

† desiderantur nonnulla.

A cipere. Nam si in quibuslibet Ecclesie gradibus prouidenter curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familie Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non sit in capite; & inde fiat, ut omnis Ecclesiastica disciplina resoluetur, omnis ordo turbetur: & ideo hoc, quod nos modo pro Ecclesiastica vnitatem & pace, quam Christus Dominus noster nobis dedit habendam, utcumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit. Si quisquam id, quod omnimodo interdiciamus, usurparit: quia remissio peccati non dat licentiam iterum delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione semel concedi, fas erit amplius impune committi. Hoc etiam modo ista, excellentiæ vestræ precibus moti, fieri iubemus; si ipse Patriarcha, Bulgarorum diocesim, quam piæ memoriæ Nicolaus præcessor noster, Michaelis ipsorum Rege petente, apostolicis doctrinis docuit; & per venerabiles Episcopos suos sacri lauit vnda baptismatis, omni que ecclesiastica regula, & disciplina, prout oportebat, instruxit, amodo suo iuri vindicare, vel remittere nullo modo præsumperit, nec aliquam cuiuscunque honoris ibidem ordinationem fecerit. Ibidem sunt illicitè ordinati Episcopi, vel Sacerdotes † Archiepiscopo, vel Episcopis, qui ibidem videntur existere sacrum pallium, quo inter sacramissarum solemniam uti Pontificibus solitum est, ipse Patriarcha mittere præsumperit. Porro pro tantis perturbationibus, quibus Ecclesia vestra longo iam tempore manet turbata, vestræ augustali pietati obnixè suggerimus, ut Constantinopolitanum Patriarcham digno semper honore venerantes, quasi patrem spiritalem, & ut potè inter vos & Deum mediatorem præcipuum diuina vobis, per quæ ad regnum perueniatis æternum, sedulè annunciantem pio semper affectu colatis, & ut condecet, in omnibus honoretis: quia pro temporali, quem illi præbetis, honore, vos & hic temporalem honorificentiam habebitis, & in æternum multiplicem proculdubio recipietis, ab illo nempe qui glorificantes se, glorificare testatur: nec eorum verba falsò prolata, qui scandalorum zizania super conspicuam segetem Domini seminare non cessant, vestra Imperialis dignetur audire maiestas: nec pro talium suffurationibus hominum, qui semper student scindere vnitatem Dei, vestem Domini, Ecclesiam Christi, qui que linguis suis semper dolosè agere non cessant, venenum aspidum portantes sub labijs suis, animum clementiæ vestræ aduersus eum aliquid quatenus commoueat, & summum sacerdotem vestrum Dei prouidentia in Ecclesie Christi regimine constitutum, sic facile exhonoretis, quòd mirum vestro sancto Imperio valde inhonestum, & indecens esse videtur. Præterea mandamus etiam, ut omnes Episcopos, & sacerdotes, seu cuiuscunque ordinis clericos, qui de consecratione Ignatij bonæ memoriæ Patriarchæ consistunt, siue in ipsa regia vrbe manentes, siue alicubi extra longe, seu propè retrusos, clementi animo ad gremium, & vnitatem sanctæ Ecclesie reuocetis, & vniis extensis paterno affectu recipiatis, & amplectamini, propriasque vnicuique illorum iubeatis redere sedes; ut sicut vna est fides, vnum in nobis baptisma: & omnes vnum sumus in Christo, ita & isti, qui ad vnitatem, & societatem Ecclesie Dei, & corporis Christi redierint, & id ipsum dicentes, perfectique existentes in eodem sensu, & in eadem scientia, vnus grex

efficiantur, & vnus pastor; nec audeant amplius dicere, ego quidem sum Cephæ, ego Pauli, ego autem Apollo, sed vnus Christi veri Dei nostri, qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, veniensque cœlestia cum terrestribus pacificare dignatus est: qui idcirco semel pro peccatis nostris mortuus est, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum: nec enim poterit vnitatis eorum firma esse compago, nisi eos ad inseparabilem soliditatem, vinculum charitatis adstrinxerit; quatenus, Deo fauente, absque omni perturbatione, vobis regnantibus, salui, & securi persistentes, pro salute vestra, & pro statu Reipublicæ iugibus semper votis Dominum valeant deprecari. Quod si fortè quidam extiterint cum eodem Patriarcha communicare nolentes, admoneantur secundo, ac tertio, vt sanctæ Ecclesiæ se vnire procurent: quod si ad quietem noluerint, in sua pertinacia manere volentes, sacra eorum communione his præsentibus missis nostris vnà cum Synodo iussimus priuare, quousque ad suum redeant Patriarcham, & ad sanctæ Ecclesiæ vnitatem: eum præcipuè ipsi Episcopi à nobis sint canonicè excommunicati. Et ideo si eos in consortium suum receperit, aliquamudè cum eis communionem habuerit; simili modo eundem Patriarcham cum ipsis Episcopis ecclesiastica communione iudicamus esse priuatum. Data M. August. Indiçtionis xij. *Missæ per Petrum Presbyterum.*

EPISTOLA CC. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EIVSDEM *argumenti.*

REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
omnibus Episcopis, & Confratribus Ecclesiæ Constantinopolitanæ sedem respicientibus, seu
tribus alijs principalibus Ecclesijs
Hierosolymitanæ.



Qvorundam sanè vestrum fratres charissimi scripta suscipientes, vnanimitatem, atque consensum in parte Photij in eis plenè reperimus, indeque obnixè optantes, vt quod particulariter hætenus, hoc canonicè semper, & generaliter, atque secundum ea, quæ sunt Christi Iesu, & non quæ vestra, pia animi deuotione, id ipsum, vt non sit in vobis schisma, sapiatis quærere, pulsare, & inuenire; nos autem moderatione sedis Apostolicæ, sicuti diuisa contentione, atque dolemus scissa errore, ita gaudemus in vinculo pacis, ac charitatis compagine soliditatis fraternitatem vestram sine intermissione inuolantè persistere, iuxta Apostolum, idem sapite, & Deus pacis erit vobiscum. Quod verò sollicita intentione vestra petit dilectio, vt auctoritatè beati Apostoli Principis Apostolorum Petri, vobis Photium Patriarcham in regia vrbe Constantinopolitana forè consentiamus, illud animo luce clarius retinetis; quod in Euangelio primo pastori Dominus ait: Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

His hor-

A His hortatibus succensi, immo potius corroborati, in quantum sine graui offensione valeamus auxilium ferre, tam cunctis Domini sacerdotibus, quam vniuerso in orbe terrarum Christiano populo, nunquam desinimus, sequentes prædecessorum exempla, de quibus sanctæ memoriæ Hadriani Papæ in Tarasij nuperrimè regis vrbs Patriarchæ confirmatione, hæc interim ponimus verba, inter reliqua inquit: Ipse enim Tarasius regis vrbs Patriarcha misit nobis synodicam præsentem adimplens consuetudinem, quam suscipientes, & liquidius indagantes, & tam de fessione rectæ fidei eius, quam dogmatum sanctorum sex Synodorum, & venerandarum imaginum ouantes, nimis iterum conturbati, ac contristati sumus: quia ex laicorum ordine, & imperialibus obsequijs deputatus, repente in patriarchatus culmè electus est, & Apocalligis contra sanctorum canonum censuram factus est Patriarcha. Et quod dicere pudet, & graue tacere est, qui regendi adhuc, & docendi, sunt doctores, nec erubescunt videri, nec metuunt; ducumque animarum impudenter assumunt, quibus via omnis ignota doctoris est, quo vel ipsi gradiantur, ignari sunt. Quod quam prauum, quamudè sit temerarium, sæculari ordine, & disciplina monstratur: nam dum dux exercitus, non nisi labore, & solitudine expertus eligitur, quales animarum duces esse possunt, qui in episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione conscendere? Huius saltem rei comparatione considerent, & aggredi repente inexpertos labores abstineant; quippè qui non didicerint, quod doceant: vnde canonica instituit censura nequaquam ex laico ad sacerdotium repente transire. Et nisi per eius fidelem concursum pro sanctorum imaginum erectione eius consecrationi assensum omnimodo tribuere nequiuimus. Porro, & nos, ac vos fratres charissimi lege constringimur, vt si deinceps apud cunctam Ecclesiam, quæ in vobis est, à paternis regulis per similem præuaricationem nunquam spondeatis delinquere, id est ne Neophytum repente ad honorem ascendere. Et si parochiam Bulgariæ gentis, quæ Deo auctore, beati Petri Apostoli intercessionem, atque decessorum nostrorum labore, ad Christum conuersa est, subducta quam ibi fecistis, illicitam ordinatione, reddideritis. Et abiectos quosque fratres, ac discordantes vestro labore & studio cum prædicto Photio, quem Patriarcham in regia vrbe desideratis habere, alijsque pijs operibus offensionem, quam coram Deo, & sanctis canonibus contraxistis in hac parte, recompensaueritis. Venerabilem fratrem Photium, coram Synodo misericordiam quærendo, & Patriarchatus honore fungi volumus, & nostræ communionis, immo & beatorum Apostolorum, seu omnis Ecclesiæ fore, Domini miseratione, participem. Hoc exemplo roborati maximè, quo egregius prædecessor noster Innocentius sanctissimus Papa Photium restaurare dignatur, dicens: veniam nunc ad maximum; quasi quoddam thema, Photinum; & inter alia, quia res ad salutem redijt veniæ, hunc in tantum vobis annitentibus, post condemnationem more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione fratres charissimi, & sententia, ac postulatione Episcopum Photinum habetote. Licitum est ita cõstitueri, vt deprecamini; & nostram, in melius conuersam sententiam labore, vel testimonio vestro, compotes voti suscipite. Sollicitos enim vos pro salute libèter admitto; cui manū porrigitis, vobiscum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim est ad Corinthios apostolica declarata benignitas, vt in vno spiri-

Oo 3 ru du-

In epistola Hadriani I ad Constantinum, & Irenæum Imp.

In epist. Hadriani I ad Constantinum, & Irenæum Imp.

Videtur locus deprauatus.

† f deest reconciliaueritis.

Epist. 17.

2. Corint. 13.

Luc. 22.

tu ductam, ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. **A**
 Data M. Augusti, Indictione duodecima. *Missæ per Petrum presbyterum.*

EPISTOLA CCI B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PHOTIVM Patriarcham Constantinopolitanum constituit, dummodo in Synodo veniam postulet. decernit ne deinceps vllus è laicis in eadem Ecclesia statim Episcopus ordinetur. Iubet Bulgaricam diocesim Ecclesie Romanæ restitui.

PHOTIO PATRIARCHÆ
Constantinopolitano.

Pxperientia tuæ prudentiæ litteris Pontificio nostro delatis, satis vberim comperta, altisonantem Dominum pijsimas ei grates agentes, laudauimus; qui postulatus dat omnibus sapientiam, & in domo faciens vnanimis habitare, saluat omnes in se sperantes, & protegit se in veritate quærentes: qui neque probos reos, neq; facit pios tyrannos; tamen iustè iudicans, beatis quibuslibet ætherea præmia, & infelicibus, reseruato interim pœnitentis tempore, nisi respuerint, æterna confert supplicia. Prædictis quoque litteris præconia nostra legentibus, affectum tuum cognouimus, & quàm sis nunc erga nos deuotus, satis euidenter reperimus. Verum in quo nobis nostra merita non suffragantur, Deo dimittimus; & in quo nos humanis laudibus quicumque mortalium eleuare conantur, fragilitatem naturæ nostræ cum summa formidine, eodè Deo præoculis habito, contemplamur. **C** Scimus enim ipso dicente, quia qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur: Quod dicitur autem sanctam Constantinopolitanam Ecclesiam in te conuenire, tequæ priuatam sedem recipere, missosque nostros tecum minimè † consecrare, de adunatione omnium Deo gratias agimus, sed missis nostris ideo de hoc mandatum non dedimus, quia nil certitudinis, qualiter ipsa sedes haberet, antea comprobauimus. Nunc verò sicut de pace, & adunatione ipsius Ecclesie valde gaudemus; ita & de dissensione nolentium acquiescere contristamur: quia Salomone testante, quasi peccatum ariolandi est repugnare, & sicut genus idololatriæ, nolle acquiescere. Verum super receptione priuatæ sedis nos debuimus antea consuli: tamen quia obeunte fratre, & Coepiscopo nostro Ignatio, te Constantinopolitano throno præsidere audiuius, tantum vt pax augeatur, & iurgia cessent, multo modo Deo gratias agimus; tu autem omnium mentes demulcens, omnes patulis vlnis amplectere, omnes dispersos congregare non desine, omnes colligere sollicitè stude. Quia sicut sanctus Papa Leo Magnus scribit, Sedis Apostolicæ, in quicquid, moderatio hanc temperantiam seruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis: & cum non sit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio, satisfaciens coram Synodo misericordiam, secundum consuetudinem postulaueris, ac si euidenti correptione vteris, & peritiæ tuæ non obliuiscens, nullius damna moliaris: quin potius exilia eorum, qui tibi non velle consentire dicuntur, studiosè dissolueris, eosq; suis Ecclesijs, & honoribus restitueris. Et si (quia spiritalis filius noster Basilius Christianissimus. Imperator apud nos pro te multis precibus

Matth. 23. &
Luc. 14.

† f. consentire.

1. Reg. 15.

Epist. xv.

A cibus interuenit) omnes vno voto, vno consensu, & vna concordia in tua restitutione conuenerint, veniam pro pace sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesie tibi concedimus, communionem quoque, & gradum coram Synodo, misericordiam quærendo nihilominus reddimus; & vt sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesie digne præesse debeas, consentimus: ita tamen vt deinceps de laicis in eadem Ecclesia Episcopus contra sanctorum patrum statuta nullatenus ordinetur, & omnis illa mala consuetudo ab inde penitus amputetur; iuxta capitulū, quod super hac re in venerabili Synodo, tempore scilicet decessoris nostri Hadriani iunioris Papæ Constantinopoli habita, est congruentissimè promulgatum. Reliqua verò, quæ litteræ tuæ à nobis fore censenda, vel finienda expectant, dato commonitorio, nostris Legatis, Petro venerabili presbytero Cardinis nostri, delitiosisq; consiliarijs nostris, quædam **B** scriptis, quædam autem verbis iniunximus; qui iuxta censuram nostri apostolatus instructi de omnibus, cuncta, Deo præ oculis habito, contemplantes, & admittenda vbi fas est, admittere studeant. & corrigenda sub æquitatis libramine corrigant. Præterea sicut vestra pars suum velle conatur vires accipere; ita & nos Diocesim nostram Bulgariam, quam Apostolicæ recordationis sanctissimiq; domini Papæ Nicolai certamine sedes Apostolica receperat, ac Hadriani æque beatissimi præfulis tempore possederat, summa nobis celeritate restitui volumus. Et de cætero omnem ordinationem Ecclesiasticam ab Ecclesia Constantinopolitanæ præsulibus in eadem Diocesi Bulgaria auctoritate Apostolica amputamus: ipsos autem ordinatos ibidè Episcopos, & omnes alios inferioris ordinis clericos, vt inde se subtrahant, & ab inuasionem Bulgariæ nostræ Diocesis se omnino compefcant, decertare **C** procures. quibus si tu aut pallium dederis, aut quamcunque illic ordinationem feceris, vel donec nobis obediant, cum eis communicaueris, pari excommunicatione cum eis teneberis annexus.

Octauam Synodi sub Hadriano secundo ap. probat.

EPISTOLA CCI B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IUBET eos schismate sedato ad ecclesie vnitatem redire, & Photio communicare.

EXIMIIS VIRIS IOANNI, LEONI, ET PAVLO
 Patricijs, atque Stiliano, Ioanni, & Metrofani Reuerentissimis Metropolitanis, & cæteris sacerdotibus, seu cuiuscunque ordinis clericis, seu laicis.



Dmnium Ecclesiarum Dei secundū Apostolum sollicitudinem habentes, & pastoris gregis Dominici nobis in ipso Apostolorum Principe curam commissam gerentes, Domino dicente, Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas, condolemus vobis: quoniam multis iam labentibus annis vsque ad præsens, in discordiæ diuisione; & in scandalorum perturbatione vos videmus promptos manere, nec per charitatis custodiam ad vnitatem Ecclesie velle reuerri. Quam videlicet vnitatem, qui nō tenet, Dei legē non tenet, patris, & filij fidem non tenet, vitam non tenet, nec salutem. Hoc denique vnitatis sacramentum, hoc concordie vinculum inseparabiliter coherens ostenditur, quando in Euangelio tunica Domini nostri Iesu Christi non diuiditur omnino, nec scinditur, sed fortientibus de veste Christi (quis potius

Ioan. 21.

potius Christum indueret) integra vestis accipitur, & incorrupta, atque indiuisa tunica possidetur. Possidere enim non potest indumentū Christi, qui scindit, & diuidit Ecclesiam Christi. Quis ergo sic sceleratus, & perfidus? Quis sic discordiæ furore vefanus? Quis aut credat scindi posse, aut audeat scindere vnitatem Dei? vestem Domini? Ecclesiam Christi? Monet ipse in Euangelio suo dicens: Et erit vnus grex, & vnus pastor. Apostolus autem Paulus hanc eandem nobis insinuans vnitatem hortatur, dicens: Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Et iterum dicit: sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis: quoniam nec habere pacem cum Deo poterit, qui cum fratribus pacem per zeli discordiam non habuerit. Quam igitur sibi pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt sacerdotes? charitatis Dei, qui non sunt veste induti? pacem nobis Christus dedit; pacem, inquit, meam do vobis, pacem relinquo vobis. Concordes, atque vnanimis esse præcepit, dilectionis, & charitatis fœdera incorrupta, atque inuiolata mandauit: & ideo vestram salutem cupientes, monemus, & Apostolica benignitate iubemus, vos omnes sanctæ Ecclesiæ vniri, vestroq; Patriarchæ Photio, videlicet quem pro Ecclesiæ Dei pace, & vnitare recepimus adherere, cōmunicareq; studete. Nam si hæc nostra Apostolica monita tantis supradictis testimonijs diuinis firmata, audire contempseritis, in vestra pertinacia manere volentes; scitote quia misis nostris præcepimus tandiu vos omni ecclesiastica communione priuare, quandiu ad vnitatem corporis Christi, & ad vestrum contempseritis redire pontificem; nec aliquis vestrum hanc habeat in redeundo excusationem, pro scripturis de hac causa compositis, quia diuina potestate, quam accepit Ecclesia Christi, cuncta soluuntur vincula, quando per pastoralem auctoritatem, quæ fuerant ligata soluuntur: quoniam sicut dicit Sanctus Papa Gelasius; nullum est vinculum insolubile, nisi circa eos, qui in errore persistunt. Data Meñ. Augusti, Indictione xij. d. xvj. *Missæ per Petrum Presbyterum.*

Ioan. 16.
1. Corint. 1.

Ephes. 4.

Ioan. 14.

In tomo de
nath. vinc.

EPISTOLA CCIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONSTITUIT eos vna cum Petro presbytero Legatos, vt, sicut illos monuerat, pacem in Ecclesia Constantinopolitana conficiant.

REVERENDISSIMIS PAVLO ANCONITANO
Eugenioque Hostiensis Episcopi.



Vamuis contra nostram egeritis voluntatem, & Constantinopolim venientes, inquisita causa Ecclesiæ pacis, & vnitatis, Romam reuerri, nobisque omnia sub certa relatione debebatis referre; & quia primam legationem vobis commissam, idoneè non peregistis, secundam vobis ideo committere non debebamus: tamen Apostolicæ miserationis benignitate vtentes, & in hac secunda legatione fideliter perficienda, vos huic Petro religioso presbytero, Cardinis nostri, familiarique nostro sociamus: quatenus ea, quæ pro pace, & vnitare Ecclesiæ Dei agenda sunt, secundum apostolicos nostræ auctoritatis apices, & secundum commonitorij nostri tenorem capitularim

tularim descriptum, sagaci valde intuitu simul agatis, & ita definitis, vt gratiam nostram, quam prius inobedienter agendo exasperastis, nunc fideliori deuotione operando, placabilem habere possitis. Data Meñ. Augusti, Indictione xij.

EPISTOLA CCIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SIGNIFICAT se modò absoluere nolle Anspertum Archiepiscopum. sed si in Synodo crimina, quæ obijciuntur, diluerit, tunc eum ab excommunicatione absoluturum. At se pro Ludouico Imperatore in anniuersario eius die sacrificurum.

DILECTÆ AC SPIRITALI FILIÆ
Angelbergæ Imperatrici.



Io affectu petitionis vestræ preces, quibus nos super absolute excommunicationis Ansperti Mediolanensis Archiepiscopi præcata es exaudire, secundum collatam nobis ligandi, soluendiq; diuinitus potestatem, non prætermittemus: & maxime propter annuam commemorationem diuæ memoriæ domni Ludouici, quondam Imperatoris Augusti, quæ in proximo celebranda est. Sed quia synodali eum decreto pro suis negligentijs, & præsumptionibus, sicut ipsa bene cognoscis, excōmunicauimus, absque eorundem fratrum, & Coepiscoporum nostrorum, cum quibus in eū excommunicationis sententiam promulgauimus, cōsensu, & voluntate nunc absoluere nolumus, ne ab his, qui vel desiderio, vel negligentia Ecclesiasticam disciplinam contempnunt, & multa non præsumenda, præsumunt, canonicum parupendatur iudicium. Porro cum denominatam Synodum, quam, secundum sacros canones, spiritu Dei conditos, quarto Idus Octobris, Domino annuente, celebraturi erimus, vel ipse venerit, vel è latere suo, venerabiles Confratres, & Coepiscopos suos direxerit, qui nobis, & sanctæ Synodo de his, quæ illi obiecta sunt, idoneè satisfaciant. Tunc post verā satisfactionem, ab omni eum excommunicationis nexu proculdubio absoluemus, & quasi fratrem, & comministrum, in nostræ communionis consortio incunctanter habebimus: & ideo pro prædicta annua commemoratione ipsius Domini, & senioris vestri ne turbemini, quod modo vos pro absolute præfati Archiepiscopi non audiuimus. Nam in eodem die, quo ipse de sæculo migravit, pro animæ illius requie sempiterna, sacrificium erimus Domino oblaturi: etiam & pro animâ Supponis fraterna moti compassione omnipotentem Dominum depræcamur, vt suorum absoluteionem valeat percipere delictorum.

EPISTOLA CCV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SCRIBIT Traiectum se iturum, & quæ paci eorum conducant, curaturum. ibiq; cum de alijs, tum de Landulfo Capuanæ Ecclesiæ Episcopo electo acturum.

Sacrificia, & orationes pro defunctis.

DILE-

DILECTIS VIRIS LANDONI FILIO

Landonis, & fratribus eius, seu Landolfo filio Landonulfi, eiusque germanis.

Receptis atque perceptis litteris vestris, quas nostro Pontificio direxistis, quanta pace, & concordia vos post obitum Landulfi bonae memoriae Capuani Episcopi, cum Pandenulfo coniunxissetis, & ius, & iurandum, fraterno, ac indivisibili foedere inter vos habito, firmassetis, luce clarius nouimus: sed suadente humani generis inimico, & zizaniorum inter vos semina diffundente, omnem concordiam, & vnanimitatem, quae inter vos diuino respectu extiterat, videmus corruptam, atque confusam. Pro quo videlicet tantae inimicitiae malo, vobis iam litteris nostris per Dominicum venerabilem Episcopum nostrum ad vos delatis, innotescentes, mandauimus: quoniam, Deo propitio, pro vestrum omnium salute, ac pace volumus Calendis Octobribus Traiectum venire, ibique vobiscum, & cum Guaiferio glorioso Principe, atque cum Capuanis, ceterisque vestratibus loqui, & ordinare primum ea quae nobis & vobis sunt necessaria, vestraeque paci & utilitati proficua, quatenus totius discordiae scandalo de medio vestri ablato, & recepta Dei pace, quae superat omnem sensum, in fraterna dilectione, & in pristina deuotione omnes concordies, & vnanimes manere valeatis: & tunc siue de Landolfo venerabili presbytero, quem omnium Dei sacerdotum, & iudicum, seu totius Capuanae plebis voto, pariique consensu electum habetis, siue de alijs necessarijs causis, vestram secundum sacros canones adimplebimus voluntatem, & idcirco graue non videatur nobilitati vestrae nostrum, vt dictum est, specialem praestolari aduentum.

Phil. 4.

EPISTOLA CCVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

EADDEM quae in superiori, praeterea arguit, quod contra Capuanos arma sumpserit. rogat vt mancosos sibi ab Amalphitanis restitui curet.

DILECTO FILIO GVAIFERIO
glorioso Principi.

Sicut nobis litteris vestris mandastis, quod deuotam circa nos amicitiam, & sinceram conseruetis dilectionem, hoc multis iam euidentibus documentis luce clarius agnoscimus, & tenemus: vnde & noster Apostolicus animus circa nobilitatem vestram, vt pote circa charissimum filium benignus existit, cupiens honorem, & gloriam vestram semper immutitam conspicere, & audire. De electo autem Landolfo, videlicet venerabili presbytero Capuanae Ecclesiae, pro quo iam totiens nostro Pontificio suggestistis, non aliquo malae voluntatis affectu, vos nunc vsque audire praetermissimus, sed sola pacis verae causa, & inter proximorum augenda dilectionis. Nam sicut vobis nunc litteris nostris per Dominicum Episcopum ad vos delatis mandauimus, cupimus, Deo propitio, pro vestrum omnium salute, concordia, & vnanimitate Calendis Octobribus Traiectum venire, ibique vobiscum, & cum

A & cum Capuanis, ceterisque vestratibus loqui, & ordinare primum ea, quae nobis & vobis sunt necessaria, & vestrae paci, utilitatique proficua; & tunc siue de praefato electo, siue de alijs necessarijs causis vestram adimplebimus voluntatem, quia vestro sagaci consilio, communiique consensu, quae pro pace fraterna, & pro terrae nostrae, ac vestrae defensione, siue Sarracenorum perditione consideranda & perficienda sunt, peragere cupimus. Quapropter, sicut nos vestrum volumus desiderium & honorem alacri mente implere; ita quoque, & vos illa, quae nostro apostolico culmini sunt decetia, deuota mente debetis peragere: quamuis in hoc reprehensione non modica digni videamini, quod sumptis armis contra Capuanos inter assiduas Paganorum persecutiones consistentes, persequi & impugnare praesumpseritis, antequam eorum culpas nobis veraciter cognitae fecissetis. Porro de mancosis, quos pro defensione terrae sancti Petri dedimus, te praesente, Amalphitanis; volumus vt eosdem mancosos ipsi Amalphitani deferant secum nauigio vsque in portum urbis Romanae, quoniam salui, & securi ibi manebunt; & tunc accepta a nobis prius securitatis sponse, ipsos nobis mancosos reddere procurent: quatenus nostra recipientibus nobis, nullam pro his de cetero patiantur calumniam.

EPISTOLA CCVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

DOLET Capuae discordias esse excitatas. significat se Traiectum iturum, ibique de Landenulfo Episcopo electo, cuius confirmationem petierat, acturum.

C REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Leoni Episcopo.

Sacerdotalem curam & sollicitudinem, quam pro Ecclesiae Dei utilitate, populi, concordia, & pace peragere proculdubio debent Domini sacerdotes, litteris tuis relectis, te lucifere habere cognoscimus; dum Dei, proximi, & dilectione sollicitus, doles Capuanos, nobiles scilicet viros, fraterno foedere per iusurandum inter eos habito nequiter, corrupto, ad veram discordiam & inimicitiam peruenisse; & adhuc in ea improvida mente consistere. atque pro Landolfo venerabili presbytero, & electo a vobis, & omni sacerdotali coetu, nobiliumque caterua, cunctoque populo Capuanae ciuitatis, Pontificio nostro supplicas; quatenus eum non differamus sacrae plebi Capuanae antistitem ordinare. Nos autem pastoralis sollicitudine moti, vobiscum similiter condolemus fratres, & propinquos pro saeculi cupiditate in tantam discordiam & inimicitiam voraginem demersos; pro quibus sane, Deo propitio, pacificandis, volumus Kal. Octobribus Traiectum venire, & ibi cum Guaiferio Principe, atque vobiscum, & cum Capuanis, ceterisque vestratibus loqui, & ordinare primum ea, quae nobis & vobis sunt necessaria; & tunc de ipso electo vestram secundum sacros canones adimplebimus voluntatem: & idcirco graue non videatur dilectioni vestrae nostrum, vt dictum est, specialem praestolari aduentum. *Vnam talem Adelchisi Episcopo, & alteram Lupeno Episcopo.*

EPISTO-

LAVDAT eum, quod ad propinquorum suorum insidias evitandas Capua fuerit egressus, & in discordijs sedandis elaboret. Significat Traiectum se iturum, ibiq; de eius electione deliberaturum.

LANDVLPHO VENERABILI
Presbytero, & electo.

Quia discordantium parentum tuorum insidias declinando, & ex vrbe Capuana egrediendo, in antiqua sanctæ Ecclesiæ Capuanæ sede, nomine videlicet sancti Stephani protomartyris refulgente nunc habitare te asseris, atque cum vicinis Episcopis assidue decertas, vt male diuisos adunare, atque discordantes pacificare, Deo fauente, possis, gratum recepimus. Quia & ante susceptum officium ea, quæ sunt boni pastoris, peragis, in quo scilicet, vt perseueres, hortamur, vsq; ad nostrum speciale aduentum, quoniam, Deo propitio, pro vestrum omnium salute, concordia & pace Calendis Octobribus, volumus Traiectum venire, ibiq; cum Guaiferio glorioso principe, & cum alijs eximijs parentibus tuis loqui, & ordinare primū ea, quæ nobis & vobis sunt necessaria, vestraq; paci & vtilitati proficua, & tunc prouectionem tuam, secundū sacros canones, omnibus pacificatis, peragere.

EPISTOLA CCIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII. C

ARGVIT, quod nec fœdus cum paganis initum vuperit, nec ditionem sancti Petri, sicut promiserat, defenderit. Præcipit, vt pecuniam pro ea re datam ad se remittat.

DILECTO VIRO PVLCHARI PRÆFECTO.

Ro salute animæ tuæ, ac pro defensione totius Christianitatis, quæ te cum Paganis pactum habente, quotidie deprædatur, atque in diram ducitur captiuitatem, multa tibi, & populo tuo, quæ postulasti, fecimus bona. Insuper decem milia mancosorum argenti dedimus tibi, vt terram sancti Petri rupto fœdere paganorum defenderes; quod te cum tuis per iurandum facere promissisti; sed timore iudicij Dei postposito, neque pactum iniquum dirumpere voluisti, neque propter iurandum littora nostra defendere, sed potius deprædari diabolico iam iuri subiectus, permittis, & in animæ tuæ perditionem consentis, oves precioso Christi cruore acquisitas, duci captiuas: & ideo dignum est, vt ipsos mancosos, quos tibi pro defensione terræ nostræ dedimus, recipiamus. Quapropter volumus, vt eosdem mancosos per tuos fideles Amalfitanos vsque in portum vrbs Romæ nobis nauigio venientes, remandes; quoniam ipsi Amalfitani salui & securi ibi manebunt: & tunc accepta prius à nobis securitatis sponsione, præfatos mancosos nobis reddere procurent; quatenus nostra recipientes, nullam tibi, vel populo tuo inferamus calumniam. Nam & dromonibus nostris præcepimus, vt nullo modo aliquam populo tuo faciant contrarietatem, si tamen nobis ipsos mancosos saluos reddideris.

EPISTO-

A EPISTOLA CCX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

DOLBT eorum calamitates, significat se, vt ipsi petebant, ad Bosonem, & Hugonem scripsisse, vt eos ab aduersarijs tuerentur. mittit exemplar testamenti, quo Gerardus Comes vnâ cum eius coniuge certa bona cuidam monasterio Ecclesiæ Romanæ legauerat.

SANCTÆ CONGREGATIONI SVMMI
Apostolorum principis Petri cœnobij nostri Pultariensis.

Ognoscat pro certo fraternitas vestra, nos relectis litteris vestris pro tantis aduersitatibus, quas ab iniquis quotidie sustinetis hominibus, valde tristes existere: quoniam sicut de vestra prosperitate gaudemus, ita quoque & de vestra tribulatione tristamur. Vnde volentes sanctam congregationem vestram, vt pote Dominicum gregem, in ipso Apostolorū principio nobis commissum, saluum, & quietem habere, direximus, secundum petitionem vestram, nostras Apostolicas litteras Bosoni glorioso Principi, & Hugoni nobilissimo Abbati, petentes, quatenus pro Dei, sanctorumq; Apostolorum principum Petri ac Pauli amore, nostraq; dilectione, suæ defensionis auxilium vobis impendant, & contra Dei, atque omnes vestros aduersarios manum suæ potentie extendant, vt quiete, ac securiter degentes, debitas Domino laudes persoluere, ac pro nobis, & omni populo Christiano valeatis omnipotentem Dominum deprecari, & res sancti nostri Monasterij tranquilla mente disponere, regere, ac secundum Dominum dispensare possitis. Porro exemplar ipsius testamenti, per quod Gerardus bonæ memoriæ Comes vnâ cum Berta quondam coniuge sua, ipsas res principibus Apostolorū Petro & Paulo tradidit, bulla nominis nostri munitū,ANGESIO Archiepiscopo, & COBUNRADO Comiti, in cuius comitatu ipsæ res continentur, per præsentem nuncium vestrum direximus. Vos itaque videte, si de his omnibus adiuti fueritis, aut non, & nobis renunciate, vt quali consilio meliori potuerimus, vos libentissimè adiuuare curemus. Fraternitatem vestram orantem pro nobis Dominus dignetur conseruare incolumem.

D EPISTOLA CCXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt monasterium Pultariense tueatur.

DILECTO FILIO HUGONI
nobilissimo Abbati.

Hugonis meminit Annon. lib. 5. cap. 39. Regin. lib. 2.

Vanta vos dilectione, quantoq; nostræ paternitatis quasi vnicum filium dilexerimus affectu, ex eo quo vestrâ sublimem cognouimus sagacitatē & gloriā, ipsi abundanter recolitis: quoniam & vestra nos excellentia veluti patrē spiritalem, in omnibus colere & honorare animo tranquillo curauit: quo videlicet mutua dilectionis fœdere illibato confisi, monasterium sancti Petri, quod appellatur Pultariense, & Gerardus quondam Epist. Tom. 3. Pp Comes

Comes de rebus suis perfecit, atque dotauit, & sancto Petro tradidit; petimus, A
 ut vestra in omnibus tuitione adiuuetur: quia fratres, qui nunc in eo consistunt, & sedulas Deo laudes persoluunt, orantes pro salute omnium in Christo credentium, ab inimicis vicinis perturbantur, omnisque illorum, immo nostra familia crudeliter assidue vexatur & opprimitur: ita sane, ut neque arare, neque cetera, quae ad terrae culturam pertinent, possit exercere. Quapropter & vestrum auxilium eidem sancto loco impendatis, & contra Dei, atque eius aduersarios manum vestrae potentiae, pro amore Dei, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, nostraque dilectione extendatis: quatenus vestro potenti brachio freti, salui in omnibus, & securi consistant, ut & in praesenti dignas a nobis retributiones, & in futuro multiplicem a Domino valeatis mercedem cum Sanctis recipere.

B
 EPISTOLA CCXII. B. IOANNIS PPAE VIII.

SIGNIFICAT Villam Vendoaram, nec Bosoni, nec alijs se concessisse. monet ut eam suo nomine defendant, ac gubernent; de qua re Bosoni ait se scripsisse. Arembertum, cui Boso eam donauerat, excommunicat, si in illam inuaserit.

VGONI ET RADOLPHO DILECTIS
 fidelibus nostris.

Vgnoscat pro certo fidelitas vestra, quia nos ipsam villam nostram Vendoaram, quam dicitis esse inuafam a Bosone Comite, quasi nos eam cum illo commutassimus accipientes alteram ab eo, neque beneficii more, neque alicuius commutationis tenore, neque alio quocunque modo cum eodem Bosone, vel alio quocunque homine dedimus, neque commutauimus. Ideo in fidelitate & seruitio sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli deuota mente permanentes, ipsam villam sub nostro iure tenete, defendite, & cum Domini auxilio gubernate; nec alicui homini credatis nos aliquando praefata villam quolibet modo duros. Direximus vero pro vestro adiutorio, ac defensionis auxilio litteras nostras iam dicto Bosoni Comiti, ut pro amore Dei, & sancti Petri, ac nostro, & suos homines inde remoueat, & ipsam villam nullatenus inuadere, nec inuafam retinere praesumat: quin potius suo vos brachio tueatur, & ab omnibus erga vos male agentibus dignetur defendere; si gratiam Dei, & principis Apostolorum cupit habere. Arembertum autem vasallum eius, cui ipsam villam beneficio dederat omni Ecclesiastica communiione per Isaac venerabilem Episcopum iussimus esse priuatum; si in eadem villa ulterius temere intrare, aut aliquam ibi contrarietatem facere praesumpserit.

D
 EPISTOLA CCXIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

Ut Vendoaram villam, quam contra fidem occuparat, & Aremberto cuidam concesserat, liberam Ecclesia relinquat, & ab ea suos & alienos remoueat: monasterium quoque Pultariense tueatur.

DILECTO

A
 DILECTO FILIO BOSONI
 glorioso Principi.



Quanta vos dilectione, quantoque nostrae paternitatis dilexerimus affectu, ex eo, quo vestram sublimem cognouimus gloriam, ipsi abundanter recolitis: quoniam & vestra nos excellentia veluti patrem spiritalem in omnibus colere & honorare, animo tranquillo curauit: quo videlicet mutuae dilectionis foedere confisi, ea, quae sub iure sanctorum Apostolorum principum Petri ac Pauli per totius Galliae Praeuias immobilia loca consistunt, cum hominibus, omnibusque sibi pertinentibus, ut vestro potenti brachio defensa manerent, rogauimus, vestroque auxilio secura consisterent: quod vos pro amore Dei, & sancti Petri, nostroque honore, nobis libenter facere promisistis. Nunc autem, sicut audiuius, villam nostram Vendoaram absque nostro consensu, & voluntate occupatis, & vni vestro vasallo, nomine Aremberto in beneficium dedistis: & si verum est, non bene, sicut vos decebat, egistis. Ideo rogamus fili charissime celsitudinem tuam, ut propter amorem Domini, & sancti Petri caelestis regni clauigeri, ipsam villam nostris, qui ibidem residunt hominibus, sub nostro iure, sicut nos eam ordinauimus, liceat habere securiter: omnesque vestros, vel alienos homines ab eiusdem villae habitatione, vel dominio remoueat; nec vestris diebus aliquam a quocunque homine contrarietatem patiamur: Simili etiam modo petimus, ut monasterium sancti Petri, quod appellatur Pultariense, & Gerardus quondam Comes de rebus suis perfecit, atque dotauit, & sancto Petro tradidit, petimus ut vestra in omnibus tuitione adiuuetur: quia fratres qui in eo consistunt, & sedulas Deo laudes persoluunt orantes pro salute omnium in Christo credentium ab inimicis vicinis perturbantur, omnisque illorum, immo nostra familia crudeliter assidue vexatur & opprimitur. Ita sane, ut neque arare, neque cetera, quae ad terrae culturam pertinent, possit exercere. Quapropter & vestrum auxilium eidem sancto loco impendatis, & contra Dei, atque eius aduersarios manum vestrae potentiae, pro amore Dei, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, nostraque dilectione extendatis: quatenus vestro potenti brachio freti, salui in omnibus, & securi consistant, ut & in praesenti dignas a nobis retributiones, & in futuro multiplicem a Domino valeatis mercedem recipere.

D
 EPISTOLA CCXIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

MONET ut a molestijs desistat, quas Capuanis inferebat. significat se in eius regiones iturum, & discordias sedaturum.

NOBILISSIMO VIRO GVAIFERIO
 glorioso Principi.



Relatu quorundam didicimus, quod suadente humani generis inimico, qui totius inimicitiae, & mortis est auctor, cupiat multiplicia damna, & aduersa inferre Capuanis; & propter discordiam malum, quod saeculi quotidie liuore generatur, & inter propinquos, atque amicos accrescit, cogitetis generale discrimen praebere: vnde scilicet non modica turbatio

Epist. Tom. 3.

Pp 2 his ve-

his vestris in partibus oritur, & longi temporis scandalum maneat. Et dum **A** non desint extranei hostes, cum quibus assidue luctamen habeatis, vultis contrarietatis discrimina præbere propinquis, quos in auxilium vobis opportunum poteratis habere fautores. Nos idcirco, more paterno, vos quasi dilectum filium admonemus, & ex Dei omnipotentis auctoritate, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli potestate, prohibemus, ut non habeatis licentiam super præfatos Capuanos ire, neque aliquam illis contrarietatem inferre usque ad nostrum specialem aduentum: Quoniam, Deo auxiliante, cum huius æstiu temporis feruor transierit, pro omnium vestrum salute, concordia & vnanimitate, has vestras in partes veniemus: quatenus, nobis præsentibus, omnis vis sopiatur, omneque scandalum, quod ex vipereo semine inter vos & illos adcreuit, de medio vestri auferatur. Nos namque salutem vestram, ne in aeternum pereatis, cupimus; & ideo volumus, ut ea, quæ pacis sunt, scetemi semper. **B** Nam pro vestro cum venerimus amore, ipsum quem vultis Capuanæ plebi, Domino fauente, antistitem ordinabimus, ut vester principalis honor indiminutus permaneat. Quod si forte aliter vos facere cognouerimus, scitote, quia nostræ vos non habebimus communionis consortes.

EPISTOLA CCXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SIGNIFICAT se Guaiferio scripsisse, ut ab inferendo Capuanis damno desisteret.

NOBILI VIRO PANDENVLPHO **C**
glorioso Castaldo.

Relectis industria tua litteris, quas per talem fidelem hominem tuum nobis mandasti, ea quæ nostro Pontificio supplicare studuisti Apostolica dumtaxat benignitate audiimus, ac, prout ratio exigebat, partim compleuimus. Direximus namque nostri Apostolatus litteras Guaiferio, & admonendo, increpando, atque excommunicando eum non habere licentiam ex Deo, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli, nostraque auctoritate permissum venire contra urbem Capuanam, neque aliquam in omnibus suburbanis, & finibus eius contrarietatem inferre, nullasue moliri insidias, usque quo istas in partes, auxiliante Domino, **D** post huius æstiu temporis feruorem veniremus.

EPISTOLA CCXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SCRIBIT se litteris eum, ut ad Imperium promoueret, ad Urbem aduocasse: Ra- uennam usque ad eum processisse, sperasseque se auxilium ab eo aduersus Romanæ Ecclesiæ hostes recepturum: quæ spes ita eum frustrata est, ut nunquam hostes magis seuerint. petit ut Ecclesiæ opem ferat. & dum iter parat, Legatos ad se mittat: suosque Legatos commendat.

DILE.

A DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi.

Quod bene vestra regalis cognoscit sublimitas, à longo iam tē- pore vos pro vtilitate & exaltatione sanctæ sedis Apostolicæ matris vestræ ad culmen Imperij, Deo propitio, volentes perducere, auctoritatis nostræ litteris missis vocauimus, ac postmodum præ magnitudine amoris vestri, relicta nostra Ecclesia inter seque hostium non solum Paganorum, sed etiam malorum Christianorum manus, ad vos Rauennam peruenimus: quod nullis antecessorū nostrorum gloriosissimis progenitoribus vestris aliquando fecisse recolitur, sperantes scilicet omnem honorem, pristinumque vigorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ per vos ad augmentum perfectum perducere; atque inimicorum sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostrorum ferocem seueritatem omni modo comprimere, facileque superare putabamus. Sed quia de his omnibus nihil apud magnitudinem vestram, ut volebamus, peregit; reuertentes prioribus peiora reperimus. Nam inimici nostri maiori audacia eleuati, non solum ea, quæ S. Petri sunt, diripere, sed etiam homines nostros in sua potestate recolligere, & retinere non dubitant. Quapropter fili charissime pro certo scitote, quia nos vestrum honorem & gloriam toto conamine desideramus perficere: & ideo vos ea, quæ vtilitati, & exaltationi sanctæ sedis Apostolicæ proficua sunt, pio intuitu, menteque deuota debetis peragere. Vnde obnixè precamur, ut nobis dirigatis Luitubardum venerabilem Episcopum, Manigoldum filium Adelberti, & Adelbertum protopincernam vestrum, qui antequam vos has in partes veniendi iter sumatis, nos & sanctam matrem vestram Romanam Ecclesiam certificent, & ad vestrum honorem & gloriam placabiles, & lætos efficiant: quatenus, Deo auxiliante, vobis venientibus Romam, vnum de pactis, & privilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, more parentum vestrorum, renouare & confirmare studeatis: & petimus, ut de hoc, quod pro honore Dei, & sanctæ Ecclesiæ, seu vestro vos facere monemus, aliquid inimicis nostris non credatis, neque his, qui magis ea, quæ sua sunt, quam vestram gloriam querunt, eo quod honor & exaltatio sanctæ Romanæ Ecclesiæ vestra protectio est in omnibus, vestraq; contra omnes inimicos defensio. Hos autem missos nostros, Marinum videlicet, venerabilem Episcopum, & Arcarium sedis nostræ, atque Petrum æquè Episcopum Senogalensem vobis direximus, quos, ut benigne recipiatis, rogamus, & ea, quæ vobis verbotenus dixerint, quasi nobis credere non **D** dubitetis. Data ut supra.

EPISTOLA CCXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

DOLET se non posse cum eo colloqui. Arnulfum Legatum ad eum mittit, petens ne Romanam Ecclesiam ab hostibus lædi patiatur. ideoque eius Legatum cum Arnulfo ad se mitti iubet.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi.

Vdiuimus quod debeatis nunc alpes transire, atque cum charissimo fratre vestro communi eloquio frui: vnde valde turbati existimus, eo quod, secundum commune placitum, sperabamus
Epist. Tom. 3. Pp 3 nos vo-

nos vobiscum simul conuenire, & magnum, ac proficuum opus exaltationis sanctae Romanae Ecclesiae matris vestrae, vestriq; honoris, & totius terrae sancti Petri salutis peragere. Idcirco direximus vobis hunc charissimum nepotem nostrum Farulfum deliciosum consiliarium nostrum, per quem vestrae regali suggerimus magnificentiae, vt nullo modo praetermittatis ita ordinare, atque disponere terram sancti Petri; quatenus salua, & defensa non solum a Paganis, sed etiam a malis Christianis, quos ipsi proculdubio scitis permaneat: donec, Deo auxiliante, reuertentes ad gremium sanctae matris vestrae Romanae Ecclesiae veniatis; quia si hoc praetermiseritis, tanta vndique aduersa vix ferre valeamus. Quapropter vestra regalis magnitudo prauideat, ne vestris diebus eadem Ecclesia aliquam minuitatem patiat, sed per vos magis augmentetur; quoniam ipsius augmentum vester est honor. Ideo perimus, vt cum praesente iam dicto nepote nostro idoneum e latere vestro nobis dirigatis Legatum, qui ad salutem, & iustitiam terrae nobiscum interim pariter, & promptissimè in omnibus, prout opus fuerit, desudet; vt & nos omnem vestrum honorem libentissimè valeamus perficere: cui ea, quae vobis dixerit, quasi nobismet ipsis credere non dedignemini. Quamobrem rogamus, vt libenti animo hoc facere, & secundum promissum vestrum adimplere omnimodis satagatis: nam certos vos esse volumus, quia vestrum honorem, & gloriam tota mente desideramus perficere.

EPISTOLA CCXXVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MIRATUR, quod iniurijs laceusus ad se non confugerit. nuncium Rauennam mittit, qui omnia contra eum gesta diligenter inquirat: & eos, qui iniuriam intulerant, Romam venire compellat. quibuscum ipse ad synodum proficiscatur, vbi eius causa agatur. eumque arguit, quod in sua Ecclesia non resideat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Romano Archiepiscopo sanctae Rauennatis Ecclesiae.

Videntes tales vobis a quibusdam infidias, & iniurias accidisse, mirati sumus, quomodo ad Romanam Ecclesiam gremium, & ad nostram Apostolicam non statim veneritis praesentiam; nam si venissetis, pro certo scire potestis, quia nos diligenter inquisitis omnibus, omnem tuam causam ad optatum, & prosperum finem, Deo fauente, omnimodo perduceremus. Nunc autem pro huius rei causa, Missum prudentem dirigimus Rauennam; cui ea, quae vobis mandastis, contra te acta fuisse, diligenter inquirere iubemus, vt eos qui talia, vt asseritis, egerunt, sub fideiussore, taliq; Legato obliget; quatenus ipsi de praesenti Romam compellantur venire. Quibus sanè venientibus, volumus, vt & vos pariter veniatis Calendis Octobris, sicut tibi pro celebranda etiam synodo iam praecipitum est; quia in praesentia nostra causam tuam volumus deliberare: quoniam nos, secundum datam nobis diuinitus potestatem, more praecessorum nostrorum, vos adiuuare omnino curabimus. Nam volumus, vt honor sanctae Rauennatis Ecclesiae semper indiminutus permaneat. In hoc tamen redarguendus es, quia dimissa Ecclesia tua Rauennae, per alias Ecclesias contra tuam sponsonem discurrens, & resides; nam pro his quae tibi euenisse dicis. Data vt supra.

Deest aliquid.

EPISTO-

A EPISTOLA CCXXVIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

PRÆCIPIT vt Ticinensi Episcopo, cui potestatem excommunicandi tribuerat, obediant.

OMNIBVS REVERENDISSIMIS ET SANCTISSIMIS
Episcopis, seu eximijs Marchionibus, & Comitibus,
cunctisque sanctae Dei Ecclesiae fidelibus.

Abentes omnium Ecclesiarum Dei, secundum Apostolum, 2. Cor. 11. licitudinem, dignum duximus vestram industriam his apostolatus nostri litteris admonere, atque Apostolica benignitate magnopere exhortari: quatenus potentiae munus, quod diuina largitate habetis, vtilitati Ecclesiae, & honori sacerdotali prodesse debeat semper. Quapropter reuerentiam & honorem sanctae Ticinensi Ecclesiae, quae speciali quodammodo sedi Apostolicae pertinere videtur, eiusque Antistiti Ioanni videlicet confratri nostro, cui vice nostra transgressores excommunicandos commisimus, eo videlicet tenore, vt quos ipse excommunicauerit, ipsi excommunicati existant, vt ei auxiliium alacriter impendatis, monemus, nullamq; contrarietatem, vel inuasionem in rebus, vel hominibus ipsius Ecclesiae quamlibet facere permittatis: quin potius vestro eos solatio tueri pro Dei, nostroq; amore diligentissimè studeatis; sed & clericos illius nemo vestrum in commendatione, aut sub alicuius defensionis obtentu, absque praedicti Episcopi sui licentia recipere praesumat. Quod si contra hoc nostrum Apostolicum statutum aliquis suorum clericorum agere temptauerit, Ecclesiastica sit tam acceptor, quam acceptus communionem priuatus. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXIX. B. IOANNIS PAPAE VIII.

PRÆCIPIT vt Romam ad Synodum veniat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Romano Archiepiscopo sanctae Ecclesiae Rauennatis.

Icut iam olim vestrae praecipimus reuerentiae, vt pro multis Ecclesiarum Dei necessitatibus iij. Idus Octobris Romam venientes, synodum pariter celebraremus; nunc iterato his apostolatus nostri litteris fraternitati vestrae iubemus, vt omni mora, vel occasione postposita ad denominatam synodum, quam, Deo auctore, in praedicto tempore celebraturus erimus, in Ecclesia beati Petri principis Apostolorum, cum Suffraganeis tuis Episcopis occurrere nullatenus praetermittatis: quia nos omnium Ecclesiarum Dei vtilitati & exaltationi, sicut oportet, pari consensu & decreto more praecessorum nostrorum consulere volumus. Et ideo vestram, secundum sacros canones, vnanimitate adesse volumus; quatenus Ecclesiae Dei vigor, Christo fauente, per synodalem censuram inlibatus permaneat. Quapropter si in veniendo nunc aliquam moram, vel negligentiam miseritis, scitote quoniam canonica vos redarguemus censura. Optamus sanctitatem tuam. Data xj. Kal. Octob. Indictione xij.

EPISTO-

EPISTOLA CCXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^A

PRÆCIPIT *ut in locum Ansperti Archiepiscopi in Romana synodo priuati alium à se consecrandum sufficiant. Mittit Legatos, qui vnà cum ipsis electioni intersint, quibus in omnibus obediri iubet.*

OMNIBVS EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIBVS, Subdiaconibus, & omni clero sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis.

D Eo dilectæ vnanimi vestræ fraternitatis, charissimi, notum esse volumus, quia nos vnà cum sancta synodo Idibus Octobris in Ecclesia beati Petri Apostoli peracta, Anspertum dudum Archiepiscopum vestrum pro suis negligentijs, ac multiplicibus præsumptionibus, iam in priori synodo, post secundam & tertiam vocationem, atque post canonicas sibi datas inducias pro se satisfaciendo, nolentem occurrere, virtute sancti Spiritus, & auctoritate sanctorum Petri ac Pauli Apostolorum principum, & canonica, atq; synodica sanctione Episcopali honore priuauimus: quia ante audientiam communicare pertinaciter præsumpsit, & ante legitimum suæ purgationis examen, ministerium sacrum contra statuta maiorum temerè agere non dubitauit. * Et ideo præsentem vobis statuto iubemus, vt omnes vno animo, vnoq; voto conuenientes, atque conuocantes pastores, vel populum Ciuitatis, de electione alterius, qui de cardinalibus presbyteris, aut diaconibus dignior fuerit repertus, cum Christi solatio, ad Archiepiscopatus honorem promoueatis: quo scilicet decreto solemniter facto, atq; ad hanc Urbem transmissa, ne antea quolibet Episcoporum aliquem ibidem ordinare præsumat, antequam nobis omnia fuerint renunciata, cum, Deo fauente, nos ibi secundum morem pristinum, & secundum regiam concessionem, velimus Archiepiscopum cōsecrare. Nam si aliter præsumpseritis, Ecclesiastica vos communionem priuabimus; & qui contra hoc nostrum statutum fecerint, Apostolico iudicio erunt omnino correpti. Sanè Reuerendissimos fratres & Coepiscopos nostros Ioannem Ticinensem, & Vucltonem Ariminensem illuc vice nostra dirigimus, qui vobiscum pariter eandem electionem faciant; quos nemo vestrum impedire in aliquo præsumat: si quidē iustum fore cernitis, vt nobis in omnibus obedire procuret: cui quisquis hoc superbiendo resistens agere tentauerit, à Christianorum collegio separatus erit *. Et quia nondū à vinculis excommunicationis absolutus in Vercellensi Ecclesia Episcopum inordinatè, ac pernicaciter ordinare, contra regiam etiam voluntatem ordinare præsumpsit. Data vt supra.

* Hæc verba superius transierenda videntur.

EPISTOLA CCXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

SIGNIFICAT *Anspertum dudum Archiepiscopum Mediolanensem in Romana synodo priuatum, ac Iosephum, quem ille in Vercellensi Ecclesia Episcopum ordinauerat, depositum. rogat ut Conspertum in Vercellensi Ecclesia Episcopum à se consecratum tueatur.*

DILECTO

^A DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi.

R egia magnitudini vestræ notum esse volumus, fili charissime, quia Anspertum Mediolanensem Archiepiscopum, in prima quidem synodo in Ecclesia beati Petri Apostoli habita pro suis euidentissimis negligentijs, & præsumptionibus, vnà cum Reuerendissimo Episcoporum cœtu regulariter excommunicauimus, sed mentem suam in superbiam erigens, non solum pro perpetratis veniã humiliter non quæsiuit: verum etiam ante audientiam, & nostram Apostolicam absolutionem, sacrum præsumpsit ministerium celebrare, atque contra sacros canones, contraque regiam, & nostram Apostolicam voluntatem, Episcopum in Vercellensi Ecclesia enormiter consecrare præsumpsit. Pro quibus videlicet tantæ temeritatis præsumptionibus, & ipsum Anspertum dudum Archiepiscopum in ea, quæ nuper acta est synodo, omni Episcopali honore priuauimus, & eum, quæ illicitè ordinauit Episcopum, decreuimus synodali iudicio depositum esse ab ordine Episcopatus: intuitu tamen misericordiæ in pristinum, quo erat antea gradum reueri. Porro nos, secundum voluntatem, & petitionem dilecti filij nostri Carolimanni gloriosi Regis hunc Conspertum Reuerendissimum, de quo iam olim vobis per vestrum fidelem Missum innotuimus, in eadem Vercellensi Ecclesia, consentientibus omnibus comprovincialibus Episcopis, Antistitem cōsecrauimus, quem petimus obnixè, vt pro amore Dei, & sancti Petri, ac nostro, vestræ potentia brachio tueamini, & prout ei opus fuerit, dignum semper in omnibus præbeatis solarium. Regalem excellentiam vestram Dominus conferuet incolumem charissime fili. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT *ut Conspertum à se illis Episcopum constitutum recipiant, & congruo honore colant. Iosephi inuasoris acta nulla esse declarat.*

OMNIBVS PRESBYTERIS, DIACONIBVS, Subdiaconibus, & omni clero, ac primatis, omniq; populo Vercellensi.



H is nostris Apostolicis litteris vobis cognitum facimus, quia Anspertum dudum Archiepiscopum Mediolanensem pro suis multis præsumptionibus, & negligentijs iam olim vnà cum sancta synodo sacra communionem priuauimus. Sed ipse contra canonica statuta, & contra nostrum Apostolicum synodicumq; iudicium agens, ante audientiam, & absolutionem ministerium sacrum agere, atque adhuc excommunicatus in hac Vercellensi Ecclesia vestra, quendam virum Ioseph nomine, vt audimus, contra regiam, & nostram Apostolicam voluntatem, Episcopum ordinare temerè præsumpsit: ideo & eundem Archiepiscopum, & hunc ipsum Ioseph inuasorem, ac præsumptorem, non intrantem per ostium, sed aliunde quasi furem ingredientem in ouile Domini, cum virtute sancti Spiritus, & auctoritate beato-

beatorum Petri ac Pauli Apostolorum principum, nostroque apostolico iudicio, vna cum synodali coetu Reuerendissimorum Episcoporum omni Episcopali honore decreuimus esse priuatos & alienos: tamen intuitu misericordiae, decreto synodali statuimus, iam factum Ioseph inuasorem Ecclesiae vestrae, de ordine Episcopali deiectum, in gradum, & ordinem, quo prius exstitit, omnimodo reuerti. Nam cum praedictus Anspertus dudum Mediolanensis Archiepiscopus esset regulariter excommunicatus, aliquam, vel minimorum in Ecclesia Dei consecrationem graduum facere nullo modo potuit: quia quod non habuit, dare profecto nequiuit. Quapropter omnium vestrum cognoscat sagacitas, & laudanda fidelitas; quoniam dilectus, ac spiritalis filius noster Carolomannus gloriosus Rex istius Italici Regni, ipsum Vercellensem Episcopatum, more praecessorum suorum Regum, & Imperatorum concessit huic Consperto viro nobilissimo, praesentibus Missis nostris, nostramque Apostolicam clementiam suis est litteris deprecatus, vt eum vobis Episcopum consecrarem. Nos autem eius precibus inclinati, nolentes vos diu sine propriis, ac legitimi esse cura pastoris, hunc ipsum sanctae Vercellensis Ecclesiae vestrae, Apostolica dumtaxat auctoritate, Episcopum consecrauimus, dedimusque vobis pro inuasore illo, istum pastorem, pro mercenario ignauo prouidum satis Rectorem, qui scilicet nostris vos Apostolicis doctrinis admonitus, quasi populum Domini sibi commissum more veri pastoris pabulo vitae, perpetuaeque salutis pascere, atque in virga aequitatis, & mansuetudinis regere vigilanti semper cura, & sollicitudine solertiter procuraret. Quem itaque vos omnes vno voto, & pio affectu quasi Patrem, & Rectorem animarum vestrarum, vt potest charissimi filij, vt recipiatis praesenti statuto nostro iubemus; & abiecto ac reprobato supra dicto inuasore, hunc, quem ordinauimus vobis habere Episcopum, Nam magna vos laude dignos fore videmini, quod de beati Petri Apostoli consecratione meruistis habere. Antistitem: & hoc in augmentum honoris Ecclesiae Vercellensis sine dubio proueniet, si vos deuota mente nostris obtemperatis praecipis. Nos enim vestram cupientes salutem, ideo monemus, vt mente & corpore salui esse possitis. Iubemus etiam omnes scripturas, vel dationes cuiuscumque tenoris, quas fecit de plebibus, casalibus, & villis ipsius Ecclesiae Vercellensis, nullam habere firmitatem; sed omnia quae fecit, esse iudicamus vacua, & inania: quia legitimus ipse non fuit Episcopus; & ideo quippiam dare non potuit: eum vero, qui ex his, quae fecit, aliquid firmum esse dixerit, Ananiae & Sapphirae anathemate feriendum fore censemus. Nam si cuiuslibet consilio, vel hortatu, aliter facere, non de praesenti ipsum inuasorem abijcere studueritis, atque hunc, quem nos consecrauimus vobis, alacri cum voluntate non receperitis, omni ecclesiastica vos communionem priuabimus, dignoque anathemate feriemus. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

MONET, vt res Angelbergae restituat; sin minus denunciatur illi excommunicationem, nisi intra duos menses ad reddendam de his rationem Romam veniat.

NOTIN-

A NOTINGO NOVARIENSI EPISCOPO



Vdiuimus te res spiritalis filiae nostrae Angelbergae Augustae iniuste tenere, quas volumus, & Apostolica auctoritate praecipimus, vt continuo reddere studeas; & quod tibi retinere debere nulla lege conceditur, sub omni celeritate dimittas, vt ei, cui pertinere videtur, his perfrui modis omnibus liceat. Nam si continuo praefatas res non reddideris, monemus, &

Apostolica auctoritate praecipimus, vt intra spatium duorum mensium Romam ad reddendam pro his rationem occurras, & coram nobis congruam satisfactionem exhibeas: alioquin tamdiu excommunicatus existas, quamdiu huic nostrae commonitioni obtemperans, haec quae statuimus, adimplere procures. Data xiiij. Kal. Nouembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCXXV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

SIGNIFICAT se eos excommunicasse, donec se a Paganis separent. minatur illis alias poenas, nisi quamprimum pareant.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO Petro Episcopo, seu Pulchari Praefectorio, atque vniuerso populo Amalfitano.

Orum esse volumus dilectioni & vniuersitati vestrae, quia contra diuina statuta, & nostra Apostolica monita, quibus vos frequenter monuimus, & ex auctoritate Dei, & sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli praecipimus, vt nullum cum impia Sarraçenorum gente pactum haberetis, habitumque omnimodo rumperetis, in tali scelere, & in consortio inimicorum Dei manere non formidatis: virtute sancti Spiritus, & auctoritate sancti Petri, cui ligandi & soluendi in caelo, & in terra a Domino est concessa potestas, omni sacra communione, sancto videlicet corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, vos vna cum totius Apostolicae sedis consensu priuauimus, & ab Ecclesiae Dei societate separauimus, vt in eadem excommunicatione maneat, donec respicientes ab impia vos paganorum praeda separetis: & nisi puro corde, & deuota voluntate citius fueritis conuersi ad gremium sanctae matris vestrae Romanae Ecclesiae, maioris damnationis sententia vos proculdubio feriemus. vestram denique nos salutem quaerimus, vestras cupimus in conspectu Domini animas Apostolica benignitate saluare, & quasi oues Dominicas ad pascua salutis aeternae desideramus perducere: si tamen bonis operibus dediti nostra solatia, voluntate, iussione & admonitionem studueritis perficere, & in tali placito nequitiae contempseritis manere. Optamus vos in Christo beneualere. Die xxiiij. Mens. Octob. Indict. xiiij.

EPISTOLA CCXXVI. B. IOANNIS PAPAE VIII.

OSTENDIT mulierem, quae vi, minisque coacta religiosum habitum susceperat ad vota seruanda non teneri. huius tamen causam illis definiendam committit. Quod si qua oriatur difficultas, eos vel eorum Legatos cum ipsa muliere ad se venire iubet.

THEODO-



Quædam vestrarum Diocesium femina, nomine Theoderona de Viuelata, relicta quondam Tresigij, sedem Apostolicam, nostrumq; simul Pontificium adiens, quæta est nobis, quod viro suo defuncto, velamen sibi facti habitus ab eiusdem viri sui fratris dumtaxat germani vi, nõ scilicet dilectione vite spiritualis, sed ambitione prædiorum ducti impositum fuerit, & ipsa plurimum renitens contra propriam sponsonem, pollicitationem, expetitionem, electionem, propositum, votum, atque spontaneum iudicium sine benedictione sacerdotis idem velamen susceperit; cuius professionem coram Coepiscopis, & fratribus nostris conferentes, inquisuimus etiam idoneos viros Opteramum, Scattoinum, Erfemarium, Amedcum, & Cerisum, vicinos scilicet ipsius feminae, qui casu præsentibus aderant, vtrum se ita res haberet, an non. Sed illi non solum ita fuisse testificati sunt, verum etiã parati existerent omnem super hanc causam satisfactionem præmittere. Nos igitur habentes eundem, quem & patres nostri, spiritum fidei, & per gratiam Christi, zelum iustitiæ, eadem super legitime velatis, quæ & illi sentimus, eademq; omnino decernimus; & quod non propria voluntate, non arbitrio, non voto, non expetitu, vel spontaneo iudicio, quin potius coacte admittitur, cassandam esse sancimus: præcipuè cum hæc eadem femina non nisi minis perterrita, plus minus diebus quindecim, idem velamen gestasse se dixerit, & nullo sacerdote benedictionem tribuente hoc violenter susceperit; quod licet ad huius absolutionem sufficere posse speremus: quia si ita est, totius violentiæ, ac necessitati vinculis absoluta, suum libenter & impudè sequi debet arbitrium, & quod non elegit, vt perferat, non est cogenda: Tamen sanctitati vestræ committimus, vt in vnum conuenientes, ipsius feminae causam secundum Deum discutiat, & omnem super hæc querimoniam veritatem subtili indagacione reperientes, ad liquidum finiatis: verumtamen dignum non esse sancimus, vt iugum, cui non suo proposito mora, sed ambitione, & violentia oppressa subacta est, portare cogatur: quia & sanctus Papa Gregorius in Epistola ad Athanasium presbyterum Isauria, inter cetera ita refert: Quamquam ea, quæ vi impulsione sunt, canonum minimè censura recipiat, & iurè habeantur infirma: quia ipse ea dissoluit, qui iniustum fateri compellit, sed magis illa est suscipienda & amplectenda confessio, quæ ex spontanea monstratur voluntate procedere. Et rursus scriptum est: Voluntariè sacrificabo tibi. & aliàs: Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Porro iam fato Iohanni Reuerendo Aprutiensi Antistiti, etiam verbis iniunximus, vt ascita vestra fraternitate, omne de hac re negotium vobiscum pariter ventilet. & canonicè, sicut prædiximus, diffinire procuret. Super quo si aliqua ambiguitas fortassis emerferit; tunc iubemus, vt aut vos, aut vestri Legati vices vestras agentes, cum eadem femina nostris præsentialiter obturibus præsententur, vt coram nobis iam diligentius omnis rei veritas inquiratur, & æquitatis regula terminetur. Postremò si præfata femina aliquod inuidiosè obiectum crimen quomodo fuerit, vos Deo præ oculis habito, hoc non admittatis; & si accusator illius in sua obstinatione permanferit, tam accusata, quam accusator in nostram cum vestris pariter Missis accelerent properare præsentiam.

Verum-

al. Anastasium
S. Greg. epistol. lib.
5. ep. 67.

Psal. 53.
Psal. 118.

A Verumtamen, si accusator eius defuerit, iam illa crimine illo coram nobis veniens non tenebitur, secundum Carthaginiensis Concilij nonumdecimum capitulum, ita inquirens: Accusator eius si nunquam diebus cause dicendæ defuerit, à communionem non remoueat: restitudo in communionem accusato, ipse remoueat à communionem accusator. Data xij. Kal. Decembris, Indictione xij.

EPISTOLA CCXXVII. B. IOANNIS PAPER VIII.

B PRÆCIPIT, vt fœdus cum Sarracenis ictum rumpant. quod nisi Kal. Decembris fecerint, eis excommunicationem minatur. Pulcarum monet, ne Landulpho Capuano iudici molestiam inferat.

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO,
Petro Episcopo, seu Pulcari præfectorio Amalfitano
Episcopo Caietano, seu Decibili, & Iohanni
gloriosi Hypatis à paribus.

C **U**det, vt ita dixerim, Pontificium nostrum, vos iam commone-re, super hoc quod tam multo tiens à nobis commoniti, respicere noluitis, & cum Deo odibilibus Sarracenis habitum pactum dissoluere hætenus contempistis. Verum quia quanta crudelitatum genera, ac desolationum terræ istius calamitatum nimis ex hoc mala lugenda prouenerint, atque proueniãt, exaggerare differimus, ne interim, quod dignum est, iudicare cogamur. Adhuc obsecramus, adhuc sicut spirituales filios exhortamur, & paternis visceribus vos amplecti conantes, Dei, ac Principum Apostolorum Petri ac Pauli auctoritate præcipimus, vt iam iamq; disciplinam percipientes, ab eisdem iniquis, & ancillæ filijs Sarracenis vos separetis, & pactum cum eis habitum modis omnibus dissoluatis, si vel nostræ communionis, vel ipsius Christianitatis vultis esse participes; in quos iam daremus Ecclesiastici mucronis sententiam, nisi nos Apostolica patientia retineret. Idcirco vobis inducias vsque Kalendas Decembrias istius tertiæ decimæ Indictionis ad idem pactum cum Sarracenis frangendum largimur, & tam vos, quam Caietanos, atque Amalfitanos lucrari volentes, si vsque ad idem tempus omnem Sarracenorum amicitiam, necnon & omne fœdus dissoluere solito contempseritis, utrosque sententiæ Ecclesiasticæ iaculis feriemus, & perpetuo anathemati submittemus, vt qui socij disciplinæ esse non vultis, communionis quoque nostræ non sitis participes. Hoc addendum est in Epistola ad Pulcarum.

D Postremò nobilitatem tuam monemus, vt Pandenulfo iudici Capuano in nullo molestus existas; & quod nobis ipse deuotus est, tu ei deuotione, & amicitia copulatus, in quo posse tibi fuerit, contra aduersitates illius, te murum opponas: quatenus patris illius, qui proprio genitore saluando suffigijt, reminiscens pro vtriusque amore, si de nobis tibi curæ est, ipsius Pandenolfi profectibus potius hæreas, quam obuiare quoquomodo videaris.

EPISTOLA CCXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII. A

*ARGVIT quod ad synodum non accesserit, iubet statuta die ad se venire, & inter-
vium quendam absoluerit, quem iniuste excommunicaverat.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Helmoino Episcopo Pennensi.



Secundum sacros venerabilium Patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, pro Ecclesiasticis dumtaxat necessitatibus, atque utilitatibus ad eas, quas nuper statutis diebus celebravimus synodos, missis ex more auctoritatis nostræ litteris, fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decreuimus: sed quia ceteris deuotè valde venientibus, te minimè venisse, neque excusationem tuam in tractoria regulari tenore conscriptam nobis & sanctæ synodo, causa videlicet temeritatis, & inobedientia, vt etiam euidenter apparet, non direxisse comperimus, ne dilectionem tuam de hoc indiscussam præterijisse videamur, hoc nostro Apostolatus statuto iubemus, eam infra octo dies Decembrij mensis, sine aliqua mora, vel ambiguitate ad nos debere venire, nostrisque se obtutibus præsentare. Nam & Oteramus filius qui Coruini cum alijs suis concubibus, nostris Apostolicis, coram venerabile Episcoporum cœtu super te questus est, auribus, quod dum à te ipse impetitus Ecclesiasticæ de contentione, post præstito sacramento, se cum suis sacramentarijs purgasset, tua cum fraternitas, sicut professus est, quasi periurum excommunicauerit. Regula canonica præcipiente, quod hanc Episcopus sibi cognitionem nullo modo debeat vindicare, Dominoq; dicente ad Moysen, ad vnus testimonium neminem condemnari oportere: quod si ita est, quia temerè illum excommunicare non debuisti; præcipimus, vt eum de presenti absoluas, tuæque communioni restituas: nam si ausu improbo aliter feceris, nos quidem cum auctoritate Apostolica proculdubio absoluam esse iubemus. Et si hanc inuisionem nostram paruipendens temerario ausu presentia nostræ adesse contempseris, Ecclesiastica te communiõne velut inobedientem esse noueris priuandum; quousque pro tuis negligentijs dignam ventiens nobis satisfactionem humiliter feceris. Data xij. Kal. Decemb.

EPISTOLA CCXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII. D

ARGVIT quod ad synodum non venerit, iubet ad se venire, vt ijs, quæ à suis clericis obijcebantur, respondeat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Arpaldo Episcopo Afulano.



Secundum sacros venerabilium Patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, pro Ecclesiasticis dumtaxat necessitatibus ad eas, quas nuper statutis diebus celebravimus synodos, missis ex more auctoritatis nostræ litteris, frater-

A fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decreuimus. Sed quia ceteris deuotè valde venientibus, te minimè venisse, cum etiam & auditu didiceris nos synodum celebrare, neque excusationem tuam regulari tenore in tractoria conscriptam, nobis & sanctæ synodo, causa temeritatis, & inobedientia tuæ, vt euidenter apparet, non direxisse comperimus, ne dilectionem tuam de hoc indiscussam præterijisse videamur. Hoc nostræ auctoritatis statuto iubemus, eam de præsentis sine aliqua mora, vel ambiguitate ad nos debere venire, nostrisque se obtutibus præsentare. Nam & clerici tuæ nos Ecclesiæ adierunt, reclamantes, multa se à tua perpeffos fraternitate inormiter aduersa, & contra regulam Ecclesiasticam iniuste fore oppressos; quorum videlicet obiectionibus coram nostro præfulatu assistentem te oportet proculdubio respondere. Et ideo hac iussione nostra percepta occurrere studeas, **B** antequam Ecclesia tua maius schisma, vel scandalum patiatur: quoniam si venire iam modò contempseris, dignam excommunicationis à sede Apostolica prolatam sustinebis omnino censuram. Data viij. Kal. Decembris.

EPISTOLA CCXXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATUR, quod cum Papiam venerit, vbi simul conuenire debebant, Legatos ad se non miserit. petit illos destinare, vt se ad eum conferre possit.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi.



C Icut nostro præfulatu vestris iam olim regalibus direxistis apibus, vt his Calendis Nouembribus iam transactis, vobis Papiam obuiam venire deberemus: quatenus communi simul tractatu ea, quæ sanctæ Ecclesiæ Dei vtilia sunt, & regni stabilitati proficua, pariter considerassemus, stabilitateq; perpetua firmassemus; hoc quidem auida ex tunc perficere mente parati existimus: sed quia vos in Italiam introisse audimus, valde mirati sumus, quamobrem vestrum nobis aduentum, per excellētia vestra mellifluos apices, & idoneos Legatos, cognitum minimè feceritis: nam paterno vos affectu diligentes, speciali dumtaxat intuitu magnitudinem vestram cernere **D** desideramus, filiorum charissime. Nunc itaque, si omnino verum est, iam Papiam venisse, volumus, vt eximios ex latere vestro nobis dirigatis Legatos, honorificas sedi Apostolicæ litteras deferentes: quibus videlicet perspectis, ad vestram properare serenitatem, communeq; colloquium indubitanter valeamus: quia cum, Deo propitio, vobiscum fuerimus coniuncti, omnia quæ ad exaltationem sanctæ sedis Apostolicæ matris vestrae, & ad vestrum ac nostrum videntur pertinere honorem, Deo fauente, facile poterimus perficere. Pro quibus vobis, & in hoc sæculo gloria multipliciter augeatur à Domino, & in caelesti postmodum regione merces perpetua proculdubio tribuetur. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII. A

GRATIAS agit, quòd cum à se fuerit Cospertus Ecclesiæ Vercellensis Episcopus ordinatus, eius ordinationi libenter acquieserit. Se excusat, quòd Anspertum Archiepiscopum Mediolanensem eius precibus non absoluat.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso ac excellentissimo Regi.

Multiplices gratias vestre referimus magnitudini, quia pro Vercellensi Episcopatu, in quo nos Cospertum vnà cum synodi decreto Episcopum ordinauimus, nostram libenter perfectis voluntatem. De cetero autem, hoc est Mediolanensi Archiepiscopatu, ò fili charissime, sicut nobis nunc mandasti, vt Anspertum Archiepiscopum, quem in synodo pro nonnullis suis negligentijs, & præsumptionibus iudicauimus, reconciliare deberemus. Quod quidem nos pro vestro amore alacri mente omnimodo perficeremus, si sententia damnationis, quam in eundem Archiepiscopum protulimus, sub tenore aliquo non fuisset prolata. Dictum est enim, tamdiu eum fore ab honore, & ministerio sacerdotali suspensum, donec, auctore Deo, suam specialem nobis ad satisfaciendum exhiberet præsentiam. Et quia Ecclesiæ Dei priuilegium nos decet immutatum solemniter cõseruare, ne in aliquo Patrum terminos præterire videamur, cõtra statuta maiorum agere nequiuimus. Vnde benignitatis vestre excellentiam paterno affectu monemus, vt ob hoc quod inreprehensibiliter agere non possumus, nullo modo turbemini: quoniam vestram in omnibus cupimus pro honore perficere voluntatem. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IVBET Ecclesiam in villa Carpana sitam restituì, ibique sacerdotem constitui, & sacrum chrisma annuatim ad eandem mitti.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Paulo Episcopo sanctæ Ecclesiæ Regiensis. D

Dilectioni tuæ venerandis sanctorum Patrum regulis edoctæ; mandamus, atq; his præsulatus nostri litteris iubemus, vt Ecclesiam Dei positam in villa Carpana, iam nuper incendio crematam restaures, atque in pristinum decorem, & ordinem restituere nullatenus prætermittas, atque sub proprij cura sacerdotis eã constituas, qui sedulas ibi Domino laudes quotidie persoluat, ac pro salute fidelium omnipotentem Dominũ valeat exorare, sacrumq; illic, Deo propitio, annuè chrisma mittere, indefinenter procures; quod est totius Christianitatis salus, & perfectio vera. Nam si fortè aliter feceris, nos ex Apostolica auctoritate alteri Episcopo præfatam Ecclesiam ad restaurandum, & canonicè ordinandum proculdubio commitemus.

Data xiiij.

EPISTO-

A EPISTOLA CCXXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRAECIPIT, vt Ecclesiam in Carpana Villa sitam, quam Paulus Regiensis Episcopus reficere neglexerat, restituat, ibiq; sacerdotem proprium constituat, & sacrum chrisma annuatim mittat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Ioanni Episcopo Ticinensi, dilectoq; confratri.

Bia Paulus Regiensis Ecclesiæ Episcopus, & canonicis adnotatus institutis, & nostris Apostolicis præceptionibus exhortatus, vt Ecclesiam Dei positam in Villa, qua dicitur Carpana, igne crematam, restaurare, ibiq; suum, secundũ ius ecclesiasticum, omne officium, vel ministerium ritè peragere debuisset, teneurè contempsit, nostræq; salubri præceptioni obedire cõtempnit, nec debitum in hoc Deo nostro reddidisse videtur honorem. Præcipientes igitur ex Apostolica auctoritate dilectioni tuæ iubemus, vt de præsentem, & abiq; omni protelatione ipsam Ecclesiam restituas in pristinum decorem & ordinem, atque sub proprij cura sacerdotis eam constituas, qui sedulas ibi Domino laudes quotidie persoluat, ac pro salute fidelium omnipotentem Dominũ valeat exorare, sacrumq; illic Deo propitio, annuè chrisma mittere, indefinenter procures, quod est totius Christianitatis salus, & perfectio vera. Data vt supra.

C EPISTOLA CCXXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ARGVIT eum, quòd cum excommunicatis à sede Apostolica communicarit. iubet ne cum Liulfredo & Oderico excommunicatis communicet.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Egilberto Episcopo.

Beatissimi Apostoli præcepto iubemur deponere veterem hominem cum actibus suis, & induere nouum, qui secundum Deũ creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis: propter quod dilectionem tuam audientes cum eis, qui à sede Apostolica, in qua beatorum Petri ac Pauli semper auctoritas viuit, pro suis manifestis sceleribus excommunicati meritò existunt, contra ius Ecclesiasticum ante audientiam, & veram in reddendo satisfactionem, communicare, non mediocri animi dolore turbati existimus; cum idem de talibus cauendis, Doctor egregius dicat. Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, vt non commisceamini cum eo. Hinc etiam & coapostolus eius Ioannes, huiusmodi nec aue dicendum concedit: si quis, inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in Domino, nec aue ei dicite. Qui enim dixerit ei, aue, communicat operibus illius malignis. Item beatus Clemens Iacobo fratri Domino scribens, ita de se Apostolum Petrum populum admonuit.

Ephes. 4.
2. Thess. 3.
2. Ioan.

Epist. Tom. 3. Q9 3 se com-

se commemorat. Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, A
 ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse; quibus videlicet salubribus ex-
 plis, & canonicis etiam institutis edoceri, ne simul cum eis pariter excommunica-
 tus existas, ex Apostolica tibi auctoritate iubemus, ut nullam deinceps cum
 Liutfredo, & Odebrico a nobis regulariter excommunicatis, vel in commu-
 ni eloquio communionem habere praesumas: si debitam in te non vis proque-
 nire sententiam, † sane ut infra dies triginta post huius nostrae Apostolicae
 Epistolae denunciationem, reddant ipsi omnia eidem dilectae filiae nostrae An-
 gelbergae Augustae, quae violenter, ac fraudulenter auferre praesumpserunt.

† s. caue.

EPISTOLA CCXXXV. B. IOANNIS PPAE VIII.

ROGAT ut bonorum Angelbergae Imperatricis curam suslineat. B

NOBILISSIMIS VIRIS AC DILECTIS FILIIS

Egifredo, Supponi, Eripaldo, Berardo Bonifacii filio,
 & Cotephredo gloriosis Comitibus:

Cientes profecto ea, quae sagacitati vestrae committimus, vos
 pro amore Dei, & sanctorum Principum reverentia, nostraque
 dilectione, pio mentis affectu perficere: ideo pro parte dile-
 ctissimae, ac spiritalis filiae nostrae Angelbergae Augustae his
 Apostolicis nostris litteris gloriam vestram magnopere de-
 precamur, ut omnium rerum ipsius ubique consistentium cu-
 ram, & sollicitudinem maximam habeatis: quatenus vestro prudenti consilio, C
 ingentique solatio eius omnia salva, & indiminuta, secunda & defensa confi-
 stant, ita sane, ut nulli easdem res inuadere, ac depraedare sinatis. Quia & nos
 eum, qui facere, vel fauere facienti praesumpserit, spiritali proculdubio gla-
 dio feriemus: quatenus ex hoc, & nos secundum collatum nobis diuinitus
 Apostolicum magisterium, dignas, atque multiplices nobilitati vestrae gratias
 habeamus: benedicentes vobis omni benedictione spiritali in Christo Iesu
 Domino nostro, & vestrae fidei laudabilis rumor per ora fidelium semper ubique
 resonet ad augmentum vestrae perpetuae remunerationis. Data ut supra.

EPISTOLA CCXXXVI. B. IOANNIS PPAE VIII.

MIRATUR cum morari, & ad se non venire, monet ut statim veniat. D

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
 Teutmaro Archiepiscopo, dilecto Confratri nostro.

Icut nobis dilectus, ac spiritalis filius noster Carolomannus glo-
 riosus Rex suis regis direxit apicibus, ut vos ad nostram Aposto-
 licam venire debuissetis praesentiam, vestrum quotidie praestolan-
 tes aduentum; miramur, cur tantum moremini: nos enim almita-
 tis, & prudentiae vestrae fauore repleti, fraternitatem vestram pio cupimus iam co-
 templari intuitu. Vnde his nostris Apostolicis litteris vos monemus, & ex-
 hortamur, ut libenti ad nos animo properare omnimodis studeatis: quate-
 nus una vobiscum ea, quae sanctae Dei Ecclesiae utilia sunt, prout necesse fue-
 rit, pariter ordinare valeamus. Data ut supra.

EPISTO-

A EPISTOLA CCXXXVII. B. IOANNIS PPAE VIII.

LIUTFREDVM Comitem, quia monachalem, quae in monasterio effugerat, suscepit,
 & bona Angelbergae Imperatricis diripuit, excommunicat, nisi statuto tempore satisfac-
 cerit. Monet ne quisquam cum ea communi-
 cerit.

REVERENDISSIMO ANTONIO EPISCOPO
 Brixienti, & nobilissimo viro, dilecto quoque filio Beren-
 gario glorioso Comiti.

Via dilectus, ac spiritalis filius noster Carolomannus glo-
 riosus Rex suis regalibus litteris, & Missorum nostrorum ver-
 bo, nostro praesulatu pio mentis affectu commisit, ut nos curam
 huius Italici regni haberemus, tam pro diuinitus nobis com-
 missa pastoralis sollicitudine omnium Christi ouium, quam
 etiam pro praefati Regis vice cura concessa, illa quae contra
 Deum, & iura legis alicubi cognoscimus praesumptione commissa, omni vo-
 lumus conamine cōpescere, & unam ouem morbidam gladio percutere spi-
 rituali, ut ad salutem quoquomodo anima vulnerata perueniat, antequam to-
 tus grex vnius contagione maculetur. Audientes igitur, veraciter que scien-
 tes Liutfredum Comitem suscepisse quandam sanctimonialem nomine Ger-
 lindam de Placentino monasterio fuga lapsam, & post nostram super hac
 causa admonitionem, salubremque prohibitionem, eam detinuisse, atque cum
 propria vxore, suisque illi pariter communicasse; nobilitati vestrae paterna
 dumtaxat dilectione mandamus, ut & tam pro eadem sanctimoniali †, quam † deest aliquid.
 facultatibus dilectae filiae nostrae Angelbergae Augustae, cui debitam omnino
 debuit fidem conseruare, latenter recepit: & hactenus contra nostrum ei red-
 dere distulit interdictionem, quamque etiam, quia cortes ipsius sub nostra Apo-
 stolica tuitione, ac defensione, perenniter susceptas, depraedari temere praes-
 umpserit: nos eum a communionem fidelium sequestramus; ita scilicet, ut si in-
 fra Italicum regnum consistit, intra dies triginta habeat omnia sub vera sa-
 tisfactione reddita, quae violenter abstulit. Et si extra regnum Italicum esse
 videretur, infra dies sexaginta, ac deinde, si haec omnia paruipendens in sua
 pertinacia manere, nihilque studuerit emendare, anathematis vinculo sit in-
 nodatus, donec ad nostram Apostolicam praesentiam venerit, & pro illicitis
 his omnibus veram coram nobis satisfactionem facere studuerit: Idcirco vo-
 lumus, ut nullatenus ei communicetis, si nostro Apostolico vultis, ut dilecti
 filij, consortio frui. Data ut supra.

EPISTOLA CCXXXVIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

MINATUR illi excommunicationem, nisi res sancti Petri, & Angelbergae Im-
 peratricis restituat.

EVNIBERTO GLORIOSO COMITI.



Eraci relatione comperimus, te res sancti Petri Apostoli, quas spi-
 rituali filiae nostrae Angelbergae Augustae concessas habemus, cum
 alijs eiusdem filiae nostrae proprietatibus, contra legem inuadere,
 ac retinere: & ob hoc tu ipse admonitus ab inuasionem illa non te
 subtra-

subtraheris: quin potius hactenus in hac eadem prauitate persistere nequam omiseris. Idcirco tibi praecipimus, vt omni occasione postposita te cōpescens, easdem res omnino relinquas, & te siue tuos ab ipsis remoueas: quatenus eidem filiae nostrae liceat omnes illas suo dominio vindicare, atque disponere; & vt ei liberum fuerit, sub nostro speciali mundeburdio retinere: alioquin noueris te Apostolica nostra auctoritate sancta communione priuatum; & quousque sub congrua satisfactione, qua alterius sunt, restituas, a Christianorum consortio separatam. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXXIX. B. IOANNIS PPAE VIII.

Eius cura monasterium Angelbergae Imperatricis committit.

GISVLFO VENERABILI ABBATI
Monasterij sanctae Christinae.

A Vtoritate sanctae sedis Apostolicae, tuae reuerentiae committimus, vt curam perspicuam, & sollicitudinem habeas monasterij dilectae filiae nostrae Angelbergae Augustae siti in ciuitate Placentia, sicut idoneus Christi minister, & gregis Domini prouisor eximius; quatenus, secundum regulam sancti Benedicti, iure Abbatis, quae ordinanda, vel disponenda sunt, disponas, & ordines; & quae corrigenda perspexeris, subtili dumtaxat indagatione, vt Domino placeas, ex nostra auctoritate corrigere procures. Data vt supra.

EPISTOLA CCXL. B. IOANNIS PPAE VIII.

GRATVLATUR de victoria contra Sarracenos parta. Miratur cur Romam non venerit. mandat, vt contra Sarracenos sibi auxilio veniat.

DILECTIS VIRIS GREGORIO SPATARIO,
Theophilaeto Turmacho, atque Diogeni Comiti Imperialibus.

A Vdientes vos per Dei auxilium, & secundum spiritalis filij nostri Imperatoris voluntatem, Neapolim venisse, ac multitudinem Sarracenorum ibi consistentem potenti brachio superasse; laeti sumus effecti, & statim debitas omnipotenti Domino gratias egimus super victoria vestra, & inimicorum contritione. Sed iterum mirati sumus, quia Romam venire, nostraeque Apostolicam neglexistis videre praesentiam, vt pro vestri laboris certamine multiplicem gratiam, & benedictionem a nobis, & a sede Apostolica super vos reciperetis effusam: quatenus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli orationibus adiuti, omni que spiritali benedictione muniti, contra eosdem perditionis filios victrici semper dextera valeretis efficaciter dimicare: quod tamen, vt salubriter facere possitis, vt terra, marique de inimicis, & infidelibus victores feliciter existatis: ideo mandamus vobis, vt cum aliquantis dromonibus pro honore iam dicti spiritalis filij nostri Augusti, has nostras in partes iterum venire omnimodis satagatis: quatenus contra eosdem nefandos

Agire-

A Agarenos congruum nobis adiutorium praebere possitis, vt ex hoc laus & merces Imperatori adcreseat, & a nobis dignas retributiones sine dubio recipiatis. Quapropter monemus, & hortamur vos, vt nostris monitis libenti animo attendatis, & quicquid acturi estis, per vos velociter cognoscamus. Data vt supra.

EPISTOLA CCXLI. B. IOANNIS PPAE VIII.

COMMENDAT eius erga sedem Apostolicam obseruantiam. Hortatur, vt sicut promiserat, pactum cum Sarracenis ictum frangat. Amalfitanos per Legatum suum ea de re admonitos, si parere neglexerint, excommunicandos significat.

B REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Athanasio Episcopo Neapolitanae Ecclesiae.

Sanditatis vestrae deuotionem semper in omnibus circa sedem Apostolicam, & nostram paternitatem sinceram, atque praeclearam esse cognouimus: quod etiam & praesentis legationis vestrae tenore inspecto, nobis est luce clarius manifestum. Quamobrem his Apostolatus nostri litteris multiplices almitati vestrae gratias agimus, paterno vos affectu monentes, vt iuxta indultum vobis officium in his, quae Dei sunt, & Ecclesiae Christi, veltia, toto conamine desudare non desinat: ac sicut nobis per Legatos vestros mandastis, quod siue ruperint Amalfitani pactum cum Sarracenis; siue non, vos omnino frangeretis, volumus vt indefinenter id agere studeatis. Nam & missum nostrum, Dominicum videlicet venerabilem Episcopum illuc direximus, eos admonentes, vt patienter nostram in hoc perficiant voluntatem: quod si ipsi nostram in hoc fuerint voluntatem secuti, habeamus eos complices, & amicos: sin autem, velut externos inimicos, non solum visibili; sed etiam inuisibili gladio pariter persequamur, vt & a nobis, & ab omnibus Christianis perpetuo digni odio habeantur. Nam & per praefatum missum nostrum Dominicum Episcopum, eos obaudire nolentes praesentialiter excommunicare praecipimus, ac postmodum nos ipsi digno anathemate feriemus. Vos igitur estote nobiscum, & pactum iniquum corrumpite: quia & nos vobiscum in omnibus erimus, & quod iam dare promissimus, auxiliante Domino, annis singulis vobis proculdubio tribuemus: quia si vos foedus cum Sarracenis non habueritis, nil, Domino iuuante, de Amalfitanorum perfidia curabimus, quos videlicet gladio poterimus spiritali persequi; & facile humiliare. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

EPISTOLA CCXLII. B. IOANNIS PPAE VIII.

MONET vt rupto cum Sarracenis foedere ad Ecclesiae gremium reuertantur, & eam ob rem singulis annis decem millia mancoforum, & eo anno mille daturum se promittit. nisi paruerint minatur excommunicationem.

REVE-

REVERENDISSIMO PETRO EPISCOPO A
 seu Pulcari Praefectorio, & omnibus sacerdotibus, ac clericis, atq; vniuerso populo Amalfitanæ ciuitatis.



Ultra vobis bona facere, alacrique mente tribuere saepe promissimus, decertantes, vt pactum, quod cum impia Sarracenorum gente habetis, omnimodis rumpere, ne ex consortio gentis malignæ, Ecclesia Dei per vos sic crudeliter affligeretur, & animabus vestris non solum temporale exinde discrimen, sed etiam æternum acquireretis supplicium. Nunc autem vos, quasi filios dilectos corpore & spiritu saluare volentes, his Apostolatus nostri litteris monemus & hortamur vñanimitatem vestram, vt relicta nunc penitus Sarracenorum societate, corruptoque fœdere, quod cum eis ad perditionem animarum vestrarum, & terræ sancti Petri habetis, alacri mente, piaq; deuotione, iam modo ad gremium sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ matris vestræ reuertamini, & ad societatem & communionem nostram redire studeatis. Et dabimus vobis nunc, & per singulos annos, sicut inter nos statutum fuit, decem millia mancosorum argenti, & isto præsentis anno damus vobis pro benedictione supra mille mancosos, & teloneum quod in portu nostro dare debetis, vobis concedimus. Quod si in tali impio scelere, diabolo sua dente, amplius permanere præsumpseritis, & ipsum pactum de præsentis non corrueritis, præcipimus huic episcopo nostro Dominico, vt vice nostra omni ecclesiastica vos communionem priuare procurer: ipsoq; reuertente, synodice vos iterum perpetui anathematis vinculis alligabimus: & omnium terrarum aditus, in quibus negociari soliti estis, vobis omnino claudemus; vt illic nulla possitis exercere negociâ. sane si de aliis ciuitatibus dubitatis, quod pactum non rumpant, credimus quia nostram facient voluntatem: nam modò per vos habent excusationem. Et si aliqua de illis fuerit, quæ sicut vos, facere voluerit, vnâ vobiscum eius perditionem ordinabimus. Porro scitote, quia Leonem presbyterum vestrum penes nos retinuimus. Data vt supra.

EPISTOLA CCXLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ROGAT regem, vt Hieronymum Lausonensem episcopatum pacifice retinere permittat, nec non vt Theoderico Archiepiscopo res eius Ecclesiæ à quodam Hubone ablatas reddi iubeat.

DILECTO AC SPIRITALI
 filio Carolo glorioso Regi.



Magnitudinem vestram ingenti nobis amore dilectam nosse volumus: quia Hieronymus sanctæ Lausonensis ecclesiæ episcopus, apud beatum Petrum Apostolorum principem, nostrumque Pontificium veniens, humilitatis deuotione perijt, quatenus Lausonensem ecclesiam, quam iam olim regendam susceperat, ei deinceps vobis fauentibus habere liceret. Nos autem eius precibus moti, iuxta quod omnium Ecclesiarum Dei curam habemus commissam, & quia nostra exhortatione, illum vobis fidelè in om-

A in omnibus, propriumque (sicut ceteri Regni vestri episcopi existunt) esse, cupientes agnouimus: his Apostolatus nostri litteris excellentiæ vestræ suggerimus, vt eum pro amore Dei, & sancti Petri, & nostro, & benignè recipiatis, & iam dictum episcopatum Lausonensem sibi diuinitus concessum, nostraq; Apostolica etiam auctoritate commissum, sub omni integritate recipere, habereque securiter permittatis, ne amplius eadem ecclesia contra statuta patrum, sine proprio rectore consistat. Nam regulariter illum electum, & proprio Archiepiscopo causa infirmitatis præbente consensum, & episcopos consecratores illius litteris, quas nobis ostendit, rogante, consecratum fuisse iam dictæ ecclesiæ Episcopum, incunctanter agnoscimus. Et idcirco volumus & rogamus, vt absque temporis protelatione vel aliqua contradictione, suum, vt diximus, episcopatum habeat, teneat atque cum Dei reuerentia disponat.

B Quoniam nos in alterius hominis electione vel consecratione, isto viuente, consentire nullo modo patiemur, eo quod præcipua sanctorum Patrum auctoritas iubeat, ditos simul in vna ciuitate non debere esse Episcopos. Quamobrem, carissime filii, hortamur nihilominus, & obsecramus regiam gloriam vestram, vt, Deo auxiliante, ipsa ecclesia proprio nunc recepto pastore, sub vestræ clementiæ tutamine pacifica iam, & quieta consistat, vt eius precibus adiuti, post hoc regnum terrenum vobis concessum, sempiternam percipere mereamini. Præterea & Theodericus sanctæ Chrisopolitanæ sedis Archiepiscopus, multas nosse Apostolicis auribus super Hubonem fidelem vestrum querelas direxit, eo quod res ecclesiæ illius inuaserit, pro quo etiam precamur, vt easdem res ecclesiasticas iam dicto Archiepiscopo sub integritate reddere faciatis pro amore Dei & nostro: & nulla deinceps ei permittatis aduersa vel contraria inferre. Data xx. die Men. Iun. Indict. xij.

EPISTOLA CCXLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRO Hieronymo Lausonensi Episcopo ad Carolum regem eum legatum constituit.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
 Liutohardo Episcopo sanctæ ecclesiæ Vercellensis.



Dilectioni vestræ familiari quodam modo, pioque affectu veluti fidelissimo nobis, mandantes committimus, vt recipientes hanc nostri Apostolatus epistolam legatione nostra dilecto ac spiritali filio nostro Carolo excellentissimo Regi pro Hieronymo videlicet Lausonensi Episcopo directa fungamini; vestroque ingenti certamine, prudentique consilio ipsius regis magnitudinem admonere atque exhortari magnopere studeatis, quatenus eundem Lausonensem episcopatum illi iam olim diuinitus concessum, pro amore Dei & nostro de præsentis reddere, & securiter quasi suo fideli habere permittat. Nam eo viuente in alterius electione vel episcopali consecratione assensum nullo modo præbebimus; quin potius Apostolica hoc fieri auctoritate modis omnibus inhihibemus, ne contra statuta patrum duo in vna videantur ciuitate esse Episcopi. Quapropter nobis iusta mandantibus, omnino annisu, & voluntate fauere nullo modo prætermittatis, quominus nostræ voluntatis legatio apud serenissimum Regem, salutis, & pacis ecclesiasticæ per vestrum certamen effectum obtineat: quatenus eadem Ecclesia Dei proprio recepto

recepto pastore, salua in omnibus, & quieta consistat. **A**
Iulii. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCXLV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

D O L E T eius Ecclesia calamitates. Carolo Regi se scripsisse affirmat, ut eum
in omnibus tueatur, & res eius restitui iubeat. Hortatur, ut fortiter se gerat, &
Lauionensis Episcopi apud eundem Regem causam agat, detque operam, ut suam Ec-
clesiam retineat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Theodorico Archiepiscopo sanctæ Christo-
politanae Ecclesiae. **B**

Rotot, & tantis perturbationibus, & calamitatibus, quas ab ini-
quis, & Deum non timentibus viris, Ecclesiam tibi commissa
quotidie pati vestris litteris referentibus, agnoscentes, plu-
rimum condolemus, & congruum cupimus, Deo fauente, vo-
bis præbere solatium: quatenus sedis vestrae vigorem pristinum indimino-
ro iure feliciter obtineatis. Nam dilecto ac spiritali filio nostro Carolo glo-
rioso Regi, pro tua causa utilitatis, proque vestrae plebis salute suggestimus, ut
pro amore Dei & nostro, suo vos auxilio & defensione in omnibus tueatur;
& de his, qui res Ecclesiae vestrae inuadere præsumperunt, iustitiam facere di-
gnetur, resque ipsas sub integritate vobis restitui iubeat. Vos tamen more bo-
ni pastoris, sicut in prosperis humiles, ita quoque in aduersis fortes oportet **C**
existere, ut populum Domini tibi commissum pro malorum infestatione, quã
patimini, strenuè tegere non omittatis. Pro ipso etiam Hieronymo Episcopo
eidem Regi direximus, ut Lauionensem Episcopatum illi diuinitus concessum,
& nostra Apostolica auctoritate largitum: securiter a modo retinere per-
mittat: & ideo vestra fraternitas eum in hoc adiuuare pro viribus non præ-
termittat. **D** Data xx. die Mensis Iulii, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCXLVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

C O M M E N D A T eius erga Romanam Ecclesiam obseruantiam: rogat ut Lega-
tum sibi auxilio mittat.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi. **D**

Multiplices regiae magnitudini vestrae his nostris Apostolicis
litteris gratias agimus pro vestra tam ingenti cura, & solici-
tudine, quam circa sanctam Romanam Ecclesiam matrem
vestram habetis, atque pro vestrae deuotionis sinceritate, qua
nos purae mentis affectu more parentum vestrorum diligitis,
& in omnibus adiuuare alacriter cupitis. Et quia pro exalta-
tione, atque utilitate sedis Apostolicae, totiusque terrae sancti Petri defen-
sione, vos prompta mente desudare velle cognoscimus: in quo scilicet vestri
desiderij affectu pijsimo, & diuinam circa regiam gloriam vestram habebitis
adiu-

Atis adiutricem, & placabilem maiestatem, & dignam non solum in hoc saeculo,
sed etiam in caelesti postmodum regione retributionem proculdubio reci-
pietis. Quod verò mandastis, ut marchiones vestri, qui circa nos existunt, ad
defensionem necessariam peragendum nobiscum pariter decertare debuif-
sent; Hoc autem sine vestrae maiestatis praesentia, vel sine idonei optimatis
vestri nullo modo, sicut oportet, proderit nobis: eo quod ipsi Marchiones ho-
mines de ciuitatibus, & proprijs sinibus nostris, cum quibus territorium san-
cti Petri poteramus satis defendere, in suo assiduo seruitio habent, & nonnul-
los eorum potentia sua defendunt, & ita impediunt, ut nostrum seruitium se-
cundum voluntatem nostram minimè perficere valeant. Vnde precamur ex-
cellentiam vestram, ut pro amore Dei, & principis Apostolorum honore, ta-
lem nobis de praesenti missum dirigatis, cum quo per vestrae auctoritatis po-
Btentiam, ea quae sanctae Dei Ecclesiae, & nobis pertinent, incunctanter valea-
mus perficere: quatenus eosdem homines nostros, qui nobis sublati sunt,
omnimodis recipiamus, ut omnis honor, & vigor sanctae Romanae Ecclesiae
vestris diebus in omnibus integer ad crescat, & indiminutus permaneat; quo-
niam ipsius honor, & exaltatio, vestra hic, & in aeternum est salus, & gloria.
Nam & nos ea, quae vestrae gloriae proficua sunt, libentissimè perficere cupi-
mus, & nostris assiduis precibus vos Domino commendare, Apostolorum suf-
fragantibus meritis, semper satagimus. Haec itaque pro utilitate sanctae Ec-
clesiae modò fieri petimus, ut cum vestrum gloriosum aduentum, fauente Do-
mino, conspexerimus, optata & ingenti pariter lætitia exultare valeamus.
Data die xxiiij. Mensis Iulii. Indictione xiiij.

C EPISTOLA CCXLVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

G R A T V L A T V R de eius & subditorum illius obseruantia erga sedem Apo-
stolicam: recipit eos in fidem suam. ostendit Methodium Archiepiscopum orthodoxam
fidem fuisse professum, cuius iura & privilegia confirmat, eumque ad eos regendos
mittit. Nitenis Ecclesiae Episcopum consecratum significat, & alium ad se vult mit-
ti, quem alij Ecclesiae praeficiat. Iubet omnes ipsi Archiepiscopo obedire. Concedit ut
diuina officia Sclauonica lingua recitari possint, dummodo Euangelium Latina prius
recitetur.

DILECTO FILIO SFENTOPVLCHRO
glorioso Comiti. **D**

Industria tuae notum esse volumus, quoniam confratre nostro
Methodio Reuerendissimo Archiepiscopo sanctae Ecclesiae
Marabensis, vnà cum Semifino fideli tuo, ad limina sancto-
rum Apostolorum Petri & Pauli, nostramque Pontificalem
praesentiam veniente, atque sermone lucifluo referente, didici-
mus, tuae deuotionis sinceritatem, & totius populi tui deside-
rium, quod circa sedem Apostolicam & nostram paternitatem habetis. Nam, diuini
gratia inspirante, contemptis alijs saeculi huius principibus, B. Petrum Apo-
stolici ordinis principem, vicariumque; illius habere patronum, & in omnibus
adiutorum ac defensorum pariter cum nobilibus viris fidelibus tuis, & cum omni
Epist. Tom. 3. Rr populo

populo terræ tuæ amore fidelissimo elegisti, & vsque ad finem, sub ipsius & Vicarij eius defensione colla summittens, pio affectu cupis, auxiliante Domino, vt pote filius deuotissimus permanere. Pro qua scilicet tanta fide ac deuotione tua, & populi tui, Apostolatus nostri vniuersis, te quasi vnicum filium amore ingenti amplectimur; & cum omnibus fidelibus tuis paternitatis nostræ gremio, veluti oues Domini nobis commissas, recipimus, vitæque pabulo clementer nutrire optamus, atque nostris assiduis precibus omnipotenti te Domino commendare studemus: quatenus sanctorum Apostolorum suffragantibus meritis, & in hoc sæculo aduersa omnia superare, & in cælesti postmodum regione, cum Christo Deo nostro valeas triumphare. Igitur hunc Methodium venerabilem Archiepiscopum vestrum interrogauimus coram positis fratribus nostris Episcopis, si orthodoxæ fidei symbolum ita crederet, & inter sacra Missarum solemnia caneret, sicuti sanctam Romanam Ecclesiam tenere, & in sanctis sex vniuersalibus synodis, à sanctis Patribus, secundum Euangelicam Christi Dei nostri auctoritatem, promulgatum, atque traditum constat. Ille autem professus est, se iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, sicuti sancta Romana Ecclesia docet, & à Patribus traditum est, tenere & psallere. Nos autem illum in omnibus Ecclesiasticis doctrinis & vtilitatibus orthodoxum & proficuum esse reperientes; vobis iterum ad regendam commissam sibi Ecclesiam Dei remisimus, quem veluti pastorem proprium, vt digno honore, & reuerentia, lætaque mente recipiatis, iubemus: quia nostræ Apostolicæ auctoritatis præcepto Archiepiscopatus & priuilegium confirmauimus, & in perpetuum, Deo iuuante, firmum manere statuimus, sicuti antecessorum nostrorum auctoritate omnium Ecclesiarum Dei, iura & priuilegia, statuta & firmata consistunt: ita sapè, vt iuxta canonicam traditionem, omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam habeat ipse, & ea, velut Deo contemplante, dispenset. Nam populus Domini illi commissus est, & pro animabus eorum, hic redditurus erit rationem: ipsum quoque presbyterum nomine Vuichinum, quem nobis direxisti, electum Episcopum consecrauimus sanctæ ecclesiæ Nitrensis, quem suo Archiepiscopo in omnibus obedientem, sicuti sancti canones docent, esse iubemus: & volumus, vt pariter cum ipsius Archiepiscopi consensu & prouidentia, alterum nobis apto tempore vtilem presbyterum, vel diaconum dirigas, quem similiter in alia Ecclesia, in qua Episcopale vestram noueris esse necessariam, ordinemus Episcopum, vt cum his duobus à nobis ordinatis Episcopis præfatus Archiepiscopus vester, iuxta decretum Apostolicum, per alia loca, in quibus Episcopi honorificè debent & possunt existere, postmodum valeat ordinare. Presbyteros verò, diaconos, seu cuiuscumque ordinis clericos, siue sclauos, siue cuiuslibet gentis, qui intra prouinciæ tuæ fines consistunt, præcipimus esse subiectos, & obediētes in omnibus iam dicto confratri nostro Archiepiscopo vestro, vt nihil omnino præter eius conscientiam agant. Quod si contumaces & inobedientes existentes, scandalum aliquod, aut schisma facere præsumperint, & post primam & secundam admonitionem se minimè correxerint, quasi zizaniorum seminatores ab ecclesijs, & sinibus vestris auctoritate nostra præcipimus esse procul abijciendos, secundum auctoritatem capitulorum, quæ illi dedimus, & vobis direximus. litteras denique Sclauonicas à Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo laudes debitè referunt, iure laudamus; & in eadem lingua Christi Domini nostri præconia & opera enarrentur, iubemus. Neque enim tribus tantum, sed omnibus linguis Do-

† f. sedem

A guis Dominum laudare auctoritate sacra monemur, quæ præcipit, dicens: Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et Apostolus Paulus stoli repleti Spiritu sancto locuti sunt omnibus linguis magnalia Dei. Hinc & Paulus cælestis quoque tuba insonat, monens: Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. De quibus etiā linguis in prima ad Corinthios Epistola satis, & manifestè nos admonet, quatenus linguis loquentes Ecclesiam Dei ædificemus. Nec sanè fidei, vel doctrinæ aliquid obstat, siue Missas in eadem Sclauonica lingua canere, siue sacrum Euangelium, vel lectiones diuinas noui & veteris testamenti bene translatas, & interpretatas legere, aut alia horarum officia omnia psallere: quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebræam scilicet, Græcam & Latinam, ipse creauit & alias omnes ad laudem & gloriam suam: Iubemus tamen, vt in omnibus Ecclesijs terræ vestræ propter maiorem honorificentiam Euangelium latinè legatur; & postmodum Sclauonica lingua translatum in auribus populi latina verba non intelligentis, adnunciatur; sicut in quibusdam Ecclesijs fieri videtur. Et si tibi, & iudicibus tuis placet Missas latina lingua magis audire, præcipimus, vt latinè Missarum tibi solemnia celebrentur. Data Meñ. Iulij. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCXLVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

OBIVRGAT quòd violauerit quæ ipse inter eum & Landenulphum Capuanum Episcopum de frugibus illius Ecclesiæ decreuerat. Minatur illi excommunicationis poenam, nisi suis decretis pareat. præcipit vt si se laesum sentiat, cum eodem Episcopo causam dicturus ad se veniat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Landulfo Episcopo Suricorum.

ostra relatione cõperimus, quòd quicquid tempore consecrationis tuæ in nostro conspectu, de frugibus illius Ecclesiæ congrua deliberatione fuerat inter te & Landenulphum Capuanum Episcopum diffinitum, tu ingenti vsus temeritate violaueris: & quòd nos iuxta temporis qualitatem moderari decreueramus, tu adimplere neglexeris. Quo audito valde noster animus est commotus, quòd tam audacter nostra præcepta paruipenderis, & terminos paternos excefferis. Quapropter huius nostri Pontificij auctoritate ab huiusmodi te factione compescere volentes, præcipimus, & modis omnibus tibi iniungimus, vt omni obstinatione deposita, quicquid nos illic positi inter te & eundem Episcopum, vel illius fratrem Pandenolphum fidelem nostrum de diuisione, vel frugibus illius Ecclesiæ deliberauimus, sine mora adimplere procures. Hoc sciens, quia si aliter agere præsumperis, sicut inuasorem rerum sacrarum te canonicis iaculis feriemus. Quòd si aliquam querimoniã, aut iustam excusationem te habere confidis; tunc cum eodem Episcopo causam dicturus, iubemus, vt nostram petas præsentiam. Nam & nos præsentem Legato nostro Vualperto Reuerendissimo Episcopo dilecto Consiliario nostro præcipimus, vt si nostra salubria monita adimplere contempseris, ex nostra auctoritate te excommunicare procuret: quatenus, sicut prædiximus, Romam in nostra. Data xv. Kal. Aug. Indictione xiiij.

† f. præsentia venias, deest.

EPISTOLA CCXLIX. B. IOANNIS PAPE VIII.

GRATVLATVR de eius erga Romanam Ecclesiam obseruantia, cuius eum defen-
sorem elegit. Monet ne aduersarijs fidem habeat. laudat quod ditionem sancti Petri ab
hostili incursu defendi iusserit. Bosoni tanquam tyranno auxilium se non daturum affir-
mat. optat eius aduentum, & rogat vt Legatos mittat.

DILECTO AC SPIRITALI FILIO
Carolo glorioso Regi.

Egia magnitudinis vestre receptis apicibus, ac diligenter per-
lectis, quia more Christianissimorum Principum parentum
vestrorum admonitionis, & exhortationis nostre doctrina re-
pleri vos velle cognoscimus, nostroque consilio ea, quae pro
sanctae matris vestrae Romanae Ecclesiae, & totius Christiani-
tatis defensione salubria ac vtilia esse videntur, animo liben-
ti cupiatis perficere; valde gratulamur, & immensas Domino gratias referi-
mus: & optamus vt cuncta circa vos semper prospera, diuina fauente gra-
tia, existant. Ea etenim, quae de vestris causis, & euentibus vestris nobis lit-
teris non retulistis, fidei relatione communis fidelis, & Reuerendissimi Epi-
scopi Vuibodi luculenter didicimus; eique omnem familiaritatis aditum
pio affectu praebentes, vestrae voluntatis arcana cognouimus, per quem &
nos celsitudini vestrae aliqua verbotenus intimanda direximus. De oppres-
sionibus autem Graecorum (sicut vobis a quibusdam amulis nostris nuncia-
tum est) nos aliquid nullo modo scimus; si verè certissimè sciremus, dile-
ctioni vestrae cum omni deuotione celeriter nuncialemus: quoniam Dei
omnipotentis proculdubio inspiratione, & voluntate, vos praeter omnibus eli-
gere, & inclytum in omnibus negotijs sanctae sedis Apostolicae, nostrisque
profectibus patronum, ac defensorem habere omnino curauimus: & ideo,
vita comite, longa per tempora optamus possidere. Quapropter inimi-
cis nostris, quos nobis aduersarios, & zizaniorum seminatores esse cogno-
scitis, aurem clementiae vestrae nullatenus accommodetis. Nam inimicus
semper contraria loquitur: tamen bene vos fecisse laudamus, quod omni-
bus Episcopis, & Comitibus, qui circa nos consistunt, auctoritate vestra
mandastis, atque iussistis, vt terminum sancti Petri ab hostili nempe incur-
su, nostro pariter instructi mandato, defendere debeant. Valde necessa-
rium est, vt non solum a malis Christianis, verum etiam & a Sarracenis vbi-
que diffusis, vbiq; nos sine intermissione deprædantibus, & more
furum nostra diripientibus, tueri procurent. Pro qua videlicet necessitate,
quam supra modum patimur, ipsius Vuibodi Episcopi hortatu, in quandam
cortem nostram exiimus, & vnà cum Vuidone Comite Lamberti filio loqui
volumus huius rei causa: sed ipse adesse praetermisit, sicut iam dictus fidelis
noster ac vester, vobis poterit enarrare. De Bosone quoq; certos vos esse vo-
lumus, quia neq; aliquem familiaritatis locum, aut receptionis nostrae auxi-
lium apud nos habebit, neque poterit inuenire: eo quod vos, vt praebauim-
us, amicum, & adiutorem quaesiuimus, & loco charissimi filij retinere to-
to mentis conamine volumus. Nam nihil nobis de parte ipsius pertinere
videtur

A videtur, qui talem tyrannidem praesumpsit committere. De vestro quoq; ad-
uentu, quem, Deo fauente, adesse mandastis, valde sumus gauisi effecti, &
pro tantis calamitatibus, quibus circumdati, & oppressi existimus, opramus,
& vehementer rogamus vestram specialem citissimè, Deo propitio, contem-
plari praesentiam. Ioannem verò Reuerendissimum Episcopum Tritiensem
pene nos hac vice retinimus, vt si aliquid noui nobis euenerit, & necesse
fuerit per eum vestris mandare fidelibus, ac per ordinem quae opportuna fue-
rint, significare possimus. Pro iustitijs autem faciendis sanctae Romanae Ec-
clesiae, vt idoneos & fideles viros è latere vestro nobis de praesenti dirigatis,
obnixè deprecamur, qui nobis pariter cum Misis nostris proficiscentibus, de
omnibus iustitiam plenissimam faciant, & vestra regali auctoritate male
agentes corrigant & emendent: praeterea, sicut vestro proprio nobis ore filii
charissime promisistis, vt in hoc dumtaxat opere vestram voluntatem, ve-
straeque mentis affectum circa nos purissimum fore luce clarius agnosca-
mus, vt & nos vestrum desiderium pio semper valeamus affectu perficere.
Data vt supra.

EPISTOLA CCL. B. IOANNIS
PAPE OCTAVI.

GRATVLATVR de concordia Ecclesiae Constantinopolitanae. miratur multa,
quae statuerat, mutata esse, approbat quae Constantinopoli in concilio pro causa Photij
acta sunt, si tamen Legati contra sua mandata non egerint.



Oc nostri semper certaminis & laboris fuit: hoc nostri voti
existit, vt pro orthodoxae fidei integritate, seu pro statu, &
pace omnium Dei Ecclesiarum, quarum cura constringi-
mur, ad eod operam demus: quatenus dispersa congregentur,
congregata conseruentur. Et vt quicquid inhonestum, vel
aliter quam se rectitudo habet, per prouidentiam Dei, san-
ctorum Apostolorum meritis suffragantibus corrigatur, omni conamine;
iuxta officium nobis commissum speculando satagimus. Huius rei gratia
more Apostolico sanctae Constantinopolitanae Ecclesiae misereri volen-
tes, decreuimus, vt vnus incrementum, nullius fieret detrimentum;
D quin potius omnium manifestum existeret adiutorium. Conuocata no-
stra Ecclesia, quantum ad praesens tempus coegit necessitas, auctoritate,
& potestate Apostolica dictae Constantinopolitanae Ecclesiae consului-
mus, & Legatis nostris directis, vt inoffenso pede incederent, institui-
mus. De cuius scilicet vnitate pacis, siue concordia gratulamur, & cunctipoten-
ti Domino laudes innumeras referentes, licet ei, qui tanta bona seruis
suis largitur, condignas grates agere non possimus, hunc benedicimus, &
assiduis vocibus glorificare studemus. Gloria namque sit illi, & omnis laus,
ac virtus, cuius maiestate, & semper perlaudabili gratia certata ad re-
ctitudinem reducuntur, praua diriguntur; contumacia retunditur, humilitas
exaltatur, zizania quandoque velluntur, scandala amputantur, & omnis
bonitas augmentatur: vnde non in nobis, sed in eodem Domino gloriemur,
iocundemur & exultemus in misericordia eius; qui dicit, Confidite, quia
Epist. Tom. 3. Rr 3 ego vi-

Annon. lib. 5. ca.
39. & 40. Regim.
lib. 2.

Videtur missi
Photio.

† f. curuata.

Ioan. 16.
Ioan. 15.

ego vici mundum. Et in alio loco: Sine me, inquit, nihil potestis facere. sed A
cum nos scriptis & verbis misericorditer tecum specialiter agendum esse de-
creuerimus; mirandū valde est, cur multa, quæ nos statueramus, aut aliter ha-
bita, aut mutata esse noscantur; & nescimus, cuius studio, vel neglectu varia-
ta monstrētur. Ceterum scribens subintulisti, quod te inuenens, nō nisi ab ini-
qua gerentibus misericordia sit quaerenda; quod & nos de his, qui Deum se
scire non fantur, licet dispensatoriē fatemur; tamen nos, quod lectum est,
exaggerare nolumus, ne quod dignum est, iudicare cogamur; ideoque talis
excusatio sileat, ne hoc dicentes illa sententia tangat, qua dicitur: Vos estis
qui iustificatis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda vestra: quia
quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum: igitur laudabilis
tua prudentia, quæ dicitur humilitatem scire, non molestē ferat, quod ab Ec-
clesia Dei miserationē iussa est postulare: quin potius se, vt exaltetur, humi- B
liet, & fratrum discat erga sui miserentem seruare affectum. Quia nos, si tu
debitam deuotionem & fidelitatis incrementa, erga sanctam Romanam Ec-
clesiam, & nostram paruitatem obseruare studueris, & vt fratrem amplecte-
mur, & vt charissimum proximum retinebimus. Nam & ea, quæ pro causa tuę
restitutionis synodali decreto Cōstantinopoli misericorditer acta sunt, reci-
pimus. Et si fortasse nostri Legati in eadē synodo contra Apostolicā præcep-
tionē egerūt, nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius existere firmitatis.

Luc. 16.

EPISTOLA CCLI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

COMMENDAT eius studium in Ecclesia concordia stabilenda. monet, vt in eo
persistat. agit gratias de dromonibus auxilio missis, de monasterio sancti Sergij, & de C
Bulgarorum Diocesi sedi Apostolicæ restituta. rogat vt Dei Ecclesiam tueatur. demum
ea, quæ pro Phorio in synodo Cōstantinopoli acta sunt, se approbare significat, si tamen
Legati contra sua iussa non egerint.

Imp. Orientis.

A V G V S T I S.



Ost innumeras sollicitudines, quibus nimirum oneratur Impe-
riale fastigiū, laudabile clementiæ vestræ cognoscimus Chri-
stianissimi Imperatoris esse propositum; per quod summotis
omnibus discordiarum, atque zizaniorum seminibus, quæ in
agro Dominico humani generis inimicus asperferat, sanctæ
catholicæ Ecclesiæ pijsimo mentis affectu cōsulere voluistis. D

In quo scilicet animi voto, ac desiderio, quantum rebus humanis fauere pro-
uidencia diuina dignetur, sollicitudo clementiæ vestræ spiritu Dei incitata
demonstrat; quæ in catholica Ecclesia misericordem per auctoritatem & iu-
diciū sedis Apostolicæ, quæ, Christo Domino delegante, totius Ecclesiæ
retinet principatum, nihil impacatum, nihil voluit esse diuersum: cum omnes
schismatica prauitate diuisos, vel zelo quolibet separatos, atque dispersos,
clementi affectione, vel studio ad veræ pacis soliditatem, concordiamque; sine-
rissimæ vnanimitatē reuocare, & in vno Christi ouili cū proprio pastore, Pho-
tio videlicet confratre & comministro nostro, aggregare curauit. Pro qui-
bus videlicet, nostri pastoralis magisterij officium est, apud serenitatis vestrę
Augustalem clementiam assidua semper sollicitudine omnimodis intercede-
re; vt vestræ pietatis maiestas, more Christianissimorum Imperatorū, benigna
circa

A circa omnes existat, & quasi Deo contemplante, populum Domini sibi com-
missum, felici regat semper & gubernet intuitu, nec amplius patiatur eos ali-
quibus sæculi huius procellis illidi, aut malignis perturbationibus concuti:
quatenus post hoc vitæ præsentis, imperium cæleste adipisci, & in æternum
cum Domino retinere valeatis. Nunc itaque pro tanta deuotione, animiq;
vestri sinceritate, quam non solum verbis, sed lucifuis etiam operibus circa
Ecclesiam sancti Petri, & nostrā paternitatē ostendistis, immensas post Deū,
serenitati vestræ gratias agimus. Primo quidem, quod dromones vestros, qui
pro defensione terræ sancti Petri in nostro manerent seruitio, nobis misistis.
Secundo autē, quod monasterium S. Sergij intra vestram regiam Urbē cōsti-
tutū, quod S. Romana Ecclesia iure proprio quondā retinuit, diuina inspira-
tione repleti, pro honore principis Apostolorū nostro præfulatū reddidistis.
B Tertio verò vobis grates multas referimus, quia Bulgariorum diocesim pro
amore nostro gratanti animo sancto Petro, vt iustum erat, permiseritis habe-
re. Vnde obnixē petimus, vt vestro potenti solatio sanctam Romanam Ecce-
siam in hoc periculoso tempore in omnibus adiuuare, defendereque non de-
dignemini: quatenus ex hoc vestra Imperialis gloria Apostolicis suffragan-
tibus meritis, per cunctas mundi partes magis ac magis accrescat, & apud
omnipotentem Dominum dignam retributionem percipiat. Et iterum humi-
liter petimus, vt in huius bonæ voluntatis ac pietatis affectu, quem pro amo-
re Dei circa Ecclesiam Christi habetis, immobiles permaneat: quoniam
nos Augustalem excellentiam vestram vnus extensis amore paterno ample-
ctimur, & honore debito veneramur, atque assiduis orationibus nostris, iuxta
sacro sancta beatorum Apostolorum Petri ac Pauli corpora fufis, omnipoten-
ti Domino commendare studemus, vt pro tantis beneficijs, quæ sancto Petro
C impenditis, ipse vobis, & in hoc præfenti sæculo vestrum sanctum Imperium
cum omni prosperitate magis ac magis conseruet incolume, clarifque sem-
per dignetur vbique decorare triumphis; & in cælesti postmodum regione
semper eternam gloriam & beatitudinem cum sanctis & electis suis habere cō-
cedat. Nam & ea, quæ pro causa restitutionis Reuerēdissimi Photij Patriar-
chæ synodali decreto Cōstantinopoli misericorditer acta sunt, recipimus:
Et si fortasse nostri Legati in eadem synodo contra Apostolicam præcep-
tionem egerint, nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius existere firmitatis.
Data Idus Augusti, Indictione xiiij.

D EPISTOLA CCLII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATIAS agit de eius erga sedem Apostolicā obseruantia. suam erga eum bene-
uolentiā testatur. aduentū eius pro Ecclesiæ necessitatibus expectat. monetque vt aliquē
Legatum mittat. Queritur de Georgio quodam excommunicato, qui ipsius Imperatoris
auctoritate fultus bona Romanæ Ecclesiæ inuaserit. rogat vt promissā auxilia mittat.

EXCELLENTISSIMO ET DILECTO FILIO
Carolo glorioso Regi.

Elegentes regalis excellentiæ vestræ litteras, deuotionem vestrā
quam circa sanctam Ecclesiam matrem vestram, & circa nostrum
Pontificiū habetis, luce clarius nouimus; vnde multiplices glorię
vestræ gratias referimus. Nam & nos vos semper quasi dilectū, &
spiritu-

spiritalem filiū retinemus, & pio mentis affectu desideramus amplecti; & pro
 augenda gloria vestra assidue solliciti incunctāter existimus. Quod autē no-
 bis mandastis, vt vestrum optatū præstolaremur aduentum, pro eorū aduersi-
 tatibus emendandis, qui nobis contraria inferre, & qui à nostra ditioe homi-
 nes nostros subtrahere præsumunt; nos quidē vestrum aduentū toto deside-
 rio pro tantis Ecclesiae Dei necessitatibus, quæ ad augmentum gloriae vestrae
 sunt emendandae, omnimodo optamus inspicere. Sed sicut vobis nostris iam-
 pridem Apostolicis literis suggestimus, vt vestrum idoneū missum nobis di-
 rexissetis, cum quo aliquid de Ecclesiasticis vtilitatibus potuissemus perfice-
 re; pro qua causa non eum miseritis, miramur. Quamobrem petimus, vt eun-
 dem missum, antequam veniat nobis dirigere non omittatis: vt cum, Deo
 auxiliante, veneritis, nobis simul conuenientibus, vera inter nos dilectio, vt
 pote inter spiritalem patrem & charissimum filium possit existere. Præterea
 postquam Georgius, excommunicatus & anathematizatus cum homine
 Vuidonis est, à vobis reuersus, assiduo sumus mœrore turbati; eo quod au-
 dacter veniens, quasi vestra fultus auctoritate, in proprietates olim suas, quæ
 ad ius sanctae Romanae Ecclesiae (Carolo diuinae memoriae Imperatore patruo
 vestro concedente, con legaliter peruenerunt, & nunc vsque iuri nostro de-
 fendebamus & tenebamus) temerè pariter cū alijs introiit: & nostros; qui
 in circuitu homines existunt, affligere, & depradari non cessat. Vnde obnixè
 rogamus vestram magnitudinem, vt sicut nobis ore proprio promisistis, & per
 Epistolam vestram, atque Legatos nostros, Liutuardo venerabili sanctae
 Vercellenfis Ecclesiae Episcopo mediatore existente, mandastis, præsentali-
 ter nobis adimplere satagatis: quia nos ea, quæ vobis promisimus, omnimo-
 dis adimplebimus, aut eosdem infideles nostros procul à nobis expellatis, vt
 nulla nobis aduersa, vel cōtraria valeant aliquatenus moliri, quousque, Deo
 propitio, vos veneritis. Quarto idus Septembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IVRET cum Romam ad synodum causa dissoluedi quasdam quaestiones aduenire.

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI.

Quia bellica, immo Sarracena impediēte angustia, iuxta sa-
 cros canones, quarto scilicet idus Octobris, synodum, sicut
 volueramus, celebrare nequiuimus; opportunè, valdeq; ne-
 cessariò sanè præuidimus, vt hanc eandem vj. idus Nouem-
 bris istius quartae decimae indictionis, adiuuante Domino,
 conuocemus. Quapropter sanctimoniam tuam hortamur, vt
 ad idem tempus sine omni mora, immo omni occasione postposita, Romam
 occurras; quatenus ea, quæ ad honorem, siue vtilitatem sanctae Dei Ecclesiae
 pertinent, nobiscum ordines & diffinias; & sancti Spiritus gratia reuelante,
 voto communi decernas. Interea negocium viri illustris, Deus dedit gloriosi
 ducis, qui nostrum Pontificium adiit, dicens, se à tua solertia pro coniugio
 suae vxoris, quam illius consanguineam fateris existere, communione priua-
 rum, est proculdubio ventilandum; vt quicquid rei veritas hinc demonstra-
 uerit, omnimodis exequamur. Qui pro eo quod tam diu apud nos est immo-
 ratus, & de tua parte, qui rationem redderet, non est inuentus; rationabiliter
 erat à

A erat à nobis interim absoluedus: tamen quia in proximo, sicut diximus, sy-
 nodum, (qua hoc cum vnanimitate aliorum consacerdotum, fratrumq; no-
 strorum, & tua, est inter alia pertractandum, celebrare debemus) dignius iu-
 dicauimus (quod & ipsae res expetunt) tuum præstolari aduentum: vt hoc
 synodali discutiamus collegio, & alterna visione congratulantes, pari sentē-
 tia decernamus: in qua etiam quicquid supra generum suum habueris, simili-
 ter diffiniri iubeamus. Præterea iam dicti viri coniux, Maria nomine, libel-
 lum suae reclamationis per Paulum Legatum suum nostro præsulatu dirigere
 procurauit, asserens tuam sanctitatem in nuptijs per consensum patris de
 ea habitis, consciam extitisse; & tam virum suum, quam se (postquam vna ca-
 ro effecti sunt) tam ad spiritalem, siue Dominicam, quam etiam ad commu-
 niorem mensam, saepe nō solum admisisse, sed etiam inuitasse. Sed & hoc per
 eundem suum libellum reclamando innotuit, quod Motoranus, qui & Ma-
 ginperus Diaconus dicitur, in nece sui patris consenserit, perens à nobis ex
 hoc conuenientem iustitiam, & obnixè postulans hoc indiscussum non dere-
 linqui, quem videlicet sapissimè Bononiensis Episcopus suae Ecclesiae famu-
 lum quærere studuit. Huius rei gratia præcipimus ipsum Diaconum tecum
 nobis omnimodis exhiberi, vt quicquid rationis ordo poposcerit, adiuuan-
 te Domino, canonicè ventilemus, & synodicè statuamus. Data iij. Kalen-
 das Octobris, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

VT Romam ad synodum adueniant.

C OMNIBVS EPISCOPIS PER DVCATVM
 Spoletanum, & Camerinensem, & ad omnes Episcopos
 per diuersas Prouincias constitutos.



Nolumus ignorare vestram fraternitatem, quia pro multiplici-
 bus sanctae Dei Ecclesiae necessitatibus, vj. idus Nouembris
 istius quartae decimae indictionis, synodalem cōuentum, Do-
 mino adiuuante, celebraturi sumus: & cum diuersis præci-
 puè Sarracenorum impedimentis implicati essemus, nequi-
 uimus eam suo tempore congregare, dignum duximus ad
 augmentandas, atque perficiendas Ecclesiasticas vtilitates, vel præfato tem-
 pore non prætermitti, quo minus tanta necessitas sine consultu aliorum con-
 fratrum nostrorum indiscussa non remaneret, vt vestris salubribus consilijs
 fulti, quicquid ad honorem Dei, & communem vtilitatem pertinet, commu-
 niter perficere satageremus. Quapropter huius nostrae commonitionis san-
 ctitatem vestram exhortamur apicibus, vt solita desidia deposita, ad eandem
 synodum Romam venire non differatis: quatenus, sicut diximus, ea, quæ agen-
 da sunt, Christo iuuante, communiter peragamus, & quæ iuxta nostri mini-
 sterij officia statuenda sunt, salubriter statuamus. Videte itaque ne solito ne-
 gligenter agatis, ne si per vos, ea, quæ honori & statui sanctae Dei Ecclesiae
 sunt proficua, inordinata remanserint: & quod non oportet, venire contem-
 pseritis, canonicis icibus non immeritò feriamini. Data pridie Kal. Octob.
 Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

LARGITVR de eius incolumitate. Deumq; orat, vt omnia ei prosperè eueniant. nunciat Sarracenos à Græcis victos, seq; à Sarracenis, & alijs etiam valde premi: quare petit, vt sibi quamcitissimè auxilio veniat.

CAROLO GLORIOSO REGI.

S viceptis gloriæ vestræ, spiritalis, atque desiderabilis filii, nobis directis apicibus, atque relectis: quia vos, Deo gratias, sanitate vigere cognouimus, ineffabili, & ultra quam dici possit iocunditate relecti, in Domino gratulati sumus: & vt magis, ac magis vobis Dominus Deus noster prosperitatē tribuat, triumphum de aduersantibus concedat, & felicia tempora ad regnum pacificè, atque iustissimè disponendum multiplicet, continuis vobis eundem Dominum deprecamur. Quia nihil est omnino, fili charissime, nobis dulcius, nihilq; amabilius, quàm vt vos semper ad defensionem, & exaltationē sanctæ matris vestræ Romanæ Ecclesiæ cognoscamus esse promptissimos; & eis qui eam diuersis modis impugnant, libera correctionis, ac disciplinæ sententia contraire. Nos autem licet in innumeris infirmitatibus, atque angustijs constituti, Deo gratias, vtcumque valeamus: sed tunc potius nostra sanitas erit, si vos omni prosperitate, vt diximus, pollere cognouerimus; & ad nobis conferendum solatium festinanter occurrere, vt alterna visione loquamur, non pati moras aduerterimus. Ceterum, quod dicitis, vt Liutuardum venerabilem Episcopum communem fidelem nostrum ad nos præmittatis, valde in Domino gratulamur: & cum eum pro communi utilitate semper defudare cognouerimus, magnum nobis gaudium in aduentu illius nascetur, eo quòd in ipsius præsentia vestram intuebimur excellentiam. Postremò, fili charissime, quod sciscitami, de Græcis, atque Hismaelitis, & ceteris quibusq; exteris nationibus, vel conciuibus, qualiter res agatur, breuissimè respondemus. Sed vt hæc omnia ex intimo corde, atque dolenter aduertatis, omni mentis conamine exhortamur: tamen Deo sint grates & laudes, quia Græcorum nauigia in mari Hismaelitarum victoriosissimè strauerunt phalanges, & eos, prout Dominus voluit, debellati sunt. Sed nos tamen tam ipsi iam dicti Hismaelita, quàm alij conciuēs nostri impugnant, ac persequuntur, vt extra muros Urbis nullatenus, vel qui labore manuum suarum viuere valeant, vel qui, vt ira dixerim, Christianitatem suam, sicut decet, obseruent, egredi liberè possint: ac per hoc, immo pro his omnibus, si citissimè, & omnibus occasionibus, omnibusq; excusationibus postpositis & contemptis, ad omnem nobis, & huic regioni valde afflictæ conferendum solatium non veneritis; proculdubio scire potestis, quia ad peccatum vestrum, & damnum omnium hæc terra peribit. Vnde pro Deo festinanter iter ad nos veniendi assumite, & vt bella Domini vice illius præliemini, ad beatorum Apostolorum limina, Deo præduce, pro Christianorum omnium auxilio properate. Data iij. Kalendas Nouembris, Indictione xiiij.

EPISTO-

A EPISTOLA CCLVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

INOBEDIENTIÆ eum arguit, præcipitq; vt Rodoaldum, & Vuarlenum monachos, quos iniuste in carcerem coniecerat, ad eorum monasterium honorificè remittat.

ANSPERTO ARCHIEPISCOPO
Mediolanensi.

D Ecuerat te, frater charissime, pura animi sinceritate eam reuerentiam, eumq; honorem sanctæ sedi Apostolicæ, cui Deo auctore præsidemus, quotidie impendere, quæ vsque ad tua tempora omnes tui prædecesores laudabiliter viuentes, huic Ecclesiæ obtulerunt prona mentis deuotione. Pro qua re eius gremio suscepti, quidam præ nonnullis amore dilecti sunt: sed ecce (quod sine dolore dici non potest) nescio qua antiqui hostis fraude, à die ordinationis tuæ, & tempore senectutis, contra sanctam Romanam Ecclesiam matrem tuam non destitisti nunc inobediens, nunc dolosus te patefacere: qua necessitate compulsi, te corripere Apostolico flagello operapretium duximus. sed iterum paternæ miseratione te ad nos reducere non prætermisimus, sperantes in te de reliquo nullum vestigium circa nos culpæ aliquo modo reperire, quia & professio tua hoc coram nobis iure iurando sponderat. En bone vir, aliquid deterius committere non formidasti, cum quosdam monachos nostros nomine Rodoaldum, & Vuarlenum à Roma ad suum monasterium Pultariense iter carpètes, comprehensos iusseris diu sub custodia vinculis referuari. Quod quanti piaculi sit, sano intellectu ipse perpende, quantumq; dedecus sedis Apostolicæ, quæ, Christo auctore, etiam in barbaras nationes libera semper vsa est fungi legatione: quod nefas malum sub omni celeritate te emendare hortamur, & prædictos Dei famulos cum omnibus suis illesos abire patiaris ad locum, miserante Deo, suæ habitatio- nis. Et sicut tuo consilio pro certo eos cognouimus esse innocenter custodiae mancipatos. Ira, te faciente, sciamus eosdem funditus, & cum cõpetenti honore dimissos. Data Meñ. Nouembr. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

D EIVSDEM argumenti.

SALOMONI PROCVRATORI PAPIÆ.

A Postolica tibi auctoritate præcipimus, vt monachos nostros, id est Rodoaldum, & Vuarlenum, quos, spreto Dei timore, à liminibus sanctorum Apostolorum ad suum monasteriũ reuertentes, & simpliciter per viam gradientes, comprehendere ausus fuisti, & in custodia retinere; sine omni mora, & dilatione dimittas cū omnibus suis reuer- ti ad suum monasterium sanos, atq; illesos. Quia tantum scelus & iniuriam pro hac re in sede Apostolica commisisti, pro quibus iuste carere debueras consortio omnis Christianitatis: & fatemur, si hoc continuò non emendaue- ris, à perceptione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, & introitu Ecclesiæ te prohibebimus. Data Meñ. Nouemb. Indictione xiiij.

EPISTO-

EPISTOLA CCLVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

A B *excommunicatione eum absoluit, eiusq; homines si spatio quindecim dierum intra mensem Martium Ecclesiæ satisfecerint.*

ADELBERTO MARCHIONI.

E verò quia conuersum & fidelem circa sanctam Romanam Ecclesiam & nos cognouimus, absque tenore ab omni excommunicatione absoluiamus; hominibus tuis sub eo tenore sacram reddimus communionem, ut omnem emendationem, sicut promissum est, facere ad quindecim dies intra mensem Martium omnino accelerent. **B** Quod si hoc facere neglexerint, omnes sub eadem excommunicatione permancant, donec iterum de perpetratis malis plenam faciant satisfactionem. **D** Data ut supra, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MONET *ut perficiat quæ per Legatos mandauit.*

Ulceptis litteris gloriæ vestræ, quibus vos plena intentione monstratis ad limina Apostolorum festinè, immo potius præcipiti gressu, & vellè conuolare. Quæ propter attoniti, vel magis stupefacti miramur decentiam vestram terminos patrum transcendere, & lineam generis vestri superbo spiritu conculcare, & in deterius, non in melius profus conuenire. Et ecce dolenter cum Apostolo compellor dicere: In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, in quibus erunt homines semetipsum amantes, & quærens quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sed nos te, fili charissime, in viscere Christi plurimum diligentes, ad ea te prouocare gestimus, quæ animæ vestræ proficiant ad salutem. Legatos sane è latere nostro plene instructos direximus, quibus omnia ad purum credere non ambigatis in his, quæ verbotenus, & scriptis capitulariter dedimus in mandatis. Quæ de re paterno affectu monemus, ut omnia, sicut vobis direximus, per eosdem Legatos adimplere omnino curetis. Ideoque scitote, quoniam si pleno iure, cuncta, quæ destinauimus, non adimpleueritis, nos enim uerò, quantum in nobis est, zelo Dei succensi ea, quæ ad honorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertinent, exaggerare penitus satagemus: à quibus nos nulla ferocitas, nulla malorum hominum comminatio, donec spiritus reget artus, poterit sequestrare. Quod iussionem nostri Pontificij ingenti præsumptione absurdam posuisti, omnimodis temet ipsum proprio iaculo reuerberasti, & velut aspis surda salutis tuæ congruentibus aurem non accommodasti. Sed quid plura? iterum, atque iterum inhibendo Apostolica auctoritate præcipimus, terminum sancti Petri ad ingrediendum animum vestrum non incitetis, quousque prædicti Legati nostri ad nos reuertantur, omnia nobis renunciaturi, itemque alios ad nos transmittere cures. Data viij. Kal. Feb. Indictione xiiij.

2. Tim. 3.

Psal. 57.

EPISTO-

EPISTOLA CCLX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

CONFIRMAT *Iosephi Episcopi Astensis ordinationem, qui aliàs contra canones Vercellenfis Ecclesiæ fuerat Episcopus constitutus.*

ANSPERTO MEDIOLANENSI
Archiepiscopo.

B Onsultationis tuæ, qua nos super Ioseph, nuper in Vercellenfi Ecclesia ordinati, noua nunc electione, vel ordinatione in Ecclesia Astensi, consulere voluisti, perspectis suggestionibus, quibus super hoc nostræ auctoritatis consultum requiris, canonicum iudicamus, & nostris tibi decretis conuenienter, propitia diuinitate, respondimus. Fuerat autem de illorū primū, ut ipse mecum aduertis, quoddam irregulariter institutum: sed nos apud beatum Petrum Apostolum cum sancta synodo residentes, salubri potiti consilio, & animositate illius correximus, & misericordiæ fomenta, gratia sancti Spiritus reuelante, protinus adhibuimus; scilicet, ut eo in pristinum ordinem reducto, si alium Episcopatum ei concedere voluisses, & cleri, vel populi vota hunc sibi concorditer in Episcopum expeterent, & eligeretur, & sicut qui nihil ab ordinatore prius acceperit, in Episcopum crearetur. Interea accidit, ut Astensis Ecclesiæ Rectore proprio obeunte, permisso Caroli gloriosi Regis; idem Ioseph post electionem cleri, & expetitionem populi, in eadem Ecclesia deberet ordinari Episcopus tua fraternitas, tam nostra absolutione, quàm etiam ipsius Regis exhortata monitionibus, hoc libenter admisit, & canonicè iussa complere conata est. Quod quia nunc sententiam nostram tu quoque sequutus, & regalem permissionem deuotè, sicut concedet, es amplexatus, præfatum Ioseph presbyterum sanctæ Ecclesiæ Astensi Episcopum præfeciisti, & ordinationem illius ratam haberi decernimus, & omnium ora contra hoc quoquo modo mussitantia Apostolica auctoritate obstruimus: quia sicut de irregulariter quibuslibet habitis, nos ad hæc corrigenda zelus iustitiæ excitat; ita de bonorum virorum laudabilibus factis gratia diuina lætificat. Nam & sedes Apostolica, iuxta quod sanctus Leo Papa scribit; **E**pi. 15. hanc temperantiam seruat, ut & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis: & ideo his omissis, de prælibati Ioseph iterata creatione sanctitas tua, in nullo penitus hæset: quia hanc & nos approbatam admittimus, & ab omnibus admittendam esse mandamus: quia quod non ostenditur factum per impositionem manus illius, qui tempore suæ legationis, quod dare visus est, ut ita dixerim, non habuit: ratio non finit, ut videatur iteratum. Data xv. Kal. Mar. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MINATUR *illi excommunicationis pœnam, nisi ad sui Archiepiscopi obedientiam redeat.*

Epist. Tom. 3.

SI ANSEL-

ANSELMO ARCHIDIACONO
Mediolanensi.



Missa praesulatu nostro suggestione Anspertus sanctae Mediola-
 nensis Ecclesiae Reuerendissimus Archiepiscopus, cuius mi-
 nister esse videris; super te questus est, quod inter ceteras
 perturbationis molestias a te sibi temere illatas, & post reru
 suarum damna no modica, nunc propria derelicta Ecclesia,
 ab eius te obsequio & consortio separare, & velut schismaticus,
 per alienas parochias contra canonica statuta commorari praesumpseris;
 necnon, & apud principalem potentiam properando, noxias illi praeparare
 insidias callida persuasione decertes. Vnde his nostris Apostolicis litteris
 dilectionem tuam paterno affectu conuenimus; nihilominus, & cum omni
 iubemus imperio, vt de praesenti ad sinum & gremium sanctae Mediolanensis
 Ecclesiae matris tuae, quam furibundo animo reliquisti, valde deuotus redire
 festines, atque sub proprii pastoris regimine, vel praesentia esse omni mentis
 alacritate decertes, & vt potest idoneus minister, humili prorsus deuotione
 debitum, iuxta ordinis tui locum, reuenter impendas obsequium, & obe-
 dientiae famulatum: quatenus eius gratia potitus, omnipotenti Domino de-
 officij tui assiduitate semper placere valeas. Quod si aliter contra praecipuas,
 & non violandas sanctorum Patrum institutiones, atque contra hanc nostram
 saluberrimam iussionem agere praesumpseris, & ad tuam Ecclesiam, tuumque
 pastorem (sicut regula Ecclesiastica docet) redire contempseris; scias te Dei
 omnipotentis virtute, & beati Petri Apostolorum principis, nostraeque auctori-
 tate, atque canonicum patrum iudicio, fore omni Ecclesiastica communione
 priuatum: quousque, vt praedictum est, ad tuam Ecclesiam redire, tuoque pa-
 stori humilitatis colla subdere omnino studueris: quoniam ferro necesse est
 vt abscondantur vulnera, quae vt illis manum adhibueris, fomentorum non
 fenserint medicinam.

EPISTOLA CCLXII. B. IOANNIS PAE VIII.

EXCOMMUNICAT eum, nisi Ecclesiae Mediolanensi bona, quae abstulerat, resti-
tuat, & ad obedientiam sui Archiepiscopi cum socijs redeat.

ANTONIO EXCOMMUNICATO.



Missa praesulatu nostro ab Ansperto sanctae Mediolanensis
 Ecclesiae Archiepiscopo relatione, atque suggestione didi-
 cimus, te multa per horrendam temeritatis impudetiam, siue
 audaciam egisse illicita, & in contemptum beati Ambrosij,
 atque ipsius Antistitis contrarietatem, in locis, & rebus ei
 pertinentibus mala, & quaeque poteras inormiter vna cum
 filijs tuis commississe aduersa. A quorum scilicet perpetracione assidua,
 te, quasi ouem gregis Dominici, multis iam vicibus arguendo, obse-
 crando, & increpando conuenire, atque remouere curauit, ne antiqui
 hostis callida persuasione semel deceptum in profundum mortis bara-
 thrum lapsum iacere ommitteret. Sed quia te sanctae admonitionis verbis
 salubri-

A salubribus humili prorsus deuotione non obedire, neque aurem cordis
 (velut aspidem surdam) inclinare, vel acquiescere nolle aspiciens, post
 tot correptiones vna cum venerabilium coepiscoporum coetu a sacrosancti
 corporis & sanguinis Domini secundum institutionis paternae censuram,
 communione separauit; & ab Ecclesiae Dei societate merito remouit. Et ad-
 huc in eadem sorde iniquitatis foetidum & vulneratum te dolet iacere, cor-
 deque impaenitenti nolle ad te percutientem reuerti aspiciens, clamat, vt per
 salutis medicamenta animi tui valeat vulnera male inflicta sanare. Vnde &
 nos pastoralis sollicitudine, atque confratris nostri Archiepiscopi hoc praesenti
 ti dilectione commoti auctoritatis nostrae statuto iubemus, vt tanta peruerfi-
 tate, & cordis duritia iam procul abiecta, quonia haecenus Dei timore post-
 posito, multos tuae iniquitatis lepra coinquinasti, & tantorum malorum au-
 ctor esse non dubitasti, praecipimus te cum omni celeritate reuerti ad veram
 praefati Pontificis tui satisfactionem cum filijs, & tuis omnibus complicitibus:
 quorum incentor adhuc malorum, post tantas correptiones esse non timuisti,
 & eius salubribus monitis subditus, & subiectus existas. Omnibus tamen Ec-
 clesiae depradationibus in integrum restitutis, & secundum ipsius Ecclesiae
 priuilegium emendatis, atque solutis: quod si post huius nostrae praecipio-
 nis relectam Epistolam in tua iniqua obstinatione perdurans, vt dictum est,
 ad praefatum Pontificem tuum redire satisfaciendo contempseris, ex aucto-
 ritate Dei patris, & Filij, ac Spiritus sancti virtute, beatorumque Apostolo-
 rum Petri ac Pauli, & omnium sanctorum Patrum; nostraque Apostolica
 sanctione, secundum iam dicti dilecti confratris nostri Archiepiscopi, & Epi-
 scoporum sententiam iam olim in te prolatam, iubemus te cum filijs, & com-
 plicitibus tuis omni Ecclesiastica esse communione priuatum, & a coetu, atque
 societate omnium Christianissimorum; vt potest tantorum malorum pepe-
 tratores inconuertibiles, seclusos & damnatos existere. Quousque omnia;
 quae perperam gessistis emendando, canonicaeque satisfaciendo, veniam
 condignam percipere mereamini. Data xv. Kalendas Mar. Indict. xiiii.

EPISTOLA CCLXIII. B. IOANNIS PAE VIII.

ROGAT vt vna cum Carolo Imperatore de reuocanda ab exilio & Romam remit-
tenda Angelberga consentiant; vbi eam ita se custoditurum pollicetur, vt nihil mali
contra Imperatorem moliri possit; & si quid moliat, Imperatori se eam redditurum
promittit.

LVDOVICO ET CAROLOMANNO REGI-
bus, & Hugoni Abbati.



Nosse volumus vestram dilectionem, quia spiritualem filium
 nostrum Carolum serenissimum Imperatorem Romae no-
 biscum degentem rogauimus, vt spiritualem filiam nostram
 Angelbergam Deo deuotam, quae se sancto Petro Aposto-
 lo, & nobis cum suis omnibus commendauerat, quam etiam
 coniunx illius diuae memoriae Ludouicus Augustus adhuc
 viuens nostrae tuitioni specialiter submiserat, ab exulatu reduceret; &
 apud nos eam Romam, vbi nulla iam de illa sinistra suspicio oriri posset,
 Epist. Tom. 3.

Ludouicus & Ca-
rolomannus fi-
lij fuerunt Ludo-
nici Balbi Fran-
corum Regi, de
quibus Annon-
lib. 5. cap. 40. &
Regin. lib. 2.
Chron.

Si 2 pro amo-

pro amore Dei & Christi clauigeri ipsius beati Petri Apostoli, simulque nostro dirigeret. Quod ille libenter se facturum promittens, quantum comperimus, vestrum super hoc praestolatur assensum: & quidem nos de communi dilectione & pace, siue concordia vestra gaudemus, & Deo pro hoc innumeras grates referimus: sed tantum de ipsius spiritualis filiae nostrae recuperatione & reditu vos deprecamur, quantum si ipsa ad nos reducta fuerit, ut nihil penitus iam, vel contra eundem Imperatorem, vel contra vos agere possit, nostris vos attestationibus certissimos reddimus. Idcirco iuncta vestra deuotio cum eiusdem Augusti obedientia, absque omni protelatione iam dictam Deo deuotam feminam, quam ad limina Apostolorum, à quorum confessione altarium nostro semper tuendam praesidio suscepimus pro amore Dei, & nostro remittere, quantum in vobis est, non omittatis. Quia si hic apud nos rediens habitauerit, tanta custodia circumspecta, nobis credite, erit: vt nec Bosoni, nec alij homini ad perturbationem Imperij, siue Regni quodlibet adiutorium, vel auxilium verbis, aut scriptis praebere quoquomodo valeat. Verumtamen vnum est, quod vobis veraciter, & vnde occasionem vos ad nos contemnendum non possitis assumere: hoc ecce proponimus scilicet, si eandem Angelbergam, vel in modico contra Imperialem, aut nostram voluntatem aduersi quippiam moliri, aut velle manifestis cognouerimus indicij: praesentaliter illam reddere, ac remittere imperialibus satagemus obrutibus: quatenus, quae disciplinam forte recipere, quod nec optamus, distulerit, non solum mundana vestra iudicia non euadat; verumetiam nec nostram miserationem, quae delinquentibus pascere consuevit, inueniat. Ideoque, charissime fili, estote in hoc nostri cooperatores & adiutores, & audiat nos continuò excellentia magnitudinis vestrae, vt & vos à Domino exaudiri mereamini; & per felicia tempora regni gubernacula moderantes, cum Christo regnum, quod finis nullus angustat, intercedentibus beatis Apostolis, capessere valeatis. Data iiii. Id. Mar. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

RECIPIT Hadericum sub tutela sedis Apostolicae, & excommunicat omnes, qui illi, vel eius Ecclesiae molestiam intulerint.

OMNIBVS REVERENDISSIMIS EPISCOPIS
& Sacerdotibus, seu clero ac populo sanctae Mediolanensis Ecclesiae.

Boni patrisfamilias, quem bene & fideliter laborantes remunerasse cognoscimus, informati exéplo, ex Apostolicae auctoritatis & miserationis magisterio, seu beniuolentia, omnibus, quos pro Ecclesiae Dei utilitatibus fideliter desudare conspiciamus, subuenire debentes, opportunum ac necessarium nos oportet praebere auxilium. Igitur quia te Hadericum venerabilem presbyterum, & Abbatem sacrorum monasteriorum beatorum scilicet Geruasij & Protasij, atque Simpliciani, necnon ex Xenodochij sanctorum Cosmae,

A Cosmae & Damiani, quod Romanorum dicitur, & alia tua beneficia, vel patrimonialia intra vel extra ciuitatem Mediolanensem constituta, fidei deuotione, totoque mentis conamine, pro pristino statu & vigore, atque restitutione sanctae Mediolanensis Ecclesiae ter quaterque in obsequio Ansperti Reuerendissimi Archiepiscopi tui, atque confratris nostri deuotum, atque in omnibus fidelissimum permanere, atque decertare omnino, & euidenter comperimus, & legationem Ambrosianae Ecclesiae catholica fide, te & prout vires supplerunt, ardentissimo amore explere, crebro cognouimus. Et ob hoc aliquos contumaciae liuore aduersum tuam commotos esse dilectionem, vel ob alias causas inuidiae, qui & modo labijs dolosis zeli contra te concitati, & postmodum callidis argumētis nociuam tibi moliuntur, nostro statuto decernimus, atque Dei omnipotentis auctoritate, beati Petri Apostolorum principis, & nostrae sanctione statuimus, nulli vnquam Archiepiscoporum, vel sacerdotum, aut cuiuslibet ordinis clericorum eiusdem sanctae Mediolanensis Ecclesiae, nec aliarum Ecclesiarum, neque alicui magnae paruaeque personae, cuiuscunque honoris praeditae dignitate esse licitum, pro tuae laudabilis deuotionis affectu, & pro tuae fidei sinceritate, atque charitatis certamine, quod pro ipsius Ecclesiae utilitate nostris te diebus habuisse cognouimus, aliquam tibi quocunque modo, vel sub Ecclesiasticarum rerum obtentu, inferre calumniam, aut his praefatis, quae pro tui digni laboris merito retines beneficijs, & patrimonijs, vel à quibus proprijs rebus mobilibus priuare: sed diebus vitae tuae, secundum auctoritatis nostrae decretum, pro amore Dei, & mercede animae nostrae, tuaque fidelitate, quam tuam te nouimus habere Ecclesiae, liceat tibi sub Apostolicae sedis, successorumque nostrorum tutamine, cum proprijs beneficijs, & cum omnibus tuis hominibus vtriusque ordinis, manere quierum, atque securum. Porro quicumque contra hoc nostrum statutum, temerario ausu agere, teque pro huiusmodi negotio calumniare praesumpserit, omni eum Ecclesiastica iudicamus communionem carere, quousque per congruam satisfactionem, in nostra successorumque nostrorum praesentia, quod perperam laeserat, emendare curauerit. Et ideo nostra etiam Apostolica auctoritate praecipimus, te nullquam cuiuslibet Episcopi, vel sacerdotis subiacere iudicio, quousque in nostram, vel successorum nostrorum liberè, ac securiter sine alicuius obstaculo, vel impedimento praesentiam venias. Data vt supra.

EPISTOLA CCLXV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

D ARGVIT eum, quod non fregerit foedus, quod cum Sarracenis fecerat, cum promiserit illud rumpere. Ostendit multa mala eius causa à Sarracenis, Christianis fuisse infligta. Minatur illi excommunicationem nisi foedus illud rumpat.

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Am quia, te lactantium, & ab ipsis cunabulis educantiū sanctae matris tuae Romanae Ecclesiae oblitus es vberum; vel nostrae beneuolentiae non debueras obliuisci: quam tibi paternaliter exhibentes, & salutis tuae consulta prauidimus, & in temporalibus commodis iuxta qualitatem temporis, praesidia quaque contulimus. Et quoniam cooperatorem nostrum in his, quae Dei sunt, te habere volumus, nimisque

tua sanctimoniam diligimus, monemus, ut vel nunc ad cor redeas; ut praua A
 quaeque iuxta tuum ministerium diluas, & inimicorum Christianorum nomi-
 nis foedus execrando deuities; quatenus & animam tuam lucrum acquiras, & no-
 stris magis, ac magis affectibus perfrui valeas; & blasphemias, ac maledictio-
 nibus reliquiarum populi Christiani; diuinitate propitia careas. Memento
 quæso quid es; memento, quid si non resipueris, eris; & iudiciorum Domini
 memor esto, ne pro tantis Deo rationem reddere cogaris, quanti per tuam
 desidiam interempti sunt; & captiui ducti diuersis mortibus perierunt: De
 quorum crudelitate, quid dicere possumus? Cum tanta hinc stenda sint, & lu-
 genda, ut si scribere velimus, & lachrymarum riuuli crescant, & primum char-
 ta quam verba deficient. denique apud Caietam olim nobis necessitate con-
 stitutus, Legati tui promiserant, ut intra spatium viginti dierum, non solum cum
 Agarenis habitum pactum dissolueres; verum etiam Sarracenos caperes, & B
 nobis eos transmitteres: sed ecce, quod promissum est, fide haecenus caruit;
 & omnium sponsonum dicta cassata sunt, & ut apparet, frustrata. Unde,
 sicut diximus, cesset iam, cesset haec immanissima pestis, ut reliquiae Chri-
 stianae funditus non depereant, & tu animam tuam dispendia non incurras: quia
 si populo Dei compassus fueris, & Deum tibi propitium facies, & nostram pa-
 ternitatem solito more percipies, & ministerium tuum custodies: alioquin
 non solum nostra tibi non dimittemus, sed etiam canonicam in te sententiam
 iuxta nostrum ministerium iaciemus: Sed & hoc nostri Apostolatus auctori-
 tate monemus, & excommunicando modis omnibus interdiciamus, ut quia
 ecce tempus acceptabile est, ecce nunc dies salutis, nullam seditionem; nullam
 commotionem, nulla discriminam, vel lationem cum his, qui in Bergolassi
 commorantur, aut facias, aut facientibus omnino consentias: quatenus pa- C
 cem sectando, ab omni nequitia purgatus, munus Deo immaculatum offe-
 ras, & charitatem Dei in tuo vase diffusam, cohabitare permittas: quia nos,
 quibus de omnibus cura est, Deo iuuante, congruenter illuc properabimus;
 & inter vos, te potissimum cooperante, pacem & amicitiam reformabimus.
 Data pridie Idus Mar. Indictione xiiij.

2. Cor. 6.

EPISTOLA CCLXVI. B. IOANNIS PAPA VIII.

*ARGVIT quod in bona Veronensis Episcopi inuaserit. eius causam quibusdam
 Episcopis se commisisse significat. monet ut eorum acquiescat sententia.*

ADELCHISIO EPISCOPO TRIDENTANO. D



Vggerente coepiscopo nostro Adelardo Veronensi Episco-
 po, didicimus, sanctitatem tuam aliter egisse, quam se canoni-
 ca, immo Christiana obseruantia habere videtur. Quia scilicet
 contempto praecedentium patrum iudicio, cui ipse inter-
 fuisse dinosceris, res quasdam ad sanctam Veronensem Ec-
 clesiam pertinentes inuasisse diceris; & contra manus tuae
 subscriptionem te egisse quodammodo suspicaris: in quarum rerum diffini-
 tione, si sedis Apostolica Legati non interessent, sperare adhuc posse nos
 aliorum certificari super hoc attestationibus. Sed quia hoc non esse oppor-
 tunum prauidimus, Ioanni Bononiensi, Egilulfo Mantuano, Eicardo Vicen-
 tino, & Viatori Ferrariensi venerabilibus Episcopis, ad hoc secundum Deum
 prouiden-

A prouidendum, & quantum ad contemptum inobedientium pertinet, rursus
 diffiniendum, vicem nostram super hac questione commisimus; ut in idipsum
 conuenientes, hoc litigium cum sanctitate tua determinent; & in reprehensi-
 biliter, Deo pra oculis habito, diffinire procurent. Quapropter fraterno te
 amore monemus, ut in hoc ita peragas: quatenus a nobis merito reprehendi
 non possis, & canonicam sententiam non excipias: verumtamen ad locum,
 quem praedicti venerabiles Episcopi tibi significauerint, occurrere non omit-
 tas. Et de eisdem rebus Asianae villae respondeas, ut ex hoc iam nulla qua-
 stio prorsus remaneat, vel renascatur. Data ut supra.

EPISTOLA CCLXVII. B. IOANNIS PAPA VIII.

B CAUSAM inter Tridentinum & Veronensem Episcopos versantem eis commit-
 tit, monet ut eum iure desinant, & ad se sententiam mittant, ut eam confirmare possit.

IOANNI BONONIENSI, EGILVLF O
 Mantuano, & Eicardo Vicentino, & Viatori Fer-
 rariensi Episcopis.

C ANGITATEM vestra nolumus ignorare quoddam olim inter
 sanctam Veronensem Ecclesiam, & Tridentinam de quibusdam
 rebus Asianae Villae exortum fuisse litigium, quas Veronensi
 Ecclesiae pertinuisse probauimus, sicut a Legatis nostris, qui
 tempore illo in Italiae partibus legationis nostrae fungebantur
 officio, veraci relatione competimus: quorum & iudicij dif-
 finitionem vidimus, & eorum subscriptiones manuum, lectione percurramus;
 quo manifestius declaratur: easdem res ad sanctam Veronensem Ecclesiam
 iuste pertinuisse, & eas in perpetuum possidendas diffinitum fuisse. Sed quia
 saepe contemptio solet generare discordiam, nunc, sicut dicitur, Adelchisius
 venerabilis Tridentanus Episcopus, contra diffinitionem ipsam peragens,
 atque contra professionem, manusque suae subscriptionem mouere praesumpsit;
 Reuerentiae vestrae super hoc negotio vicem nostram committimus, ut ad il-
 las partes accedentes cum Adelardo, & eodem Adelchisio Venerabilibus Epi-
 scopis, hoc litigium (licet hoc, quia cum Legatis nostris deliberatum est, su-
 perfluum iudicemus) rursus audientes deliberetis, & ad legitimum finem per-
 ducere modis omnibus satagatis: quo rite, & secundum seriem scriptura-
 rum suarum peracto, quicquid illud fuerit, nostro Apostolatus scriptis ve-
 stris volumus intimari; ut nos & libenter accipiamus, & nostra auctoritate
 stabilire non omitteremus. Quia & primum coram Apostolicis missis, alijsque
 Reuerendissimis Episcopis in synodo Ticinensi, & post in Tridentina Eccle-
 sia: nihilominus coram nostris Legatis, & alijs Imperialibus iudicibus, de hoc
 iudicatum fuit, & legaliter diffinitum. Data iij. Nonas Mar. Indi. xiiij.

EPISTOLA CCLXVIII. B. IOANNIS PAPA VIII.

GRATVLTUR de orthodoxa fidei cultu, & de eius erga religionem studio &
 cura. precatur iudices spirituales profectum maiorem, eumque consolatur.

METHO-



Rationalis sollicitudinis tuæ curam, quam in lucrandis animabus fidelium, Domino Deo nostro exhibes, approbantes, & orthodoxæ fidei te cultorem strenuum existere contemplantibus nimis in eodē Domino iocundamur, & ei immensas laudes, & gratias agere non cessamus: quia te magis ac magis in suis mandatis accendat, & ad sanctæ suæ Ecclesiæ profectum ab omnibus aduersitatibus clementer eripiat. Verum auditis per tuas litteras varijs casibus, vel euentibus tuis, quanta compassione tibi condoleuerimus, ex hoc aduertere poteris, in quo te coram nobis positum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctrinam, iuxta sanctorum Patrum probabilem traditionem, se qui debere monuimus, & tam symbolum, quam rectam fidem à te docendam & prædicandam subdimus; nostrisq; Apostolicis litteris glorioso Principi Sfantopulcho, quas ei asseris fuisse delatas, hoc ipsum significauimus, & neque aliæ litteræ nostræ ad eum directæ sunt, neque Episcopo illi palam, vel secretò aliud faciendum inlunximus, & aliud à te peragendum decreuimus: quanto minus credendum est, vt sacramentum ab eodem Episcopo exigeremus, quem saltem leui sermone super hoc negotio allocuti non fuimus. Ideoque cesset ista dubietas, & Deo cooperante, sicut Euangelica & Apostolica se habet doctrina, orthodoxæ fidei cultum fidelibus cunctis inculca, vt de labore tui certaminis, Domino Iesu Christo fructum asseras abundanter, & gratia eius remuneratus; mercedem recipias competentem. Ceterum de alijs temptationibus, quas diuerso modo perpeffus es, noli tristari; quin potius hoc, secundum Apostolum, omne gaudium prorsus existima. Quia si Deus pro te, nemo esse poterit contra te: tamen cum Deo ducere reuersus fueris, quicquid innormiter aduersum te est commissum, quicquid iam dictus Episcopus contra suum ministerium in te exercuit, vtramque audientiam coram nobis discussam, adiuuante Domino, legitimo fini trademus, & illius pertinciam, iudicij nostri sententia corripere non omitemus. Data x. Kal. Aprilis, Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

NUNCIAT Imperatori se ijs malis à Sarracenis affici, vt amplius sustinere non possit. rogat eundem vt sibi subsidio exercitum mature mittat, eique palmam cum benedictione mittit.

CARORO IMPERATORI.



Multarum oppressionum nostrarum, fili charissime, vobis obliuisci non conuenit, & calamitatum nostrarum, quas sancta mater vestra Romana Ecclesia patitur, oportet vos reminisci, & tunc demum ad aliquam consolationem nostram manū vestræ pietatis porrigere, & auxilium nobis præbere quātocyus debetis: Scitis namque quæ, quanta & qualia, præcipue à paganis mala, quantasq; etiam miseras patimur, & in nobis commissis, quantum quotidie affligamur, & vos estis experti, & nos partim vestræ clementiæ paulo ante significauimus. Et cum quotidie hæc eadem mala non minui, sed

magis

A magis ac magis crescere, ac dilatarī cernamus, dolor & gemitus, ac sine fine tristitia imminet, ac per hoc libet magis mori, quam prohdolor, iam talia tolerare. Proinde spiritalis sili, semperque Auguste, gloriam vestram summo-pere deprecamur, vt pro amore Dei omnipotentis, & reuerentia principum Apostolorum Petri ac Pauli + hostilem exercitū, quem istas in partes venturum esse dixistis, moram perpeti non sinatis, sed cum omni velocitate, ad auxilium nostrum, quæsumus, dirigatis: vt, Domino adiuuante, ad respiracionē nostram Agarenos expugnet, & nobis quantulamcunq; de ipsis paganis tranquillitatem valeat ferre. Sed & è latere vestro, qui eidem exercitū præesse possit, tam strenuum, tamque idoneum missum modis omnibus tribuat, qui & ductor exercitus vestri existat; & quam defensionem, vel adiutorium nobis faciant, ipse præuideat; & quidquid vestra vice est peragendum, potestate uē perficiat; alioquin non solum ex hoc maxima negligētia erit, & omnis vestra utilitas deperiet, sed etiam nouissima nostra erit peiora prioribus; & vos quantum ex hoc habeatis peccatum, dici non potest. Ideoque propter Deum succurrite nobis, succurrite, vt non dicant in circuitu nationes, vbi est Imperator eorum? Præterea honorificentia vestræ cum benedictione Apostolica palmam, per quam signum datur victoriæ; ecce ex more direximus, exoptantes, omnipotentemq; Deum deprecantes, vt hanc cū legitima vos in die tantæ solemnitatis gestare faciat, atque permittat. Et ad omnium nostrum utilitatem profectum, aures præcordiorum vestrorum diuinitus inclinare dignetur. Data iij. Kal. April. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ATHANASIVM Neapolitanum Episcopum, qui sepe monitus, nunquam, sicut promiserat, foedus cum Sarracenis ictum rumpere voluit, à se cum omnibus ei consentientibus excommunicatum significat.

OMNIBVS EPISCOPIS CAIETAM, NEAPOLIM, Capuam, Berolafim, & Amalfim, Beneuentum, & Salernum incolentibus à paribus.



Deus & quanta ab Athanasio Neapolitano Episcopo Christi Ecclesia patitur aduersa, optaremus vobis nō esse dicturos, nisi essent supramodū graua. Ecce enim, vt ipsi iam ex maxima parte non ignoratis, ad perditionem totius Christianitatis, à multis retro temporibus cum filijs Hismael, & Deo scilicet odibilibus Sarracenis pactum faciens, omnem istam terram ita ad nihilum redegit, vt iam non sit, qui eam prorsus inhabitet. Super quo scelere eum sæpissimè commonuimus, & corpori nostro omnimodo non parcetes, vsque Neapolim properauimus, multumq; argenti ei contulimus, & rogauimus, vt ab eorum se societate diuideret, vt tandem aliquando respiciens, tantam pestem deleret. Qui, vt ita dixerim, importunitatē nostram licet fide non tolerans, promisit se ita esse facturum; & pactum cum Sarracenis habitum soluturum, sub ea dumtaxat conditione, vt si deinceps hoc malo se quocunq; modo misceret, & sacerdotio esset priuatus, & anathemati subiaceret. Sed, heu, pro turpis lucri commodo, quod ab ipsis Sarracenis, de præda eorum partes recipiendo, huius promissionis oblitus, noluit adimplere quod

Carolus eius nominis tertius Crassus dictus, cuius supra in epist. 42. facta est mentio.

quod multis coram politis scriptis, & verbis promisit. Rursum nobis non modici argenti adauctis ponderibus, & apud Caietam peruenientibus, per suos Legatos ei mandauimus, vt si intra triginta dierum spatia cum Sarracenis habitū foedus non rumpere, aut ea quæ nobis tergiuersando abstulerat, non retransmitteret, nostro iudicio iterum sententiam, quam ipse in se pertulit, prorsus exciperet: sed tam varia iuramenta, quam absolutas promissiones postponens, nos de die in diem deludit, & foris omnibus dissipatis, intus verò per suam calliditatem multis nostris ablatis, hætenus; nec cum Sarracenis habitum pactum dissoluit, nec reliquæ Dei populi voluit misereri. Quin potius cum ipsis conuersans, de ipsis malis in peius creuit, & Dei mandata contemnens, sacerdotij etiam sui oblitus non solum similis illis effectus est, sed etiam in multis deterior. Huius rei gratia apud beatum Petrum Apostolum synodicè in eum sententiam protulimus; & cum omnibus sibi consentientibus, siue fauentibus, omni Ecclesiastica communione sub anathemati interpositione priuauimus. Modus autem excommunicationis hic est, Athanasij Neapolitanū Episcopum sapissimè admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, vt pactum cum Sarracenis habitū distumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum se omnimodo soluiturum, & ab eorum societate separaturum esse promittens sub ea conditione; vt si denuò cum illis quolibet modo foedus habuisset, omni esset sacerdotali honore priuatus, & anathematizatus; sed hæc omnia paruipendentem; & ad perditionem Christianorum; cum eis pactum habentem, & nos sapissimè deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri ac Pauli simul & nostra, cum omnibus sequacibus suis, & omni Ecclesiastica communione priuamus, & quousque se ab ipsis Sarracenis penitus separauerit, velut totius Christianitatis inimicum anathematizamus. Data Meñ, April. Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ARGVIT quod Albericum Comitem Rauennam adsciuerit, & mobiles Rauennates contra iusurandum sibi præstitum vexarit. Cum Neapoli reuersus fuerit, ait se ea omnia curaturum. Iubet Dominicum Archidiaconum Faentinae Ecclesie Episcopum consecrari.

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI. D

RA quæ nostro præfulatui pro utilitate & necessaria sanctæ Rauennatis Ecclesie restitutione perficienda mandasti, lucifuis antecessorum nostrorum informati exemplis, cõgruum & opportunum eidem Ecclesie libenter volumus, Deo fauente, præbere solatium, & defensionis auxilium: præcipuè cum ipsius nos tibi commissum habeamus regimen. Sed quia multi nobilium Rauennatum, crebris dumtaxat querimonijs Apostolatus nostri aures pulsare non desinunt, circa te clementiæ nostræ beneuolentia commota non immeritò habetur. Nam vt cetera omittamus, quia Albericū Comitem, quasi ex parte Imperiali Rauennam adsciscere, & nobiles Ciues ipsius nobis inconsultis ausu temerario distringere innormiter coegisti; miramur, eo quod te aduersum tuam promissionem iureiurando coram nobis, & sede

A & sede Apostolica prolatam, penitus egisse cognoscimus. Pro quo nimirum te valde cauere oportet, ne pro talibus tua te sententia velut transgressorem vlciscatur. Nos enim te gregem Domini pascere, non perturbare, saluare & non perdere statuimus. Tamen cum nos, Deo volente, Neapoli, quo nunc proficiscimur, fuerimus reuersi; & aut tu, secundum nostram tibi iustionem directam, Romam veneris, aut nos, vel missus noster istas in partes venerimus, plenariam de omnibus, quæ tuæ Ecclesie cognouerimus esse necessaria, iustitiam omnimodo faciemus. Defuncto præterea Ecclesie Faentinae Episcopo præuidimus, hunc Dominicum venerabilem Archidiaconum, sedis ipsius honore Episcopali dignum existere. Hoc auctoritatis nostræ statuto præfenti dilectioni tuæ præcipimus, vt absque omni mora, vel protelatione eundem Archidiaconum studeas secundum morem Episcopum consecrare. Nam si aliqua temeritate deprauatus, hoc contra tuæ sponfionis iuratoriā paginā præfentaliter facere cõtempseris, pro certo scias, quia nos ipsius Ecclesie curā & sollicitudinē habentes, iam fatum Archidiaconū ad nos ex nostra præceptione illico reuertentē Episcopū cõsecrabimus. Data vt supra.

EPISTOLA CCLXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ARGVIT eum, quod alterius legitimam vxorem raptori tradi consenserit, & Romanæ Ecclesie ausus fuerit aduersari: has ob causas illum à conferendis sacris ordinibus suspendit, donec à synodo, ad quam eum iubet venire, eius causa cognoscatur.

ROMANO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI,

Missæ per Deltonem venerabilem Episcopum.



Nter cetera, quæ de te audiuius, veniens Deus dedit dux retulit nobis, quod vxorem illius, de qua legaliter diffinitum est, ad te callidè venire fecisses, & alteri viro raptori, in stupro vtique tradidisses: quod nimirum tanti flagitij scelus te, iuxta tuum ministerium, omnimodis prohibere, ac funditus refecare oportebat: tu autem consensum illicitè præbuisi. Cognoscimus etiam multis indicijs, quod ausu temerario contra sanctam & dominam tuam Romanam Ecclesiam recalcitrare, & contra tuæ iuratoriæ sponfionis tenorem luculentissimè agere nullatenus dubitasti. Vnde auctoritate Dei & beati Petri, nostraq; tibi præcipimus, & præfenti statuto iubemus, vt nullam omnino sacerdotalem ordinationem pro talibus, quibus es irretitus criminibus, facere quoquomodo præsumas, donec octauo Kal. Octobris futuræ quintæ decimæ indictionis, ad synodum, quam, Deo fauente, pro Ecclesiasticis videlicet utilitatibus, secundum sanctorum Patrum statuta, celebraturi erimus, omni postposita occasione venire procures: quatenus synodali decreto ea, quæ de te didicimus, examinata, canonicum finem percipiant. Data vt supra.

EPISTOLA CCLXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

IUBET Placentinos clericos, quos sine cõmēdatijs litteris ad eum confugientes receperat, ad eorum Episcopum remitti; eiusdem etiam Ecclesie clericos absolui, donec cum eis ad synodum veniat.

REVE-

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO

Romano Archiepiscopo Rauennati.



Nter ceteras proprij affectus rationes incongruas, quibus te ipsum quotidie mente improvida insertiri non dubitas, Paulo charissimæ Placentinæ Ecclesiæ Antistite ad aures Apostolatus nostri humiliter reclamante, didicimus; quod clericos ipsius Ecclesiæ regulæ normam sectari nolentes; & idcirco sine commendatitijs utique litteris ad te confugientes, contra sacra beatorum Patrum statuta recepisses, receptosq; tibimet famulari decernas. Quod nimirum propter multam perturbationem, & seditio- nes, quæ sæpe sunt, auctoritate Apostolica, & sanctorum Patrum præcipua institutione amputare volentes, Reuerentiæ tuæ iubemus prædictæ Ecclesiæ ^{† Placentinæ vt supra.} Fauentinae clericos, quos penes te innormiter habere videris: & præcipuè Gausum Diaconum, de præsentis suo reddere, vel dirigere procures Episcopo. Quia non licet quemlibet clericum in duarum Ciuitatum conscribi simul Ecclesijs, & in qua ab initio extitit, & ad quam confugit, quasi ad potio- rem ob inanis gloriæ cupiditatem: & ideo eos ad suam Ecclesiam reuocari decernimus, & de illis amplius nullo modo recipias. Te autem aliquid amplius agere cauere prorsus oportet, ne sanctorum Patrum iudicio, quod contra huius regulæ transgressores prolatum est, damnari omnino merearis. At si aliquid inter eos aduersi exortum fuerit, canonicè inter eos diffinias: saluo sedis Apostolicæ honore, atque vigore; saluoque tuæ Ecclesiæ priuilegio. Et præterea sacerdotes, & clericos Placentinæ Ecclesiæ, quos excommunicasti, vt ab eadem excommunicatione absoluas, quousque tempore congruo, tu cum eis Romam ad synodum pariter veniatis. Data Meñ. Iul. Indiç. xiiij.

EPISTOLA CCLXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EXCOMMUNICAT eum, quòd absque sua licentia ab Archiepiscopo Rauennate ad Fauentinæ Ecclesiæ Episcopatum promotus fuerit: prohibetq; eum illius Ecclesiæ administrationem attingere, donec ad synodum Romam veniat.

CONSTANTINO SACERDOTI ECCLESIAE

Fauentinæ de plebe sancti Petri Transilvani.



Vdientes te esse quasi ad Episcopalem honorem à Romano Rauennati Archiepiscopo, sine nostri Pontificij auctoritate, seu licentia, & absque canonicæ institutionis regula enormiter promotum. His Apostolatus nostri litteris ex Dei omnipotentis, sanctorumq; Petri ac Pauli Apostolorum principū auctoritate, nostroq; Apostolico iure, te excommunicamus, vt nullo modo habeas licentiam aliquid de Episcopali officio peragere, aut ipsam Fauentinam Ecclesiam quoquo modo inuadere, neque in plebibus, vel rebus, seu hominibus ipsius Ecclesiæ, aliquod dominium agere præsumas, vsque quo cum eodem Romano Archiepiscopo tuo, octauo Kalendas Octobris, quam Deo fauente, celebraturi Romæ erimus, tuam specialem rebus præsentiam exhibere procures. Nam si contra hanc nostram Aposto- licam

A licam iussionem, & post huius nostræ excōmunicationis sententiam, aliquid de ipso episcopali ministerio agere præsumperis, vel in omnibus, quæ ad eundem episcopatum pertinent, temerario te ausu intromittere temptaueris, atque ad denominatam synodum occurrere postposueris; scias pro certo, quia non solum omni ecclesiastica te communionem priuabimus, sed etiam synodali decreto à sacerdotali honore te sanciemus alienum existere. Data xvj. kal. August. Indiçione xiiij.

EPISTOLA CCLXXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Ad synodum Romam sub pena excommunicationis venire iubet, vt ad ea, quæ obijciuntur, respondeat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO

Confratri nostro Romano, Archiepiscopo.



Via iam pridem missis tibi per Ioannem venerabilem Episcopum Montis Feretrani, Apostolatus nostri litteris, ad synodale te collegium pro Ecclesiasticis dumtaxat vtilitatibus nobiscum pariter celebratum occurrere iussimus, & tuam nobis contempisti præsentiam exhibere; nunc multis te criminibus irretitum, multorumq; hominum accusationibus horrendis impetitū, & præcipuè manifesto periurio esse pollutum, agnoscentes; hac secundæ vocationis nostræ auctoritate ad venerabilem synodū, quam, Deo fauente, octauo Kalendas Octobris futuræ quintæ decimæ Indiçionis, erimus celebraturi, omni occasione, vel mora postposita, vnā cum omnibus suffraganeis tuis episcopis venire iubemus: quatenus ibi coram fraterno, & venerabili Episcoporum coetu, pro omnibus tibi obiectis ritè examinatis, ore proprio valeas respondere, & te innoxium demonstrare: nam si aliqua temeritate tumidus, vel inobedienciæ stimulis motus hanc nostram Apostolicam & canonicam vocationem, quam tibi primitus per Deltonem, seu & modò per Ioannē Callēsem venerabiles Episcopos direximus, paruipendendo, ad præfatam synodum venire contempseris; scias pro certo, quoniā omni te cōmunionem Ecclesiastica priuabimus, & fugiendo, tuæ dānationis sententiā tuq; honoris patieris iacturā. Dat. vj. Kal. Aug. Indiç. xiiij.

EPISTOLA CCLXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

D *DEUSDEDIT Rauennatem iniuste excōmunicatū absoluit. Confirmat illius cum Maria vxore coniugium. iubet eum defendi.*

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO ROMANO Archiepiscopo Rauennati pro causa Deusdedit Rauennatis, & Leoni venerabili Episcopo missis, & Apocrisario summæ sedis nostræ Apostolicæ, necnon quibusvis missis Imperatoris & omnibus Iudicibus, & Populis Romani territorij constitutis, cunctisq; fidelibus S. Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris.



Mnium reuerentiam, omniumque industriam scire hortamur, quòd Rauennas Romanus Archiepiscopus, & ore, cum Rauennæ fueramus, dixerit, & scriptis transfuserit, quòd nonnulla

incesta coniugia in sua parochia fuissent, & quotidie fierent. Deinde per suum legatum, Dominicum videlicet presbyterum, vt ipsi triginta & duo essent, dicendo significauit, suggerens, vt nostra auctoritate ipsi eos liceret canonicè omnes iudicare. Qui omnibus dimissis, quos etiam nominatim dixerat, & sola inductus inuidia, vt remur, & postea in sancta paruit synodo, Deus dedit fidelem nostrum, (qui, dum Rauennae fuimus, ipse penes nos quotidie fuit, & coram me, & ipso Archiepiscopo causas, vt debuerat iudicauit.) postquam sedem Apostolicam appellauit, excommunicare non formidauit, ipse Deus dedit verò Dux pro nostra fidelitate, his obediuit; & ad Apostolicam praesentiam venire modis omnibus festinauit. Nos suam causam audientes, & qui eum accusare non debuerant, ex parte Archiepiscopi non inuenientes, poteramus ipsum absolueret, sed nolimus, vsquequo Archiepiscopo misissemus, immo cui misimus dicentes, vt ipse Archiepiscopus pro statutis sanctarum Dei Ecclesiarum, sexto Idus Nouembris, ad synodum celebrandam veniret, deferens secum accusatores & testes: qua tenus his delatis negotium Deus dedit inter alia canonicè finissemus. Qui pro se sui Cardinis Dominicum presbyterum, & Ioannem diaconem misit, transmittens cum illis scriptas accusationes: quibus scriptis coram sancta synodo lectis; ad ea Deus dedit respondit, & se incestum, atque nefarium commississe negauit; sed coram omnibus se innocentem ostendit, & diuini mundanique iuris auctoritate se coniugatum probauit. Quapropter vnà cum sancta synodo illum absoluiimus, & eum communioni nostrae recepimus. Et Mariam coniugem suam illi uxorem esse legitimam firmauimus, cum benedictione Dei omnipotentis, & nostra: & si praefatus Archiepiscopus, aut ministri eius in rebus suis, suorumque hominum inuasionem, & fortiam facere voluerit; vos Rauennates pro ipso illum in suis defendite. Data vt supra Indictione xiiij.

EPISTOLA CCLXXVII B. IOANNIS PPAE VIII.

Petrum & Zachariam legatos ad eum mittit, causa corrigendi mala, qua se, eo regnante, perpeffum queritur.

CAROLO IMPERATORI.



Via nunc eadem omnibus vobis (iam Deo fauente, per humilitatis nostrae officium regnantibus) vbique patimur, & sustinemus aduersa, quae ante vestrae Imperialis gloriae promotione nos sustinuisse quotidie recordamur: his apostolatus nostri apicibus directis, dignum duximus augustali serenitati vestrae pro vtilitate, ac multiplici necessitate Ecclesiae vniuersalis, cui per Dei gratiam praesidemus, suggerere, atque cognitum omnimodis facere, quoniam secundum commune placitum, atque decretum direximus Petrum insignem palatii nostri super ista delitiosum consiliarium nostrum, communemque fidelem, cum Zacharia venerabile Episcopo, & Bibliothecario sedis nostrae, pro recipiendis de omnibus, quae haecenus perperam acta fuerant, iustitiis, & emendationibus, ac pro totius terrae sancti Petri salute, pristinaque restitutione: quatenus in pra-

A in praesentia missorum vestrorum ea, quae necessariò emendanda & corrigenda erant, iure legitimo corrigerentur, vt tam diuturnum malum, finem acciperet.

EPISTOLA CCLXXVIII. B. IOANNIS PPAE VIII.

PRÆCIPIT vt se à Rauennatis Archiepiscopi in synodo excommunicati communionem separent, quousque eum absolutum cognouerint.

OMNIBVS VENERABILIBVS
Sacerdotibus & Clero, atque vniuersis iudicibus populoque Rauennati.



Nosse volumus fidelitatem & vnauitatem vestram, quia Romanum Archiepiscopum vestrum pro periurij reatu manifestè pollutum, aliisque nefandis criminibus impetum, & idcirco ad synodum pro sui purgatione vocatum, occurrere cõtemnentem; omni Ecclesiastica communionem, vnà cum sanctae synodi decreto priuauimus, quousque suam specialem studuerit nobis exhibere praesentiam. Quamobrem his Apostolatus nostri litteris vobis iubemus, & ex auctoritate Dei, & beati Petri Apostolorum Principis, & nostra praecipimus, vt omnes vos ab illius consortio & cõmunionem modis omnibus separetis, donec per nostrae Apostolicae miserationis officium, ab huius excommunicationis vinculo eum cognoueritis absolutum existere. Quicumque autem ei ante audientiam, & absolutionem nostram aliquatenus communicare praesumpserit, eodem excommunicationis laqueo, secundum sanctorum Patrum institutionem, maneat irretitus, vsque dum à nobis fuerit misericorditer absolutus. Data M. Octobris die iij. Indict. xij. † xv.

EPISTOLA CCLXXIX. B. IOANNIS PPAE VIII.

GRATVLATVR de eius incolumitate. gaudet ipsum aduenturum esse statim in Italiam. hortatur vt mature Romana Ecclesia auxilio veniat, & Guidonem pradatorem ab Ecclesia sribus eijci iubeat.

D CAROLO IMPERATORI.



Ognoscetes de vestra incolumitate, quòd oppidò videbamus, Deo gratias egimus, & vt magis ac magis prosperitatibus, & innumeris gaudijs fulciamini, maiestatem diuinam supplicibus votis omnimodo flagitauimus, scientes & multis experimentis discentes, quòd vos eadem vultis, eadem quippe desideratis: quoniam si nostra mediocritas vigeret & valuerit, illa vos facturos hortabitur, vnde & sanctae Romanae Ecclesiae matris vestrae defensio augmentabitur, & vobis copiosa merces in caelo in perpetuum reponetur. Quod autem dicitis, vt postpositis ceteris curis, iter vestrum in Italiam recto itinere ordinatum habeatis; grato animo suscepimus, & vt vtinam non solum Papiam, verum etiam propius essetis, necessitas maxima deposcit. Ideoque quod coepistis, cum Dei adiutorio, velociter vestra sublimitas perficere.

cere studeat; & ad defensionē, immo securitatē sanctæ matris vestræ Romanæ Ecclesiæ, sicut dixistis, ceteris curis postpositis, mente & brachio potenter occurrat: quia quantis affligatur & conculcetur angustijs, iam dicere non valemus. Ceterum de Vvidone Rabia, inuasore scilicet, & rapaci, vestra gloria subueniat, & eum de finibus nostris, vt aliquantulum populus noster releuari valeat, eijcere modis omnibus iubeatis. Data iij. Idus Nouembris.

EPISTOLA CCLXX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATIAS agit, quodd dederit operam, vt Imperator in Italiam ad Ecclesiæ defensionem veniret.

LIVTVVARDO EPISCOPO.

Studio tuo (quod cum spiritali filia nostra Imperatrice, sicut asseris, vt dominus Imperator pro defensione sanctæ Romanæ Ecclesiæ ingrederetur Italiam, habuisti) gratias egimus, & vt quod deest, stet, quod te minimè later, tua instantia perficiat, multum hortamur: quia tantum nobis necesse est, quantum docere non valemus. Vnde ita age, vt tibi magis ac magis gratias referamus, & in temporalibus commodis vicissitudinem reddere inuitemur.

EPISTOLA CCLXXXI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRAECIPIT vt Optando Episcopo à se consecrato obediant.

CLERO ET POPVLO GENEVENSI.

Dilectissimi filij nostri Caroli Imperatoris, principumque ipsius relatu, vestram Ecclesiam viduatam cognoscentes pastore, & propter dissensionem Bosonis, cui sociatus eiusdem sedis videtur Metropolitanus, ordinationem electi vestri Optandi differre, auctoritate & potestate Apostolica, secundum deprecationem eiusdem serenissimi Imperatoris, filij scilicet nostri spiritalis Caroli, atque optimatum eius, præcognita vestra omnium in eodem Optando electione, & qualiter idem serenissimus Imperator eidem Ecclesiæ electionem perenniter de proprio clero donauerat, diutius ipsa Ecclesia ne viduata maneret pastore, consecrauimus eum sancti Spiritus gratia, & ad regendum vos pastoraliter instructum direximus, quem deuotè & vnanimiter suscipientes, obediētes ei vt pote proprio patri spiritali sitis in omnibus; saluo deinceps eiusdem loci priuilegio antiquo propriæ Metropolis, sancimus, vt quicumque huic nostræ auctoritati, & Apostolicæ deliberationi contrastare, aut resistere, aut non obedire; vel, quod absit, electionem ipsius Ecclesiæ aliquando peruertere, aut infringere, quam, Deo propitio, iuste est affecta, temptauerit; gladio vtique canonicæ disciplinæ nouerit se ferendum, atque omnipotentis Dei vindictam non euasurum, si digna celeriter non fuerit satisfactione sanatus. Confirmamus denique nostri Apostolatus auctoritate, omnes res eiusdem Ecclesiæ pacificè, ac quietè perpetualiter possi-

A possidere. Et quicumque easdem inuadere ac dissipare ausus fuerit, postquā à proprio Episcopo canonicè admonitus fuerit, si secundum diuinas & humanas leges non emendauerit, sub anathemate sit damnatus.

EPISTOLA CCLXXXII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

HORTATUR det operam, vt Carolus Imperator Angelbergam Romanam venire patiatur, quam se ita custoditurum promittit, vt nihil contra ipsum Carolum cum Bosone moliri possit; & si quid tentauerit, se eandem remissurum pollicetur.

B OMNIBVS REVERENDISSIMIS, ET SANCTISSIMIS Archiepiscopis, & Episcopis huius Italici, omnibus gloriosis Comitibus filij nostri Imperatoris.

† f. Regni.



I ea quæ saluti, & vtilitati proximorum necessaria sunt secundum sollicitudinem & curam gregis Domini nobis ad bene regendum commissi, diuinæ pietatis memores agere studemus; omnipotentem Deum in his, quibus & ipsi ex humana infirmitate quotidie indigemus, habebimus omnino propitium, & in bonis omnibus proculdubio adiutorem. Igitur sanctitatem vestram nosse volumus, quoniam Missis, & Apostolatus nostri litteris, dilecti ac spiritalis filij nostri Caroli gloriosissimi Imperatoris clementiam obnixè rogamus, vt Angelbergam filiam nostram, quam diuæ memoriæ Ludouicus rex pater Imperatoris, & Ludouicus Imperator vir eius nobis Veronæ commendaauerunt, ac postmodum ipsa se sancto Petro tradidit, & de ipsius altaris confessione tuendam recepimus, de loco in quo nunc esse constat, pro amore Iesu Christi Domini nostri, & pro sanctorum Apostolorum Petri ac Pauli reuerentia, nostræque paterna dilectione præsentialiter reduci, & ad nos eam dirigere iubeat. Vnde vos fratres, & comministros nostros pio mentis conuenimus atque hortamur affectu: quatenus in huius feminæ reuerentia, vel salute nobiscum cooperari, pariterque desudare studeatis; vt vestro consilio, vestroque instanti hortatu, ipse Augustus nostræ petitionis affectum more parentum suorum libenti perficiat voluntate. Nam sicut illud Regnum, in quo nunc illa sub custodia manet, eius est; ita & istud: & sicut ibi custoditur, ne aliquod solatium, vel consilium dare, facereque possit Bosoni: ita & nos eam in tali loco habitare faciemus, quo nihil aduersi moliri, nihilque valeat machinari contrarium ad huius Regni, & Imperij perturbationem: & si contra eius, ac nostram voluntatem aliquatenus eam agere, aut velle cognouerimus; illico ad Imperialem remitemus præsentiam, nec nostro erit amplius adiuta consilio. Quod nimirum, vt nobis sine omni dubitatione credatur, vnum ex his Legatis nostris venerabilibus Episcopis, quos pro ea Imperatori direximus, satisfaciendo, repromittere iussimus, ita nos esse incunctanter facturos. Neque enim, sicut cum Coepiscopis, & primatibus eius promissum est, nullum temporale adiutorium & consilium iam fato se fore præbiturum Bosoni: & quod, sicut prædiximus, diligentissimè custodita non poterit de his omnibus quicquam agere. Idcirco per Do-

Epist. Tom. I.

Tt 3
minum

minum vos adiuramus, vt toto conamine in hoc opere nobiscum pro amore Dei desudare, eiue manum porrigere procuretis, vt & nos in vestris proficuis vtilitatibus & necessitatibus esse prompti possimus: & cui manum porrigere volueritis, vobiscum omnimodis porrigamus, dignasque vestra Deo dilecta sanctitati pro vestro labore, atque deuotione gratias habere valeamus.

EPISTOLA CCLXXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

COMMENDAT eius vigilantiam, & presbyterum quendam excommunicatum, nunc ipsius testimonio longa penitentia purgatum, eius precibus commotus absoluit, & sacerdotali ministerio restituit. Causam Gedeonis adulteri ei committit, vt sententiam canonicè ferat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Vuiliberto Archiepiscopo Agrippiensi.

Locus obscurus.



Limitatis tuæ prudentiam sacerdotali vigilantia (pro gregis Dominici sibi commissi salute, atque de fauce hostis maligni, qui semper incautos ad æternæ mortis profunda pertrahere, auidè cerrat, liberatione) iuxta pastorale magisterium reuerentiæ tuæ diuinitus delegatum, sollicitam fore, litteris vestris inspectis luculenter agnoscentes laudamus, cum Apostolicæ sedis priuilegium perspicaci mentis intuitu conseruando, hunc tuæ Dioceseos presbyterum, nomine Tal Ingiltrudæ Bosonis quondam Comitissæ vxor rhorum coniugalem, contra diuinæ legis præcepta relinquenti. Et idcirco ab antecessore nostro beatæ memoriæ Papa Nicolao legitimè excommunicatum improvidè communicasse reperiens, sacra iam olim communione priuasti. Quem scilicet, cum tuæ fidelis deuotionis attestazione nostro præfulari dirigens, professus es per annos vndeçim illatam sibi excommunicationis sententiam humiliter sustinuisse: & quod ex polluta consortio femina venenum adtraxerat, longa penitentia satisfactione purgasse, à vinculo suæ obligationis, vt absolueremus, mandastis. Nos verò misericordiæ intuitu, precibus tuis inclinati, interni arbitrium iudicis sequentes, ab ipsius excommunicationis vinculo, si ita est, eum absoluiimus: & omne officium vel ministerium sacerdotale, iuxta præcedentem consuetudinem, iubemus solemniter, ac liberè cum Domini semper timore peragere. Præterea de Gedeone, cuius vxorem cum germano istius adulterium perpetrasse fateris, ex parte dubij existentes, vtrum verum sit quod de hoc dicitur necne, dilectioni tuæ committimus, vt omni ex parte, diligentique cura, rei huius veritate comperta, quid super hoc excellentissimus doctor beatus Augustinus in libris de adulterinis coniugijs ad Pollentium, dixerit; quidque beatus Innocentius Papa vigesimo sexto capitulo statuerit, relegens, secundum horum sanctionem ita diffinire procuret; quatenus animabus eorum per penitentia remedia subueniri possit, & corpora per tuæ sanctitatis prouidentiam, secundum Deum in omnibus dirigantur.

Epist. 2.

EPISTO-

A EPISTOLA CCLXXXIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

OSTENDIT sibi gratissimam fuisse eorum in sedem Apostolicam obseruantiam, hortatur ad perseuerantiam. iubet Legatos ad se mitti, quibus reuerentibus Legatum suum se missurum pollicetur, cui ipsi fidelitatem iuxta Ecclesiæ ritum promittant.

EXCELLENTISSIMO VIRO BARNIMERO
glorioso Comiti, & dilecto filio nostro, atque omnibus religiosis sacerdotibus, & honorabilibus iudicibus, cunctoq; populo pax, & gratia
à Domino Iesu Christo.

B



Vdita per Theodosium venerabilem Episcopum vestrum fide, & deuotione, quam circa sedem beati Petri Apostoli, & nostri Pontificij vos habere cognoscimus, immensas Deo gratias referentes, magno gaudio sumus repleti. Qui vos nunc ad tantam gratiam perducere, & inter oues suas connumerare dignatus est, secundum quod Dominus ipsi Principi Apostolorum commisit, dicens: Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas. Vnde vestram fidelitatem, & Christianissimam deuotionem, his nostris Apostolicis litteris admonemus & exhortamur, vt sicut diuina inspiratione agere cœpistis, vsque ad finem perficere, & obseruare nō prætermittatis: quatenus qui sub ala & regimine, atque defensione beati Petri Apostoli, & nostra, toto conamine vos subdere, atque in eius seruitio perseuerare, quasi dilecti filij procuraſtis, apertius hoc ostendatis, atque impleatis, vt Dominus in Euangelio dicit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Et vt ita hoc per orbem terrarum vestrae sponſionis diffametur, vt auxiliante Domino, & sanctorum Apostolorum suffragantibus meritis, ea quæ saluti & vtilitati omnium vestrum proficua sunt, possimus ad honorem & exaltationem sanctæ sedis Apostolicæ incunstanter perficere, sicut nomine vestro scripta nobis mandastis, ita in libro cælesti scripta permancant. Quapropter mandamus, vt reuertente ad vos dilecto Episcopo vestro, idoneos Legatos vestros præsentialiter ad nos dirigere non prætermittatis, qui pro parte omnium vestrum nos & sedem Apostolicam consulant de his quæ mandastis, vt & nos cum illis missum nostrum dirigamus ad vos, quibus secundum morem & consuetudinem Ecclesiæ nostræ, vniuersus populus vester fidelitatem promittat. Interim monemus, vt constantes permanearis, quoniam scriptum est: Melius est votum non vouere, quam post votum promissa non implere. Spiritus Domini, qui orbem terræ repleuit, repleat vestrum cor omni pace & gaudio in Christo Iesu Domino nostro.

EPISTOLA CCLXXXV. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

LAUDAT eius studium erga sedem Apostolicam, eumque monet, vt perseueret. pollicetur eum à se in amicorum numero referri. Præcipit, vt Romam veniat.

Sicut

Forre, Archiepi
scopo Raueenna-
ti.

A



Sicut nobis, per litteras tuas, & verbotenus, per Deum dedit religiosum presbyterum tuum mandasti, ut fidem & deuotionem, quam circa sedem Apostolicam habere debes, te velle toto conamine conseruare indiminutam asseras, gratanter suscepi-
mus. Vnde te omnimodis admonemus, & his Apostolicis litteris exhortamur, ut nulla inimicorum calliditas, vel seductio amplius à nostra fidelitate quoquomodo valeat te remouere; sed secundum sponsonis tuæ tenorem in ea deuotissimè permanere procures. Quapropter scito, quia sine omni dubietate inter dilectos nostros te retinere volentes; volumus etiam & præcipimus, ut & pro necessitate Ecclesiæ tuæ, & pro tuæ causæ utilitatis, Romæ ad nostram Apostolicam præsentiam præsentialiter venire indubitanter procures: quia & statum sanctæ Raueennæ Ecclesiæ incolumem conseruare, tuumque profectum & honorem perficere, auxiliante Domino, cupimus.

EPISTOLA CCLXXXVI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATULATUR de eius obseruatione erga Rom. Ecclesiam. Latatur ipsum Raueennam venire velle, ut de Ecclesiæ & Imperij statu agat. rogat ut ante diem, quem præstituerat, accedat.

AD IMPERATOREM.



Receptis Serenitatis vestræ litteris, atque perlectis; ac sicut nobis per Ioannem Venticinensem Episcopum verbotenus mandatis, quia cognouimus vos honorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris vestræ, & salutem terræ ipsius toto conamine velle perficere, exultantes sumus animo gauisi. Porro sicut mandatis, ut die Purificationis beatæ Mariæ semper Virginis, Raueennatæ, venientes simul coniuncti fuissetis pro ad considerandum, cum Dei auxilio, & peragendum profectum sanctæ Dei Ecclesiæ, & statum Imperij vestri. Nos autem & hoc libenti animo recipientes, volumus quarto die ante iam dictam festiuitatem vos ibi adesse, quia & nos ita desideratissime cupimus vobiscum simul coniungi, & vestram petitionem libenter adimplere, si, domino annuente, sanitas corporis diuinitus concessa fuerit. Et quoniam, sicut audiimus, vos laborem, atque certamen pro Ecclesiarum Dei statu, & Imperij vestri incolumitate, atque communi Christianorum salute, pio affectu cupitis perficere; his Apostolatus nostri litteris admonemus, & exhortamur, ut magis ac magis in hoc vestra Imperialis sollicitudo proficiat. hoc gloriam vestram obsecramus, & magnitudinem vestram, ut cum in has partes venire cœperitis, Supponem gloriosum Comitem, & communem fidelè vobiscum venire iubeatis.

EPISTOLA CCLXXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MIRATUR quod Legatos non miserit, quemadmodum iamdiu promiserat, monet ut id quamprimum faciat.

DILECTO

A DILECTO AC SPIRITALI FILIO MICHAELI glorioso Regi Bulgariorum, gratia vobis, & pax à Deo patre, & Domino Iesu Christo.



Miramur quòd tanto iam tempore transacto missos vestros, ad sanctam Romanam Ecclesiam matrem vestram, & ad nos non transmisistis. Modò vero (sicut nobis retulit Theodosius venerabilis Episcopus) missos tuos cum eo dirigere promiseras: sed pro qua causa eos dirigere prætermiseras, ignoramus. Vnde vos iam recognoscere oportebat, etiam ad pastorem & pontificem animarum vestrarum reuerti tota deuotione debueratis; vnde his nostris Apostolicis litteris, vos quasi carissimos filios admonemus & exhortamur, ut de præsentibus vestros idoneos missos nobis transmittere non dubitetis; quatenus ab vberibus matris vestræ, sanctæ videlicet Romanæ Ecclesiæ satiemini, omnique bono repleamini. Quia nos more paterno vniuersis extensis vos amplecti & quasi oues Christi nobis commissas alere & saluare parati existimus, secundum quòd Dominus dicit beato Petro, Pasce oues meas: quicquid enim vobis dirigimus, credere omnino potestis: quia pro salute vestra semper agere ac perficere incunctanter cupimus. Optamus vos in Christo nunc & semper bene valere.

EPISTOLA CCLXXXVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

C ARGVIT quòd faueat socijs Bosonis; idque à se imperari asserat. Præcipit, ut Romanam accedat, ut crimina, quæ ipsi obijciuntur, diluat.

OTERAMO VIENNENSI EPISCOPO.



Nter eximios nunciusque Christi Dei nostri sacerdotes te habere, tenereque omnino volumus: sed quia Ecclesiasticæ paci & utilitati contrariâ agere audimus, valde miramur, nihilominus & turbati existimus, eo quòd (sicut fidelium relatu comperimus) his (qui cum Bosone præsumptore, & regni perturbatore tyrannidem exercere non cessant) ausu temerario fauere, eorumque malis operibus cõmunicare præsumas; & in superbiam eorum sequax existens, falsa opinione sanctam nostram Romanam Ecclesiam infamare non dubitas, quòd ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere te certifies; quòd quàm euidenter ostendere non poteris, pro qua scilicet Romana Ecclesia te murum opponere, omnibus iniqua agentibus debueras. Pro quibus nimirum tot malis, tantisque præsumptionibus tibi ex auctoritate Dei, & sanctorum Apostolorum ac nostra præcipimus, ut de præsentibus Romam ad limina sanctorum Apostolorum, nostramque præsentiam venire procures, ut de talibus te criminibus secundum auctoritatem sanctorum Patrum coram nobis & sede Apostolica satisfaciendo, purgare valeas: quatenus te inter fratres & confacerdotes retinere valeamus. Nam, quòd non credimus, si aliter feceris, & venire distuleris, donec hanc nostram iussionem impleueris, scias te omni episcopali officio esse priuandum.

EPI.

EPISTOLA CCLXXXIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII. ^A

Ut Auxentij filium ab Attinulfo captum, patri restituendum curent.

LEONI EPISCOPO THIANENSI

Item Landulfo Episcopo, & Landoni

Gastaldio patri eius.



Vditi certiori comperimus, quod filium Auxentij, Capuani, nostrum diu taxat proprium hominem, Attinulfo caperet, & non bene tractans, eum violenter teneret; quod admodum admiramur: & quod tale quid præsumpsit agere, molestè ^B quippè accepimus. Vnde vobis nostri Apostolatus litteris iniungere dignum duximus, vt omnem operam detis, & ex nostra parte ipsi Attinulfo tam diu insistatis, quousque eundem Auxentij filium, hominem scilicet nostrum, Patri suo saluum restituat, & cum suis hominibus reddat in læsum: Alioquin sententiam nostram euadere non poterit; qui nostrum hominem tam simpliciter ambulanti affligere non contempserit. Vos tamen rogamus, tam strenuè agite, vt vobis gratias referamus, & maiora vobis committere inuitemur.

EPISTOLA CCXC. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATIAS agit de eorum erga sedem Apostolicam obseruantia, suamque illis auxilium pollicetur. ^G

DILECTISSIMIS FILIIS HLVDOVICO

& Carolomanno gloriosissimis Regibus.



Vdita per venerabilem Episcopum deuotione vestra, quam circa sanctam Romanam Ecclesiam habere, totoque conamine exercere cupitis, maximas Deo & vobis gratias agimus. Vnde à nostra parte vos certos existere volumus: quia sicut dominus Carolus diuæ memoriæ Imperator auus vester, ac postmodum genitor vester HLudouicus Rex sub protectione Romanæ Ecclesiæ nostraque Apostolica ^D tuitione vos commendauerunt; ita nostrum Apostolicum affectum circa vos in omnibus ostendere; vosque adiuuare ac protegere paterna dilectione atque amore semper parati existimus. Præterea de his, quæ per iam dictum coepiscopum verbotenus mandastis; ita vobis per eum dictis respondendo direximus: nam ea, quæ nostro consilio reperimus, & vobis innotescendo mandauimus, ad vestrum honorem proficua esse omnimodo credite.

EPISTOLA CCXCI. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

GRATIAS agit, quod Ludouicum & Carolomanum reges ab eorum parentibus sibi commendatos protegerant, hortatur vt in eo persistant, suamque opem pollicetur.

VGONI

^A VGONI EXIMIO ABBATI SEV BERNALDO
Guitoni, & aliis Iuni gloriosis Comitibus.

Vdientes bonam famam de vobis, quod protectores, defensores, atque fideles HLudouico, & Carolomanno excellentissimis regibus, qui nobis à progenitoribus suis commissi sunt, in omnibus existitis, gratias referimus maximas. quapropter his Apostolicis nostris litteris magnificentiam vestram exhortamur, vt more fidelium parentum vestrorum magis ac magis circa eos vestram sincerissimam deuotionem ostendatis. Quoniam & nos Deo propitio in eorum adiutorio vobiscum pariter in omnibus prompti existimus, vt dignam exinde vos non solum à Deo & à nobis, verumetiam, & ab illis retributionem percipere mereamini. ^B

EPISTOLA CCXCII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

ARGVIT eum, quod in carcerem detruso Optando Episcopo à se consecrato, alium ipse Geneuensi Ecclesia præfecerit. Præcipit sub excommunicationis pœna, vt eundem propriæ sedi restituat, atque ad synodum veniat. Et ad diluenda ea, quæ ipsi abijciebantur, se parat.

OPTERAMO VIENNENSI

Archiepiscopo.

^C

Elatu veraci didicimus, sanctimoniam vestram in Geneuensi Ecclesia episcopum consecrasse, cui nos necessaria temporum qualitate perspecta, iam primum clericis eiusdem Ecclesiæ suggerentibus, auctoritate Apostolica præfeceramus episcopum, nomine Optadum. Quo audito, audaciam & temeritatem vestram nimium admirantes, ob id maximè turbati sumus, eo quod non solum super ordinationem nostram obices manus habuistis; sed etiam ad contemptum, & iniuriam sedis Apostolicæ præfatum episcopum turpiter capientes, arcta custodia retrusistis; & rebus, omnibusque supellectilibus eius direptis, hactenus retrusum affigitis. Et contra omne ministerium vestrum (quod nulli Christiano licet) sacerdotem Domini tetro carcere maceratis, non habentes præ oculis scilicet, quod sacerdotes Domini sacra scriptura aliquando Deos, aliquando Angelos nominet: & qui eos tangit tangat pupillam oculi Domini. Quapropter auctoritate Dei ^{Zach. 2.} omnipotentis, & Principum Apostolorum Petri & Pauli, simulque nostra vobis præcipimus, vt accepta hac nostra epistola, aut quoquomodo tenore illius audito, si intra octo dierum spatia, iam dictum episcopum propriæ sedi, proprioque honori, & dignitati reddere, restituereque contempseritis, à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis in hoc facto fauentibus, sitis prorsus extorres, quousque iuxta hanc nostram dispositionem perficere satageritis: & quia alia multa vobis à quibusdam obijciuntur, quæ synodali discussione sunt corrigenda, decernimus, vt omni excusatione remota, octauo Calendas Octobris futuræ primæ Indictionis, Romam ad synodum occurrere non omittatis, vt tunc, & de vobis obiectis ratio-

rationem reddatis, & si aduersus eundem episcopum à nobis consecratum aliquam querimoniam habetis, canonico valeamus, quicquid illud fuerit, Deo iuante, libramine diffinire. Hoc autem scientes, quia si ad eandem synodum praefato tempore venire distuleris, canonicè in vos censuram sententiae proferemus.

EPISTOLA CCXCIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

QVERITVR multa bona Ecclesiae Romanae à Vuidone quodam marchione erepta rogat vt Ecclesiam deser. d. it, & ipsemet adiutor veniat.

AD IMPERATOREM CAROLVM.



Vm & ante susceptum Imperiũ, & post Augustale sceptrũ, per humilitatis vestrae ministerium vobis diuinitus adtributũ, nos quidem multotiens pro innumeris necessitatibus, & multiplicibus oppressiõibus, quas sancta Mater vestra Romana Ecclesia quoridie patitur, ingenti mœrore afflicti reclamafsemus: nullum vsque adhuc optatae consolationis valuimus promereri auxilium vel defensionis solatium: quia de omnibus immobilibus rebus territorij sancti Petri, quas nobis Rauennae consistentibus, in praesentia serenitatis vestrae, vterque Vuido marchio pro reuentione reddidit, nec vnum recepimus locum; sed ipsi & homines eorum contra ius, & æquitate omnia retinere praesumunt: nam nobis in Pentapoli, hoc est in vrbe Fano consistentibus, Adelardus Reuerendissimus episcopus, & delitiosus vester, communisque fidelis, secundum vestrae delegationis iussum aduenit, & ibi praefati Vuidonis, & satellitum eius, qui nostra violenter tulerunt, ac retinuerunt, praesentiam praestolari sumus; quatenus vel inde omnis emendationis, & iustitiae coepto initio, per ceteras vrbes, de omnibus iuxta clementiae vestrae decretum, recipiendo coram legato vestro iustitias, pariter proficisceremur: sed illo semper fugiendo iudicium, & vestrae iustitiae piissimam sanctionem callidè declinando; non veniente, quia nobis sine profectu aliquo per ipsas ciuitates, quae illorum grauamine opprimuntur, proficisci euidenter extitit manifestum; direximus cum eodem Adelardo venerabili episcopo misso vestro, Valpertum reuerendissimum episcopum, & fidelem consiliarium nostrum, qui vice nostra recepisset consolationem iustitiae nobis in vestra praesentia reddita, & legitimam de aliis omnibus emendationem. qui videlicet profecti nullum iustitiae fructum recipientes, ad nos reuersi sunt. Nos autem omnem excusationis eorum defensionem penitus auferre volentes, decreuimus eos iterum mittere, vt saltem postmodum reciperemus iustitiam, qui cum ad praedictum Vuidonem rursus abiissent, nihil emendationis, nihilque redditionis ab eo, vel sequacibus eius, sicut promissum fuerat, recipere potuerunt. Sed vt antea sine aliquo ad nos effectu reuersus est, & vester ad vos absque iustitiae contemplatione omnimodo redijt: quamuis ingenti & fidei deuotione ipse confrater noster Adelardus ad iustitiam exigendam multimodis decertasset. Nunc igitur pro certo scientes, nullam nos de tantis malis posse habere iustitiam & emendationem per quemlibet celsitudinis vestrae legatum, nisi per vestram Imperialem praesentiam; rogamus obnixè, atque omnipotentem Dominum adiuramus, vt ad defendendam & liberan-

SVM MORVM PONTIFICVM. 505

A liberandam de manibus malefactorum, qui eam atrociter deuorant, Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis vobis commissam, quae vos diuino nutu adiutores, ac defensores in omnibus elegit habere, ipsi (Deo auxiliante) venire libenter dignemini: quatenus Dei, & vestro solatio freta, quae sua sunt valeat securiter retinere cum pristinae dignitatis decore, ad laudem, & perpetuam animae vestrae mercedem.

EPISTOLA CCXCIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

AB EXCOMMUNICATIONE eum absoluit, & ministerio sacerdotali restituit, dummodo pactum cum Saracenis inuitum, sicut promiserat, rumpat, & ex eis aliquos, ceteris iugulatis, captos mittat, nec deinceps cum eis foedus feriat.

ATHANASIO EPISCOPO NEAPOLITANO.

Boni pastoris eximio informati exemplo, qui venit quaerere, & saluare quod perierat, tanto tempore te per deuia errantem, abiecto Christi leui iugo, cum infidelibus iugum obscœna cupiditate ducere non dubitantem, quamuis serò ad te percutientem reuerti velle mandasti, alacriter recipimus, & inter ceteros confacerdotes nostros praecipuè honorabilem cupimus retinere; prout ipse nos iam olim fecisse proculdubio reminisceris. Sed quia tua exigente sceleris tanti audacia, sancti Spiritus iudicio te à confortio nostro diuini mysterij iure submouimus; nunc secundum preces tuas, & relatione Petri venerabilis Diaconi tui (si modò pactum, quod haecenus cum impijs Agarenis habuisti, manifesta deuotione fregeris) & ab eorum nequissima societate toto conamine te separaueris, atque si praesentibus his missis nostris, Marino videlicet Reuerendissimo Episcopo, & sanctae Sedis nostrae Arcario, & Siconi egregio viro, maiores Saracenorum quantos melius potes, quos nominatim quaerimus, cum alijs omnibus ceperis, & iugulatis alijs, eos nobis direxeris, à vinculo excommunicationis absoluimus, & iuxta praecedentem consuetudinem episcopale officium reddimus. Eo scilicet modo, vel tenore, vt captis, & traditis antea (vt dictum est) Saracenis, deinceps nullum cum eis vterius foedus quoquomodo inire praesumas. Nam si cum illis iterum pactum aliquod facere temptaueris, in eadem te excommunicatione manere sancimus, & auctoritate Dei omnipotentis, & beati Petri Apostolorum principis, & nostra omni episcopali honore te priuandum, & perpetuo anathemate damnandum esse decernimus.

EPISTOLA CCXCV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

EIVSDEM argumenti cum Epistola, cuius initium est: Relatu. praeterea mittit literas Maurianensi Episcopo, vt cum Gratianopolitano ad synodum veniat.



Viceptis vestrae fraternitatis apicibus, quod essent alicuius (vt ita dixerim) rectitudinis zelo compositi, satis vbertim cognouimus: quia post plurima, in Ecclesia Geneuensi fatemini vos consecrasse Episcopum, & vt quidam Aptandus nomine Clericus aduenerit, qui in Ecclesia Geneuensis, nec baptizatus, clericatus, ordinatus, acclamatus, eruditus vique extiterat, Ecclesiam illam inuaserit, multipliciter admiramur, cur illa nescire vos dicitis, quae totus (vt remur) occidens non ignorat. Praecedenti si quidem tempore nobis fuerat nunciatum, vt vos in eadem Ecclesia Episcopum consecrare contempseritis: ideo nos necessaria temporum qualitate perspecta, clericis eiusdem Ecclesiae suggerentibus, auctoritate Apostolica illic Episcopum, Aptandū nomine, consecrauimus. Qua ex re non bene vos fecisse probamus, qui super ordinationem nostram obices manus habuistis, & alterum Episcopum ibidem ordinastis. De hoc autem quod dicitis, quod ipse Aptandus Geneuensis Ecclesiae nec baptizatus, clericatus, ordinatus, acclamatus, eruditus vique extiterit, interim silentio est tegendum, eo quod cum charitate vestra loquamur, nihil horum habens vestra sanctitas in Viennensi Ecclesia est consecrata. Verumtamen his interim necessariis praetermissis, sanctimoniam vestram iam dudum litteris nostris monuimus, vt quia quaedam vobis à quibusdam obijciuntur, quae synodali discussione sunt corrigenda, omni excusatione remota, octauo Kalen. Octobris futurae Indictionis primae Romam ad synodum occurrere studeritis: nihilominus autem iterato decernimus, vt eodem tempore Apostolicae nostrae vos praesentetis praesentiae, vt tunc de vobis obiectionis rationem reddatis, & si aduersus eundem Episcopum à nobis consecratum aliquam querelam habetis, nos canonico valeamus, quicquid illud fuerit, Deo iuuante, libramine diffinire. Ceterum Adalberto Mauriennensi Ecclesiae Episcopo auctoritatis nostrae litteras, quas ei à vobis dari mandamus, ecce transmisiimus, vt cum Barnerio Gratianopolitanae sedis Episcopo, eodem octauo Kal. Octobris Romam occurrat: quatenus de his, quae ei inreuerenter tam temerario ausu sui ordinis immemor intulit, coram nobis plenissimam satisfactionem exhibeat.

EPISTOLA CCXCVI. B. IOANNIS PAPAE VIII. D

DOLET Gratianopolitanum Episcopum ex Ecclesia per vim ab eo expulsam. iubet vt Romam ad synodum cum eodem accedat.

ADALBERTO MAURIENNENSI EPISCOPO.



Ristis nos nuncius pertulit, quando audiuius, quod tu ordinis tui immemor Barnerium Gratianopolitanae sedis Episcopum, hora matutinali in Ecclesia sua publice agentem officium, cum multitudine populi, & armata manu absque reuerentia Ecclesiam ingrediens, nulla ab eo tibi culpa illata inreuerenter tecum abstuleris, & ignominiose tractaueris; quod tantum nobis displicuit, quantum te temere egisse, modis omnibus compro-

A comprobamus. Ideoque nostri Apostolatus litteris tibi mandamus, vt omni excusatione remota, octauo Kalendas Octobris futurae primae Indictionis, cum eodem Barnerio venerabili Episcopo, Romam ad synodum nostram occurras, vt quicquid inter vos litigij est exortum, nos aequitatis regula potiti, Deo iuuante, discutere, & diffinire aliquo modo studeamus.

EPISTOLA CCXCVII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

HORTATUR, vt ad fidem & obedientiam Romanae Ecclesiae redeat, & Legatos mittat.

B MICHAELI REGI BVLGARORVM.



VM non tam initia sint in bonis laudanda, quam finis, Deo omnipotenti factori omnium visibilium, & inuisibilium gratias agimus, qui vestrum bene velle haecenus in soliditate verae fidei solidauit, & sui amatorem efficiens, tamquam re vera ex tenebris olim lumen splendescere fecit, & ad salutem multorum benignissimum cor vestrum gratia sua potentiae illustrauit: sed & hinc deuotioni vestrae dignum duximus, congruas grates referre, quod partim finis ostendit, quam fidelitatem erga sanctam Romanam Ecclesiam omnium terrarum matrem & caput obseruare curetis. Cum hanc & initio vestrae conuersionis quaesieritis, & ad praesens auxiliatricem habere ad perpetuam scilicet vestram saluationem monstrare non omiseritis; sanctos videlicet Apostolos visitando, & eorum (vt diximus) suffragia postulando. Igitur absurdum valde est, ac inconueniens, quod pia vestra voluntas aliter se post habere voluit, quam sicut omnibus norum est, primum. Vos enim diuinitus inspirati matrem omnis religionis, sanctam quoque Romanam Ecclesiam ducricem, & viam per quam ad aeternitatis pasca duceremini, merito expetistis. Et illa, quia omnibus fidelibus viscera materna praebet, ac praebuit, vos expansis ad Deum vlnis, Christo gratias agens, recepit; consequens fuit, vt à recti gressu itineris, in partem non flecteremini, nec manum mittentes in aratrum, retrò aspicere, cuiuscumque fortè suasionibus niteremini. Nunquid non filii charissime sanctum Euangelium surda aure auditis, quo legitur, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit? aut si audistis, & obaudistis, Redite ad mentem vestram, redite ad cor. Et vestrae sponsonis reminiscimini. Quia plus amor & timor Dei vos fecit esse credulum Apostolici priuilegij; quam (vt ita dixerim) exempla multorum: Si enim quod quicumque Deo vouit, hoc debet & reddere: Valde oportet, vt vos quod sanctae Romanae Ecclesiae sponte vouistis, sine tenus reddere studeatis. Non ignorantes quod beatus Petrus Apostolus regni caelestis clauis à Domino Iesu Christo acceperit. Et quibusque fidelibus aperiendi, alijs autem claudendi promeruerit potestatem. Hac igitur (sicut & nostri praedecessores) nos potestate, licet indigni vntes, cogimur; si non emendaueritis quod gessistis, & ad praesens uos in hoc saeculo dignè corripere, & ut in futuro (quantum in nobis est) maledictionibus repleamini, non praeterire. Huius

rei gratia, fili carissime, festinate corrigere, quod iniquè gessistis. Et omni occasione, omniq̄ue mora postposita nobis per vestrum legatum quicquid super hoc emendare vultis, mandate: quia nos, Deo iuuante, omnem voluntatem vestræ correctionis implebimus, & vos anima & corpore saluos existere cupientes, causam secundum Deum ordinare studebimus.

EPISTOLA CCXCVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

QVÆRITVR nullam sibi contra Sarracenorum excursions opem ferri. rogat vt ab Imperatore celeriter postulet auxilium. legatum suum commendat. petit det operam, vt Angelberga ab exilio reuocetur, & Romam mittatur.

RICHARDI AVGVSTÆ, SEV
Liutuardo Vercellenfi Episcopo à paribus.



Anta cordis angustia, tantusq̄ue dolor & gemitus hinc & inde cum intriguis lachrymarum riuulis nostram atatem qua-
tiunt, & conquassant, tantusq̄ue etiam luctus pro desolatione terræ istius, quam iam funditus à Christiani nominis inimicis, & Deo odibilibus Sarracenis deprædatam cernimus, nos afficit, & intima nostra dissoluit; vt & somnus ab oculis, & à gustu cibus effugiat. Etiam cum Hieremia decantare compellar, dabit capiti meo aquam? aut oculis meis fontem lachrymarum? & reliqua. Si quidem expectauimus lucem, & ecce tenebras; quæsiuimus adiutorium, & muros vr̄bis egredi non audemus. Nam ante vestrum Romam aduentum qualiscumque nobis erat tranquillitas: modò verò intolerabilis, & importabilis persecutionis extat tempestas: quia neque spiritalis filius noster Augustus, neque alicuius al terius gentis homo nobis confert auxilium; & nisi diuinitas summa subueniat, aut in desperationem aliquam lapsi, (quia non solùm duplum, sicut Dominus dicit, sed etiam triplum, & quadruplum exercitum contra nos venire conspiciamus) ea quæ pacis sunt, postulabimus. Aut certè non solùm iugo illorum coacti subdemur, sed etiam ab eis capti impiè iugulabimur. Quia, sicut scitis, sæpissimè reclamauimus, & nequè ipse Augustus, vt prætulimus, qualemcumq̄ue defensionem nobis exhibuit, neque homines ciuitatum nostrarum, qui contra Deum, & contra omne priuilegium nostrum ab alienigenis, ac nostri non fuerint, detinentur, ad seruitium sanctæ Romanæ Ecclesiæ faciendum, sicut solitum erat, ab eorundem alienigenarum iugo subtraxit. His ergo, charissima filia, clamoribus, ac vlulatibus nostris auditis, quia sapientibus loquimur, continuò propter Deum, & propter sanctos eius Apostolos, iam dicto spiritali filio nostro Augusto flexo poplite suggere, vt omnibus omninò necessitatibus, aut omissis, aut certè suspensis, sanctæ Matris suæ calamitati subueniat, & conculcationem immo perditionem illius aduertens, antequam pereamus, citissimum conferat adiutorium, aut congruum sine mora donet consilium: quia vita nostra nobis non prodest, & in extremo positi, etiam si non optaremus, iam mors se palàm præbet videndam: præsentem quoque Petro venerabili Episcopo valde nobis credulo, & dilectissimo familiari nostro, summam beneuolentiam quæsumus exhibe, & ei vt potè à tanta sede directo, familiaritatis lo-
cum

Hiere. 9.

A cum apud domnum Augustum congruentissimum tribue, atque vt nobis in te ipsis illi credulitatem penitus adhibes, ea, quæ verbis retulerit, studio tuo operibus impleantur. Sed & hoc deprecamur, vt pro eo, quod apud Ticinum eodem Episcopo, ea, quæ nos illi commiseramus, ipsi Augusto necessaria exponente, animus illius contra hunc est turbatus, tua instantia quicquid illud fuerit, omnino aboleatur. Et ad hunc eundem Episcopum piè tractandum imperialis animus placabilis in cunctis reddatur: quoniam non hæc contumaciter, aut contra Augustalem dignitatem protulerat; sed zelo Dei ductus, ad nos inefficax redire nolebat. Postremò Christi cultrix, & Deo amabilis filia, moleste accipimus, cur multotiens deprecantes spiritali filia nostræ Angelbergæ, nullam per vos potuimus conferre medelam, vt dissoluto exilio ad sanctum Petrum Apostolum eam reducere faceremus. Vndè etiam nunc summopere deprecamur, vt pro amore Dei, & nostro, sancta Sedes Apostolica de hoc honoretur. Et sicut iam dictus Augustus vobiscum pariter repromisit, à captiuitate, qua frustra tenetur, salua & incolumis reducat. Quia postquam nobis, quibus fuerat commendata, & defensionem sancti Petri Apostoli protectoris tui commissa, reddita fuerit, nullam de ea sinistram quis habere poterit, crede nobis, suspensionem.

EPISTOLA CCXCIX. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MEDIOLANENSIS ecclesiæ priuilegia confirmat. hortatur vt in Romanam Ecclesiam sit fidelis. Narrat Sarracenorum & iniquorum christianorum iniurias. rogat vt pro Ecclesia ad Dominum preces effundat.

ANSELMO ARCHIEPISCOPO SANCTÆ
Mediolanensis ecclesiæ.



Riuilegij sanè auctoritati ecclesiæ vestræ, eo quo fraternitastua poposcit modo pernecessario Apostolica fulti moderatione, libenti annuimus animi caritate, simulq̄ue optantes, vt semper ea, quæ ad animæ tuæ saluationem, tuiq̄ue gregis custodiam sunt congrua, atque proficua, Spiritus sancti infusione postulare, quærere atque operari. . . ne desinas. Vt ante tribunal æterni iudicis dignam (gratia suæ misericordiæ cooperante) ratiocinationem positurus, meritum perennis vitæ cum sanctis accipias. Inter hæc dilectionem tuæ fraternitatis hortamur sanctæ matris vestræ Romanæ Ecclesiæ, quæ pro vobis omnibus, vestraque salute vtpote caput, pro suis membris laborare non cessat, toto annixu mentis, omniq̄ue deuotione fideles existere omnimodis satagatis: quoniam in eius exaltatione, atque incolumitate (sicut ab initio) erit omnium vestrum apud Deum & præsens sæculum certa saluatio. Nos enim in hac terra tam Paganorum, quàm malignantium Christianorum tantas persecutiones patimur, vt hæc verbis explicare non valeamus. Inter innumeras rapinas, deprædationes, & mala quæ plurima, ad augmentum doloris nostri quidam sceleratus Longobardus nomine, homo Vvidonis Marchionis, octoginta tres homines cepit: manibus singulis derrucatis apud Narniè sem ciuitatè, plures ex tali sunt in-
Epist. Tom. 3. Vu 3 ciffone

cisione sine mora precepti. Vnde cōmuni ad Dominum prece supplicemus, **A**
 vt ille Ecclesiam suam sanctam de presentibus malis eripiat, pro qua vnige-
 nito filio suo non pepercit. Nosque pastoralis sollicitudine baculum in mani-
 bus tenentes, lupis rapacibus, Domino protegente, resistere non omittamus.

† 6.xv.

Data M. August. Indict. † xij.

EPISTOLA CCC. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

PRÆCIPIT vt Ioannem diaconum benignè excipiat, & res ei ablatas restituat.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO
Romano Archiepiscopo Rauennati. **B**

Via non solum tempore ordinationis tuæ, te scriptis & verbis
 secundum morem, & canonicam sanctionem; sed postmo-
 dum sapissimè admonere curauimus; quatenus cum filiis,
 & membris sanctæ tuæ Ecclesiæ tranquilla semper mente,
 & alacri affectione, ceu idoneus pastor existeres: valde mi-
 ramur dilectionem tuam, monita nostra contemnendo, eis
 præiudicium, sicut audiimus, & importabiles grauitates inferre minimè re-
 cufasse. Vnde iterum præfenti Apostolatus nostri statuto iubemus fraterni-
 tati tuæ, vt huic Ioanni venerabili Diacono commendato nostro, qui ad
 nostram Apostolicam sedem confugiens præiudicium à te sibi illatum fer-
 re non valens, nostro se petijt Apostolico præsidio adiuuari; & ideo nos soliti **C**
 misericordia moti Apostolica tibi benignitate mandamus, vt eum in gre-
 mio sanctæ tuæ Ecclesiæ benignè recipias, & monasteria, seu res quas illi
 tui occupauerunt ministri, libenti animo pro amore nostro præfentaliter red-
 das. Et quæ de ipsius rebus à tuis ablata sunt, modis omnibus restituas. Ita sa-
 nè, vt ei deinceps ad nostras Apostolicas aures non sit necessarium reclama-
 re. Simili etiam modo tibi mandamus, vt Ioanni venerabili diacono, &
 Cartulario Ecclesiæ tuæ Monasterium sancti Martini, quod à te dudum pro-
 meruit obtinere, de præfenti reddere studeas: Nos enim hoc patienter ad te
 peragendum Apostolica benignitate direximus. Verùm (quod non credi-
 mus) si aliter fraternitas tua peregerit; hi nostri legati nostra Apostolica
 fulti auctoritate, hoc proculdubio explere studebunt: quoniam iustum fore **D**
 decernimus, eos post longa obsequia, & diurna seruitia, quæ in sancta
 Rauennate Ecclesiæ peregerunt, non solum digna remuneratione non pri-
 uari, sed potius acquisitis beneficiis alacriter gratulari: & in hoc ita peragat
 fraternitas tua, vt quæ à nobis pro Ecclesiæ tuæ vtilitate petieris, assequi om-
 nimodis valeas. Data V. Kalen. Septemb. Indictione xv.

EPISTOLA CCCL. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt Maimbertum quendam, quem aliàs ab Ecclesia Rauennate expelli iusserat, com-
 prehensum, legato suo & Ioanni duci tradant, & ad se mittendum curent.

OM-

A OMNIBVS VENERABILIBVS
 Sacerdotibus, seu Subdiaconibus, & vniuerso
 Clero sanctæ Rauennatis Ecclesiæ.


Vdita sepe afflictione, atque miseria vestra, quam per Maim-
 bertum Bononiensem clericum incessanter patimini; iam
 pridem nostram Apostolicam misimus vobis auctoritatem
 per Ioannem diaconum & Cartularium præcipientes, vt om-
 nes vno animo, constantique deuotione prædictum Maim-
 bertum manifestissimum zizaniorum seminatore ab Ar-
 chiepiscopo, & à vestra sancta Ecclesia, tamquam ouem morbidam expelle-
 retis; sed miramur quare hastenus à vobis hoc prætermisum sit: vnde nunc **B**
 vestra iterum petitione moti, & diuino amore succensi, per hanc nostrā Apo-
 stolicam auctoritatem vobis omnibus præcipimus, vt relecta priori Epistola
 vnanimiter iuncti, & cum præfenti misso nostro fideliter conglobati, eundem
 Maimbertum aduersatorem vestrum, si sponte venire ad nos cōtempserit, vel
 in partem aliquam ire voluerit, audacter comprehendere studeatis. Et huic
 misso nostro seu & Ioanni Duci fideli nostro ad exigendum ab eo, secundum
 nostram iussione, nobis ad deducendum contradite, sicut gratiam Dei om-
 nipotentis, sanctorumque Apostolorum, & nostram vultis habere. Nā si quis
 vestrum in hoc se quoquomodo subtrahens pro cuiuslibet rei gratia, hanc
 nostram iussione pro statu, & pace sanctæ Rauennatis Ecclesiæ directā gra-
 tanter ad effectum perducere contempserit, & ex Dei omnipotentis sancto-
 rumque Apostolorum Petri & Pauli, & ex nostra Apostolica auctoritate à vi-
 no & cocto etiam, & à proprio ministerio suspensus maneat vsque ad nostram
 præsentiam. Data v. Kal. Septemb. Indictione xv. **C**

EPISTOLA CCCII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

EIVSDEM argumenti.

D IOANNES EPISCOPVS SERVVS SERVORVM
 Dei Martino, Ioanni, seu Demetrio, atque Romano gloriosis
 Ducibus, necnon & alijs fidelibus nostris.


Mnium vestrum noscat fidelitas, quia sapissimè Romanum Ar-
 chiepiscopum tam per venerabiles Episcopos, quamque etiā
 nostris Apostolicis litteris admonuimus, vt Maimbertum Bo-
 noniensem clericum à sua superstitionissima familiaritate se-
 parasset, & ad propriam ecclesiam, vt canonicum est, remisisset,
 & ipse Maimbertus multotiens, vt recederet, à nobis est
 protestatus: Sed minimè acquiescere nostræ voluerunt Apostolicæ iussioni.
 Idcirco præcipientes præcipimus, & iubentes expresse iubemus, vt vnanimè
 iuncti simul cum isto fideli misso nostro, omni occasione postposita, & dilatio-
 ne remota, prædictum Maimbertum cōprehendatis, & vi coactum ab Archie-
 piscopo separetis. Et huic nostro misso simul & Ioanni Duci ad exigendum
 secun-

secundum nostram Apostolicam auctoritatem validissimè contradatis. Quod **A**
 si in hoc negligentis vos, quorum nomina superscripta sunt, fueritis, & ipse
 quoquomodo effugerit à vobis, scitote per vnumquemque vestrum centum
 aureos dabitur nostrae parti. Insuper ex Dei omnipotentis sanctorumque Apo-
 stolorum Petri & Pauli, & nostra Apostolica auctoritate à vino & coëto suspē-
 si manete vsque ad nostram praesentiam. ceteri verò, si hoc, quod iubemus, ad-
 sequi noluerint, aut subtrahendo quoquomodo se huc illuc diuerterint, & vs-
 que ad effectum rei non perseverauerint, superiori excommunicationi subia-
 ceant. Data v. Kal. Septembris Indictione xv.

EPISTOLA CCCIII. B. IOANNIS PAPAE VIII.

*VT Maimbertum captum ad se ducat, & mulieres, quae apud ipsum sunt, detineat, & **B**
 Romano Archiepiscopo epistolam deferendam curet.*

IOANNI DVCI DELITIOSO FIDELI SEV

& Misso nostro.

C Ratulatos nos nō modicè credas, eo quod fidelitas tua erga san-
 ctam Romanam Ecclesiam nostrumque Apostolatam constan-
 ter reperimus vigilare: & ideo per hos nostros Apostolicos
 apices tuae fidelitati iubemus, vt de Maimberto modis omnibus
 sicut misisti, pariter cum isto misso nostro explere decertes, vt
 nullo modo effugere possit, sed separatim ab Archiepiscopo vi coactū, post-
 quam ab eo omnia sua constanter exegeritis, ad nostram praesentiam distri-
 ctum deducere studetote: etiam & illas mulieres, quas nunc in sua mansione **C**
 collectas detinet, in nostro rectorio retinere iubemus vsque ad nostram noti-
 tiam. Epistolam verò, quā Romano Archiepiscopo mittimus, vt res, aut mo-
 nasteria, quae ab isto Ioanne diacono fidele commendato nostro quoquomo-
 do occupauit, restituere & inuestire eum in omnibus studeat, & quae de rebus
 eius sui famuli abstulerunt, reddere huic per omnia faciat, ipsi Archiepiscopo
 deportate, & coram sacerdotibus, & iudicibus ipsam legere facite; simili-
 ter autem & monasterium sancti Martini secundum nostram iussionem, Ioan-
 ni diacono, & cartulario pro nostro reddat amore. Nam & mansionem, quā
 Maimbertus ab ipso diacono suam per fraudulentiam abstulit, simili modo
 eum cum Petro nepote suo inuestire studete. Data vt supra Indictione xv.

EPISTOLA CCCIII. B. IOANNIS PAPAE VIII. **D**

*Doleat eorum Antistitis morte monet, vt electum ab eis Archiepiscopum congruo
 prosequantur honore: ecclesiam Rauennatensem, & Deusdedit & Ioannis ducum bona
 defendant.*

SACERDOTIBVS ET SENATVI POPVLOQVE

Rauennati fidelibus nostris.

R auennatis Antistitis, vestri videlicet patris obitum audientes, valde
 dolemus; pro quo vt oreis hortamur: solitam verò, tantamque fide-
 litatem vestram erga nos vnitate vigere cernentes, immo gaude-
 mus, & vt omnipotens intercessione Apostolorum principum, vos
 patre

A patre desiderato recuperet, vestro pro velle decertabimus. Ceterum monen-
 tes hortamur, & expresse iubemus, vt iam quem vnanimiter, quomodo scrip-
 sistis, elegistis, vnanimiter eum electum teneatis, diligatis, & vestro de more
 honoretis: & vsque quo, Deo annuente, praesentia Pontificij nostri desiderio
 vestro illuxerit, Rauennatem Ecclesiam ab omnibus hostibus defendite, de-
 prædationibus pro posse leuate, ne ipsa Ecclesia aliquam deprædationem su-
 stineat: quoniam nos hoc inultum numquam dimittemus, & prædatores præ-
 datorumque receptores legali vigore modis omnibus feriemus. Porro præci-
 pimus, vt res mobiles & immobiles, seseque mouentes Deusdedit, & Ioannis
 gloriosorum Ducum, nostrorum consiliariorum saluare, & in illas, quas hæc-
 nus inuasas habuerat, nullam inuasionem facientes, illorum hominibus de-
 fendite: iam quia nostro vtuntur seruitio, nostra modis omnibus debent per-
B frui defensione. seruatori huius iussus, gratia corruptoris pro iussu nihil
 lominus compositor.

EPISTOLA CCCV. B. IOANNIS PAPAE VIII.

*Hortatur vt ad se cum Ludouico rege veniat. Monet vt & a quorundam
 anathematizatorum se communiōne separet.*

HVGONI STRENO NOBILI REGALI
 prosapia edito, atque excellentissimo Abbati.

C Vanto vos carissime fili amore diligimus, celeberrima fama vestri
 boni operis circumquaque accenti, explicare verbis nullatenus
 possumus: quapropter, vt nostro desiderio praesentiae vestrae capiamus
 effectum maturè volumus horremini Ludouicum Regem si-
 lium nostrum, vosque cum eo ad nos concitè properare: quatenus, Christo co-
 operante, exaltationem totius Christianitatis communiter operemur. sic agat
 vestra dilectio, vt tristitiam, quam animo de vestra absentia nuper Papia intu-
 listis, lenire moderatissimè valeatis. Inter hæc ab omni te consortio Formosi
 anathematizati optamus fili carissime separare, Ioannis Archiepiscopi Rodo-
 nensis, Adelaldi Toronensis, Froteri Beduriensis. Data vt supra.

EPISTOLA CCCVI. B. IOANNIS PAPAE VIII. **D**

*VT Carolum regem in Rom. Ecclesia dilectione & defensione confirmet, ac mo-
 neat, vt suis respondeat epistolis.*

E M B O L I M.

R Am quod te carissime fili vestrae deuotionis tantaque fidelitatis er-
 ga vestrae matris Romanae Ecclesiae Pontificiū esse videmus, tam-
 quam vtero natum monentes rogamus, flagitantes hortamur, ut
 pro amore Apostolorum principum, quasi uestro proprio consul-
 to, nec representaliter Carolomanno glorioso Regi, mittatis: consilium dan-
 tes ut antiquos honorans amicos fruens, caritate ad parentum consilium re-
 deat, & de epistolis quas illi ex maritimo itinere remisimus, respondeat, & Ro-
 manam

manam Ecclesiam, quæ vobis vtrisque omnibus decus regale, & Imperiale A intulit, venerando diligit, mittens præsentaliter ipsis anathematizatis Lamberto, & Adelberto. Data vt supra.

EPISTOLA CCCVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

MANDAT Vt ad montem Cinisem obuiam sibi veniens, Imperatricem Angelbergam, & Præsules Mediolanensem & Parmensem idem facere moneat, vt simul quæ ad vtilitatem Ecclesiæ pertinent, tractare valeant.

DILECTISSIMO FILIO SVPPONI
glorioso Comiti.

1. Cor. 10.

2. Cor. 4.

1. Tim. 1.

Matth. 24.

VIA nos, in quibus (Deo dispensante) fines sæculorum deuenerunt, pro sanctorum Dei Ecclesiarum statu varijs motibus ducimur, diuersisque fluctuum procellis impellimur, sed tamen non destituimur propter eum, qui nos confortat Christum Iesum, seruata prædecessorum nostrorum fide proli Francorum, ad Gallias properantes, idcirco venimus, vt pacis, atque vnitatis vinculo Regum corda conuincere. Sed completum videmus, quod in Euangelio legimus: Quoniam abundauit iniquitas, refrigerabit charitas multorum. Quapropter vestra dilectioni fidentissimæ, & probatæ fidei mandamus, vt nobis cum officio decentiæ vestrae, ad montem Cinisem obuij quanto cyhis veniatis, vt pariter conuenientes, quæ ad vtilitatem congruunt (Domino permittente) tractare valeamus. Simulque hoc precamini dilectam filiam nostram Angelbergam Imperatricem, atque Anspertum Archiepiscopum Mediolanensem, Vvbbodumque Parmensem Episcopum, aliosque fideles, atque amicos. Data vt supra.

EPISTOLA CCCVIII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

VISITATIONEM Faentina Ecclesiæ pastore destituta, eiusque curam ei committit, donec nouus pastor eidem præficiatur.

IOANNI EPISCOPO FICOCLENSI.

f. prouentibus

f. fraternitas

Bitum Romani Faentinae ciuitatis antistitis directa dudum relatio patefecit: Quapropter visitationis destituta Ecclesiæ fraternitati tuæ operam solemniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouentionibus clericorum, redditu, ornatu, ministerijsque, vel quicquid illud est in patrimonio eodem, à quoquam præsumatur Ecclesiæ; & Ideo Ecclesia tua ad prædictam Ecclesiam ire procuret, vt quicquid vtilitati illius congruit, interim solerti cura præuideat, quousque, qualiter se habeat electio, vel ordinatio succedentis Episcopi coram nobis synodali discutiat examina, & Apostolica terminetur, Deo iuuante, censura. Data XIII. Calendas Aug. Indictione XIII.

DE

A
DE BEATISSIMO LEONE PAPA IX.

LEO Henrico II. occidentis, Constantino Monomacho orientis, Imp. Pontific. sedit annos quinque, menses duos, dies sex. Hic Michaelis Constantinopolitani Patriarcha, & Leonis Acridani Episcopi, nimis aduersus Romanam Ecclesiam se efferentium, arrogantiam & temeritatē litteris reprehendit: Et cum Ecclesiam Constantinopolitanam à Romana schismate diuisam, coniungi exoptaret, legatos ad Imperatorem Constantinopolitanum misit. Qui honorificè ab Imperatore suscepti, cum Græcos ad catholicam fidem traducere studerent, Nicetam Monachum, qui libellum contra Latinos à se editum anathematizauit, ad communionem admiserunt: Michaellem verò, Leonem & eorum sectatores respicere nolentes, anathemate percusserunt.

a Pontific.
b Epist. 1. & 6.
c Leo Cassin.
lib. 2. c. 89. Extat
etiam breuis historia,
quæ circumfertur, post
responsionem Humberti ad bellum Nicetæ.

B

EPISTOLA PRIMA B. LEONIS PAPÆ NONI

*Aduersus inauditas præsumptiones, & nimias vanitates
Michaelis Constantinopolitani, & Leonis
Acridani Episcoporum.*

LEO EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI,
Michaeli Constantinopolitano, & Leoni Acridano Episcopis.

C



N terra pax hominibus bonæ voluntatis. Huiusmodi exordium docuit nos illud Dominicum, In quamcumque domum aut ciuitatem intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: & si tibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: Sin autem, ad vos reuertetur. In pace etenim vocauit nos Deus, qui est pax nostra: qui fecit vtraque vnum, & veniens euangelizauit pacem his qui longè, & his qui propè erant: & inter nonnulla dixit: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quorum pedes Deiloquus Esaias admiratus, proclamauit: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem. Ad quam magnus Paulus cōtestando sic discipulos adhortatur: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et, Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Et rursum: Pacem habete, & Deus dilectionis & pacis erit vobiscum. Nec immeritò, dicente discipulis suis, immò omnibus Christianis ipso Domino: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Quæ vtiq; quàm germano & vnanimi affectu & indissolubilis fœderis nexu retinenda sit, hinc potest colligi, quòd eam vltimam cohæredibus & comparticipibus suis, velut hæreditario & perpetuo iure commendatam sub testamento, mox suo sanguine subscripto, & pia morte confirmato reliquit. quasi diceret: Fratres & cohæredes mei, relinquo vobis ex patrimonio nostro sortem, temporalem videlicet pacem, quam si integram & incontaminatam in fine mihi representaueritis, meam sortem, pacem scilicet sempiternam, adiungo vobis. Nec his contentus, patri æqualis, patreque minor, pro hac ipsa patrem sic deprecatur, ad patrem suum & patrem nostrum, à quo numquam disceserat, rediturus:

Cap. 1.
Luc. 2.
Luc. 10.1. Cor. 7.
Ephes. 2.Mat. 5.
Esai. 52.Rom. 10.
Hebr. 12.
Rom. 12.

2. Cor. 13.

Ioan. 14.

Ioan. 17. rediturus: Pater, quos dedisti mihi, volo ut sint unum, sicut & nos unum sumus, A
& sint consummati in unum.

Cap. 2. SED Væ mundo ab scandalis: quia cum penè omnes paginae diuinæ nos
Mitth. 18. pariter inuitent ad bonum vnitatis, & pacis, quatenus cor unum & anima vna
Psalms. 67. sit nobis in eo, qui unanimis in domo sua, quæ est catholica Ecclesia, habitare
facit: extitere tamen hæc, & existunt miseri homines, sua, non quæ sunt
Iesu Christi, quærentes, per omnia militibus Dominum gloria crucifigenti-
bus nequiores. Illi siquidem corruptibili tunica ipsius, quia inconsutilis &

Ioan. 19. desuper contexta erat per totum, pepercit, dicentes, Non scindamus eam:
quædam utiq; reuerentia admirati & textricis diligentiam & operis elegan-
tiam. Isti verò incorruptibili charitati eius, qua vniuit Ecclesiam, ut exhibe-
ret sibi vestem gloriosam, non habentem maculam aut rugam, impias & fa-
cilegas manus ad discindendum crudeliter iniiciunt, linguas magniloquas B
& dolosas ad confodiendum illam exacuunt: nihili pendentes ineffabili &

Ephes. 5. speciali artificio coæternæ Deo patri sapientiæ compactam & cõtextam, nec
humano ingenio, seu philosophorum syllogismis aut argumētationibus con-
futam: Stulta enim mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. Neq; enim
per rhetores & sophistas collegit piscatores, sed per piscatores & simplices,
piscatus est sophistas & oratores: quia, sicut egregius Paulus dicit, Non est in
sermone regnum Dei, sed in virtute.

1. Cor. 1. V ERVM eiubeat & confundatur impia hæresis, impudenter inhians se-
ctiõni atq; diuisioni infecabilis & indiuisibilis vnitatis, reclamante & repu-
gnante non solum ipsius vnitatis natura, sed etiam humanæ sapientiæ conie-
ctura. Discedant ergo perfidi corui, milui, vultures, & quæcunque laniatu vel
1. Cor. 4. morte aliena pascuntur aues. Sola columba ad arcam redeat, & super caput C
Domini Iesu manens, totum corpus eius, quod est Ecclesia, vniat, infundat
& repleat, vnicamq; columbam de diuersæ professionis & nationis homini-
bus atq; linguis omnibus, quasi de diuersis membris efficiat, cui voce capitis,
quod est ipse Christus, dicat: Vna est columba mea, perfecta mea, immacu-
lata mea. Quæ enim semper vna vocatur & est, numquam diuiditur aut seca-
tur. Quæ semper perfecta, hoc est, plena, numquam minuitur aut euacuatur.
Quæ semper immaculata, nõquam corrumpitur aut maculatur: quoniam etsi
nonnumquam ab ea pleriq; ita exeunt ut non reuertantur, non tamen eius vni-
tas inde discinditur, aut perfectio minoratur, seu virginitas violatur. Quãdo-
quidem membra coruina ad hoc reuertuntur, ut suo corpori, à quo ad tempus
videbantur esse disincta, reincorporentur, & integerrima permãeat colum-
ba illa vnica, cui se incorporatos & vnitos falsò gloriabantur: & quæ gemit D
bat sub periculis in falsis fratribus, releuata illorum exitu, per os beati Ioan-
nis Apostoli liberè protestatur: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.
Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Qui enim peccus
columbæ velut humores mali solebant premere, & ad nauseam iugiter pro-
uocare, alicuius accessionis vel occasionis impulsu egressi, vel eieci, aut po-
tius egesti, comprobantur eam releuare: atque bonæ valetudinis statum sua
discessione eidem reuocare. Quotquot autem exeunt redituri, omninò ab ea
nequeunt auelli aut præcidi, & si videntur aliquandiu auulsi aut præcisi, quia
nouit Deus qui sunt eius, per cuius prædestinationem sunt intus sine errore,
etiam qui putantur foris esse & errare, nec rapit quisquam de manu ipsius,
quos iam prorsus raptos suspicabamur.

1. Cor. 4. S ED Væ hominum superbiæ & arrogatiæ, qui mēbra Antichristi, & præ-
cursores

Cap. 3. De Ecclesiæ
vnitare,

Gen. 8. Matth. 3.

Cant. 5.

1. Ioan. 2.

1. Tim. 2.

Cap. 4. ignorantia

A cursores eius effecti, qui est rex super vniuersos filios superbiæ, non cessant zi-
zaniorem pestes in medium tritici spargere, & messem, cui cæleste præpara-
tur horreum, quantum in eis est, atterere. De quorum periculoso tempore di-
lectus Domini virgo Ioannes voluit nos instruere: Filioli, inquit, nõ uisima
hora est, & sicut audistis, quia Antichristus uenit: nunc autem Antichristi mul-
ti facti sunt. Hæc nouissima hora à primo aduētu Saluatoris incepta, usque ad
secundum eius aduentum est protendenda. Quæ quot Antichristos iam ha-
buerit aut detexerit, dicere quis poterit? De quibus & doctor gentium mira-
bilis Paulus Ephesius in actibus Apostolorum ait: Ego scio quoniam intra bunt
post discessionem meam lupi graues in vos, non parcentes gregi: & ex vobis
ipsis exurgent viri loquentes peruersa, uti abducant discipulos post se. Sed ò
Domine Iesu peruigil pastor, & leo de tribu Iuda, qui secundum Psalmistam,
super aspidem & basiliscum ambulat, & conculcas leonem & draconem, iam
in fine sæculorum oues pascuæ tuæ variis insidiis & rabie innumerabilium lu-
porum hæcenus fessas, miseranter attende, & increpa feras arundinis, quæ
sautiunt & dentibus frendunt super humilitatem Ecclesiæ tuæ, sulti & prote-
cti arundineti, id est, mundana potestate, exterius quidem nitida, sed interius
vacua: Vbi, sicut ad B. Iob diuina voce dicitur, nõ solum omnes bestię agri lu-
dunt, cuncta scilicet turba malignorũ spirituum, secundum libitum suum de-
bachatur: verum etiam Behemot, eorũ utiq; princeps, ibidem sub umbra dor-
mit in secreto calami & locis humentibus, cū sine aliqua inquietudine vel cõ-
tradictione in superborũ & lubricorum cordibus requiescit securus. Catholi-
ca verò Ecclesia promissiones tuas retinens Domine, quotidie gaudet cõple-
ri in dõctoribus suis illud Sapientiæ: Fulgebunt iusti, & tamquam scintilla in
arundineti discurrent, atque vento agitatae arundines comburent. Tunc fere
arundinis pariter interient, in quibus est congregatio taurorum, cõetus videli-
cet hæresiarcharũ, ceruicoso ducatu post se trahentiũ vaccas, id est, lasciuas
anir nas populorum, ut qui probati sunt argento, excludantur, scilicet perfecti
in eloquijs diuinis & stabiles in fide appareant, emineant vel manifestentur. Ar-
gento quippe eloquia diuina significantur, ut idẽ Psalmista testatur: Eloquia
Domini eloquia casta, argentũ igne examinatũ. Per exclusionem autem, ar-
gentũ vel aurũ quodam artificio subrigitur, eleuatur, & exprimitur, ut repẽtẽ
videatur respersum & insignitũ decẽti figuratiõne diuersorũ florũ aut imagi-
nũ, quod prius humile iacebat & planum. Quod totum breuius & clarius sic
eloquitur magnus Paulus: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti
siant in vobis. Sed ò maligna hæresis, non inde tibi blandiaris, quod ab Apo-
stolo oportet hereses esse, audieris. Etenim in sancto Euangelio Dominus no-
ster dicit: Necessè est ut veniant scandala: veruntamen vç homini, per quem
scandalum venit. Nempè non est frustra in fornace aurificis palea: quia au-
rum non purgatur, si palea non vratur.

I. b. 41. Mat. 13. 1. Ioan. 21. Act. 20. Apoc. 5. Psal. 90. Psal. 67. Iob. 40. Sapient. 5. Psal. 67.

B in fine sæculorum oues pascuæ tuæ variis insidiis & rabie innumerabilium lu-
porum hæcenus fessas, miseranter attende, & increpa feras arundinis, quæ
sautiunt & dentibus frendunt super humilitatem Ecclesiæ tuæ, sulti & prote-
cti arundineti, id est, mundana potestate, exterius quidem nitida, sed interius
vacua: Vbi, sicut ad B. Iob diuina voce dicitur, nõ solum omnes bestię agri lu-
dunt, cuncta scilicet turba malignorũ spirituum, secundum libitum suum de-
bachatur: verum etiam Behemot, eorũ utiq; princeps, ibidem sub umbra dor-
mit in secreto calami & locis humentibus, cū sine aliqua inquietudine vel cõ-
tradictione in superborũ & lubricorum cordibus requiescit securus. Catholi-
ca verò Ecclesia promissiones tuas retinens Domine, quotidie gaudet cõple-
ri in dõctoribus suis illud Sapientiæ: Fulgebunt iusti, & tamquam scintilla in
arundineti discurrent, atque vento agitatae arundines comburent. Tunc fere
arundinis pariter interient, in quibus est congregatio taurorum, cõetus videli-
cet hæresiarcharũ, ceruicoso ducatu post se trahentiũ vaccas, id est, lasciuas
anir nas populorum, ut qui probati sunt argento, excludantur, scilicet perfecti
in eloquijs diuinis & stabiles in fide appareant, emineant vel manifestentur. Ar-
gento quippe eloquia diuina significantur, ut idẽ Psalmista testatur: Eloquia
Domini eloquia casta, argentũ igne examinatũ. Per exclusionem autem, ar-
gentũ vel aurũ quodam artificio subrigitur, eleuatur, & exprimitur, ut repẽtẽ
videatur respersum & insignitũ decẽti figuratiõne diuersorũ florũ aut imagi-
nũ, quod prius humile iacebat & planum. Quod totum breuius & clarius sic
eloquitur magnus Paulus: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti
siant in vobis. Sed ò maligna hæresis, non inde tibi blandiaris, quod ab Apo-
stolo oportet hereses esse, audieris. Etenim in sancto Euangelio Dominus no-
ster dicit: Necessè est ut veniant scandala: veruntamen vç homini, per quem
scandalum venit. Nempè non est frustra in fornace aurificis palea: quia au-
rum non purgatur, si palea non vratur.

C arundineti discurrent, atque vento agitatae arundines comburent. Tunc fere
arundinis pariter interient, in quibus est congregatio taurorum, cõetus videli-
cet hæresiarcharũ, ceruicoso ducatu post se trahentiũ vaccas, id est, lasciuas
anir nas populorum, ut qui probati sunt argento, excludantur, scilicet perfecti
in eloquijs diuinis & stabiles in fide appareant, emineant vel manifestentur. Ar-
gento quippe eloquia diuina significantur, ut idẽ Psalmista testatur: Eloquia
Domini eloquia casta, argentũ igne examinatũ. Per exclusionem autem, ar-
gentũ vel aurũ quodam artificio subrigitur, eleuatur, & exprimitur, ut repẽtẽ
videatur respersum & insignitũ decẽti figuratiõne diuersorũ florũ aut imagi-
nũ, quod prius humile iacebat & planum. Quod totum breuius & clarius sic
eloquitur magnus Paulus: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti
siant in vobis. Sed ò maligna hæresis, non inde tibi blandiaris, quod ab Apo-
stolo oportet hereses esse, audieris. Etenim in sancto Euangelio Dominus no-
ster dicit: Necessè est ut veniant scandala: veruntamen vç homini, per quem
scandalum venit. Nempè non est frustra in fornace aurificis palea: quia au-
rum non purgatur, si palea non vratur.

D solo oportet hereses esse, audieris. Etenim in sancto Euangelio Dominus no-
ster dicit: Necessè est ut veniant scandala: veruntamen vç homini, per quem
scandalum venit. Nempè non est frustra in fornace aurificis palea: quia au-
rum non purgatur, si palea non vratur.

H AEC & alia similia his cum penè omnes sacri eloquii paginae contra im-
pudentem vesaniam hæreticorũ concrepent, vehementer obstupescimus,
& lachrymis charitatis plangimus sic edormiisse Ecclesiæ sacerdotes, qua-
tenus qui Dei debuerant esse adiutores, non exhorreant eorum fieri sequa-
ces, quorum memoriam cum sonitu perijisse, & ciuitates destruktas vident. In-
de est totum illud, quod tandem cum indieibili contritione & gemitu cordis
ac corporis effundimus, in quo omnia viscera Catholicæ matris concutiun-
tur, in quo omnes sensus Christianorum obtunduntur, in quo disciplina Ec-
clesiastica & sanctorum vigor canonum confunditur ac calcatur, quia tu
Epist. Tom. 3. Xx cha-

charissime nobis, & adhuc dicende in Christo frater & antistes Constantino-
politane, tuque Leo Acridane, dicimini Apostolicam & Latinam Ecclesiam
noua praesumptione, atque incredibili audacia, nec auditam, nec conuictam
palam damnasse, pro eo maxime, quod de azymis audeat commemoratione
Dominicae passionis celebrare. Ecce incauta reprehensio vestra, ecce non bo-
na gloriatio vestra, quando ponitis in caelum os vestrum, cum lingua vestra tra-
sians in terra, humanis argumentationibus & coniecturis, antiquam fidem co-
fodere ac subvertere moliat. Ecce nisi quanto cyus resipiscatis, incorporati
& annumerati, quod absit, eritis in illa cauda draconis, qua tertia parte stel-
larum caeli traxit, & in terram misit. Ecce iam post mille ac ferme xx. a passio-
ne Saluatoris nostri annos, incipit per vos discere Romana Ecclesia, qualiter
memoria passionis eiusdem sit recolenda, quasi nil ei contulerit praesentia, co-
uerfatio & diuturna institutio, seu, qua clarificauit Deum, mors preciosa illius
venerabilis senis, cui specialiter Christus filius Dei viui dicit: Beatus es Simo
Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis.
NON ergo perpenditis, quanta impudentia dicatur pater qui est in caelis,
abscondisse a principe Apostolorum Petro cultum, siue ritum visibilis sacri-
ficii, per dispensationem unigeniti sui, cui per semetipsum plenissime reuela-
re dignatus est illud ineffabile arcanum inuisibilis diuinitatis eiusdem filii
sui? Et cui non per Angelum, nec per prophetam, sed proprio ore ipse Do-
minus Angelorum & prophetarum sic repromittit in sequentibus: Et ego di-
co tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam:
illius capiti vos fatagitis subtrahere Christum Iesum, praeter quem nemo po-
test in uersali Ecclesia aliud ponere fundamentum? Quod utique deaotissi-
mus ille Petrus non solum uiuens, sed etiam moriens demonstrauit, quando
nimia humilitate & congrua significatione se crucifigi deorsum verso capite
petiuit: profecto diuina inspiratione praefigurans, sese esse primum & quadrum
lapidem in fundamento, quod est Christus Iesus, compaginatum: cohaerentem
Ecclesiasticae fabricae incorruptibili soliditate sufferret, ac proprii capitis sup-
positione omnia membra corporis Christi per aptas & naturales compages
vsque ad consummationem seculi, quasi vsque ad pedes crescentia, inflexibili
collo ad caelos sustolleret.

TALITER sancta Ecclesia super petram, id est, Christum, & super Pe-
trum vel Cepham filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, aedificata, quia
in inferi portis, disputationibus, scilicet haereticorum, quae vanos ad interitum intro-
ducunt, nullatenus foret superada, sic pollicetur ipsa veritas, per quam sunt vera
quaecumque sunt vera: Porta inferi non praualebit aduersus eam. Cuius promissio-
nis effectum se precibus impetrasse a patre, idem filius protestatur dicendo ad
Petrum: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem
rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma
fratres tuos. Erit ergo quisquam tantae dementiae, qui orationem illius, cuius
velle est posse, audeat in aliquo vacuum putare? Nonne a sede principis Apo-
stolorum, Romana videlicet Ecclesia, tam per eundem Petrum, quam per
successores suos reprobata & conuicta atque expugnata sunt omnium haere-
ticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quae haecenus nec defecit,
nec vsque in finem deficiet, sunt confirmata?

Cap. 8.
Haereses 90.
Graecorum,

PRATERIMVS nominatim replicare nonaginta & eo amplius haereses, ab
Orientis partibus, vel ab ipsis Graecis, diuerso tempore ex diuerso errore ad

cor-

A corrupendam virginitatem catholicae Ecclesiae matris emergentes: dicen-
dum videtur ex parte, quantas Constantinopolitana ecclesia per praesules suos
suscitauerit pestes, quas viriliter expugnauit, prostruit & suffocauit Romana
& Apostolica sedes. Ecce Eusebius Nicomediensis episcopus, sedis Constanti-
nopolitanae inuasor, & signifer maledicti Arij exiit. Quartus Macedonius
haeresiarcha, suffocator antecessoris sui beati Pauli blasphemator Spiritus sancti,
& i, tortor Christianorum, & vsque ad mortem persecutor, & alter Iulianus, cha-
ractere in frontibus notando catholicos. Haec & alia mala tam ipse, quam sui
sequaces per omnes Orientis vrbes, & maxime Constantinopoli agebat, cum
Hesperiae partes ab hac tempestate immotae manerent, teste vestro historio-
grapho Socrate. Quintus Eudoxius Arianus inuasor sedis, & ordinator Eu-
nomij haeretici, dicens patrem *αὐτοθεῖος* quod nullum colat: filium *εὐοσιβής* quod
patrem colat. Sextus Demophilus, & ipse Arianus. Nonus Maximus,
Cynicus & Apollinarista. Decimus Nestorius vir sanctus, ordinatus a san-
cta Constantinopolitana synodo prima: de quo cum sancti patres Damaso
Papae & suis coepiscopis scripsissent, dixerunt: Constantinopolitanae vrbes no-
uellam, ut ita dicamus, ecclesiam velut ex ore leonis, haereticis suffossam bla-
sphemij, abstraximus, teste Theodoro vestro historiographo. Sed non in-
de omnino suffocatus est ille veterinosus basiliscus & venenosus: quia succes-
sor huius Ioannes Chryostomus ab ingrata ecclesia bis est depositus, & in
exilio defunctus. Cuius depositionem non ferentes occidentales Episcopi,
id est, Latini ab orientalium communionem sunt segregati. Huius successor Ar-
facius manu militari in Ioannitas defecit, in sequaces videlicet beati Ioan-
nis. Iam quintus decimus in catalogo Nestorius haeresiarcha exiit, qui spiri-
tu diaboli plenus, inter alias suae peruersitatis blasphemias, tale virus euo-
muit: Dei genitricem Mariam nullus appellet. Maria enim homo fuit, &
Deum ab homine generari nimis impossibile est. Qui etiam duas personas
in Deo Christo mentitus est. Hinc septimus decimus. Flavianus beatus
praesul, martyrio coronatus postea, quia damnauit Eutychen abbatem, vnam
substantiam vel naturam in Christo asserente. Propter quod a beatissimae me-
moriae domino Papa Leone, & Martiano Christianissimo Imperatore factum
est Chalcedonense concilium sexcentorum xxx. pontificum. Quid dicemus
de Acacio aegusatore, & restitutoris Petri Alexandrini episcopi, per quos plu-
rima homicidia extiterunt, nisi quod a sanctissimo Gelasio Papa in perpetuum
fuerit ambo damnati cum Ioanne successore & defensore Acacii? Post quos
Anthemius Eutychianus haeticus, per praesentem Papam Agapetum in ipsa
Constantinopoli est depositus. Eutychius autem quia dogmatizabat huma-
num corpus in resurrectione impalpabile, fururum, & vento aereque subtilius
a beato Gregorio tunc diacono ita est conuictus, ut in praesentia patris memo-
riae Tiberij Imperatoris, codices dogmatis eius iustis flammis traderentur.

SUCCESSIT quoque huic Ioannes, cuius superbiam quantum vniversus
mundus capere nequiverit, angustus tamen cespes post non multum tempo-
ris compressit. Hic nimiae vanitatis nouum nomen primus sibi usurpauit, ubi se
a cunctis oecumenicum Patriarcham, id est, Vniuersalem & dici & scribi debe-
re decreuit. Pro qua utique praesumptione a beatis Pontificibus Pelagio &
Gregorio digna percussus est excommunicatione. Cuius contagij macula
adhuc vobis cum ipsa maledictione sic adhæsit, ut nunc quoque vos ipsos oecume-
nicos patriarchas & appellare & scribere non timeatis. Et certe nomen istud
a sanctis patribus in Chalcedonensi synodo, ob reuerentiam sanctae Romanae

Socrates Hist.
Eccles. lib. 2. c. 22.

Theodoretus Ec-
cl. Hist. lib. 5. c.

In tomo de ana-
thematis vincu-
lo ep. 9. & 11.
Agap. ep. 4. & 5.

Cap. 9.
Ioannis episco-
pi C. P. arrogan-
tia.

Greg. lib. 4. ep.
32. & 7. ep. 69.

Epist. Tom. 3. X 2 & Apo-

& Apostolicæ sedis, sanctissimo decessori nostro Leoni Papæ, & præclarissimo doctore, successoribusque eius fuit oblatum: sed nec ab illo, nec ab ullo successorum ipsius constat hæcenus receptum. Et cui post Christum Iesum hoc nomen magis poterat aptari, quam successoribus Petri? Sed imitanda humilitas reuerendorum Pontificum, attendens quod ipse Princeps Apostolorum non inueniatur dictus vniuersalis Apostolus, superbum refutauit vocabulum penitus, quo videbatur par dignitas subtrahi cunctis per orbem præfulibus, dum vni ex toto arrogaretur: tanquam singuli dicerent verbis & factis, quod magister eorum & primus crucifigendus inquit: Nō sum dignus caput sursum ponere: sed declinate vultum in terram. Vestra ergo fraternitas videat, quanta apud se proteruia tumeat, quæ nec oblatum sibi à quoquam nec concessum, sed potius denegatum & sub anathematis interpositione ab Apostolica & prima sede, & à sanctis atque orthodoxis patribus interdictum superstitionum vocabulum, tantæ obstinationis contumacia per quadringentos iam à beatiss. Papa Gregorio & amplius annos vsurpare non cessat. Et qualiter exemplo Domini nostri Iesu Christi & suorum, parati estis pro fratribus animas ponere, qui per tot tempora noluitis saltem inane nomen, & totius Ecclesiæ vnitatem sua insolentia scandalizans deponere? & quid effecit in vestris mentibus toties declamata in auribus illa gloriosi Apostoli Pauli professio, qua dicit: Quis scandalizatur, & ego non vror? Qui non solum pro scandalo aliorum non vrimini, sed etiam scandalo vestro quotidie vritis Ecclesiam Dei?

1. Cor. 11.

Cap. 10.

SED vt ad reliquos decessores vestros reuertamur, quid de Pyrrho episcopo, immò hæresiarchæ Macarij Antiocheni sequace dicitur, qui veniens Romam, scripto anathematizauit omnia, quæ ipse & decessores sui contra fidem Catholicam, & Apostolicæ sedis sentierant? Sed quantocyus ad vomitum reuersus, à Papa Theodoro est damnatus, & successor eius Paulus, quod ab eodem Romano Pontifice monitus & increpatus non respuit: quando velut simulacrum aut phantasia aliquod insensibile Dominum nostrum Iesum Christum arbitratu, nec vnam, nec duas voluntates vel operationes in eodem fuisse diffiniuit, & altare Latinarum & legatorum Romanæ Ecclesiæ, quod nemo hæreticorum ante eum præsumpserat, subuertit. Ad cuius rabiem, qua sauebat in Catholicos, destruendam, sanctissimus Papa Martinus, collectis CV. episcopis, damnauit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum & Paulum Constantinopolitanos episcopos. In qua utique vesania nec vos istis modò temporibus inferiores illo vestro Paulo, summam & Apostolicam sedem, cunctosque institutionis eius fidissimos obseruatores anathemate damnatis: incauta, impudenti arrogantia ad eam cæcati, vt non animaduertatis, quid, & qui faciatis, & cui. Illi nempe facitis præiudicium, de qua nec vobis, nec cuiuslibet mortalium licet facere iudicium: beatissimo & Apostolico Pontifice Siluestro diuinitus decernente, spiritualique eius filio Constantino religiosissimo Augusto cum vniuersa Synodo Nicæna approbante ac subscribente, vt summa sedes à nemine iudicetur, inuiolabiliter & inconcussè sibi conseruato illo priuilegio, quod idem princeps quarto baptismatis sui die de tuos contulit Pontifici Romano: scilicet vt in toto orbe sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut omnes iudices regem. Quorum semper omni mundo reuerendam sententiam, sicut veraciter diuina inspiratione promulgatam, amplexæ reliquæ vniuersales synodi: id est, Constantinopolitana prima, consensu pij Augusti & religiosi maioris Theodosij: Ephesina prima, sub iunioris Theodosio filio Archadij: Chalcedonensis, sub imperio diuic memorie Martiani: tertia

De Romana sede nulli iudicare licet.

ni: tertia Constantinopolitana, rogatu & consensu iunioris Constantini, vnanimi voluntate, concordique verbo & scripto confirmauere sanctam Romanam & Apostolicam sedem, post Dominum Iesum caput esse omnium Ecclesiarum Dei, & hoc debere credi, confiteri & scribi ab omnibus venerabilibus Nicæni Concilij: cuius statutorum vsque ad vnum iota contemptoribus districtum anathema cautum est à quinque præfatis, & cunctis sanctorum patrum synodis subsequenter.

Sic iuxta Sapientem, Lapis missus non pergit ad cælum, & maledictum frustra prolatum, reuertitur in auctorem suum. Sic iuxta vulgi prouerbium, Qui supra caput suum spuere conatur, quantocius in faciem illius sputum relabitur. Sic nobis maledictum pro maledicto non reddentibus, sed cum Psalmista aduersum nos peccatore consistente, custodiam ori nostro iam diu ponentibus, per tumorem vestrum incurristis, quod dolemus: quia præiudicium faciendum summæ Sedi, de qua nec iudicium licet facere cuiquam hominum, anathema accepistis ab vniuersis patribus omnium venerabilium Conciliorum. Quo indissolubiliter adstringemini, si cor impenitens retinendo super tantam præsumptionem, ab illo per vicarios ipsius non soluamini, cui specialiter dixit Christus filius Dei viui: Quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis: Si cõferamus vetera nouis, Balaam ille ariolus in hac parte cautior fuit vobis: qui reuerens Deum, nec promissis, nec minis regis Moab ad maledicendum filijs Isracl flecti potuit: Quomodo, inquit, maledicam, cui non maledixit Deus? aut quomodo detestabor, quem Dominus non detestatur? Vos verò nec amor Dei & proximi, nec reuerentia diuinorum canonum, aut sicut dicitur, orthodoxorum principum vestrorum prohibitio reuocat, quin publicè maledicatis & detestemini genus electum, regale sacerdotium, gentemque sanctam.

Cap. 11. Prouerb. 26.

Psal. 73.

Matth. 16.

Num. 23.

1. Pet. 2.

Cap. 12.

Matth. 16.

Prou. 21.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Quod quamuis omnibus Ecclesijs Christi, quæ vnam catholicam in toto mudo efficiunt, à principe Apostolorum Petro sit verè dictum, nulli tamen veriùs aptatur, quam illi cui propriè præsidet ipse, qui cælestis regni meruit gubernacula obtinere, Domino Iesu Christo sibi dicente: Tibi dabo clauis regni cælorum, & in speciali potestate ligandi & soluendi summi sacerdotij priuilegiū. At quoniã attestate Salomone, Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit vertet illud, tantum apicem cælestis dignitatis in beato Petro, & in eius vicarijs prudentissimus terrenæ monarchiæ princeps Constantinus intima consideratione reueritus, cunctos vsque in finem sæculi successuros eidem Apostolo in Romana sede Pontifices, per beatum Siluestrum non solum imperiali potestate & dignitate, verum etiam infulis & ministris adornauit Imperialibus: valdè indignum fore arbitratus terreno imperio subdi, quos diuina maiestas præfecit cælesti: Cui equidem comparatum istud terrenum, nihil est nisi vanitas vanitatum, qua homines oblitum Domini creatoris sui, intumescunt, mox detumescunt. Et tamen imperialis celsitudo hoc totum quod potuit effecit, quando tota deuotione quicquid à Domino acceperat, eidem in ministris suis reddidit. Vt enim venerabilis Paulus docet, Non est potestas nisi à Deo: quæcumque autem sunt, à Deo ordinata sunt. Quibus in terreni regni opportuna administratione non resistendum, sic instruimur per ipsum principem Apostolorum: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: siue duces, tamquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est volūtas Dei. Et post pauca: Deum timeate, regem honorificate.

Rom. 13.

Atque per coapostolum eius Paulum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Vnde Sapia in Prouerbis intonat, dicens: Per me reges regnāt, & principes iusta decernunt. Quod etiā saepe dicitur Augustus Constantinus perspicacis animi viuacitate deprehendit, & matri suae religiosae Helenae inter nonnulla sic rescripsit: Qui moderatur saecula, & disponit totius mundi suffragia, quibus alimur & sustentamur, per se quidem spirantia uiuificat, sed per pectora principum sua iura saeculis dicitur.

Cap. 13.

Hic & alij quā plurimis testimonijs iam vobis satisfactum esse debuit de terreno & caelesti imperio, immo de regali sacerdotio sanctae Romanae & Apostolicae sedis, praecipue super speciali eius dispositione in caelis, si quo modo Christiani esse vel dici optatis, & si ipsam Euāgelij veritatem aperte, quod absit, non impugnetis. Ad cuius tonitruum quisquis non expergiscitur, non dormit, sed omnino est mortuus, cui iam frustra ab hominibus clamabitur. Sed ne forte adhuc de terrena ipsius dominatione aliquis vobis dubietatis super sit scrupulus, ne ve leuiter suspicemini ineptis & anilibus fabulis sanctam Romanam sedem velle sibi inconcussam honorem vindicare & defendere aliquatenus; pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super caelestis clauigeri venerabile corpus posito, ad medium profereamus, quibus fundetur veritas, & confundatur vanitas: vt omnia membra catholicae matris cognoscant nos illius Petri disciplinae esse, qui sic in epistola sua ait de se: Non enim doctas fabulas secuti, notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem: sed speculatores facti illius magnitudinis. Et nos vobis inculcare non tam relatu quolibet, quam quā ipso visu & tactu comperta sunt vel

a. Petr. 1.

admoniti recognoscere: quia idem gloriosus princeps in iam dicto priuilegio post Christianae fidei clarā perfectamque confessionem, atque baptismatis sui enucleatam commendationem, specialem sanctae Romanae Ecclesiae dignitatem sic promulgauit, dicens: Vtile iudicauimus vna cum omnibus nostris fratris, & vniuerso senatu, optimatibus etiā & cuncto populo Romanae gloriae imperio subiacente, vt sicut beatus Petrus in terris vicarius filij Dei esse videtur constitutus, ita etiā & pontifices ipsius principis Apostolorum vice, principatus potestatem, amplius quā terrenae imperialis nostrae serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum vel eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ita eius sacrosanctam Romanam Ecclesiam decreuimus veneranter honorare, & amplius quā nostrum imperium terrenumque thronum sedem sacratissimam beati Petri gloriosè exaltare, tribuentes ei potestatem & gloriae dignitatem, atque vigorem & honorificentiam imperialem: atque decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam ac Constantinopolitanam, quamque etiā super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei ecclesias, & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctae Romanae Ecclesiae extiterit, celsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat: & eius iudicio quaeque ad cultum Dei vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. Iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor, saluator noster, beatum Petrum Apostolum obtinere praecipit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinens, beatam mortis sumpsit poculum, suique magistri & Do-

mini

A mini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apostolus pro Christo extenso collo martyrio est coronatus: & illic vsque in finem quaerant doctorem, vbi sanctorum doctorum quiescunt corpora: & ibi proni ac humo prostrati, caelestis regis Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbi superbi terreni regis seruiebant imperio. Et succinēte commemorato suo studio & deuotione in construendis aliquot sanctorum Basilicis, & imperialium donationum magnificentia abundanter ditatis, ait: Concedimus ipsis sanctis Apostolis, dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per hos etiam beato Siluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersali vrbis Romae Papae, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atque de praesenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum praefertur atque praecellit palatijs. Deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, necnon & superhumeralē, videlicet lorū, quod imperiale circumdare assolet collum: verum etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium praesidentium equitum, conferentes ei etiam imperialia scepra, simulque cuncta signa atque banda, etiam & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostrae. Viros etiam reuerendissimos clericos diuersi ordinis, eidem sacrosanctae Romanae Ecclesiae seruientes, illud culmen singularis potentiae & praecellentiae habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patricos atque consules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis extat decorata militia, ita & Clerum sanctae Romanae Ecclesiae ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia diuersis officiis, cubiculariorum nempe & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus praesulgeat, decernimus & hoc, vt clerici eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae mappulis & lintheaminibus, id est, candidissimo colore decoratos equos equitent: & sicut noster senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id est, candido lintheamine illustratis, sic vtantur & clerici, & ita caelestia sicut terrena ad laudem Dei decorentur. Prae omnibus autem licentiam tribuentes, concedimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, vrbis Romae Episcopo & Papae, & omnibus qui post eum in successu, & perpetuis temporibus aduenerint beatissimis Pontificibus, pro honore & gloria Christi Dei nostri in eadem magna Dei Catholica & Apostolica Ecclesia ex nostro indicto, quem placatus proprio consilio clericare voluerit, & in numero religiosorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus praesumentem superbè agere.

DECREVIMVS itaque & hoc, vt idem venerabilis pater noster Siluester summus Pontifex, vel omnes ei succedentes Pontifices, diademate (vide licet corona, qua ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis preciosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona: Phrygium autem candido nitore, splendidam resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi ipsius, pro reuerentia beati Petri, stratoris illi officium exhibuimus, statuentes eodem

Cap. 14.

eadem phrygio omnes successores eius singulariter uti in processibus, ad A
imitationem imperij nostri. Vnde ut pontificalis apex non vilescat, sed magis
quàm terreni imperij dignitas & gloria potentia decoretur, ecce tam palatium
nostrum, ut praesatum est, quàm Romanam urbem, & omnes Italiae seu
occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, saepe fato beatissimo
Pontifici & patri nostro Siluestro vniuersali Papae contradentes atque relin-
quentes, ei vel successoribus ipsius Pontificibus potestatem, & ditionem firmam
imperiali censura per hanc nostram diualem iussionem, & pragmaticum
constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctae Romanae Ecclesiae
concedimus permansura. Vnde congruum prospeximus, nostrum imperium
& regni potestatem Orientalibus transferri ac transmutari regionibus, & in
Byzantiae prouincia optimo loco nomini nostro ciuitatem aedificari, & nostrum
illic constitui imperium: quoniam ubi principatus sacerdotum & Christi-
anae religionis caput ab Imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, B
ut illic terrenus Imperator habeat potestatem. Haec verò omnia, quae per hanc
imperiale sacram, & per alia diuina decreta statuimus atque confirmauimus,
usque in finem mundi illibata, & inconcussa permansura decernimus.
Deinde facta obtestatione coram Deo viuo, & terribili eius iudicio, & imprecatione
aeternae condemnationis temeratori vel contemptori istius sui priuilegij,
secutus idem venerabilis Constantinus ait: Huius verò imperialis nostri
decreti paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus
beati Petri principis Apostolorum posuimus, ibique eidem Dei Apostolo
spondentes nos cuncta inuolabiliter conseruare, & nostris successoribus Imperatoribus
conseruanda in mandatis relinquere, patri nostro Siluestro summo Pontifici
& vniuersali Papae, & per eum cunctis successoribus eius Pontificibus, Domino Deo
& Salvatore nostro Iesu Christo annuente, tradimus feliciter atque perenniter possidenda. C

T o r ergo & talibus, alijsque quàm plurimis testimonijs subnixam non erubescit
veritas, sed confutatur impudens vanitas. At nos hinc habentes testimonium
maius Constantino. Qui, ut ait beatus Baptista Ioannes, de terra est, & de terra
loquitur, vix ab homine testimonium accipimus, contenti testimonio illius, qui de caelo
venit, & super omnes est, & dicit: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo
Ecclesiam meam: & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo
claves regni caelorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit solutum & in caelis:
& quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Qui etiam in catalogo
Apostolorum instar cardinis ab ipso Domino Iesu Christo primus positus, Petrus, id est,
Cephas extat cognominatus. Cui specialiter & nominatim non tantum ante passionem
suam, verum & in ipsius articulo passionis, mox ut sui corporis & sanguinis mirabile
mysterium agendum generaliter discipulis tradidit, tam oues se pastorem percusso
dispersendas, quàm & usque in finem saeculi ad vnum ouile & ad se vnum pastorem
colligendas commendando, ait: Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribraret
sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando
conuersus, confirma fratres tuos. Ipsum quoque Angelus per mulieres ad videndam
resurgentis magistri gloriam nomine inuitauit, cum dixit: Dicite discipulis eius & Petro,
quia surrexit: & ecce praecedet vos in Galilaam, ibi eum videbitis. Necnon eidem ipsa die
resurrectionis suae, pius & verax magister apparuit, quem admodum venerabilis
Euangelista Lucas nos instruit dicens: Quia surrexit Dominus verè, & apparuit Si-

Cap. 15.

Ioan. 3.

Mat. 16.

Matth. 26.
Zacha. 13.

Luc. 22.

Matth. 16.

Luc. 24.

A ruit Simoni. Quam manifestationem soli Petro prius, deinde illi cum reliquis
condiscipulis factam, gloriosus coapostolus eius Paulus declarat, ubi ad Corinthios,
sic scribit: Quia surrexit Christus tertia die secundum scripturas: & quia
visus est Cephae: & post haec undecim. 1. Cor. 15.

INSTANTER quoque iam suae assumptionis gloria, ubi prandebat cum
septem discipulis suis, Dominus amorem Petri erga se tertio inquisit, & tertio
confitenti, agnos & oues suas tertio pascere praecipit: pro quibus quae
mortem clarificaturus esset Deum, in extensione manuum illius & praecinctio-
ne futura, eidem significauit. Qui nec mora, assumpto Domino, in medio CXX.
fratrum exurgens, & profundos sanctissimi Psalmistae sensus edisserens, au-
toritate sua Apostolicum numerum, sorte annumerato Matthiam, suppleuit,
quem vnderarium remanere nefas credidit. Quibus etiam pariter misso Spi-
ritu sancto in variis linguis, cum quidam stupebant admiratione, quidam de-
ridentes inueterata caecitate, dicerent multo plenos esse, Petrus vno sancti
Ioelis testimonio, & ignaros instruxit, & incredulos destruxit. Deinde con-
stanter impropere illis scelerata sua conspiratione aduersus Dominum &
Christum eius, quae ipsum auctorem vitae morte turpissima tunc condemnantes
interfecerant, clarissimis beati David oraculis adstruxit illius sanctam Resurrex-
tionem, & gloriosam Ascensionem, & ab eo in praesentiarum factam
Spiritus sancti effusionem. Ita compunctis Iudaeis, primus Apostolorum reus
sanguinis Christi penitentiam indixit, & eorum protinus tria millia baptizauit.

Hic solus, sicut doctiloquus Euangelista Lucas testatur, dum qui dispersi
fuerant pro persecutione facta sub Stephano, circuissent ciuitates, nemini lo-
quentes verbum vitae, nisi solis Iudaeis, orans in coenaculo, factus est in excessu
mentis: & linteum omnibus terrae quadrupedibus & reptilibus, volucibusque
caeli refertum, quatuor initiis submitti de caelo vidit, sibi que caelitus dictum
tertio: Surge Petre, occide: & manduca: & tertio ab eo responsum: Quia com-
mune & immundum numquam introiit os meum: & tertio superna voce re-
petitum, Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris: sufficienter instru-
ctus, a quatuor mundi partibus gentes quondam immundas in unitatem fi-
dei congregandas: sicque fide mundatis eorum conscientis ab operibus mor-
tuis, & occisa in eis pristina immunditia, cui seruise membra sua exhibuerant,
Christo delectabiliter inuiscerandas: tribus nuncijs in mysterio Trinitatis se
inuitantibus, immanem aprum illum de sylua gentium, Cornelium Centurio
nem aggressus non reluctantem occidit & comedit, quando aqua & spiritu
mundatum, Ecclesiae indidit. Cui coadunatis ipsius domesticis & amicis, dum
adhuc loqueretur, Spiritus sanctus cecidit super omnes, qui audiebant verbum:
& erant loquentes linguis, & magnificantes Deum. Quod nulli Iudaeorum,
nec ipsis Apostolis usquam legitur concessum, ut paraeleti tantam plenitudi-
nem acciperent prius quam baptismum. Nomen hinc iam luce clarius constat,
Petrum primitus ad aedificationem Ecclesiae Christi Iudaeos & Gentiles attra-
xisse, & quasi duos parietes ex diuerso venientes, per angularem lapidem Chri-
stum indissolubili charitatis glutine coniunxisse. Qui postea videns mensem
multum & operarios paucos, Paulum & Barnabam ab Antiochia praedicatorum
res omnibus nationibus destinauit: quibus strenue officio insudantibus dexte-
ram societatis dedit, ut illi quidem in gentibus, ipse verò in circumcisione ef-
fet, sicut in Epistola ad Galatas ostenditur euidenter. Neque tamen partito
in eos onere, subtraxit se coepae vocationi gentium & curae: quam post Asiam
ab Illyrico sentit tota Europa & Africa, praecipueque mundi caput & domi-
na gen-

Cap. 6.
Ioan. 21.

Act. 1.

Act. 2.

Ioel. 1.

Psal. 15.
Psal. 109.Cap. 17.
Act. 10. & 13.

Act. 10.

Matth. 26.
Act. 13.

Gal. 2.

Ad. 1.

na gentium Roma. Nam cum quidam pseudoapostoli turbassent corda fra-
trum, dicentes eos debere circumcidi secundum legem Moysi. Paulusque &
Barnabas Hierosolymam iissent, super hac quaestione consulturi, solus Petrus
sua auctoritate circumcisionis onus atque veteris legis iugum a cervicibus di-
scipulorum remouit, & gratiam Euangelii ad plenam salutem credentium
sufficere censuit, dicens: Quare vultis imponere graue iugum super ceruices
discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed
per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Vi-
sum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil oneris ultra eis imponere. Qua uti-
que responsione confirmatus doctor gentium Paulus, Galatis protestatur: Si
circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Gal. 5.
Cap. 18.
Ad. 5.

Sed & illud in ipso Petro nihilo minus est animaduertendum, quod sui
corporis umbra infirmis conferebat optata sospitatis remedium. Quod nulli
sanctorum constat haecenus concessum: nec ille, per quem Petrus potuit, quic-
quid boni potuit, ex suo sanctissimo corpore aliquando cuiquam tale donum
attribuit sanctus sanctorum, sed suo Petro specialiter in magna significatione
praesentis & futurae Ecclesiae hoc reseruauit priuilegium: scilicet quia ipse vtrius-
que principalis rector existeret, vtriusque statum in seipso portenderet, quan-
tenus hac visibilium & transitoriorum sacramentorum secreta virtute, quasi
umbra sua, morbis animarum in terra curatis, illam nobis adhuc inuisibilem
veritatis & beatitudinis solidam speciem, velut solidum corpus, exhibeat in
caelis. Quarum differentiam breuiter Apostolus demonstrat. Videmus nunc,
inquirens per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cogno-
sco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Cui concordans
Ioannes coapostolus suus, ait: Charissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit
quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam vi-
debimus eum sicuti est. Quod verò praesens Ecclesia fide & spe saluatur, Paulus
sic loquitur: Sine fide impossibile est placere Deo. Fides autem est speranda-
rum substantia rerum, argumentum non apparentium. Idem in alio loco: Spe sal-
ui facti sumus, spes autem quae videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quae
sperat? Sic modò credendo & sperando atque per patientiam expectando
quod non videmus, fide & spe a peccatis liberati vidimus, quia iustus ex fide
viuit. In futuro plenam beatitudinem in re videbimus & possidebimus, qua
per charitatem solam sine fastidio satiabimur, cum apparuerit gloria eius.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 3.

Heb. 11.

Rom. 8.

Habac. 2.
Psal. 16.

Cap. 9.

Verum vestra insolentia nihilo pendens talia, specialibus Petri oibus
claudere & interdiceret non timet, in quibus temporaliter ad laudem Dei re-
cubabant, ouilia, quas ipse non cessat inuitare & introducere ad sempiternae
vitae pascua: quas tantum ex omnibus sibi compatiens in crucis vltima pec-
nia iam positus attendens, pro eisdem animam ponendo, cum gratiarum actio-
ne & piissima prece in ipsa emissionem sui beati spiritus Domino commenda-
uit, dicens: Gratias tibi ago pastor bone, quia oves, quas tradidisti mihi, com-
patiuntur mihi. Peto ergo, vt participant mecum de gratia tua in sempiter-
num. Ergo praeualebit illis portas vitae: obserare vel obstruere errorum clau-
culis, seu sophismatum tendiculis quilibet inimicus, quas potestate, meritis
& prece reserat & pandit tantus amicus, cui portae inferi non praeualebunt ali-
quatentis, & caelis terrisque praepotens ex vltimo desiderio animae suae & vo-
luntate labiorum suorum a Domino, ad quem moribatur, erit fraudatus? Absit.

Cap. 10.

Quapropter a tanta amentia iam respicite, & Latinos verè catholicos,
atque maximi Petri familiares discipulos, institutionisque eius deuotiores
sectatores

A sectatores cessate subannando azymitas vocare, aut ecclesias illis denegare
sunt tormenta, sicut coepistis, inferre, si vultis nunc & semper pacem & portio-
nem cum Petro habere. Cuius doctrinam & traditionem in Epistola ad Ro-
manos, sapientibus & insipientibus debitor ille gentium doctor, ad tertium
caelum, & in paradysum raptus, sic per omnia comendat, dicens: Primum qui-
dem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fi-
des vestra annunciat in vniuerso mundo. Ex cuius capituli occasione, bea-
tus & catholicus doctor Augustinus, in latinaeque lingua clarissimus, atque no-
ster Chrysostomus ait: Fides ista, quam Romani habent, ipsa eademque est
& non alia, quae in vniuerso mundo annunciat & creditur: quae non solum in
terra, sed & in caelis praedicatur: quia Iesus pacificauit per sanguinem suum non
solum terrestria & inferna, sed & caelestia: & hoc est in vniuerso mundo fidem
predicari, per quam omnis mundus fit subditus Deo. Sed Paulum audite subse-
queretur: Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiae spiritualis ad co-
firmandos vos. Qui ne putaretur velle aliquid institutioni Petri addere vel
demere, exposuit quid dixerit ad confirmandos vos, id est, simul consolari in
vobis per eam, quae inuicem est, fides vestram atque meam. Et in fine episto-
lae monens eos deuitare falsos fratres, & praeter doctrinam, quam ipsi accepe-
rant, euntes, ait: Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendi-
cula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Hu-
iusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dul-
ces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obe-
dientia in omni loco diulgata est. Gaudeo igitur in vobis.

Rom. 1.
1. Cor. 12.

Rom. 1.

Col. 1.

Rom. 3.
Rom. 1.

Rom. 16.

Heretici & schi-
smatici vitandi.

C E c e n in totius epistola serie non inuenitur magnus Paulus fidem Lati-
norum correxisse, nec vitia redarguisse: sed congratulatus fidei & conuer-
sationi eorum, de perseverantia commouisse: cum non solum propter reprobam
actionem, sed & ob ipsius fidei citissimum naufragium in Graecos fuerit inue-
tus acerrime ab initio vsque in finem primae ad Corinthios epistolae. Quod
certe liquet in paucis verbis, vbi ait: Fidelis Deus, per quem vocati estis in so-
cietatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Obsecro autem vos fratres per
nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vo-
bis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Signi-
ficatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quod cõten-
tiones sint inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit: Ego
quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephae, ego autem Christi.
Diuisus est Christus? Et vbi notauit eos ex arrogantia falsa & mundanae sa-
pientiae, subiunxit: Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis:
& vltinam regnaretis, vt & nos vobiscum regnaremus: Et inflationi eorum mi-
natus virgam ait: Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qua
lis nec inter gentes, ita vt uxorem patris habeat quidam. Et vos inflati estis, &
non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.
Quibus expletis, admonuit eos secum epulari, non in fermento veteri, quod
totam massam corrumpit, sed in azymis synceritatis & veritatis.

Cap. 21.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

Cap. 22.

Igitur istis & huiusmodi Apostolicis sanctorumque patrum dictis cum
euidenter approbetur Latinorum syncera obedientia, & plurimorum Grae-
corum improbetur corrupta insolentia, sunt adhuc plura his super hoc, parti
nostrae fauentia: quae si liceret ad medium deducere, non solum excederent
modum epistolae, verum etiam possent armata onerare: Quapropter his omi-
ssis, charitatiue monemus, ne absentes sitis vobis ipsis: sed vos ante vos consti-
tuatis,

tuatis, vias prædecessorum vestrorum & vestras sollicitè consideretis, nec nos priuato amore palpetis, & in fratrum oculis festucam explorantes, in vestris trabem non videatis. Recordamini illius nefandæ fynodi, quam voluerunt vocari septimam vestri hæresarchæ: quorum conspiratione ipsius Domini nostri Iesu Christi & Sanctorum reuerendæ imagines, aut flammæ: traditæ, aut aquis sunt immerse: picture verò ex parietibus basilicarum deletæ. Quibus quamuis semper restiterit Romanorum Pontificum auctoritas, præ cunctis tamen sanctissimi Papæ Nicolai vbiuis laudanda libertas: qui per legatos suos tam pro factis imaginibus, quam pro depositione beati antistitis Ignatij, & substitutione Photij neophyti ecclesiâ agiæ Sophiæ clausit, donec sedis Apostolicæ acquiesceret decretis.

Cap. 23.

ASIT autem, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitanæ Ecclesiæ contigisse, vt eunuchos contra primum sancti Nicæni Concilij capitulum passim promotendo, foeminam in sede Pontificum suorum sublimasset aliquandò. Hoc tam abominabile scelus detestabileque facinus, etsi enormitas ipsius vel horror, fraternaque beneuolentia non permittit nos credere: considerata tamen incuria vestra erga Sanctorum celsuram canonum, quia eunuchos & aliqua parte corporis imminutos, non solum ad clericatum, sed ad pontificatum etiam indifferenter ac solenniter adhuc promouetis, fieri potuisse pensamus. Sed quid plura? Tot & tantis schismaticis & hæreticis, Catholicam atque Apostolicam Ecclesiam aperte impugnantibus & discindere laborantibus hætenus redundastis, vt latina vel occidentalis Ecclesia de vobis meritò conqueri possit, voce sponsæ dicens in Canticis Canticorum: Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Et verè. Nunquid enim Romana & Apostolica sedes, quæ per Euangelium genuit Latinam Ecclesiam in Occidente, mater non est Constantinopolitanæ ecclesiæ in Oriente, quam per gloriosum filium suum Constantium, & nobiles sapientesque Romanos non tantum moribus, sed & muris studuit reparare? Quod si contradicitis, ad quid vestro Imperatori Latinæ laudes, & in Ecclesia Græcis recitatur Latinæ lectiones? Vtque ob reuerentiam illius matris, quæ iam cunctis paganorum crudelitibus, & diuersorum tormentorum questionibus vexata & impugnata, ac velut aurum nimijs persecutorum flammis decocta, delicias filiam, videlicet Ecclesiam Constantinopolitanam edidit.

Cap. 24.

ET certè iâ decima à Nerone in Christianos persecutio penitus refraxerat, iam omne mundanæ infaniæ incendium sopitum erat, iam Roma adula & longæua, in diuino cultu victrix & coronata, alta pace triumphabat. Iam innumerabilis vtriusque sexus & diuersæ ætatis martyrum exercitus, nostris azymis saginatus, vniuersos idololatriæ fregerat impetus: iam mundum & ipsum mundi principem sub pedibus habebat: iam non solum ipsi nostræ institutionis antistites, sed & ministri eorum, in quibus Laurentius ac Vincentius, omnimundo stupente, deficientibus ipsis tormentis & tortoribus insultabant. Modò delicata filia, in conclauis residens secura, delicijs, lasciuijs, & longo ocio dissoluta, nec ad campum ritè agonizantium aliquando progressa, pia matre satagente & decertante pro ea, non erubescit aut veretur primatum arrogare, maternæ senectuti iam emeritæ derogare, nec effoetum corpus eius laboribus & diebus, rugosisque & minus validos artus, quondam torosos & ad prælia diuina exertos, saltem aliquo humanitatis respectu considerare, nullam reuerentiam reuerendis canis ipsius habere: sed ipsam puellari leuitate post innumerabiles triumphos ad recidiua bella aduersum semetipsum prouocare, & eam solidò

lido perfectorum cibo priuatam, ad carnalium lac retrahere, quod contra vsu naturæ, ex ipsis pubertatis suæ mammis in Aegypto, sicut supradictum est, roties contractis, conatur impudenter ori eius instillare.

ET vtinam saltem verum lac: Sed, prohi dolor, non est lac, quo tenetura fidelium paulatim nutriatur infantia, vt ad solidam escam peringat: sed quod Salomon cauendum denunciat, dicens: Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Et: Vix ei, qui lactat amicum suum, & ducit eum via non bonâ: Nec est aqua, de qua qui biberit, non sitiat ultra: quia fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: sed potius aquæ furtiuæ de puteis, quos Palestina lutum, non aquam, amantes, repleuerunt terra: vel de cisternis dissipatis, seu fluminibus Aegypti & Babylonis, quibus distenditur venter, & grauatus non repletur, sed exinanitur & intumescit, vt more hydro-pici tanto plus sitiat ad perniciem, quanto plus biberit. De quibus profectò Dominus per Hieremiam contra quosdam conqueritur, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. & post aliqua: Nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Aut quid tibi in vijs Assyriorum, vt bibas aquas fluminis? Quas vtique ne sitiamus, idem vetat, dicens: Prohibe guttur tuum à siti. Hinc Salomon, quas aquas appetere, quasque debeamus vitare demonstrans, ait: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta. Et in subsequētibus hæreticam vanitatem sub specie stultæ mulieris, visibili quodammodo forma coloratam atque depictam, introducit, dicens: Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, fedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam & pergentes itinere suo. Quis est paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod gigantes ibi sint, & in profundis inferni conuiuæ eius.

QUORVM ne sit particeps in Tartari flammis, quas vicissim sine fine pascat medullis suis, iam nunc filia recordetur gemitus piæ genitricis, & quot vel quanta pericula propter eam, seu propter sorores ipsius in vtero suo hætenus vidit: & gratia Dei discat talis fieri saltem admonita, qualis bene de se meritam matrem, etiam senio ac assiduo incuruam labore & tremulam, data manu atque supposito humero studeat subleuare & sustentare, non ad ruinam impellere, deprimere, perturbare, vel affigere. Pio affectu & humili corde iugiter perpendat, quid idem Salomon dicat: Stultus homo despicit matrem suam. Et item: Ne despicias, cum senuerit mater tua. Alioquin si, quod absit, pertinax esse voluerit, & piæ matri supercilium eius & arrogantiam adhuc dissimulanti, atque ad satisfactionem patienter expectanti parcere & parere contempserit, experietur in anicula matre virides annos, exertos ad paternarum traditionum defensionem laceratos, adulescentulæ competentem alacritatem, iuuenulæ constantiam efficacem: & iuxta Salomonem, contumax comedet fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabitur: quia, sicut idem testatur, Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamenta. Et iterum: Quam malæ famæ est qui fugit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Et, Qui affligit patrem, & fugit matrem igno-

Epist. Tom. 3.

Y y minio.

Hæc est Cöllaci
hōpolicana sub
Cōstantino Co-
pronymo.

Cant. 1.

Cap. 25.

Prou. 1.
Prou. 16.Ioan. 4.
Ioan. 7.
Prou. 9.
Gen. 26.

Hierem. 2.

Ibidem.

Prou. 5.

Prou. 9.

Cap. 26.

Prou. 15.
Prou. 23.Prou. 1.
Ecclesi. 3.Ibidem.
Prou. 19.

miniosus est & infelix. Quam utique offendere cauet quisquis placere patri A
studet, velut etiam quidam sapientium saeculi ait: Ne matrem offendas, dum
vis bonus esse parenti.

Cap. 27.

Psal. 50.

† & vel

HIS igitur & alijs quamplurimis liquet assertionibus, quid mereatur
etiam carnalis matris contemptus: & quid de spiritualis genitricis contumelia
& exprobratione dicetur. Illa siquidem in iniquitatibus nos conceptos,
generavit ad mortem: ista verò, culpis remissis, regeneravit ad vitam.
Quarum ceu dispar est meritum, ita & dispar pro earum honore † vt
dedecore primum: quia carnalem matrem honoranti, longævitas super
morientium terram, & firmamentum caesae casurae repromittitur: exasperanti
autem eam, terrenorum eradicatio fundamentorum. Porro spiritualem
venerantes, longitudinem dierum in dextera Dei videbunt: & in terra viuentium
sine fine habitabunt: spernentes verò illam, duplici contritione con- B
terentur, & sicut diploide confusione sua induentur, & radix eorum de terra
viuentium euellatur. Etenim affectio carnalis matris si nos prohibet à reuerentia
spiritualis, penitus relinquenda & abscindenda est nobis, vt in
Deuteronomio Moses de tribu Leui dicit: Qui dixerit patri suo & matri,
Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos, hi custo-
dicunt testamentum tuum, iudicia tua à Jacob, & legem tuam à Israel. Quod
denique facturis, Dominus Iesus in Euangelio centuplum hic, & in futuro vi-
tam æternam repromisit.

Deut. 33.

Matt. 19.

Cap. 28.

SAD ecce iam non debet ingrata filia apparere, quia prae ceteris eam ho-
norare dignata est mater sua. Nam cum nullo diuino vel humano priuilegio
honorabilior seu clarior alijs ecclesijs, Constantinopolitana existat ecclesia,
& Antiochena atque Alexandrina, ob reuerentiam principis Apo- C
stolorum, inter alias retentent dignitatis iura: tamen pia mater, Romana scilicet
Ecclesia, nolens dilectam filiam dote honorificentiae ex toto care-
re, per beatos praedecessores nostros in aliquot synodis curauit decernere,
vt salua principalium & Apostolicarum sedium antiqua dignitate, Cōstanti-
nopolitanus antistes honoraretur sicut regiae ciuitatis episcopus: quamuis Iu-
stinianus religiosus Augustus legibus humanis voluisset adstruere, vt post Pa-
pam Romanum sedeat Constantinopolitanae praesul ecclesiae. Et certè hoc
nulla alia excellentia meritorum est assecuta, nisi quod Romana Ecclesia
pro amore venerabilis Constantini, se ipsam, quantum in eo fuit, honoran-
tis & exaltantis, ciuitatem ipsius hoc priuilegio honoris sola humana bene-
uolentia insigniuit, iuxta Prophetiae dictum ad Heli: Glorificantem me glo-
rificabo: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

1. Reg. 2.

Cap. 29.

Luc. 11.

AVR si quod aliud retinet, aut putat se habere dignitatis priuilegium,
vos rebelles lumini ac veritati, & signiferi umbræ & vanitatis proferte in
medium. Vos enim alloquimur, qui, sicut Dominus ait Pharisaïs, tulistis
clauem scientiae, qui clauditis regnum caelorum ante homines: nec ipsi in-
traistis, nec alios intrare permittitis, sed potius prohibetis, dum matris vene-
randam faciem conspuere quaeritis, dum eam insequimini conuicijs & maledic-
tis, dum agnos eius ab ea segregare etiam anathemate & flagellis, ne
vocem maternam agnoscant & sequantur, contenditis. Vt enim fertur, om-
nes Latinorum basilicas penes vos clausistis, monachis monasteria & abbati-
bus tulistis, donec vestris viuerent institutis. Ecce in hac parte Romana Ec-
clesia quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est. Si quidem cum
intra & extra Romam plurima Graecorum reperiantur monasteria sine eccle-
siae, nul-

Graecorum in
Latinos iniurijs

A fia, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione
sive sua consuetudine, quin potius suadet & admonetur eam obseruare.
Nec enim animositatem impiæ hæreseos habet, quæ semper diuisione gau-
det, dicens per patricidam meretricem: Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur: 3. Reg. 3.
sed pietate veræ matris sic Salomonem deprecatur: Obsecro domine, da-
te huic infantem viuum, & nolite interficere eum. Scit namque, quia nil
obsunt salutem credentium diuersæ pro loco & tempore consuetudines, quan-
do vna fides per dilectionem operans bona quæ potest, vni Deo commen-
dat omnes.

QVOD vos cum ex debito gradus & loci vestri oportuisset scire & prædi-
care, quatenus de collectis ouibus gratiam à bono pastore, non condemna-
tionem pro dispersis mereremini percipere, incurristis illud Apostoli ad He-
bræos: Quia cum debueritis magistri esse ex tempore, iterum necesse habe-
tis doceri, quæ sint elementa sermonum Dei. Zelum enim Dei habetis, sed Heb. 5.
non secundum scientiam. Quam vt apprehendissetis, non saltu, sed canoni-
co interuallo, immò plano pede ad episcopatus culmen, à laica conuersatio-
ne peruenire debuistis, ne vobis refragarentur verba ipsius Apostoli, de epi-
scopo dicentis: Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat
diaboli. Nam cum locum doctoris vsurpat indoctus, necesse est, vt aut discat
quod doceat: aut cæcus pastor, seu non valens latrare, canis mutus pernicio-
se sibi & subiectis remaneat: aut discere & tacere erubescens, perniciosus do-
cere præsumat. Raro quoque euenit, vt in culmine positus valeat humilita-
tem discere, qui in imis non desijt superbire. Huc accedit & illud, quod albu-
ginem habens in oculo, à sacerdotio prohibetur. Albuginem quippe habet
in oculo, quisquis arrogantia iustitiæ vel sapientiæ cæcatur.

Cap. 30.

Heb. 5.

Rom. 10.

1. Tim. 3.

Esa. 56.

Leuit. 21.

Cap. 31.

SAD absit, vt religiosi principes & orthodoxi, atque Christianissima &
Deo deuota ciuitas vos in hoc vestro errore audiendos putent, quos potius
ad vnitatis bonum terrore potestatis cogere debent. Recordentur Constan-
tinopolitanos praesules in tantum praesentibus temporibus familiarissimo sibi mor-
bo superbiae laborasse, vt edicto Augustorum Theodosij, Archadij & Hono-
rij, prohibitus sit quisquam ex Constantinopolitana ecclesia pontificatum,
defuncto episcopo Sisinio, deinceps sperare, sed ex alia sibi iugiter pontifi-
cem expetere: quia erant inani gloriae dediti, & supra modum arrogantes,
ceu commemorant historiographi. Qui etiam referunt, quod lxxvj. orienta-
les episcopi Concilium Sardicense declinantes, in Philippopoli Thraciae
anathematizandum conuenticulum habuerunt, sanctamque & immaculatam
Nicænae synodi fidem adulterantes, communi subscriptione errorem suum
confirmarunt: Occidentales verò ccc. amplexi sanam sanctorum patrum sen-
tentiam, vnanimitate sua corroborarunt. Quod totum ideò dicitur, ne post
priorum cognitionem incautè praesentibus credatur.

D

NAM Romanae Ecclesiae fides per Petrum super petram aedificata, nec
hactenus deficit, nec deficiet in saecula, Christo eius Domino rogante pro ea,
ceu testatur sub ipsa passione sua: Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fi-
des tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quo dicto demon-
strauit fidem fratrum vario defectu periclitandam, sed inconcussa & inde-
ficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ subsidio figendam, & in fundamento
vniuersalis Ecclesiae confirmandam. Quod nemo negat, nisi qui euiden-
ter hæc ipsa verba veritatis impugnat: quia sicut cardine totum regi-
tur ostium, ita Petro & successoribus eius, totius Ecclesiae disponitur
Epist. Tom. 3.

Cap. 32.

Luc. 22.

enolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens, ducit & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cum nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur; Vnde clerici eius cardinales dicuntur, cardini utique illi, quo cetera moventur, vicinius adherentes.

Cap. 33.

Quapropter nos certissimè retinentes omni venerabilem mundo institutionem Petri, & fidem ipsius coapostoli sui & doctoris gentium Pauli, clarissimò calamo subscriptā, ab Apostolica sede liberè omnibus clamamus quod Galatis idem Paulus: Licet nos, aut angelus de caelo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizatum est vobis, anathema sit: Sicut prædixi, & nunc iterum dico: Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Nec ideo silebimus, si dicimur non esse quales debemus, nec qualis est Petrus. Quod utique agendum esset, si cuiquam commendarem nosmetipsum.

Galat. 1.

1. Cor. 4.
1. Cor. 4.

Quia verò sicut ait Apostolus, non prædicamus nosmetipsos, sed Dominum Iesum, nos autem seruos seruorum eius per Iesum, nobis pro minimo est, ut à vobis iudicemur, aut ab humano die: quoniam qui iudicat nos, Dominus est. Neque enim, qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Et repellendo temerarium iudicium, dicit alibi: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit: Potens est enim Deus illum statuere.

1. Cor. 10.

Rom. 14.

Cap. 34.

Nempe & vos, licet quamplurimum tumeatis, quamuis de vobis ultra modum alta sentiat, non credimus tamen, quod dicere audeatis, vos esse quales debetis, aut qualis Alexander, Ioannes Chrysostronus, vel Flavianus fuit: Sicut nec Antiochenus se talem, qualis extitit ipse Petrus: nec Alexandrinus parem se Marco vel Athanasio profiteri est ausus: quia sine retractatione à suis punirentur. Idcirco etsi ad hoc vos impellit tumor, tamen retardat timor. Quæ cum ita sint, nullius tamen vos detractio reprimat, quin diligenter lac & lanam ab ouibus exigatis, nec veremini, ne dicatur non esse vos pares illis antecessoribus vestris magnis. Cur hoc, nisi quia quicumque sacerdotes, etsi dispares sunt merito, pares tamen sunt officio? Nec potest denegari pro merito, quod debetur officio. Alioquin non staret sacerdotium, si maius aut minus fieret, seu variaretur secundum humanorum varietatem meritorum: essentque penè tot sacerdotia, quot homines.

Cap. 35.

Rom. 11.

Rom. 13.

Qua de re, fratres, utinam non ad iudicium nostrum dicamus, profectò sumus qualis Petrus, & non sumus qualis Petrus: quia & idem sumus officio, & non idem merito. Et quotiescunque lac & lanam, scilicet stipendium & honorificentiam, ab ouibus Dei exigimus, nulla meriti nostri ibi fit commemoratio, sed officio nostro quaeritur debita recompensatio. Ac sic meritum Petri non habentes, officium autem Petri exequentes, officio nostro debitos reposcimus honores, Apostolo dicente: Quamdiu minister ero, ministerium meum honorificabo. Et præmonens oues Christi ad soluendum singulis debita, ait, Reddite omnibus debita: Cui honorem honorem. Non quia bonum sit accipientibus, sed quia malum sit non reddentibus. Sic ergo & beatissimus prædecessor noster Gregorius dicit: Nemo nos propter nos in loco Petri despiciat: quia ex cathedra eius, cui auctore Deo qualescunque præsidemus debita sibi iura nostrum officium reclamant. Frequenter enim solet euenire quod dicimus, ut persona in hoc mundo potens respectum seruum habeat. Cumque per eum suis vel extraneis aliqua mandat, non despicitur persona missi serui, quia in corde seruatur reuerentia mittentis domini.

Ergò

A Ergo nè saltè quòd Dominus cõcessit Pharisæis & Scribis sedentibus in cathedra Moysi seruis denegabit qualibuscunq̃ conferuis suis in cathedra Petri? Super cathedram, inquit, Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunq̃ dixerint vobis, seruate & facite. Ita quòd malè viuimus, nostrum est: quod verò bona dicimus, cathedræ: cuius occasione necesse habemus recta prædicare. Vnde dicit ille exercitatissimus Paulus: Dum omnimodis siue occasione, siue inuidia Christus annuncietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Ecce Apostolus sic necessarios ducit huiusmodi, vt gaudeat super eis: & vos qui estis, qui negligentiam eorum ad iniuriã Apostolicæ cathedræ retorqueris? Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum, cuius ordinationi resistendo, damnationem vobis acquiritis: cum nostra potestas, sicut & omnis, à nullo alio nisi ab ipso sit. Sciendum est, quia falsa iustitia de indignatione, vera autem compassionem habet. Quæ utique priuamini, insultando, non compatiendo, aliena calamitati. Et fortè approbare nequitis, quod obijcere vel calumniari præsumitis: immò constat vos comprobare non posse. Sed est o. Eccè in caelo iudex noster, & conficius noster in excelsis.

Mat. 23.

Philip. 1.

Exod. 16.

Rom. 13.
Greg.

Job. 16.

CAETERVM de homine sentite ò homines quod vultis: vnũ tamen conscientia respondet nobis, quia omnium ecclesiarum Dei salutem & exaltationem summoperè desideramus: sed vt quicumque quodlibet ex superbia arripiat, & sibi contra nostram Apostolicam Sedem, atque leges eius vsurpet, hoc nos tolerare nõ possumus, quia quisquis Romanæ Ecclesiæ auctoritatem vel priuilegia euacuare, seu imminuere nititur, non hic vnus Ecclesiæ, sed totius Christianitatis subuersionem & interitum machinatur. Cuius enim cõpassione vel sustentatione ulterius respirabunt filia à quouis oppressa, vnica illa suffocata matre? Cuius refugium appellabunt? Ad quam confugiũ habebunt? Ipsa enim Athanasium, ipsa omnes catholicos suscepit, fouit, defendit, & sedibus propriis pulsos restituit.

Cap. 36.

Oppugnans Ecclesiam Romanam totius Christianitatis subuersionem machinatur.

Idè cupiendo omnes in visceribus Iesu Christi, nobiscum vos admonemus, ne falsum nomen scientiæ, iustitiæ vel gloriæ quærendo, vnus aduersus alterum infletur, ne cinis & terra periculosè superbiat, ne abominabilis & miser homo, bibens quasi aquas iniquitatè, sequendo exteriora, in vita sua projiciat intima sua. Simus vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati sumus in vna spe vocationis nostræ: Ipsa corporis compositio & membrorum nos doceat qualiter & quanti habenda sit Ecclesiæ vnitas. Ipsa etenim corpus est Christi, vt Apostolus dicit: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et sicut in vno corpore multa membra habentur, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Et si dicit auditus vel manus, non sum oculus, non sum de corpore: ideò non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus & reliqui sensus? Nunc autem disposuit Deus sicut voluit corporis membra, singula officio suo apta. Membrum verò suo officio non contentum, sed cupiens præripere alienum conturbat corporis ordinem totum: velut si visus voces, auditus colores, gustus odores, olfactus asperas res, aut lenes, tactus tentaret discernere sapes. Nonne frustra omnes paterentur? Sic singulorum ornamenta seu indumenta non sunt omnibus membris accommodata, nec congrua: sed vnumquodque requirit sua, & abijcit aliena. Nempe refutat pes coronam, galeam & pileum, caputque sandalia vel pedules ad suum non applicat vsus. Sic manum dignitas & maxima vtilitas, quamuis componat

Cap. 37.

Eccles. 10.

Job. 15.

Eccles. 10.

Eph. 4.

1. Cor. 12.

Epist. Tom. 3.

Y y 3

insigne

insigne Imperij coronam, non tamen hanc sibi adaptat & imponit, sed capiti, **A**
contenta suis armillis, dextro chero & annulis. Idem fit & in ceteris, & tam
discors concordia est in eis, ut eorum quodlibet alij officium suum omnino
deputare recuset: & tamen de bono vnus pariter exultent, sicut de malo com-
muniter dolent: & officia sua non sibi tantum, sed magis mutua utilitati exhi-
bent. Vnde secutus idem Apostolus, ait, Si glorificatur vnum membrum, con-
gaudent omnia membra. Et quantae insipientiae est, nolle nos imitari quod su-
mus, & quod ad transitoriam vitam aliquandiu retinendam accepimus non
considerare, ut in perpetuum subsistamus?

1. Cor. 13.

Cap. 38.
Superbia & in-
uidia quarum re-
rum origo.

Gal. 5.

Iacob. 3.

Quia vero ante omnia pestilens mater superbia, eiusque crudelissima fi-
lia, inuidia scilicet ac inanis gloria, passim obstinata rabie corpus Christi mo-
liuntur cui scerare & dilacerare, non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem
prouocantes, inuicem inuidentes, ne quod auertat Deus, contingat nobis di-
ctum Apostoli: Quod si inuicem morderis, videte ne ab inuicem consumamini:
Et illud Iacobi: Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in vo-
bis, nolite gloriari, & medaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia
desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Quae autem desursum
est sapientia, primo quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis,
amans bonum, sine simulatione. Has itaque duas & valde sibi contrarias sa-
pientias vigili mente discernite: & si Petrus singulariter figura summi capitis
nostri, vicariusque eius, ac sui successores iam in terris retinent specialem di-
gnitatem terreni caelestisque regni, nolite inuidere, vel detrahere Romanae
Ecclesiae apici, quem per charitatem totum valetis adipisci, & in nobis regna-
re & ipsi. Sin alias, audietis quod supra: Iam saturati estis, iam diuites facti estis:
sine nobis regnatis: atque vti nam regnaretis, ut & nos vobiscum regnaremus.

1. Cor. 4.

Cap. 39.

1. Cor. 9.

Ioan. 15.

Cap. 40.

Eccen. nos vestram gloriam ducimus nostram: cur vos annullare nitimini
nobis diuinitus & humanitus concessam? Nonne decus vel dedecus sui capi-
tis, manus, seu pes suum non ducit? Nec dolet, sed potius gaudet vno sensu, id
est, solo tactu donatum corpus, superpositum sibi caput omnibus pollere sensi-
bus, quia eos militare facit & inuigilare corporis subiecti utilitatibus, & ca-
put de omnibus iudicans sensibus nullo sensu iudicatur, ut potest folium sui iudi-
cio sufficientissimum: utque Apostolus dicit, Spiritus iudicatur, ut potest folium sui iudi-
cium a nemine iudicatur. Haec & supra dicta de corporis nostri harmonia, si non
seruatis in vobis, in corpore non estis, nec in corpore viuitis. Et si in corpore Chri-
sti, quod est Ecclesia, non estis, nec de eo viuitis, iam videte vbi, & quid sitis.
Abscisi estis, putrescitis, & velut palme praecisus de vite, foras missi estis, &
arescitis, ut in ignem mittamini & ardeatis, quod diuina pietas longè faciat
à vobis.

Sed quia iam nunc videmur digressi modum epistolae, alio exordio con-
gruum censuimus respondere vestrae calumniae, quam confratribus & coepi-
scopis nostris Apulis, scriptam ad sugillationem nostri azymi & praedicationem
vestri fermenti, non dubitatis dirigere. Inter haec dirigimus vestris cauil-
lationibus refragantia venerabilium patrum nostrorum aliqua super his scri-
pta: deinde, ut Deus inspirabit, nostra rescripta, quatenus multipliciter vestra
retundantur & retroferantur iacula, & quem non vultis feriant. Nam si vos non
erubescitis, nec timetis de loquacitate, nos non tantum erubescere, quantum ti-
mere debemus de taciturnitate: quia de nostra multorum pendent animae,
quae falsis fratribus calumniantibus, & nobis tacentibus, habent perire.

Cap. 41.

Ista autem vobis paterna pietate, ac germana dilectione interim rescribimus,
in qui-

A in quibus satis declinasse nos credimus, ne in illud Salomonis incideremus:
Noli respondere stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris illi similis. Verum si non resi-
pueritis, experiemini quod idem mox secutus ait: Responde stulto iuxta stultitiam
suam, ne sibi sapiens esse videatur. Et illud Apostoli: Haereticum hominem post vnā
& secundam correctionem deuira. Subuersus est enim qui eiusmodi est, & delin-
quit proprio iudicio condemnatus. Et cauendo interdictum veteris legis ty-
picum, deinceps non coquemus haedum in lacte matris suae: sed impetiginem
eius & scabiem fricabimus instanter mordaci aceto & multo sale: quia cum
dolore abscindenda sunt, quae leni manu palpari & sanari non possunt, ut Do-
minus admonet, dicens: Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde
eum, & projice abs te. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum. Sed misera-
tio Dei praecedens haec nostra dicta, parcat & nobis & vobis, ut deinceps non
sit necesse circa quaestiones & pugnas verborum occupari, sed ex diuinis pa-
ginis nostram in hoc mundo peregrinationem inuicem consolari, & pacifice
adhortari, ut Psalmista canit: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, &
non est illis scandalum. Quod verò charitas & vnitas fratrum ipsa sit lex Dei,
ostendit illud Euangelii: Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem.
Quam nos synceram hanc conseruare, & in futuro sine fine ipsam, quae Deus est,
perficere, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis ve-
nire, dignetur concedere. Amen.

Pr. 16.

Tit. 3.

Exod. 23. 34.
Deut. 14.

Matt. 18.

Psal. 118.

Ioan. 15.
1. Ioan. 4.
1. Tim. 2.

EPISTOLA II. BEATI LEONIS PAPAE IX.

C PRAECIPIT ut Patriarcha Gradenfi, cuius primatum ab Apostolica Sede con-
cessum, in Synodo confirmarat, obedientiam perhibeant.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Episcopis Venetiae & Istriae, Salutem, &
Apostolicam benedictionem.



NOVERIT vestra charissima nobis in Christo fraternitas, hac in
praesenti indictione sexta, charissimum confratrem nostrum
Dominicum Gradensem, immo nouae Aquileiae Patriarcham
ad Synodum nostram Romae habitam venisse, & querimo-
niam de sua & Foroiulienfi Ecclesia, quam credimus vos non
ignorare, lachrymabiliter coram fecisse. Cuius tandem relictis
priuilegiis à sancta Romana & Apostolica Sede sibi concessis, iudicio totius
sanctae Synodi hoc definitum fuit, ut noua Aquileia totius Venetiae & Istriae
caput & metropolis perpetuo haberetur, secundum quod euidentissima praedecessorum
nostrorum astruebant priuilegia. Foroiulienfis verò antistes, tan-
tummodo finibus Longobardorum esset contentus, iuxta priuilegium Gre-
gorij secundi, & retractationem tertij. Et hoc quidem extra patientiam ca-
nonum ei pro magno concessimus, quia quater iam vocatus à nobis nec ve-
nit nec excusauit, cum Gradenfis, id est, nouae Aquileiae Patriarcha, quinquies
nostrae Synodo, etiam non vocatus, interfuerit. Vnde monendo mandamus,
& praecipimus vobis ex parte Dei, & sancti Petri, & nostra, ut praefato Graden-
si Patriarchae successoribusque eius in omnibus, secundum iura canonica, obe-
dientes sitis, sicut primati vestro & Patriarchae esse debetis, & sicut antecesso-
ribus eius nostri perpetuo confirmarunt. Et si quid sui iuris in urbibus vestris,
vel

vel parochiis continetur, quod suo dominatui meritò debeat subdi, nullius A
vestrum sibi cōtradice præsumat. Si quis verò vestrum quicquam iustæ que-
rimoniæ aduersus eum videtur habere, aut coram vobis confratribus & com-
prouincialibus causam suam proferat, & cum eo si potuerit pacificè diffiniat,
aut in præsentiā nostram vtraque pars examinanda veniat, salua sibi inte-
rim per omnia & Patriarchali reuerentia, & proprietate sua. Quod si extra fe-
ceritis, sententia canonica super vos vigilabit.

EPISTOLA III. BEATI LEONIS PAPÆ IX.

OSTENDIT Carthaginensem Archiepiscopum totius Africa esse primatem; Gum-
mitanum verò Episcopum sine illius consensu nec Episcopos consecrare, nec prouincia-
le Concilium conuocare posse: solius autem Romani Pontificis esse & Episcopos depo-
nere, & generalia concilia indicare. B

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Thomæ confratri charissimo & coepiscopo, Salutem.



Vin ex venerabilium canonum auctoritate recolimus, cœv. epi-
scopos Concilio interfuisse Carthaginensi, & nunc à tua fra-
ternitate audimus, quinque vix Episcopos superesse in to-
ta Africa, vtique tertia huius corruptibilis mundi parte, com-
patimur tantæ vestræ imminutioni totis visceribus animi. Cū
autē ipsas Christianitatis reliquias ediscimus interna & mu-
tua diffentione discindi & dispergi, & aduersus se inuicem zelo & contentio-
ne principatus insigari, nil aliud nobis primò dicendum occurrit, quàm illud
sancti Amos vatis: Parce Domine, parce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia
paruulus est? Sed quamuis in tali tantoque defectu religionis plurimum do-
leamus, multum tamen gaudemus, quia sanctæ Romanæ Ecclesiæ matris ve-
strę sententiam requiritis & expectatis super quæstionibus vestris: & quasi ri-
uulis ab vno fonte erumpentibus, & in suo se cursu per diuersa spargentibus,
ad ipsius fontis primam scaturiginem reuerti debere optimum putatis, vt in-
de resumatis directionis vestigium, vnde sumpstis totius Christianæ religio-
nis exordium. Noueris ergo proculdubio, quia post Romanum Pontificem
primus Archiepiscopus, & totius Africæ maximus metropolitanus est Car-
thaginensis episcopus: nec quicumque sit ille Gummitanus episcopus, aliquā
licentiam consecrandi episcopos vel deponendi, seu prouinciale Concilium
conuocandi habet sine consensu Carthaginensis Archiepiscopi, cuiuslibet di-
gnitatis aut potestatis sit, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinet:
cætera autem, sicut & alii Africani episcopi, consilio Carthaginensis Archie-
piscopi aget. Vnde charissimi confratres nostri & coepiscopi Petrus & Ioan-
nes rectè sentiunt de Carthaginensis ecclesiæ dignitate, nec consentiunt er-
rori Gummitanæ Ecclesię. Hoc autem nolo vos lateat, non debere præter sen-
tentiam Romani Pontificis, vniuersale Concilium celebrari, aut Episcopos
damnari, vel deponi: quia etsi licet vobis aliquos Episcopos examinare, diffi-
nitiuam tamen sententiam, absque consultu Romani Pontificis, vt dictum est,
non licet dare: quod in sanctis canonibus statutū, si quæritis, potestis inueni-
re. quamuis enim omnibus generaliter Apostolis dictum sit à Domino. Quæ-
cunque ligaueritis in terra, ligata erunt & in cælo: & quæcunque solueritis in
terra,

Amos 7.

Matt. 18.

A terra soluta erunt & in cælo: tamen non sine causa specialiter & nominatim di-
ctum est beato Petro Apostolorum principi: Tu es Petrus, & super hanc pe-
tram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum. Et in alio
loco: Confirma fratres tuos. Scilicet, quia omnium ecclesiarum maiores, &
difficiliores causæ, per sanctam & principalem beati Petri sedem, à successio-
ribus eius sunt diffiniendæ. Iam quia ad interrogata etiam confratrum nostro-
rum Petri & Ioannis Episcoporum decreuimus respondere, optamus vt san-
ctam tuam fraternitatem iugiter inuigilantem vtilitatibus sanctæ Catholicę
Ecclesiæ, atque deuotè pro nobis orantem, sancta & indiuidua Trinitas sem-
per conseruet charissime frater. Datum xvi. Kal. Ianuar. anno Domini Papa
Leonis IX. quinto, Indiēt. VII.


Matt. 16.

Luc. 22.

B EPISTOLA III. BEATI LEONIS PAPÆ IX.

EIVSDEM argumenti. addit prætere a nonnulla de Episcoporum, & Archiepisco-
porum institutione.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilectissimis in Christo fratribus Petro & Ioanni
Episcopis, Salutem, & Apostolicam
benedictionem.



D Ecus ecclesiarum Africanarum ita conculcatum à gentibus ni-
mum dolemus, vt modò vix quinque inueniantur Episcopi,
vbi olim cœv. solebant per Concilia plenaria computari: & ibi
pauculas oues, quotidianæ occisioni deputatas, remansisse, vbi
quondam innumerabilis grex Domini sub numerosis arietibus
exultabat alta pace. Sed hæc peccatis nostris imputantes,
iustitiam creatoris collaudantes timeamus, & misericordiam eius instanter
postulemus, vt seruos suos tandem respicere dignetur. Quod autem scripistis
nobis, pro sanctæ Romanæ Ecclesiæ statu, nostraque incolumitate vos Domi-
num gratias agendo exorasse, noueritis nos vestræ fraternitati gratias agere,
& pro consolatione vestra semper orare. Et re vera, fratres, hoc acceptabile
est Domino nostro Iesu Christo, vt caput omnibus membris prospiciat & in-
uigilet, membra verò sui capitis salutem sine intermissione querant & optent.
D Bene equidem fecistis, quod iussi à nobis, Concilium de rebus Ecclesiasticis
habuistis: quod etiam omni anno vel semel agere debetis. Insuper rectè con-
tra Gummitanum Episcopum, dignitatem Carthaginensis Ecclesiæ defendi-
stis: quia sine dubio post Romanum Pontificem primus Archiepiscopus, & to-
tius Africæ maximus metropolitanus est Carthaginensis Episcopus, nec pro
aliquo Episcopo in tota Africa potest perdere priuilegium semel susceptum
à sancta Romana & Apostolica sede: sed obtinebit illud vsque in finem sæcu-
li, & donec in ea inuocabitur nomen Domini nostri Iesu Christi, siue deserta
iaceat Carthago, siue resurgat gloriosa aliquando. Hoc ex Concilio beati
martyris Cypriani, hoc ex Synodis Aurelii, hoc ex omnibus Africanis Con-
ciliis, hoc (quod maius est) ex venerabilium prædecessorum nostrorum Roma-
norum præfulum decretis apertè monstratur: nec quicumque ille sit Gummi-
tanus Episcopus, aliquam licentiam consecrandi Episcopos, vel deponendi,
seu

seu provinciale Concilium conuocandi habet sine consensu Carthaginensis Archiepiscopi, cuiuslibet dignitatis aut potestatis sit: tantummodo procurabit ille Gummitanus episcopus, quæ ad propriam parochiam pertinent. Cetera autem, sicut & alij Episcopi Africani, consilio Carthaginensis Archiepiscopi aget, qui solus in Africa pallium ab Apostolica sede habere solet. Vnde & Episcopus consecrandi principale & antiquum ius retinet, sicut ex verbis Aurelij in concilio Carthaginensi, capitulo 39. potest intelligi, cum dicit: in Ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas conuenire, crebro ac penè per diem Dominicam Episcopos ordinandos habemus, & cetera. Sed hoc vos non lateat, non debere præter scientiam Romani Pontificis vniuersale Concilium celebrari, aut Episcopos damnari, vel deponi: quia etsi licet vobis aliquos Episcopos examinare, diffinitiuam tamen sententiam absque consensu Romani Pontificis, ut dictum est, non licet dare: quod in sanctis canonibus statutum, si quaeritis, potestis inuenire, scilicet quia omnium ecclesiarum maiores & difficiliore causæ, per sanctam & principalem beati Petri sedem, à successoribus eius diffinendæ sunt, ut potè cui diuinitus dicitur: Confirma fratres tuos, & Tibi dabo clauas regni caelorum: & cetera. Nunc quia de Archiepiscopis & metropolitanis sententiam nostram requiritis, venerabilium antecessorum nostrorum dicta aperte demonstrant, id est, Clementis, Anacleti, Aniceti, & aliorum, ubi ita legitur: Sacerdotum ordo bipartitus est, nec amplius quam duos ordines, id est, episcoporum, & presbyterorum, nobis collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Episcoporum autem ordo vnus est, quamuis alij præferantur alijs, siue pro eo, quod primas ciuitates, & magis nominatas secundum potentiam, aut leges sæculi retinent, siue quod à sanctis patribus, pro aliqua reuerentia sanctitatis, aliquod priuilegium dignitatis possident. Nam sicut omnis mundana potestas his gradibus dignitatum à se inuicem distat, id est, ut primus sit Augustus vel Imperator, deinde Cæsares, deinde reges, duces & comites atque tribuni: ita & Ecclesiastica dignitas ordinata à sanctis patribus inuenitur, dicente beato Clemente: In his ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant, primates vel Patriarchæ positi sunt, qui reliquorum iudicia & maiora negocia iuste diffinirent, qui etiam non vni prouinciæ, sed pluribus præessent. Deinde ubi archiflamines erant paganorum, Archiepiscopi instituti sunt Christianorum, qui singulis prouincijs præessent. Vbi verò metropolis erat, quæ interpretatur mater ciuitas, metropolitani erant: quippe qui de tribus aut quatuor ciuitatibus, intra aliquam prouinciã maiori & matri aliarum ciuitatum præsidebant. Isti aliquando metropolitani tantum nominantur, aliquando verò Archiepiscopi, si in ipsa prouinciã maiores non fuerint aliqui. Vbi autem minores ciuitates habuerint, solummodò flamines vel comites, Episcopi sunt instituti. Porro tribuni plebis, non absurdè intelliguntur presbyteri, siue reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus diuino & humano priuilegio prælatus est Pontifex Romanus. Sed de Africa primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis eius prouincijs antiquitus primates instituebantur, non secundum potentiam alicuius ciuitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis: quibus tamen omnibus præerat vnus, scilicet Charthaginensis Archiepiscopus, qui etiam non incongruè dici potest metropolitanus, propter Carthaginem metropolim totius Africæ, quorum supra meminimus. Ita legitur in Concilio Carthaginensi, capitulo 26. Primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ

Carthaginensis Episcopus solus in Africa pallium habet.

Carthaginensis Concil.

sententiam

Luc. 22. Matt. 16.

Sacerdotum ordo bipartitus.

Carthaginensis Concil.

A primæ sedis episcopus. Sanctam vestram fraternitatem iugiter inuigilantem vtilitatibus sanctæ Dei Ecclesiæ, atque deuotè pro nobis orantem, sancta & indiuidua Trinitas semper conferuet charissimi fratres.

EPISTOLA V. BEATI LEONIS PAPÆ IX.

GRATVLTVR de eius erga sedem Apostolicam obseruantia. Cõfirmat eius ordinationem, si secundum canones fuerit promotus. Hortatur vt suæ Ecclesiæ dignitatem tueatur. Probat fidem ad se ab eo scriptam, eandem esse, quam tenet Romana Ecclesia, cuius fidei summa capita ad eum mittit.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto fratri & coepiscopo Petro.



Congratulamur vehemèter in Domino tuæ sanctissimæ fraternitati, atque multimodas gratias, ut dignum est, referimus ei, qui est vera pax & charitas suorum, quod tandem per te, charissime frater, videtur resoruisse sanctæ Antiochenæ ecclesiæ studiũ, & sentire quod est sentiendum. In hoc enim cognoscent omnes, quia Christi sumus discipuli, qui primùm in ipsa magna Antiochia nominati fuerunt Christiani, si dilectionem habuerimus ad inuicem, & id ipsum dixerimus omnes, & nõ fuerint in nobis schismata: si fuerimus perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Neque enim Deus, qui vnus est, in scissuris mentium, sed in sola vnitate, & puro corde habitat, & habitare facit vnanimis in domo. Alioquin domus exasperans erit, nec iam digna vocari Ecclesia Dei, sed synagoga maligni. Porro sicut calamitosum est, si vnitas deest bonis: ita perniciosum, si adsit malis. Quod ipse ex specula sanctæ illius Ecclesiæ, cui videris designatus diuinitus speculator, prudenti oculo considerans, promotionem tuam ad episcopale fastigium, electione cleri & populi, sicut asseris, factam, atque fidem tuam secundum antiquæ consuetudinis religiosum & valdè necessarium studium, Apostolicæ & primæ sedi, cui Deo auctore quamuis indigni præsidemus, annunciare & exponere curasti. In quo facto nouerit tua dilectio nos plurimùm recreatos & gauisos in Domino: quia quod maximè oportebat, tibi & Ecclesiæ, cui temporaliter præsidet, non distulisti efficere. Siquidem ab Apostolica tua sede nostram Apostolicam sedem consulendo, perpendimus tuam dilectionem nolle deuiare à Dominico, & omnium sanctorum patrum concordia decreto, quo inuolabiliter cunctis in toto orbe terrarum ecclesijs, sancta Romana, & Apostolica sedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliore causæ omnium ecclesiarum definiendæ referantur. Sic omnia veneranda Concilia, sic leges humanæ promulgant, sic ipse sanctus sanctorum, rex regum & Dominus dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius ecclesiasticæ disciplinæ venerabilis apex præfulgeat & præcellat, ubi ipse vertex atque cardo Apostolorum Petrus carnis suæ beatam resurrectionem in nouissimo die expectat. Nimirum solus est ille, pro quo, nõ deficeret eius fides, Dominus & saluator asserit se rogasse, dicens: Simon, ecce satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hætenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius

Ioan. 13.

Act. 11.

1. Cor. 1.

Psal. 67. Eze. 2. 3. 12. 17. &c.

Romana sedes, caput omnium ecclesiarum.

Luc. 22.

Fides Romane sedis non deficiet.

lius usque in saeculum saeculi: sed confirmabit corda fratrum varijs concutien-
 da fidei periculationibus, sicut usque nunc confirmare non cessauit. Pro cuius
 excellentia tertiam à Romana Ecclesia dignitatem retinet Antiochena,
 quam te defendere summoperè monemus, non tuæ gloriæ causa, sed pro se-
 dis, cui ad tempus praesides, antiqua honorificentia. Nec reuocaris ab hac
 intentione cuiuslibet pompa vel arrogancia, quin constanter defendas hono-
 rem, quem Antiochenæ ecclesiæ reliquerunt omnia sanctorum patrum Con-
 cilia. Ad quod utique si oportuerit, maxima mater, Romana scilicet atque
 prima sedes, tam dilectæ sibi filia, immò consociæ, nusquam & numquam de-
 erit. Quod totum ideò dicimus, quia quosdam conari minuere antiquam di-
 gnitatem Antiochenæ ecclesiæ audiuimus. Porro quòd à nobis causas diui-
 sionis vniuersalis ecclesiæ compatiendo requiris, fatemur tuæ religiosæ soli-
 citudini, nos adhuc à Domino miserante firmissimè retinere vinculum sanctæ
 vnitatis: nec videmus nos alicubi incurrisse damnum schismatis, quos inte-
 gritas concordia, & plenitudo Ecclesiasticæ disciplinæ indefinenter regit.
 Vnicuique nostrum debetur honor, & sua iura conseruantur. Terminos,
 quos patres nostri fixerunt, nulli arroganter transgredi conceditur. Magis
 vestra fraternitas circūspiciat, nè qua radix amaritudinis atque dissensionis,
 quod absit, in vestris partibus succrescat, per quam inquinentur multi, & quā
 necesse sit districta falce sanctorum canonum à Catholica Ecclesiæ agro ex-
 tirpari. Mea verò humilitas in culmine Apostolici throni ideò exaltata, vt
 approbata approbet, improbanda quoque improbet, tuæ sanctissimæ fra-
 ternitatis episcopalem promotionem libens approbat, collaudat & confir-
 mat, & cōmunem Dominum instanter exorat, vt quod humano ore iam dice-
 ris, ante eius oculos existas. Noueris tamen, nos ipsam tuam promotionem
 taliter approbare, si non hanc neophytus, aut curialis, seu digamus, vel pre-
 tio, aut alio quolibet modo sacris canonibus contrario, quod absit, obtinui-
 sti. Sanè fidem tuam, quam proprio scripto summæ & Apostolicæ fedi expo-
 fuisti, sanam & catholicam atque orthodoxam per omnia protestamur, & si-
 cut verè vnicam & salutarem amplectimur, & tuæ dilectioni vehemèter con-
 gratulantes in Domino, eandem nostram esse, deuoto corde & prompto ore
 profitemur, Firmiter enim credo sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, &
 Spiritum sanctum, vnum Deum omnipotentem esse, totamque in Trinitate
 deitatem coessentialem & consubstantialem, coaeternam & coomnipotentem,
 vniusque voluntatis, potestatis & maiestatis: creatorem omnium creatura-
 rum: ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in cælo & in ter-
 ra, visibilia & inuisibilia. Credo etiam singulas quasque in sancta Trinitate
 personas, vnum Deum verum, plenum & perfectum. Credo quoque ipsum
 Dei patris filium, verbum Dei aeternaliter natum ante omnia tempora de pa-
 tre, consubstantialem, coomnipotentem, & coaequalem patri per omnia in di-
 uinitate, temporaliter natū de Spiritu sancto ex Maria semper Virgine, cum
 anima rationali: duas habentem natiuitates, vnam ex patre aeternam, alteram
 ex matre temporalem: duas voluntates & operationes habentem: Deum ve-
 rum, & hominem verum: proprium in vtraque natura atque perfectum: non
 commixtionem atque diuisionem passum, non adoptiuum neque phantasti-
 cum: vnicum & vnum Deum, filium Dei in duabus naturis, sed in vnius per-
 sonæ singularitate: impassibilem & immortalem diuinitate, sed in humanita-
 te pro nobis & pro nostra salute passum vera carnis passione, & sepultum, ac
 resurrexisse à mortuis die tertia vera carnis resurrectione: propter quam con-
 firmendam,

Heb. 12.

Fidei Romanæ
Ecclesiæ expli-
catio.Luc. 24.
Ioan. 20.

A firmendam, cum discipulis nulla indigentia cibi, sed sola voluntate & pote-
 state comedisse, die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua surre-
 xit, & anima ascendisse in cælum, & sedere in dextera patris: inde decimo
 die misisse Spiritum sanctum, & inde sicut ascendit venturum iudicare viuos
 & mortuos, & redditurum vnicuique secundum opera sua. Credo etiam Spi-
 ritum sanctum plenum & perfectum, verumque Deum, à Patre & Filio pro-
 cedentem, coaequalem & coessentialem & coomnipotentem, & coaeternum
 per omnia patri & filio, per prophetas locutum. Hanc sanctam & indiuiduam
 Trinitatem, non tres deos, sed in tribus personis, & in vna natura siue essen-
 tia, vnum Deum omnipotentem aeternum, inuisibilem & incommutabilem
 ita credo & confiteor, vt patrem ingenitum, filium vnigenitum, spiritum san-
 ctum, nec genitum, nec ingenitum, sed à patre & filio procedentem, veraciter
B prædicem. Credo sanctam Catholicam & Apostolicam, vnam esse veram Ec-
 clesiam, in qua vnus datur baptismus, & vera omnium remissio peccatorum.
 Credo etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gesto, & vi-
 tam aeternam. Credo etiam noui & veteris testamenti, legis & prophetarum
 & Apostolorum vnum esse auctorem Deum & Dominum omnipotentem:
 Deum prædestinasse solummodo bona, præsciuisse autè bona malaque. gra-
 tiam Dei præuenire & subsequi hominem credo & profiteor, ita tamen, vt li-
 berum arbitrium rationali creaturæ non denegem. Animam non esse partem
 Dei, sed ex nihilo creatam, & absque baptisate, originali peccato obnoxia
 credo & prædico. Porro anathematizo omnem hæresim extollentem se ad-
 uersus sanctam Ecclesiam Catholicam, pariterque eum, quicumque aliquas
 scripturas, præter eas, quas Catholica Ecclesia recipit, in auctoritate haben-
 das esse crediderit, vel veneratus fuerit. Quatuor concilia omnimodè reci-
 pio, & velut quatuor Euangelia veneror: quia per quatuor partes mundi,
 vniuersalis Ecclesia in his, tamquam in quadro lapide, fundata consistit. Pri-
 mum, Nicænum cccxvii. patrum, sub B. Syluestro Papa Romano, & Constā-
 tino Augusto magno: Cui præfuerunt Victor & Vincentius Romani presbyte-
 ri. Secundum, Constantinopolitanum primum c. l. patrum, sub Damaso Papa
 & Theodosio maiore. Tertium, Ephesinum primum cc. patrum, sub Cælesti-
 no Papa & iuniore Theodosio. Quartum Chalcedonense cccxxx. patrum,
 sub beato Leone Papa, & Martiano Augusto. Pari modo recipio & véné-
 ror reliqua tria concilia, id est, secundum Constantinopolitanum, sub Vigi-
 lio Papa & Iustiniano Augusto. Deinde tertium Constantinopolitanum cō-
 tra Monothelitas sub Agathone Papa & Constantino nepote Heraclij. Vlti-
D mum, secundum Nicænum sub Hadriano Papa & Constantino Irenes filio,
 pro reuerendis Domini Iesu Christi & Sanctorum imaginibus. Quicquid su-
 pra dicta septē sancta & vniuersalia cōcilia senserūt & collaudauerūt, sentio
 & collaudo: & quoscumque anathematizauerunt, anathematizo. Hanc fidem
 sancta Romana & Apostolica sedes corde credit ad iustitiam, & ore confite-
 tur ad salutem. Secundum hanc viuere, Domino donante, studet & pro eius
 defensione, si oportuerit, mori parata est. Quam & in te frater charissime per-
 fectam cognoscimus, & secundum eam te viuere nobiscum admonemus, pro
 fectō scientes, quia fides sine operibus mortua est. Salutamus cum omni fra-
 ternitate seu collegio sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis tuam fraternitatē
 sanctam, cunctumque collegium in Domino tibi subiectum: & vt pro nostra
 gemina salute omnipotentem Dominum iugiter exores, precamur plurimum
 reuerende & desiderabilis frater.

Mar. 16.
Act. 2.
Act. 1.
Matth. 16.Ita D Greg. ep.
24. lib. 1. & lib.
2. ep. 10.

Rom. 10.

Iaco. 2.

EPISTOLA VI. BEATI LEONIS PAPÆ IX.

GRATULATUR ei, quòd Græcos Latinis conciliare studeat. arguit eum, tum quòd Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum suæ potestati subicere conaretur, tum quòd vniuersalis Patriarchæ nomen sibi vsurparet, & Romanam Ecclesiam, quæ in azymis sanctum Eucharistiæ sacrum conficiat, damnaret. Probat Christum in azymo consecrasse.

LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilecto confratri Michaeli Constantinopolitano Archiepiscopo.



CRIPTA tuæ honorandæ fraternitatis tandem ad nos peruenunt, in quibus ad maximè necessarium, omnibusque Christi fidelibus amplectendum bonum concordie & vnitatis exhortari studeo: quatenus post nimium longas & perniciosas discordias, filia ex propriæ matris reconciliatione exulter. Ad quod vtiq; te prouocantem & pramonentem tanto promptius auscultare cupimus, quanto vigilantius animaduertimus hanc solam esse propriam & specialem virtutem piorum atque sanctorum: cum ceteræ virtutes bonis & malis esse possint communes Domino sic pramonstrante: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si delectationem habueritis adinuicem. Et Deiloquo Paulo protestante: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Vnde plurimum tuæ fraternitati congratulamur in Domino, quoniam summum desiderium nostrum tua industria anticipasti: quòd vtiq; si aliquo frigore charitatis pigritareris exequi, nostra debueras solertia præueniri. Nos enim iuxta præfatum Apostolum, si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habere peroptamus. Quanto magis ergo tecum, quem videmus Ecclesiæ Dei valde vilem & necessarium posse fore ministrum, si non transgredi laboraueris terminos, quos patres nostri posuerunt? Et quia Christianæ perfectionis est, pacificum esse etiam cum inimicis pacis, spe correctionis, nõ consensu malignitatis, tanto sollicitius debemus, omnes occasiones scandalorum de medio tollere, quãto tenacius optamus pacis amicos retinere. Plurima autè ex tua fraternitate intolerabilia rumor iam diu pertulit ad aures nostras, quæ nos partim quia incredibilia videbantur, partim quia nulla facultas inquirendi talia concedebatur, indiscussa hucusque reliquimus. Denique diceris neophytus, & non gradatim profuuisse ad episcopale fastigium, quod nullatenus esse faciendum, & Apostolus edocet, & venerabiles canones interdicit. Hinc noua ambitione Alexandrinum & Antiochenum patriarchas, antiquis suæ dignitatis priuilegiis priuare cõtendens, contra omne fas & ius tuo dominio subiugare conaris. Quod quanto tuo periculo tentes, omnibus sana mentis patet: quandoquidem vana gloria & pompa sæculari elatus; consilium diuinitatis antiquum super stabilimento columnarum suæ Ecclesiæ * contendis, quasi ex fallacibus diuitiis præiudicium facturum illi, qui cum verè & singulariter diues esset, pauper pro nobis factus, delegit suæ temporali natiuitati oppidulum, & speluncæ diuersorium, non quodlibet regum palatium: Cuius

Charitas virtus propria sanctorum.

Ioan. 13.
Hebr. 12.

Rom. 12.

1. Tim. 3.

Hic deest, mutare, aut aliquid ei iunodi.

1. Cor. 8.

Aius exempla quisquis horret, ad fortem illius pertinet, qui tunc per se, nunc autem per suos satellites dicere audet: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Sed non cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus: qui dispergit superbos in furor suo, & respiciens omnem arrogantem humiliat, & exurgit vt non præualeat homo, in cuius conspectu non est Deus. Ne enim superbia propter altitudinem suam se coniunctam putaret Deo, dicit Psalmista: Alta à longè cognoscit excelsus Dominus. Vnde per semetipsum testatur: Quod altum est hominibus, a bominabile est apud Deum. Qualis verò & quàm detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega vsurpatio, qua te vniuersalem patriarcham iactas vbiq; & scripto & verbo, cum omnis Dei amicus huiusmodi hæctenus horruerit honorari vocabulo? Et quis post Christum conuentius posset insigniri hoc vocabulo, quàm cui dicitur diuina voce: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meã? & cetera. Verumtamen quia ille nõ inuenitur vniuersalis Apostolus dictus, quamuis princeps Apostolorum sit cõstitutus, nullus successorum eius tam prodigioso prænomine cõsensit appellari penitus, licet magno Leoni prædecessori nostro & successoribus ipsius, hoc sancta decreuerit Chalcedonensis synodus. Nempe animaduertebat nõ esse amicũ sponsi, qui pro sponso vellet amari: quin potius paranympu & lenonẽ Antichristi, qui aduersatur & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Ecce ille Ioãnes vester, cuius vestra adinuentionis adhuc hæredes permanetis, qui secundũ Psalmistã per vos adhuc vocat nomina sua in terris suis, cum interijt, nõ sumpsit omnia, neque descendit cum eo gloria eius ad infernũ: quia cum in honore esset, nõ intellexit. Ipse à beatissimis põtificibus Pelagio & Gregorio, successoribusq; eorum pro hac insolentia anathematizatus, in sua pertinacia irreuocabilis perijt, iamq; per quadraginta & quadringentos annos suæ contumaciæ sequaces præcipitare nõ cessauit. Quibus quid profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit? Transferunt omnia velut umbra. Quid denique prodest homini, si totũ mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentũ patiat? Et quomodo animas pro fratribus habetis ponere, qui inane nomen, & vniuersam Ecclesiã scandalizans dedignamini deponere? Respice ergo (rogamus) ab hac infania, ne illius consors tu quoque, quod absit, nas de quo dicitur: Omne sublime videt, & ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Illud autè quis nõ stupeat, quòd post tot sanctos & orthodoxos patres, per mille & viginti à passione Saluatoris annos, nouus calumniator Ecclesiæ Latinorum emerisset, anathematizans omnes, & publicã persecutionem excitans, quicumque participaretur sacramentorum ex azymis? Quam præsumptionẽ tuã & famam nobis obtulit, & litterarum sub nomine tuo ad Apulos datarum textus manifestauit, quæ violenter adstruere conantur fermentatũ panem fuisse, quo Dominus Apostolis suis corporis sui mysteriũ in cœna cõmendauit. Quod omnino fallum esse ex vtroque testamento facillimè deprehenditur: quia qui nõ venerat soluere legẽ, sed adimplere, iuxta ipsius legis præceptũ, ex azymis & vino vetus pascha adimpleuit, & protinus ex azymis & vino nouum, sicut apertè Lucas narrat, discipulis tradidit. Neque enim totis octo diebus illis fermentatũ apparebat in omnibus finibus Israel, & apud quemcũque inueniebatur, peribat anima eius de populo suo. Quod si in cœna Dñi Iesu apparuisset, aut ipse seu discipuli eius quoquo modo gustassent, iustè sicut præuaricatores legis perirent, nec ipse Dñs diceret suis insidiatoribus: Quis

Esa. 14.

Esa. 57.

Iob. 40.

Psal. 9.

Psal. 137.

Luc. 16.

Matth. 16.

1. Theff. 2.

Psal. 43.

Pelagi. II. ep. 1.

S. Greg. epist. lib.

6. ep. 4. & lib. 7.

Epi. 30.

Sap. 5.

Matth. 16.

Iob. 41.

Matth. 5.

Lxc. 22.

Euo. 12.

Ioan. 8.

ex vobis arguet me de peccato? Nec esset opus falsos testes ad perdendum A
 cum querere, cum hoc solo perderetur iuste. Sed qui peccatū nō fecit, nec
 inuentus est dolus in ore eius, quod passurus discipulis mandauit, euidenter
 per Apostolū, in quo loquebatur, cōmemorans inquit: Epulemur, nō in fer-
 mento veteri, neque in fermento malitię & nequitia, sed in azymis syncerita-
 tatis & veritatis. Denique modicū fermentum totā massam corrumpit. Vbi-
 cumque autē corruptio, ibi proculdubio naturæ deterioratio, & alicuius vi-
 tij susceptio. Porro nostrū Pascha ideo nouū dicitur, quia illud vetus præce-
 prum est Israelitis in memoriā suæ egressionis ex Aegypto: istud verō Chri-
 stianis in memoriā Dominicæ passionis, qua ad Patrē transiit ex hoc mun-
 do. Sed quia tam de his, quā de aliis, quibus nos calumniaris, latius à no-
 stris nuncijs per alia scripta nostra, quæ deferunt, instrueris; hic breviter at-
 tigisse sit satis. Discat autē fraternitas tua saltem admonita, cautē & humi-
 liter loqui, ne aliquando Dñs dicat & tibi: Ex abundantia cordis os loqui-
 tur. Scripsisti si quidē nobis, quoniā si vna Ecclesia Romana p nos haberet
 nomen tuū, omnes ecclesiæ in toto orbe terrarū haberent per te nomen no-
 strū. Quid hoc monstri est, frater charissime? Romana Ecclesia, caput & ma-
 ter ecclesiarū, membra & filias non habet? Et quomodo potest dici caput
 aut mater? Credimus enim, propter quod & loquimur atque cōstanter pro-
 fitemur: Romana Ecclesia adeo nō est sola, vel sicut tu putas vna, vt in toto
 orbe terrarū quæcūque natio dissentit superbē ab ea, nō sit iam dicenda vel
 habenda ecclesia aliqua, sed omnino nulla: quin potius cōciliabulū hæreti-
 corū, aut cōuenticulū schismaticorū, & synagoga Satana. Videris dicere il-
 lud S. Eliæ, tunc præsumēris de se: Relictus sum ego solus. Sed audi quid ille
 audiuit à Dño: Reliqui mihi septē millia virorum. Quiesce, quiesce iam ve-
 nerabilis frater ab his superstitionibus, ne illud Salomonis in te dicatur:
 Sunt qui se diuites affectāt, nihil habentes. Simillimū nempe hoc est diabo-
 licæ arrogantiæ, qui regna mundi à cōditore omnium facta, putās sua esse, dixit
 illi: Hęc oīa tibi dabo. Igitur hinc iam ad cor redeatur, & tā perniciosā scā-
 dala de medio tollātur, & tunc secundū Psalmistā loquetur Dñs pacē in ple-
 bē suā, & super sanctos suos, & in eos qui cōuertūtur ad cor. Nā nos cū perti-
 nacibus & in errore suo permanētibus pacē aliquā habere nō possumus, ne
 operibus malignis cōicemus: quia nec Dñm Christū alicubi talia fecisse inue-
 nimus: cū etiā in natiuitate ipsius angeli pacē annūciauerūt solūmodo bo-
 næ voluntatis hominibus. Qui etiā oculū scādalizantē erūdū, manū vel pe-
 dē scandalizātes abscindēdos insinuat. Cessent ergo hæreses & schismata,
 & diligētibus legē Dei iam nō erit scādalu, sed pax multa. Quicūque glo-
 riatur Christiano nomine, cesset Romanā, sanctā & Apostolicā Ecclesiā ma-
 ledicere & laceffere: quia frustra patrē familias honorat, quisquis eius vxorē
 exhonorat. Et frustra matrē familias caput & faciē magnificat, quia minimos
 filiorū eius impugnās, tanquā digitos pedū illius cōculcat. Vnde in Eccle-
 siastico dicitur: Quam malę est fame, quæ fugit patrē: & est maledictus à Deo
 qui exasperat matrē. Et in Proverbiis: Oculū qui subsannat patrē, & despi-
 cit matrē, effodiant eū corui de torrētibus, & comedāt eū filij Aquilæ. Cōfi-
 dimus tñ ex diuina pietate, quod ab his innoxius aut correctus inuenieris, aut
 certē admonitus, citō corrigeris. Quod dū fuerit effectū, pax nostra iam ad
 nos non reuertetur, sed super te requiescet ceu super pacis filiū: & regnabit
 inter nos germana charitas, de corde puro & cōscientia bona, & fide nō fi-
 cta; nec neesse habebis nobis supplicare, sed iubere. Super hæc, sicut cepisti,
 colla-

A collabora, vt duo maxima regna connectantur pace optata. Orantem pro no-
 bis tuam honorabilem fraternitatem sancta Trinitas in perpetuum conser-
 uet. Data mense Ianuario, Indictione septima.

EPISTOLA VII. BEATI LEONIS PAPÆ IX.

LAVDAT eum, quod pacem inter Latinos & Græcos conciliare curet. Hortatur
 vt Romanam Ecclesiam defendat. De arrogantia Michaelis Constantinopolitani con-
 queritur, Legatosque commendat.

B LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 glorioso & religioso Imperatori nouæ Romæ Constantino
 Monomacho, dilecto filio, Salutem.



Vantas gratias referre iugiter debeamus creatrici & guber-
 natrici omnium sanctæ & indiuiduæ Trinitati, super inc-
 narrabili dono eius, quo operatur omnia in omnibus, etiam
 ex tua deuotione & religiosa industria, gloriosissime fili at-
 que serenissime Imperator, perpendere possumus: qui te ta-
 lē nostris exhibuit, & gratuita pietate prouidit diebus, cuius
 fida ope statū sanctæ & catholicæ Ecclesiæ releuari, & terreni imperij Rempu-
 blicam meliorari confidamus. Tu enim post nimium longas & perniciosas
 discordias, primus pacis & concordia monitor, portitor, & exoptatus, exactor
 efficeris, & cum ipso vase electionis humillimo Paulo dicere vidēris: Pro
 Christo legatione fungentes, tāquam Deo exhortante per nos, obsecramus,
 reconciliamini propter eum, qui est pax nostra, qui facit vtraque vnū. Etenim
 velut religiosa & egregia indolis proles, gemitus matris tuæ non obliuisceris:
 nec contemnendam, quia senuit, sed potius reuerendam arbitraris, at-
 que plenis charitate visceribus, ad eam redire meditaris, vt vni Deo & patri
 omnium tanto fias charior & propinquior, quanto eidem principali matri
 benignior atque humilior. Neque enim tuam prudentiam latet, quod in
 Ecclesiastico habent: Benedictio patris, firmat domos filiorum: maledictio
 autem matris, eradicat fundamenta. Et illud: Nē dimittas legem matris
 tuæ, liga eam in corde tuo iugiter. Quæ utique prouerbia magis curant nobis
 commendare matrem, quæ ad æternam vitam nos generat & erudit, quā
 illam quæ ad mortem parit, & carnaliter diligit & instruit. Cui nisi illa suc-
 cesserit, vt regeneret & refoueat, ista proculdubio secundæ morti filios suos
 destinat. Porro hæc catholica mater & incorrupta virgo, quamuis omnem
 terram & fines orbis occupauerit membris suis, & repleuerit: tamen vnum caput
 omnibus reuerendum & suscipiendum exerit & præterdit. Quod quicun-
 que exhonorat, frustra se in ipsius membris computat. Illud autem quid sit, tua
 Imperialis claritas omnino nouit: illud nimirum, quod Christi vox prætulit
 & præminere voluit vniuersis, & subsequens Ecclesiæ pietas & generalis san-
 ctorum patrum consensus iugiter hæc enū celebravit. Cuius venerabilem fa-
 ciem tu quoque honorificare disponis, non ingratus illi, quæ tuum verticem
 diademate terreni principatūs decenter insigniuit, & tremendum & aman-
 dum populis effecit, & vt in sempiternum regnes, chrismate adoptionis inun-
 xit. Nempē ipsa antiqua & iam emerita Roma illum primum nobilissimum &
 Epist. Tom. 3. Z z 3 religio-

religiosissimum Constantinum, cuius genealogia gloriaris, & potentia magnificaris, cuiusque de nomine dictam urbem famosam regis, temporaliter edidit, nutrit, prouexit, & super omnes mortales constituit, nec à beneficijs cessauit, donè eundem æterni regni gloria cumulauit. Vndè multimoda gratiarum actione excellentiam gloriosissime fili magnificando, tanto maiori super tua deuotione & recognitione replemur gaudio, quanto copiosior animarum numerus ex tuo regimine pendet, tuoque innititur exemplo. Et idè non cessamus orare communem Dominum, per quem reges regnant, & principes iusta decernunt, vt in suo beneplacito te conseruet longæuum, & compleat in bonis desiderium tuum. Porro ego ipse qualiscunque Apostolica vicarius sedis, pro modulo humilitatis meæ & possibilitatis supplere laborans vicem mihi commissæ dispensationis, secundum Deiloquum Paulum, Væ mihi est, si non euangelizauero: necessitas enim mihi incumbit maxima, posturo rationem æterno & districto iudici, propter vnus regimen Ecclesiæ, * ex omnium ecclesiarum merito. Illa ergo sollicitudine, qua omnibus ecclesijs debeo inuigilare, videns indisciplinatam & alienam gentem incredibili & inaudita rabie, & plusquam pagana impietate aduersus ecclesias Dei insurgere passim, Christianos trucidare, & nonnullos notis horribilibusque tormentis vsque ad defectionem animæ affligere, nec infanti, aut seni, seu femineæ fragilitati aliquo humanitatis respectu parcere, nec inter sanctum & prophanum aliquam distantiam habere, Sanctorum basilicas spoliare, incendere, & ad solum vsque diruere, sapissimè peruersitatem eius redargui, commonui, obsecraui, prædicaui, opportunè importunèque institi, terrorem diuinæ & humanæ vindictæ denunciaui. Sed quia sapiens ait, Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit, & stultus non corrigitur: adeo obdurata & obstinata eius malitia permansit, vt de die in diem adderet peiora pessimis. Vndè non tantum exteriora bona pro liberatione ouium Christi cupiens impendere, sed superimpendi ipse peroptans, visum est mihi ad testimonium nequitie eorum, vel si sic expediret, ad repressionem contumaciæ, humanam defensionem vndeunque attrahendam fore, audiens ab Apostolo, Principes non sine causa gladium portare, sed ministros Dei esse, vindices in iram omni operanti malum: & quia principes non sunt timori boni operis, sed mali: & reges atque duces missos à Deo ad vindictam malefactorum. Suffultus ergo comitatu, qualem temporis breuitas & imminens necessitas permisit, gloriosi ducis & magistri Argyroi fidelissimi tui colloquium & consilium expetendum censui, non vt cuiusquam Nortmannorum, seu aliquorum hominum interitum optarem, aut mortem tractarem, sed vt saltem humano terrore respicerent, qui diuina iudicia minimè formidant. Interea nobis eorum pertinaciam salutari admonitione frangere tentantibus, & illis ex aduerso omnem subiectionem sistè pollicentibus, repentino impetu comitatum nostrum aggrediuntur: sed adhuc de victoria sua potiùs tristantur, quam lætentur. Sicut enim tua pietas scribere curauit ad nostram consolationem, pro ista sua præsumptione maiorem in proximo expectant sibi superuenturam indignationem, post illam, quam experti sunt, suæ cateruæ diminutionem. Nos quoque diuinum adiutorium nobis affore, & humanum non defore credentes, ab hac nostra intentione liberandæ Christianitatis non desicemus, nec dabimus requiem temporibus nostris, nisi cum requie sanctæ Ecclesiæ periclitantis. Ad quam acquirendam & obtinendam, habemus maximum ex diuina pietate solatium & præsidium, charissimum atque clarissimum

filium

A filium nostrum Imperatorè Henricum, cuius de die in diè expectamus promissum & proximum aduentum, ut potè cum proinde & expeditione Imperiali properantis ad nostrum subsidium. Ad quod etià superna gratia tuam serenitatem animauit, vt hincinde vobis duobus, velut totidè brachijs, inimicam gentem ab Ecclesia Christi propellentibus & procul effugantibus, afflictæ nunc Christianitatis releuetur decus, & Reipub. reformetur status. Et quia abundante iniquitate & refrigescente charitate, sancta Romana Ecclesia & Apostolica sedes nimium diu obfessa fuit mercenarijs & non pastoribus, à quibus sua, non quæ sunt Iesu Christi, quærentibus, deuastata iacebat miserabiliter hætenus, diuinum consilium voluit meam humilitatem suscipere tantæ cathedræ pondus. Quo licet plurimum mei imbecilles prægrauentur & deprimantur humeri, non paruum mihi subest sanctæ spei, quandoquidem ex utroque latere tales adstant filij religionis & potentia præclarissimi. Quapropter deuotissime fili, & serenissime Imperator, collaborare nobis dignare ad releuationem tuæ matris sanctæ Ecclesiæ, & priuilegia dignitatis atque reuerentiæ eius, necnon patrimonialia recuperanda in tuæ ditionis partibus, sicut manifestè cognoscere poteris ex venerabilium prædecessorum nostrorum seu tuorum scriptis & gestis. Tu ergo magnus successor magni Constantini sanguine, nomine & imperio factus, vt fias etiam imitator deuotionis eius erga Apostolicam sedem, exhortamur: & quæ ille mirabilis vir post Christum eidem sedi contulit & confirmauit & defendit, tu iuxta tui nominis etymologiam, constanter adiuua recuperare, retinere & defendere. Ita enim apud Deum singulariter pugnans, cognominaberis, quod iam dudum inter homines cognominaris. Hoc sanè gloriosissimus filius noster Henricus perficere molitur in suis partibus. Quæ omnia nobis & vobis prouenient felicius & multiplicius, vbi quantocumque Dei gratia præueniente, & beatissimis Apostolorum principibus interuenientibus, & me qualicumque vicario eorum mediante, & obtinente, firmissimum pacis & amicitie inter vos ambos componetur foedus. Præterea confrater noster Archiepiscopus Michael exhortatorias ad concordiam & vnitatem direxit nobis litteras, quem ad tam optabile & necessarium bonum præmonente tanto necesse est nos deuotius & alacrius suscipere, quanto perspicacius consideramus non posse computari inter discipulos Christi aliquem, qui fraternæ paci dedignatur acquiescere, Domino suis dicente: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem: & magno Paulo sic protestante: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Sed nouerit tua claritas super præsumptionibus eius multa & intolerabilia iam dudum peruenisse ad aures nostras, qualiter etiam aperta persecutione in Latinam Ecclesiam exardescens, anathematizare non timuit omnes, qui sacramenta attrectant ex azymis: & quod Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas antiqua dignitate sua priuare contendens, contra fas & ius sibi subdere noua ambitione appetit, & pleraque quæ usurpare dicitur, sicut à nostris nuncijs diligenter cognoscere poteris. In quibus si, quod absit, pertinax fuerit, pacem nostram nullatenus retinere poterit: quia proculdubio ad nos reuertetur, sicut Dominus dicit, si ille noluerit esse filius pacis. Vnde & Apostolus: Si fieri, inquit, potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Si quidem in vano patrem familias honorat, qui uxorem eius exhonorat. Et frustra matris familias caput & faciem magnificat, qui vel minimos filiorum eius impugnans, velut digitos pedum eius conculcat. Contra quem sapientia Dei in Ecclesiastico

Prouer. 8.

1. Cor. 9.

* de

Eccl. 7.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Matt. 24.

Alludit ad cognomen Monomachus.

Ioan. 13.

Hebr. 12.

Luc. 10.

Rom. 12.

Ecl. 3.

fiastico sic intonat: Quam malæ famæ est, qui fugit patrē: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrē. Confidimus tamen, quod præueniente gratia Dei, inuenietur innoxius ab his, aut correctus, aut citò resipiscet admonitus: & efficietur non qualis dicitur, sed qualis à nobis piè desideratur & speratur. Hinc iam tuæ gloriæ præsentis filios nostros, sanctæque Romanæ & Apostolicæ sedis nuncios per omnia commendamus, quatenus vt decet liberaliter suscipiantur, reuerenter habeantur, benignè & honestè tractentur, rationabiliter patienterque audiantur, atque quantocyus nobis laudabiliter remittantur, ne tantum laborem illos frustra arripuisse pigeat, & nos mandasse pudeat. Porro ex Amalfitano episcopo nulla tibi suboritur suspicio, quia Romanus est omnino, & ab Amalfitanis discedens, familiariter nobiscum viuut iam penè anno integro. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis dignetur tuam excellentiam benedicere omni benedictione spiritali, repleatque omni gaudio & pace, vt in præfenti sæculo per longa tempora feliciter domineris, & in futuro sine fine cum Rege regum, & Domino dominantium regno caelorum beatè perfruaris, honorabilis & desiderabilis nobis in Christo fili & gloriose Auguste, Amen.

2 Cor. 1.



A DE BEATISSIMO GREGORIO PAPA VII.



GREGORIVS Henrico III. Imperante sedit annos XII. mensem I. dies III. Ecclesiasticæ libertatis vindex acerrimus. Henricum ob Ecclesiasticam inuestituram quas sibi vindicabat, simoniâ, aliisque scelera cum saepe admonuisset, & respicere nollet, tandem excoicauit, & regno deposuit, eumdemque postea supplicem veniam petentem ad cõtionem admisit. Verùm cum ad pristinos errores redisset, iterum eum excoicauit, in eiusque locum Rodolphus Sueuorum Dux susceptus est. Guibertum Ravennatem archiepiscopum ab Henrico pseudopontificè creatum deposuit & damnauit. Multa Cõcilia habuit: principum & Episcoporum mores corripuit: sed in eo præcipuè laborauit, vt fornicationem & simoniam ex clero euelleret, & Ecclesiarum inuestituras à principum manu eriperet. Berengarius, qui in sanctissimæ Eucharistiæ sacramento verum CHRISTI corpus & sanguinè esse negauerat, cum Victore II. & Nicolao II. summis Pont. suum errorem damnaasset, & postea in alium errorem esset prolapsus, assertè in Eucharistia esse quidem verum corpus & sanguinem CHRISTI, sed simul etiam panis & vini substantiam remanere, auctoritate Gregorij in Cõcil. suum errorem correxit, & confessus est in sacramento post consecrationem panem & vinum in CHRISTI corpus & sanguinem conuerti.

IN NOMINE DOMINI.

INCIPIT LIBER PRIMVS
REGISTRI GREGORII SEPTIMI PAPÆ.

Anno Dominica Incarnationis Millesimo septuagesimo
tertio, Indictione undecima.

Regnante Domino nostro Iesu Christo, Anno clementissimæ Incarnationis eius Millesimo septuagesimo tertio, Indictione, & Luna undecima, decimo Kal. Maij, feria secunda, die sepultura Domini Alexandri bonæ memoriæ Secundi Papæ; ne sedes Apostolica diu lugeat proprio destituta pastore; congregati in Basilica beati Petri ad Vincula, nos sanctæ Romane Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, presentibus venerabilibus Episcopis, & Abbatibus, Clericis & Monachis consentientibus plurimis turbis vtriusque sexus, diuersique ordinis acclamantibus, eligimus nobis in Pastorem, & summum Pontificem virum religiosum, geminæ sciētiae prudentia polentem, equitatis & iustitię præstantissimum amatorem, in aduersis fortis, in prosperis temperatum, & iuxta Apostoli dictum bonis moribus ornatum, pudicum, modestum, sobrium, castum, hospitalem, domum suam bene regentem, in gremio huius matris Ecclesiæ à pueritia satis nobiliter educatum & doctum, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem usque hodie sublimatum, Hildebrandum videlicet Archidiaconum, quem à modo, & usque in sempiternum esse & dici Gregorium Papam, & Apostolicum volumus, & approbamus. Placet vobis? Placet? Vultis eum? Volumus: Laudatis eum? Laudamus. Acta Romę, decimo Kal. Maij, Indictione undecima.

EPI.

a Pontif. b Berol. c Con- dantien. m. ap. ped. ad Henric. Cont. ac. ann. 1085. e Lamber. Scot. naburg. & Berol. an. 1070. Ma- rian. Scot. lib. 3. ana. 1075. d Læocr. et Berol. an. 1077. e Berol. an. 80 f L. An. Marian. Scot. & Berol. ann. 1077. g Marian. Scot. an. 1080. Berol. an. 1081. & Leo Orlé. l. 3. c. 49. h Lamber. ann. 1074. Marian. Scot. ann. 1074. & 1079. Berol. ann. 1075. i Lib. 6. & 7. reg. ill. in Synod. k Lanfranc. Cæ- ruar. lib. contra Bereng. de uerit. rit. et syn. d. Lateran. sub Ni- colao I. l. b. 3. et 6. reg. ill. in synodo

Extat Gregorij VII. registrum in Vaticana Bibliotheca, de quo Berol. Collator. quicquid vixit tpe. anno 1085. loquens de Gregorio VII. ait: Erat enim catholice religionis feruentissimus institutor, et Ecclesiasticæ libertatis strenuissimus defensor. Noluit sane vt Ecclesiasticus ordo manibus laicorum subiret, sed eisdem et morum sanctitate, et ordinis dignitate præmineret, quod illum latere non poterit, quicumque eiusdem Apostolici registrum diligenter perlegerit. i Tim. 3.

NUNCIAT se inuitum in demortui Alexandri Pontificis locum suffectum. Rogat ut Deum pro se deprecetur, & ad se quantocyus veniat.

GREGORIVS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS,
Desiderio † Abbati monasterij sancti Benedicti Montis
Cassini, salutem in Christo Iesu.

† De Desiderio
Abbate, Leo O-
ris. lib. 3. Chro-
ni. Calsin.

Dominus noster Papa Alexander mortuus est, cuius mors super me cecidit, & omnia viscera mea concutiens, penitus conturbauit. Nam in morte quidem eius Romanus populus contra morem ita quieuit, & in manu nostra consilij frena dimisit, vt euidenter appareret ex Dei misericordia hoc prouenisse. Vnde accepto consilio hoc statuimus, vt post triduanum ieiunium, post Litanias, & multorum orationem eleemosynis conditam, diuino fulti auxilio statueremus quod melius de electione Romani Pontificis videretur. Sed subito cum praedictus Dominus noster Papa in Ecclesia Saluatoris sepulturae traderetur, ortus est magnus tumultus populi, & fremitus, & in me quasi vesani insurrexerunt; ita vt cum Propheta possim dicere: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laboraui clamans, rauca factae sunt fauces meae. & Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae. Sed quia in lecto iacens valde fatigatus satis dicere nequeo, angustias meas enarrare superfedeo. Te itaque per omnipotentem Dominum rogo, vt suffraganeos fratres & filios, quos in Christo nutris, ad exorandum Deum pro me prouoces, & ex vera charitate inuites: quatenus oratio, quae me liberare debuit, ne incurrerem periculum, saltem tueatur in periculo positum. Tu autem ipse quantocyus ad nos venire non praetermittas, qui quantum Romana Ecclesia te indigeat, & in prudentia tua fiduciam habeat, non ignoras. Dominam Agnetem Imperatricem, & Rainaldum venerabilem Cumanum Episcopum ex nostra parte saluta; & quantum erga nos dilectionis habuerint, nunc vt ostendat, nostra vice fideliter obsecra. Dat. Romae ix. Kal. Maij, Indictione vndecima.

Psal. 68.
Psal. 54.

EPISTOLA II.

EIVSDEM argumenti.

GREGORIVS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS,
Gisulfo Salernitano Principi salutem in Christo Iesu.

Dominus noster Alexander Papa mortuus est, cuius mors super me cecidit: [omnia vt supra vsque ad id quod ait:] Te itaque per omnipotentem Dominum rogo, vt venerabilem patrem Leonem, & ceteros religiosos viros in partibus illis comorantes, ad exorandum Deum pro me ex vera charitate inuites, vt oratio quae me liberare debuit, ne incurrerem periculum; saltem tueatur in periculo positum. Tu autem ipse quantocyus ad nos venire non praetermittas, qui quantum Romana Ecclesia te indigeat, & in prudentia tua fiduciam habeat, non ignoras. Dat. Romae ix. Kal. Maij, Indictione vndecima.

EPI-

EPISTOLA TERTIA.

EIVSDEM argumenti, rogat etiam vt legatos mittat.

GREGORIVS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Guiberto Rauennati Archiepiscopo, Salutem
in Christo Iesu.

Non dubitamus famam litteras nostras anteuolasse, & tam vobis, quam multis alijs, Domini nostri Alexandri Papae obitum nunciasse. Quod autem mihi valde gemendum est, mors eius super me cecidit, & omnia viscera mea concutiens penitus conturbauit. Nam in morte eius primo quidem Romanus populus, contra morem ita quieuit, & in manu nostra consilij frena dimisit, vt euidenter appareret ex Dei misericordia hoc prouenisse. Vnde accepto consilio hoc statuimus, vt post triduanum ieiunium, post litanias, & multorum orationem eleemosynis conditam, diuino fulti auxilio, statueremus quod de electione Romani Pontificis videretur melius. Sed subito, cum praedictus Dominus noster Papa in Ecclesia Saluatoris sepulturae traderetur, ortus est magnus tumultus populi, & fremitus, & in me quasi vesani insurrexerunt, nil dicendi, nil consulendi facultatis aut spatij relinquentes: Vio lentis manibus me in locum Apostolici regiminis, cui longe impar sum, rapuerunt. Ita recte ego cum Propheta possim dicere: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: laboraui clamans, rauca factae sunt fauces meae, Denique timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae. Sed quia multis, & magnis curis fatigatus satis dicere nequeo, miseras meas enumerare superfedeo. Rogo itaque vos per omnipotentem Deum, vt charitatem, quam erga Romanam Ecclesiam maximè hoc tempore, & (vt meminisse debetis) erga me specialiter vos gerere promissistis, quoniam quidem tempus, & rerum qualitas eius probari postulat; nunc quidem in me, & si non meis meritis, saltem amore Apostolorum ostendere curetis; & suffraganeos, ac filios Ecclesiae vestrae ad exorandum Deum pro me inuitetis, ac comoneatis, quatenus ad ferendum onus, quod mihi inuito, & valde reluctanti impositum est, vires tribuat, manum porrigat, vt si me totum in portu stare noluit, saltem in tam alta pericula proiectum non relinquat. ego enim (sicut in ea charitate non ficta vos diligo) ita eandem, & quaecunque eius officia sunt, a vobis indubitanter exigo. Neque verò dilectioni vestrae dubitandum est, quin Romanam Ecclesiam, & eam cui Deo auctore praesidetis, ea concordia, & quantum cum communi vtriusque honore poterimus, omnimoda charitate copulare desideremus, vt in nostris etiam animis semper coniuncta pax, & plena dilectio connectatur. Sicut igitur prudentiam vestram hortati sumus, ita etiam per elementa nostra nos velle, ac desiderare cognoscite, videlicet, vt frequenter inter nos legatis discurrentibus collatari, & mutua consolatione gaudere possimus. Dat. Romae vi. Kal. Maij, Indictione vndecima.

Psal. 68.
Psal. 54.

EPI-

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Beatrici Duci, Vgoni Abbati Cluniacensi, Manasse Archiepi
scopo Remensi Regi Danorum, Abbati Masiliensi.



Receptis quidem à paribus, sed circa finem singulis epistolis iuxta
locorum & personarum competentiam discrepantibus. Dat. Ro-
mæ iij. Kal. Maij, Indictione vndecima.

EPISTOLA QUINTA.

PRÆCIPIT *ut vidua, quæ consanguineo suo nupsit, donis & dote ab eo reli-
ctis priuetur.*

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Rainerio Florentino Episcopo, salutem in Christo Iesu.



Resentium portitor apicem nostris insinuauit auribus, fratrem suum
contra diuinum ius, contra sanctorum patrum institutum, consan-
guinea suæ thalamis adhæsisse, canonicis Florentinæ Ecclesiæ,
ne hoc facinus perpetraret, prohibentibus eum canonicè. Quo viâ
vniuersæ carnis ingresso, relicta illius consanguinea scilicet, cum dono atque
dote, quam iniuria diuinarum, necnon & humanarum legum, non est verita
suscipere, ad alterius viri torum disponit transigare, cū potius scelus quod
commisit, perpetuò oporteret eam flere. Tua itaque fraternitas consanguini-
tatis lineam à maioribus natu eiusdem loci diligenter inquirat; quam si inter
defunctum virum, eandemque viuam mulierem inuenerit, ad aliarum exem-
plum ita studeat canonica auctoritate omnia dotalia instrumenta cassare, &
ad nihilum redigere, ne de illicito quod contraxit coniugio, aliquam merce-
dem recipiat, qua lætari possit in posterum. Sicut nos diligis, ita nostræ iussio-
nis primitias ad effectum perducere tua ne insistat charitas. Dat. Romæ iij.
Kal. Maij, Indictione vndecima.

EPISTOLA SEXTA.

LEGATVM mittit, qui eis Alexandri obitum, & suam electionem narret. Monet *ut
monachos & Abbatē Cluniacensem ad pacē flectant. Et si comes de Rocyo, sicut ipse ius-
serat, in Hispaniā nō fuerit cōtra Paganos profectus, vel si alij Principes illuc cōtra eos-
dē proficisci velint, Legatus à se missus illuc tendat. tandē monet ut quā primū redeant.*

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Giraldo Hostiensis Episcopo, & Raimbaldo subdiacono in le-
gatione Galliæ constitutis, salutē in Domino Iesu Christo.

Remorem obitus Domini nostri Alexandri Papæ, qui XI. Kal. Maij
spiritū Deo reddidit, & nostræ promotionis famam iā ad uos per-
uenisse credimus, sed eadem plenè vos cognoscere cupientes, ad
certissima eorum indicia aptiorem, hoc dilecto filio, & Cardinali
sanctæ

A sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero, qui ambobus interfuit, in partes illas
mittē dū nostrorū nomine iudicauimus, ita quæ quid & qualiter de utroque factū
sit, per hunc mera veritate percognita, ut orationes ad Deū fieri sollicitè pro-
curetis, charitatem vestram valde rogamus, quatenus & illius animā ad gau-
dia æternæ beatitudinis transferat, & nobis ad forendū omnis impediti auxiliū
sue miserationis impendat. Quia verò hūc cōfratrem nostrū, videlicet, Vgo-
nem candidum in partas illas dirigi, tempus, & erit cōperentia postulasse vi-
debatur; prudentiam vestram omninō exorā esse volumus, quatenus Vgo-
nem Cluniacensem Abbatē, & totam congregationem futurū, ita ad pacē,
& integram huius dilectionem flectere, & coniungere studeatis, ut auxiliū
Deo, nihil in illorum mentibus, quod inuisum, aut dissensionis nube sit obre-
ctum relinquatis. Nā & hic abiecto omni arbitrio suo, ad cor nostrū, nostrāque
consilia rediens, in eodē sensu, eademque voluntate, ac studio nobis est cōne-
xus, & ea quæ antehæc sibi imposita sunt, viuente adhuc Domino nostro Pa-
pæ, ex aliorū magis, quàm eius culpa prodissè cognouimus. Præterea hæc mē
nūmifere debetis, quod in litteris Domini nostri beatæ memoriæ Alexandri, &
nostræ quoque legatione orati, & cōmoniti fuistis, quatenus cause Euuli Co-
mitis de Roccio per vos, & per antedictū Abbatē fauorē addere insisteretis;
& cognita pactione, quam nobiscū de terra Hispaniæ pepigit in scripto, quod
sibi dedimus, vnā eū cōsilio Abbatis, tales illuc personas dirigi procuraretis,
qui & errorē Christianorū, qui ibi reperiuntur, in spiritualibus corrigere sape-
rent, & in exquirendis causis sancti Petri, iuxta tenorē pactionis, si res bene pro-
cederet, sat idonei forent. Quod si ita factum est, nobis multū placet; sin verò
adhuc aliqua occasione prætermisū est, aut etiā si eadē cōuētio ab aliis qui-
busdam Principibus, quos in eadē partē seorsū ab Euolo suis copiis ituros in-
telleximus, nō dū exquisita est, volumus ut cum vestro cōsilio, & Abbatis, Hu-
go Cardinalis illuc tendat, & æquā ab omnibus ex parte sancti Petri pactione,
& debitū exigat. Vos autē ex nostra parte rogare Abbatē, ut tales sibi adiū-
gat, qui eū comiterentur; quorū cōsilio, & adiutorio iter & labor illū iudiciali-
ter aggredi possit, legatione tamē in eo principaliter posita. Extra Hispaniam
verò nullius vnquā publici rerū ecclesiasticarum negotij, sine vestro cōsensu,
quamdiu vos in Gallia fueritis, licet iā sibi dedimus faciūdi. Ceterum de mo-
ra vestræ reuersionis valde miramur, præsertim cum iam redire cōmoniti,
in tanta vestri reditus expectationē, nec morarum quidem nobis causas in-
dicastis. Vnde dilectionem vestram admonemus, ut quantocyus possitis ad
nos reuertamini, quatenus & quid egeritis cognoscamus, & de cetero con-
sultius, adiuuante Deo, statuere valeamus. Præter hæc iam sæpe memora-
tum Abbatē specialiter cōmoneri, & plurimum à vobis vice nostra exo-
rari cupimus; quatenus charitatem, quam hætenus in nos habuit, nunc cum
maximè opus est, in defessa exhibitione conferat, & infirmitatem nostrā, suis
& sanctissimæ congregationis suæ orationibus tanto subnixius adiuuare stu-
deat, quanto imbecillitatem nostram sub accumulato pondere grauius pre-
mi non ignorat. Dat. Romæ, secundo Kal. Maij, Indictione vndecima.

EPISTOLA SEPTIMA.

SIGNIFICAT *Comiti de Roccio sub quadā conditione eam Hispaniā partē concessis-
se, quam à Sarracenorum manibus eriperet. Prohibet alios principes in eandem regionem
eum copiis ingredi, partemque vllam illius prouinciæ sibi vindicare, nisi interueniat
æqua pactio persoluendi iura sancti Petri: quæ de re legatos mittit.*

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS A
omnibus Principibus in terram Hispaniæ proficisci volentibus, perpetuam salutem in Domino Iesu Christo.

Non latere vos credimus, regnum Hispaniæ ab antiquo proprii iuris sancti Petri fuisse, & adhuc (licet diu a Paganis sit occupatum) lege tamen iustitiæ non euacuata, nulli mortaliū; sed soli Apostolicæ sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo semel in proprietates Ecclesiarum iustè peruenerit, manente eo ab usu quidem, sed ab earum iurè occasione transeūtis temporis, sine legitima concessione diuelli non poterit. Itaq; Comus Euius de Rocio, cuius famam apud vos haud obcuram esse putamus, terram illam ad honorem sancti Petri ingredi, & a Paganorum manibus eripere cupiens, hanc concessionem ab Apostolica sede obtinuit, vt partem illam, vnde Paganos suo studio, & adiuncto sibi aliorum auxilio expellere posset, sub conditione inter nos factæ pacis ex parte sancti Petri possideret. Qua in re, & labore quicumq; vestrum sibi adherere voluerit, omni charitatis affectu communitus erga honorem sancti Petri talem animum gerat, vt ab eo, & munitionis auxilia in periculis, & merita fidelitatis pramra securus accipiat. Si autē aliqui ex vobis seorsum ab illo proprijs copiis eadem terrā aliqua in parte intrare parauerint, decet, vt militiæ causam ex animi deuotione, quam iustissimam sibi proponant, iam nunc omni voto concipientes, & ex corde statuentes, ne capta terra easdem, quas illi, qui nunc Deum ignorantes, eam occupant, iniurias sancto Petro faciant. Hoc enim neminem vestrum ignorare volumus; quoniam nisi æqua pacis perfoluendi iuris sancti Petri in regnū illud animaduertere statueritis, potius vobis Apostolica auctoritate, ne illuc tendatis interdicens, contra feremur, quam sancta, & vniuersalis mater Ecclesia idem a filijs suis, quod ab hostibus patiēdo, non iam proprietatis suæ, sed filiorum detrimento saucietur. Quāobrem hunc dilectum filium Hugonē, & Cardinalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterū in partes illas misimus, in cuius ore nostra ad vos cōsilia, & decreta plenius aperit, & differenda, ac vice nostra disponēda posuimus. Dat. Roma, secundo Kal. Maii, Indict. XI.

EPISTOLA OCTAVA.

eorum legationem confirmat. hortatur vt orationes pro se fieri curent.

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS D

Vberto Clerico, & Alberto Diacono, salutem in Christo Iesu.

Quod Bitum Domini Alexandri Papæ iam vos accepisse fama nunciante credimus, & quā repenti, quantaq; populi violentia nos indigni, & reluctantes ad regimen Apostolicæ sedis latus sumus. Sed ne euentus harum rerum animos vestros in exequenda vobis commissa legatione, aut timore, seu aliqua ambiguitate pertemptet, ad confortandā charitatem vestram hæc succinctè vobis scripsimus; vt omnem in Deo, & sancto Petro, cuius filii & legati estis, fiduciā habētes; ad quæ missi estis, viriliter, & incūctāter Apostolica vice fulciamini, & in faciēda iustitia fidelī cōstantia accingamini. Nā & ea, quæ a beatæ memoriæ domino nostro Alexandro Papa iniuncta vobis, & cōmissa sunt, nos quoq; præsentī auctoritate iniungimus, firmiterq; cōmittimus: in quibus peragēdis, vt monita damus; ita auxiliante

Aliante Deo, Apostolicæ consolationis, & auctoritatis subsidia vigilanti studio cōferre procurabimus. De cetero vos monemus, vt in locis venerabilibus, ad quos veneritis, orationes pro me fieri obsecretis; quatenus omnipotens Deus, qui desiderium meū nūquam ad honorem istum anhelasse cognoscit, ad ferendum tam graue onus, quod impositum eius timore recusare non audebam, omnes facultates infirmitati meæ pius impendat. Dat. Romæ, secundo Kal. Maii, Indictione vndecima.

EPISTOLA NONA.

Gratvm sibi fuisse scribit, quod litteris fuerit de sua promotione gratulatus. significat tamen se dolere de suscepto Pontificali munere. ostendit suam erga eum & Regem dilectionem. optat vt Rex suis monitis acquiescat.

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Gottifredo Duci, salutem in Domino Iesu Christo.

Rata nobis est letitia tua, quam in litteris tuis de promotione nostra te habere cognouimus, non vt hoc aliqua causæ nostræ delectatio faciat, sed quod eā ex fonte sinceræ dilectionis, & fideli mente deriuatā esse nō dubitamus. Nostra enim promotio, quæ tibi, ceterisque fidelibus piā de nobis existimationem & gaudium administrat, nobis interni doloris amaritudinem, & nimix anxietatis angustias generat. Videmus enim quanta nos sollicitudo circumstat: sentimus quantum nos suscepti oneris sarcina grauat, sub quibus dum nostræ infirmitatis conscientia tremit, anima nostra in Christo potius dissolutio nis requiem, quā in tantis periculis vitam cupit. In tantum quippe commissi nobis officii consideratio nos sollicitat, vt nisi in orationibus spiritaliū hominum, post Deum aliqua fiducia nos sustentaret, curarum immensitate mens nostra succumberet. Peccatis enim facientibus, ita pene totus mundus in maligno est positus, vt omnes (& præcipuè qui in Ecclesia Prælati sunt) eam potius conturbare, quā fideli deuotione defendere, vel celebrare contendant: & dum suis aut lucris, aut præsentis gloriæ desiderijs inhiant, omnibus, quæ ad religionem, & iustitiam Dei pertinent, se velut hostes opponant. Quo magis nobis dolendum est, qui susceptum vniuersalis Ecclesiæ regimen in tanta difficultate, nec ritè administrare, nec tutò deserere possumus. Ceterum quia **D** fidei & constantiæ virtutem (donante Deo) in te sitam esse cognouimus, omnem quam oportet in charissimo sancti Petri filio in te fiduciam habētes, animum tuū de nostra itidē constantissima dilectione, & erga honores tuos præcipissima voluntate, nequaquam dubitare volumus. De Rege verò mentē nostrā & desideriuū plenè cognoscere potes; quod quantum in Domino sapimus, neminē de eius præsentī ac futura gloria aut sollicitiorē, aut copiosiori desiderio nobis præferri credimus. Est etiam hæc voluntas nostra, vt primū oblata nobis opportunitate per nuncios nostros super his, quæ ad profectū Ecclesiæ, & honorem regiæ dignitatis suæ pertinere arbitramur, paterna eum dilectione & admonitione conueniamus. Quod si nos audierit, non aliter de eius quā de nostra salute gāudebimus; quam tunc certissimè sibi lucrāsi poterit, si in tenenda iustitia nostris monitis, & consilijs acquieuerit: Sin verò (quod non optamus) nobis odium pro dilectione; omnipotenti autem Deo

Ier. 48.

Nullus gratia
lex Dei postpo-
nenda.
Gal. 1.

pro tanto honore sibi collato, dissimulando iustitiam eius, contemptum non ex æquo reddiderit, interminatio qua dicitur; Maledictus homo, qui prohibet gladium suum à sanguine, super nos Deo prouidente non veniet. Neque enim liberum nobis est alicuius personali gratia legem Dei postponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere; dicente Apostolo: Si hominibus placere vellem, seruus Dei non essem. Dat. Romæ, secundo Nonas Maij, Indictione vndecima.

EPISTOLA DECIMA.

Ut discordiam inter Archiepiscopum Rauennatem & ciues Imolenses sedet. Et si Archiepiscopus eos à Sedis Apostolica ditione conatur auellere, illis auxilium præbeat, donec legati illuc proficiantur.

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Guidoni Imolensi Comiti, salutem in Domino
Iesu Christo.



Vidam Imolenses nostram adeuntes presentiam conquerendo nobis indicauere, quòd confrater noster Guiberrus Archiepiscopus Rauennas eos contra honorem sancti Petri, cui fidelitatem iurauerunt, suæ omnino ditioni subigere, & ad iuranda sibi fidelitatis attentet sacramenta compellere. Verùm hæc relatio tanto plus admirationis nobis attulit, quanto perspecta dudum in eo & fraterna charitas, & sacerdotalis honestas suspitionis in illum indubitanter causas excludit. Neque enim credere possumus, tam prudentem virum, ita aut naturæ, aut dignitatis suæ loci oblitum esse, ut qui Apostolorum principi fidelitatem ipse iureiurando promisit, neglecto periculo suo, alios qui idem fecerunt, ad periurium nitatur per exquisita ab eis sacramenta pertrahere. Attamen quæcunque inter eos discordia, aut molestiarum sit occasio, quatenus eam sedare, & si possis saluo honore sancti Petri, firma studeas pace decidere, prudentiam tuam valde rogamus. Quod si aliquibus malis impediens non possis efficere, & prædictus confrater noster Archiepiscopus, aut alia quælibet persona præfatos ciues à fidelitate sedis Apostolicæ non desinat obstinata coercitatione diuellere: sicut Apostolorum tibi præsidia apud omnipotentem Deum prodesse, & in hac vita non sine meritorum compendio præsidere cupis, ita eis præfati auctoritate rogatus, & commonitus, defensionis auxilia, donec legati nostri in partes illas veniant, conferre non desinas. Nos equidem cum omnibus, si fieri potest, pacem habere ardentem cupimus; sed eorum conatibus, qui ad iniuriam sancti Petri, cuius serui sumus, extendere se moliuntur, diuina adiuti tam virtute, quam iustitia obuiare non refugimus. Dat. Romæ, Kal. Junij, Indictione vndecima.

Rom. 12.

EPISTOLA VNDECIMA.

Hortatur ut simoniacos euitet. De Lucensi electo aliqua commemorat. Significat se mittere viros religiosos ad regem, qui illum ad Romanam Ecclesiam reuocent.

GRE-

A GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Beatrici, & eius filia Mathildi, salutem in Domino
Iesu Christo.



Sicut beatus Gregorius in quodam super moralia Iob explanationum libro ait: Statutum est apud supernum iudicem quanta vnumquemque, aut ferire aduersitas, aut debeat mulcere prosperitas. Quicumque ergo siue spe huius, vel timore illius in tempore tentationis ab his, quæ recta sunt, deniat; nec sperare in Deum, nec diuinarum eloquiis scripturarum se adhaerere manifestat. Hoc autem ideo dicimus; quia nobis, & vobis, immo omnibus, qui consortes adoptionis filiorum Dei esse cupimus, non tam occasiones nostræ existimationis, videlicet quid hinc profit, inde noceat, intuendæ sunt, quàm illud, ut iustitiâ Dei, quæ numquàm beatitudinis sine carebit, fortiter teneamus, sollicitè pensandum, & enitendum est. Scriptum est enim; sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Nostis dilectissime sancti Petri filie, quàm apertè Longobardorum Episcopi simoniacam hæresim defendere, ac fouere præsumperint, cum Gotefredum simoniacum, & ob hoc excommunicatum, atque damnatum sub specie benedictionis maledixerint, & sub vmbra ordinationis execratum hæreticum constituerint. Nempe qui hæcenus lapides, & sagittas latenter contra Dominum iactauerunt, iam nunc ad subuertendam religionem, & immobilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ petram concutiendam non dubiè præcursores Antichristi, & antiqui hostis satellites in apertum furoris sui campum profugerunt. Quibus fauere, vel consentire, quàm periculo sum sit, prudentia vestra inde perpendat, quòd beatus Gregorius dicit, Talibus non summopere obuiare, quid aliud est, nisi fidem negare? Vnde nobilitatem vestram hortamur, & valde rogamus, ut communionem illorum euitare, & declinare studeat, nec factionibus eorum consilia, vel adiumenta præbeat. Neque verò in hac re aliqua huius mundi ratio, quæ quidem vana, transitoria, & deceptiua est, vos commoueat; quoniam per misericordiam Dei, & sancti Petri, nulla vos inimicorum versutia lædere poterit; si mentem vestram libera conscientia defendit. De electo verò Lucensi, non aliud vobis respondendum esse peruidimus, nisi quòd in eo tantam diuinarum litterarum scientiam, & rationem discretionis esse percepimus, ut quæ sinistra, quæ sit dextra ipse non ignoret. Quòd si ad dexteram inclinauerit, valde gaudemus; sin verò, quòd absit, ad sinistram, utique dolemus: sed nullius personæ gratia, vel fauore impietati assensum dabimus. De rege autem (ut antea in litteris nostris accepistis) hæc est voluntas nostra, ut ad eum religiosos viros mittamus, quorum admonitionibus, inspirate Deo, ad amorem sanctæ Romanæ, & suæ matris Ecclesiæ eum reuocare, & ad cõdignam formam suscipiendi imperij instruere & expolire valeamus. Quòd si nos (quod nõ optamus) audire cõtempserit, nos tamen à matre nostra Romana Ecclesiâ, quæ nos nutrit, & sæpe filiorum suorum sanguine alios generauit filios, custodiente Deo, ex orbitare nec possumus nec debemus. Et certè tutius nobis est defendendo veritatem, pro sui ipsius salute ad vsq; sanguinem nostrum sibi resistere, quàm ad explendam eius voluntatem iniquitati cõsentiendo, secum, quòd absit, ad interitum ruere. Valere in Christo charissimæ, & in nostra dilectione cordetenus vos annexas esse scitote. Dat. Romæ, VIII. Kal. Junij, Indictione vndecima.

Epist. Tom. 3.

A a 3 EPI-

OSTENDIT se ipsius litteris commotum, bene iam de ipso existimare. Ut autem hanc opinionem de eo retineat, rogat ipsum, ut Ecclesiae Romanae statuta amplectens, contrarius aduersarios pro viribus certet.

GREGORIUS IN ROMANVM PONTIFICEM ELECTVS
Guilicmo Papiensi Episcopo, salutē in Domino Iesu Christo.



Nonnulla nobis frater de te antehac relata sunt, è quibus animus noster nō immeritō turbari debuit, sed in epistola tua longē alia cognoscentes, ad meliorē opinionē, & spem gaudij adducti sumus, cupientes & illa vana fuisse, & fidem eorum, quae tua dilectio spondet, operum attestacione percipere; cuius rei praesens, & copiosa tibi materia suppetit, vt & his, quae de te credenda suades, exclusa dubitatione credamus, & fraternitatem tuam integra charitate nobis, immō sanctae Romanae Ecclesiae, astrictam fore comprobemus. Fiat itaque nobis iudicium, quā vnanimi studio eadem nobiscum velle, & pro libertate sanctae Ecclesiae, quibus nos repugnamus, toto nisu resistere paratus existas, videlicet, vt his, qui Catholicam fidem, & ecclesiasticae religionis regulas conantur euertere, non solum non consentire, sed ea parte, quae pro reuerentia huius sanctae sedis, & debito perceptae fidei cultu illis contraire decreuit, tuis cōsilijs, adiutorioque suffulta, pro tuis viribus te quoque repugnare ostendas. Hoc autem indubitanter scias, quoniam si Mediolanenses Catholici huius rei testimonium de te nobis dederint, vt Gotefredo excommunicato, & Episcopis, qui eius causa excommunicationis periculum incurrerunt, prudenter obstitas, & eis, qui in certamine Christi sunt, fideliter solatiū praebas, non aurum, vel argentum, nec aliqua fraternitatis tuae studia, vel obsequia nostrae & totius Romanae Ecclesiae charitati aequē te, & causas tuas commēdare, & indissolubili cura, annexere poterint. In hoc etenim charissimum filium, & fidū cooperatorem sanctae Romanae Ecclesiae potissimum te demonstrare poteris, si eius statuta, quae à tramite sanctorum patrum non recedit, amplectendo fortiter, & defendendo tenueris. Quod quidem praeter ceteris Longobardorum Episcopis te oportet agere, vt sicut Apostolica, & vniuersalis Ecclesia eam, cui Deo volente praesesse dinosceris, speciali gratia, & honore sublimauit; ita cum necessitas, & causarum labor exegerit, in sollicitudine matris defudet acrius, quae charitatis eius, & vicariae dispensationis munus sortitur opimius. Dat. Romae, tertio Kal. Iulij, Indictione vndecima. D

EPISTOLA XIII.

Ne monachos sancti Remigij amplius vexet, & iuxta canonicas sanctiones abbatem ibi ordinandum curet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manassae Remensi Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



I loci tui, frater dilectissime, dignitatem, si officii debitum, si statuta diuinarum legum, denique si eam, quam sanctae Romanae Ecclesiae reuerentiam, & charitatem debes, diligenter attenderes; profectō

A fecitō rogatus, & monita sedis Apostolicae, non totiens apud te frustrari permitteres; praesertim cum grauis culpa sit in huiusmodi causa te monitoris vocem prouocasse, vel expectasse. Nam quaecunque nobis è commissa dispensatione imminent, negligere quidem ea absque periculo nostro non possumus, ne dum voluntate & studio confundere, securum nobis esse putemus: si quidē meminisse debet prudentia tua, quotiēs Dominus & praedecessor noster Alexander venerandae memoriae Papa, & nos tum per epistolas, tum per legatos de causa monasterii sancti Remigij rogando, & hortando te admonuimus, ne totiens Apostolicam audientiam fratrum clamoribus fatigari urgente necessitate sineres, ne quemquam ibi, cui sacri canones contradicerēt, in loco Abbatis appōneres, neu bona monasterii ab vsu congregationis auferendo, locum inopiae dissipares; sed talem ibi ad regimen Abbatiae constitui, regulariter procurares, cui nec in exterioribus prouidendi diligentia, nec in spiritali moderamine religio deesset, aut scientia. Quod cum saepe te facturum nobis per legatos tuos promiseris, nec dum tamen adimplere curasti; sed vt multorum relatione comperimus, de die in diem venerabilem locum illum asperius ac miserabilius tractas, & (vt detrimenta bonorum temporalium taceamus) religiosas quoque fratrum personas crudeli, ac contumeliosa captione coarctas. Vnde tui ipsius solertia perpendere potest, quā grauis super hac re & te culpa, & nos molestia mordeat, quod Apostolicae sedis auctoritas, loco, & fratribus quibus te iam dudum paternis affectibus consuluisset decuerat, nec dum erga te ad pacem & quietem prodesse potuit. Tēptare tamen adhuc frater dilectissime, & miti oratione animum flectere destinauimus, rogantes, & ex parte beatorum Apostolorum, Petri & Pauli, & nostra, per eos Apostolica auctoritate commonentes, vt si deinceps spem in nostra fraternitate, & dilectione habere volueris, sine omni dilatione talem personam regulariter ibi ordinari in Abbatem procures, quae huic ordini, & officio decenter congruat, & cetera, quae necessitas, & iustitia monasterii exigit, ita corrigas, & emendes, ne fratrum ulterius ad nos referri querela debeat. Quod si denuō in hac re reuerentiam sancti Petri, & nostram qualemcunque charitatem, amicitiamque contempseris; proculdubio (quod nos inuiti dicimus) Apostolicā in te seueritatem, & iracundiam prouocabis. Dat. Romae, secundo Kal. Iulij, Indictione vndecima.

EPISTOLA XIII.

D. *Ut litteras suas ad Remensem Archiepiscopum mittat, & monachos sancti Remigij tueatur.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Abbati Cluniacensi, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.



Querit sanctitas vestra, hos fratres monachos monasterii sancti Remigij esse, quibus apud sedem Apostolicam pro consolatione loci sui, quem Manasses Remensis Archiepiscopus quotidie dissipat, ac confundit, diu commorantibus, non aliud ad praesens solatium opportunius exhibere potuimus, quā quod eidem Archiepiscopo litteras pariter cum istis vobis redditas destinauimus; in quibus eum, si cum B. Petro

tro & Romana Ecclesia pacem sperare velit, praefatum monasterium regulariter ordinare, & in quiete dimittere multum rogamus, & admonemus; Quas ut vestra charitas illi per idoneum nuncium mittat, & nobis quicquid pro his fecerit, oblata primùm opportunitate rescribat, nostra sollicitudo desiderat. Interim verò fratres istos desolationem loci sui videre fugientes benignitati vestrae commendamus, quatenus de his tamdiu curam habere nō pigeat; donec miserante Deo, optatam quietem in monasterio suo eos habere posse cōtingat. Dat. Romae, secundo kal. Iulii, Indictione vndecima.

EPISTOLA XV.

NUNCIAT se excommunicasse Gotefredum, quod simoniacè Mediolanensem Ecclesiam occuparit. Monet ne ei consensiant, & fidem defendant.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus fidelibus sancti Petri Apostolorum Principis
in Longobardia commorantibus, salutem,
& Apostolicam benedictionem.

Officium sum.
Pont.
Esa. 58.

Ezech. 33.

Iere. 48.

Scite vos volo fratres charissimi, quod & multi vestrum sciunt; quia in eo loco positi sumus, ut velimus nolimus, omnibus gentibus, maximè Christianis, veritatem & iustitiam annunciare compellamur, dicente Domino; Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. & alibi: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, animam eius de manu tua requiram. Item Propheta; Maledictus (inquit) homo qui prohibet gladium suum à sanguine, id est, verbum praedicationis à carnalium increpatione. Hæc ideo prælibauimus, quia inter multa mala, quæ ubique terrarum fiunt, quidam ministri satanae, & præcones Antichristi in Longobardia etiam fidem Christianam conantur confundere, & iram Dei super se prouocare. Nam sicut scitis, Gotefredus, viuentis Guidone dicto Archiepiscopo Mediolanensi, eandem Ecclesiam, quæ quondam meritis gloriosissimæ virginis, & genitricis Dei Mariæ, necnō auctoritate clarissimi doctoris B. Ambrosij inter ceteras Longobardorū Ecclesias, religione, libertate, ac speciali gloria enituit, nūc quasi vilem ancillam præsumpsit, emere, sponsam videlicet Christi diabolo prostituere, & à Catholica fide temptans eam separare, nifus est simoniacæ hæresis scelere maculare. Quod audiens sancta Romana Ecclesia mater vestra, & totius Christianitatis, sicut scitis, magistra, congregato è diuersis partibus concilio multorum sacerdotum, & diuersorum ordinum cōsensu, sulca B. Petri Apostolorum principis auctoritate, Gotefredum fidei Catholicæ, & legis Christianæ inimicum excommunicauit, & anathematis iaculo ynā cum omnibus sibi consentientibus transfixit. Quam excommunicationem; quod etiam inimici sanctæ Ecclesiæ negare nō possunt; sancti Patres antiquitus censuere, & per omnes sanctas Ecclesias totius orbis Catholici viri confirmant, & cōfirmauerūt. Quapropter ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & Beatorū Petri & Pauli Apostolorū principū monemus vos fratres charissimi, hortamur atque præcipimus, ut nullo modo prædicto hæretico Gotefredo consentiatis, quia illi in hoc scelere consentire, fidem

Adem Christi est negare; sed quibus modis potestis, ut filij Dei ei resistite, & fidem christianam, qua saluandi estis, omnino defendite. Neque vos deterreat humana superbia; quia qui nobiscum est, maior est omnibus, & semper inuictus, qui vult nos pro se laborare, & coronam legitimè certantibus (ut Apostolus promittit) tribuere. Solet enim Dux noster paucis, & humilibus multos, & superbos conterere, & per ea, quæ sunt infirma mundi, fortia quæque confundere. Sic enim placuit, & sic decet cælestem, & inuictum Principem. Omnipotens Deus, qui beato Petro oues suas specialiter commisit, & totius Ecclesiæ regimen dedit, vos in eius dilectione corroboret, ut eius auctoritate à peccatis vestris absoluti, mereamini inimicos Domini comprimere, & corda illorum ad penitentiam prouocare. Dat. Romae, Kal. Iulij, Indictione XI.

B

EPISTOLA XVI.

MIRATUR, quod se certiores non reddiderit de synodo ab eo coacta. Significat se Episcopis, qui querebantur ab eo se depositos, respondere modò non posse, & Ausci-nensem Episcopum se absoluisse. Iubet Diogritanum Episcopum restituere, nisi alia crimina in eo inueniat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Giraldo Ostiensi Episcopo, salutem & Apostolicam
benedictionem.

M

iramur, & multum anxij sumus, quod cum semper consuetum, & valde necessarium fuerit, ut si quando legatus Apostolicæ sedis Concilium in remotis partibus celebrauerit, sine mora ad annunciandum omnia, quæ egisset reuerteretur, tua fraternitas post peractam synodum, in qua tot negocia emerferunt, nec ad nos rediit, nec eum qui secum est, considerata vel necessitate vel nostra expectatione remisit. Nobis equidem gratum est, quod pro negociis sanctæ Romanæ Ecclesiæ in Hispanias profectus es; sed debuerat prudentia tua aut illum quem tibi adiunximus, aut aliquem, qui synodo interfuisset, quique omnia vice tua nobis rationabiliter expedire sciret, ad nos direxisse: quatenus perspectis omnibus confirmanda confirmarem, & si qua mutanda viderentur, discreta ratione mutarem. Licet enim in litteris tuis aliqua nobis gestorum tuorum notitia apparuerit; vobis tamen absentibus, nec aliquo qui pro vobis certa eorum quæ viderit, & audierit assertionem respondeat, in praesentiarum posito, plerisque quorum alij iniuste se excommunicatos, alij inordinatè depositos, alij immeritò interdictos conqueruntur respondere causarū ambiguitate, & respectu cōseruandæ auctoritatis tuæ prohibemur. Non respondere verò, aut in longum tempus responsa differre, desperationi, & propter prolongata pericula eorū, qui sub censura sunt, crudelitati impuratur. De causa etiam Guilielmi dicti Auxienfi Archiepiscopi, pro cuius restitutione nos postulasti, tu ipse anxietatem quandam nobis intulisti; cum ob id solū, quia excommunicato scienter communicauerat, eum esse depositū, & tamè in examinatione eius de obiectis criminibus præter quod Domnū, & prædecessorē nostrū Alexandrū Papā sibi ignouisse fatebatur, nō eū canonicè se expurgasse, sed expurgare voluisse dixisti. Nō parua itaq; super his omnibus sollicitudinē habentes, tã tibi ipsi, quàm ceteris magna respondendæ difficultate

Delicta Episcoporum & Clericorum in synodo tractabantur.

cultate tenemur. Hoc tamen consulentibus fratribus & coepiscopis nostris, A
& Cardinalibus inter cetera nos decreuisse cognoscas, vt præfatus Auscien-
sis Archiepiscopus propter hoc solum, quia communicauit excommunicato,
deiectioni subiaccere non debeat: ita tamen si de obiectis aliis criminibus ita
se expurgare poterit, vt neq; in te suspicio prodeat, nec infamia ad nos vsque
pertingat: alioquin huius rei diffinitionem ad nostram audientiam serua. Põ
tium verò Bigorritanum dictum Episcopum, quem simili de causa depositum
esse nūciasti, ad nos venisse cognoscas; sed honori tuo prouidētes, nulla que-
relis eius responsa dedimus. Attamen quia in paribus causis paria iura tenen-
da sunt, fraternitati tuæ scribimus, vt habita super his, quæ sibi intenduntur,
diligenti inuestigatione, si aliud, quod canonica seueritate puniendum sit in
eo crimen, legali approbatione inueniri possit, officii sui restitutione non ca-
reat. De cetero, quid nobis de cursu fatigationis tuæ credendum sit, fraterni-
tatem tuam, reperta primū opportunitate, per scripta nobis indicare non pi-
geat. Dat. Romæ, Kal. Iulii, Indictione vndecima. B

EPISTOLA XVII.

*AGIT gratias, quod legatos Apostolicæ sedis benignè tractauerint. eosdem autem à
Bragensi Episcopo non liberaliter exceptos queritur. rogat vt eum hortentur obedire le-
gatorum monitis.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvratizlao Boemię Duci, & fratribus suis, salutem,
& Apostolicam benedictionem. C



Via ob deuotionem, & reuerentiam beatorum Apostolorum
Petri & Pauli principum Apostolorum legatos nostros, Ber-
nardum videlicet & Gregorium, qui ab hac sancta & Apo-
stolica sede ad vestras partes directi sunt, debitæ charitatis
benevolentia suscepistis, & eos, vt vestram concederet magnifi-
centiam, honorificè tractatis, omnipotenti Deo gratias agi-
mus; proinde nostræ benevolentia vobis vicem rependimus. Quoniam enim
antecessorum nostrorum negligentia, & patrum vestrorum, qui hoc fieri pos-
tulasse debuissent, agente incuria, Apostolicæ sedis nuncii ad partes vestras
rarò missi sunt; quidam vestrorum hoc quasi nouū aliquid existimantes, & nõ cõ-
siderātes sententiā Domini dicētis; Qui vos recipit me recipit, & qui vos sper-
nit me spernit; legatos nostros contēptui habēt, ac proinde dū nullā debitam
reuerentiā exhibent; non eos, sed ipsam veritatis sententiā spernunt. Vndè (vt
clarius luce patet) eius veritatis sententiæ ad cumulum suæ dānationis adeo se
exaggerant, vt meritò dū pusillos Domini scandalizāt, molas asinarias collo-
suspectas in profundum perditionis, nisi respuerint, prolabantur. Quorum fra-
ter vester Larmir Bragensis Episcopus olim noster amicus, his nostris legatis,
Bernardo scilicet & Gregorio, vt auditu percepimus, in tantum rebellis extitit,
vt (si ita est sicut dicitur) Simonis magi vestigia contra Apostolorum
principem imitatus fuisse videatur. Quapropter rogamus nobilitatis vestræ
prudentiam, ut & nostros legatos, & fratrem nostrum prædictum Episcopum
conueniatis, & per uos, & ex parte nostra fratrem vestrum attentius horremi-
ni, quatenus legatorum nostrorum monitis debitæ obediētiæ aurem inclinet. D

Luc. 10.

Math. 18.

& quic-

A & quicquid iustitiæ sibi suggererint, vel ex eis præiudicio pergruari, nulla
sibi ab hac Ecclesia audientia denegabitur. Si verò neutrum horū facere ac-
quieuerit, & sententiā legatorum nostrorum de suspensione sui officii in eū
promulgatam firmabimus, & durius contra eum, scilicet vsque ad interniciū
gladium Apostolicæ indignationis euaginabimus; sicque fiet vt ipse & per
eum plures alij experiantur, quantum huius Sedis auctoritas valeat. Inuiti
enim ad hoc compellimur, neque audemus huiusmodi præsumptionem diffi-
mulare. Porro Ezechielem namque Prophetam sub interminatione nostri inte-
ritus impellimur, dicentem: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, Ezech 33.
ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua
requirā, & alibi: Vae illi qui prohibet ab eo qui peccat, & incorrigibilis perse-
uerat. Vos autem & de his, & de alijs sic agite, vt temporalls vobis gloria à
B Domino augeatur, & perpetuæ beatitudinis abundantiam per interuentum
Apostolorum perenniter possidere possitis. Dat. Laurenti, octauo Idus Iu-
lii, Indictione vndecima.

EPISTOLA XVIII.

*DOMINICVM Patriarcham Venetiæ ad eum mittit, vt cum eo agat de ijs, quæ mona-
chis eius nomine acceperat. capidum se in eundem pacis cum Ecclesia Constantinopoli-
tana ostendit.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Michaeli Constantinopolitano Imperatori, salutem
& Apostolicam benedictionem. C



Vidam à vestris partibus monachi venientes, quorū vnus Tho-
mas, alter Nicolaus vocabatur, excellētiæ vestræ ad nos litte-
ras detulere plenas vestræ dilectionis dulcedine, & ea, quam
sanctæ Romanæ Ecclesiæ exhibetis nõ parua deuotione. Quæ
nimirum inter cetera nobilitatis vestræ verba, eisdem mona-
chis de his, quæ ipsi viua voce in aure nobis ex parte vestra re-
relaturi essent, posse nos credere asserbant. Verum quia personæ non vide-
bantur tales, quibus securè fidem possemus accommodare, vel per eos de tā-
tis rebus magnitudini vestræ respondere; confratrem nostrū Dominicum Pa-
triarcham Venetiæ, Romanæ Ecclesiæ, & Imperio vestro fidelissimum, ad vos
D studuimus mittere: quatenus ipse diligenter à vobis intelligat, si in ea, quam
litteris vestris, & viua eorundem monachorum secretius voce significastis,
adhuc voluntate perseueratis, & legationis vestræ verba ad effectum perdu-
cere velitis. Nos autem non solum inter Romanam, cui licet indigni deserui-
mus Ecclesiam, & filiam eius Constantinopolitanam, antiquam (Deo ordi-
nante) cõcordiam cupimus innouare; sed si fieri potest, quod ex nobis est, cum
omnibus hominibus pacem habere, Scitis enim quia quantum antecessorum Gal. 1.
nostrorum, & vestrorum sanctæ Apostolicæ sedi & imperio patrocinium con-
cordia profuit, tantum deinceps nocuit, quod vtrinque eorundem charitas
frigit. Cetera igitur, quæ præsentium latori secretius referēda commisimus,
indubitanter potestis credere, & per eum quicquid Maiestati vestræ placue-
rit, securè nobis significare. Dat. Albani, septimo Idus Iulii, Indictione vnde-
cima.

CON-

Constitutio, quae facta est inter Dominum Gregorium Papam septimum, & Landulfum Beneuentanum principem.

H AEC est constitutio, qua Dominus Papa Gregorius constituit cum Landulfo Beneuentano principe, & quam princeps Beneuentanus ipse sibi firmiter promisit in sacro Beneuentano palatio, anno primo, Pontificatus eius duodecimo die, intrante mense Augusto, Indictione undecima. Si in hora ipsa in antea Princeps ipse fuisset infidelis sanctae Romanae Ecclesiae, & Papa ipsi, suisque successoribus, vel si in aliquo quaesisset minere publicam rem Beneuentanam, aut aliquam inde absque nutu Papae, vel absque ordinis eius, alicui fecisset inuestitionem, vel si aliquo inuenisset studio, cum aliquo homine intus aut foris ciuitatem Beneuentanam, faciendi aut recipiendi sacramentum, aut inueniendi diuisiones: vel si per se, aut per suppositam personam intus aut foris ciuitatem Beneuentanam studuerit qualicumque modo, aut ingenio reddendi malum meritum, aut faciendi damnitatem cuilibet de fidelibus sanctae Romanae Ecclesiae de ea, quae ad fidelitatem eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae egere usque modo: si se iuxta Domini Apostolici iudicium non poterit inde defendere, cum fuerit appellatus, a praesenti amittat suum honorem.

Ego Ioannes Portuensis Episcopus recognoscens subscripsi.

Ego Ioannes Tusculanensis Episcopus interfui, & subscripsi.

Ego Vbertus Praenestinus Episcopus conscripsi.

Ego Desiderius presbyter Romanae Ecclesiae interfui, & subscripsi.

Ego Petrus Card. presbyter, & Bibliothecarius S. R. E. interfui, & subscripsi.

EPISTOLA XXI.

Ostendit se Henricum Regem odio non habere; quin potius cupere pacem cum eo inire, quod ut commode fiat, expedire ait, ut colloquantur. Vna non solum ipse & Imperator, sed etiam Imperatoris uxor, & alij. Rogat ut se fidelem praebat Romanam Ecclesiam, & ad limina Apostolorum veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rodulfo Sueviae Duci, salutem & Apostolicam
benedictionem.



D icet ex praeteritis nobilitatis tuae studiis clareat te sanctae Romanae Ecclesiae honorem diligere: nunc tamen quanto ipsius amore ferueas, quantumque ceteros illarum partium principes eiusdem amoris magnitudine transcendas, litterae tuae nobis transmissae euidenter exponunt. Quae nimirum inter cetera dulcedinis suae verba, illud nobis videbantur consilium, per quod & status imperii gloriosius regitur, & sanctae Ecclesiae vigor solidatur, videlicet, ut Sacerdotium & Imperium in unitate concordiae coniungantur. Vnde nobilitatem tuam scire volumus, quia non solum circa Regem Henricum, cui debitores existimus, ex eo quod ipsum in Regem elegimus, & pater eius laudandae memoriae Henricus Imperator inter omnes Italicos in curia sua speciali honore me tractauit; quodque etiam ipse moriens Romanae Ecclesiae

Bene cum imperio & cum Ecclesia agitur, cum imperium & sacerdotium concordia uniantur.

SVMORVM PONTIFICVM.

A clefia per venerandae memoriae Papam Victorem praedictum filium suum commendauit, aliquam maliuolentiam non obseruamus; sed neque aliquem Christianum hominem (Deo auxiliante) odio habere volumus, cum Apostolus dicat: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, & si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem non habens, nihil sum. Sed quia concordiam istam, scilicet Sacerdotii & Imperii, nihil fictum, nihil nisi purum decet habere, videtur nobis omnino utile, ut prius tecum, atque Agnete Imperatrice, & cum Comitissa Beatrice, ut Rainaldo Episcopo Cumano, & cum aliis Deum timentibus. Nam sicut duobus oculis humanum corpus temporali lumine regitur, ita his duabus dignitatibus in pura religione concordantibus corpus Ecclesiae spiritali lumine regi, & illuminari probatur. de his diligentius tractemus; quatenus voluntate nostra bene a vobis cognita, si rationes nostras iustas esse probaueritis, nobiscum consentiatis: si vero rationi nostrae aliquid addendum, vel subtrahendum esse vobis visum fuerit, consiliis vestris (Deo consentiente) parati erimus assensum praebere. Quapropter prudentiam tuam rogamus, ut in fidelitate B. Petri semper studeas crescere, & ad limina eius tum causa orationis, tum consideratione tantae utilitatis non pigeat te venire, quatenus sic te in vtroque B. Petro debitorem facias, ut & in presenti, & in futura vita eius semper intercessione gaudeas. Dat. Capuae, Kal. Septembris, Indictione incipiente duodecima.

EPISTOLA XX.

C *DOLET de eius calamitatibus, paratum se ostendit vlcisci iniurias ipsi illatas. Fortatur ut Romam veniat, tum causa conciliandae pacis cum Henrico, tum pro causa Episcoporum Longobardorum.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rainaldo Cumano Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

D eus fraternitatis tuae litteris de aduersitate, de contumelia, quae tibi accidit, immo nobis & vniuersae etiam sanctae Ecclesiae, ex corde tibi compassi, ex corde moerore graui sumus contristati; quo quippe etiam audito de nobis incognito, audito de sacerdote, & Aegypto grauiter compasseremur, officii etiam nostri debito condolere cogemur. Quid igitur de cetero, quae sanctae Romanae Ecclesiae primum membrorum collocauimus, quae ut fratrem dilectissimum dilectionis sinu fouemus, viscera compassionis, viscera doloris eximii, ut pro fratre charissimo aperimus: cuius inauditi delicti vindictam, cuius noui sceleris poenam pro tui & multorum commodo consilio tuo facere disposuimus; quia quanto melius tui sanguinis effusionis, totiusque sui generis, & patriae mores & vitam nouisti, tanto melius, quibus modis, & quibus facilius cogatur, consilium nobis poteris, ut tui & aliorum Episcoporum infideles huius exemplo deprimantur, & boni spe non dilatandi tati, & inauditi sceleris latentur. Quod facere & nobis scribere, & an publice, vel priuatim nos haec velis exercere, usque ad festiuitatem sancti Martini ex obedientia volumus nullius causa dimittas. Ad ea quae de Rege scripsisti, haec accipias: Tu & dilectissima
Epist. Tom. 3. Bbb nostra

† 1.6

nostra filia Agnes Imperatrix, quod cum & sanctam Romanam Ecclesiam diligere, & nos pro ea, ex longo experti sumus; sic nouistis quid de Rege sentiam, quid etiam de eo velim, ut nemo eo mundanis ditior vobis melius. Nouistis quidem, si bene fortasse meministis, quam saepe utrique dixerim, quod eo religione sanctiorem nullum vellem viuere, hoc scilicet mente mecum versans, se cuiuspiam priuati, & alicuius Principis boni mores, vita & religio honoris sanctae Ecclesiae existant, & augmento: quid illius, qui laicorum est caput, qui Rex est, & Romae (Deo annuente) futurus Imperator? Quod religionem scilicet diligere, bonos ex dilectione vera sibi adhibere, res Ecclesiarum augmentare & defendere, testis mihi Deus sit, cum vellem, & ex toto corde optarem, quod eum velle aliter non speramus, nisi malorum consilia, ut venenum vitet, bonorum vero, ut nobis iam relatum est, acquiescat. De concordia vero inter Romanam Ecclesiam & eum, si cum utilitate utriusque vis aliquid disponere, sic sumas. Ducem Rodulfum Longobardiam intraturum in hoc proximo Septembri audiui. Efficias ergo principaliter pro Apostolorum seruitio, secundario vero hac etiam pro re, ut sibi & tibi Romam non sit pigrum venire, ubi de concordia Romanae Ecclesiae, & Regis vobiscum, & cum Imperatrice filia nostra dilectissima, cum Beatrice etiam, quae multum & saepe in hoc eodem laborauit, sic loqui, sic inde tractare poterimus, ut ex parte nostra omnia secura & quieta regi nunciatis, ut si Italiam eum intrare contingerit, vniuersa in pace inuenerit. Te vero cum Episcopis Longobardiae loqui mihi non displicet, ne aliter vero cum illis communices, penitus prouideat prudentia tua. Quid vero de illis disponendum sit, cum ad nos veneris, determinabimus. Dat. Capuae, Kal. Septembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXI.

Na inuestituram Episcopatus ab Henrico accipiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Anselmo Dei gratia Lucensium electo Episcopo, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Quoniam fraternitatem tuam sinceram charitatis affectu & dileximus, & diligimus, quae tibi seu verbis, seu litteris super utilitate vitae tuae scribere curamus, ut indubitanter accipias, oportet. Ut enim viam, qua ambules, postulasti tibi notificarem, nullam novam, nullam expeditiorem scimus ea, quam nuper dilectioni tuae significauimus, videlicet, te ab inuestitura Episcopatus de manu Regis abstinere, donec de communione cum excommunicatis Deo satisfaciens, rebus bene compositis, nobiscum pacem possit habere. Personam namque tales hoc opus conantur perficere, charissima utique filia nostra Agnes Imperatrix, necnon & gloriosa Beatrix cum filia Mathildi, Rodulfus quoque Dux Sueviae, quorum religiosa consilia spernere nec possumus, nec debemus. Quod si praefati operis perfectio dilationem quacunque occasione contigerit habere, interea nostrae familiaritati poteris adherere Romae, & nobiscum seu aduersitate, seu prosperitatem communicare. Dat. Capuae, Kal. Septembris, Indictione incipiente duodecima.

Iustu-

A Iusurandum fidelitatis, quod fecit Richardus Princeps Domino suo Gregorio Papae.

Ego Richardus Dei gratia, & sancti Petri Capuae Princeps ab hac hora, & deinceps, ero fidelis sanctae Romanae Ecclesiae, & Apostolicae sedi, & tibi Domino meo Gregorio vniuersali Papae. In consilio, vel in facto, vnde vita, aut membrum perdas, vel captus sis mala captione, non ero. Consilium quod mihi credideris, & contradixeris ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum damnum, me sciēte. Sanctae Romanae Ecclesiae, tibiq; adiutor ero ad tenendum, & acquirendum, & defendendum regalia sancti Petri, eiusq; possessiones recta fide contra omnes homines, & adiuuabo te, ut securē, & honorificē teneas Papatum Romanū, terram sancti Petri, & principatus nec inuade-re, nec acquirere quaram, nec etiam depradari praesumam absque tua, tuorumq; successorum, qui ad honorem sancti Petri intrauerint, certa licentia, praeter illam, quam tu mihi concedes, vel tui concessuri sunt successores. Pensionem de terra sancti Petri, quam ego teneo, & tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam sancta Romana annualiter habeat Ecclesia. Omnes quoque Ecclesias, quae in mea persistunt dominatione, cum earum possessionibus dimittam in tuam potestatem, & defensor illarum ero ad fidelitatem sanctae Romanae Ecclesiae. Regi vero Henrico, cum a te admonitus fuero, vel a tuis successoribus, iurabo fidelitatem; salua tamē fidelitate sanctae Romanae Ecclesiae: Et si tu, vel tui successores ante me ex hac vita migrauerint, secundū quod monitus fuero a melioribus Cardinalibus, & clericis Romanis, & laicis adiuuabo, ut Papa eligatur, & ordinetur ad honorem sancti Petri. Haec omnia suprascripta obseruabo sanctae Romanae Ecclesiae; & tibi recta fide, & hac fidelitatem obseruabo tuis successoribus ad honorem sancti Petri ordinatis, si mihi firmare voluerint inuestituram a te mihi concessam. Actum Capuae, VIII. Kal. Octobris, Indictione XII.

EPISTOLA XXII.

HORTATUR ut deponant inimicitias, patienterq; ferant impetus Saracenum. Queritur quod Cyriacum Episcopum iniuriis affecerint. hortatur ad penitentiam; sin minus, minatur illis excommunicationem.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
D Clero & plebi Christianae Carthaginensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Gratia vobis & pax a Deo patre, & Iesu Christo filio eius unico, qui gratuita misericordia vos conformare in nouum hominem in sui sanguinis effusione dignatus est; cui semel mori, & resurgere placuit, ut vos carne mortificaret, spiritu vero viuificaret, & Deo offerret; cuius rei testimonium Petra, super quam ipse aedificauit, dedit dicens: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. De quo etiam hoc modo Apostolus: Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. & idem alibi: Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortē. Estote ergo imitatores eius, qui sputis pro vobis sordidari se ipsum in cruce positum, & cum latronibus cō-

Epist. Tom. 3.

Bbb 2 puta-

puratum pro peccatis vestris, voluit vulnerari, & sic finem sibi secundum carnem ponere, ut vos à peccatis ablueret, debitores non carnis, spiritu facta carnis mortificante. Spiritualis quippe vitæ si fueritis, hereditate quidem regni eius in aeternum, ut filij fruamini coheredes Christi, heredes verò Dei. Vnde omnem malitiam, simulationes & inuidias, omnesq; detractiones vos deponere fraterna charitate commoti admonemus. Si quid autem contingit inter arma Sarracenorù positus, nolite pauescere; sed quotiescunq; pro Christo patimini, gaudete, ut in aduentum gloriæ eius gaudeatis exultantes. Fidelis quidem est sermo, qui suscitauit Iesum, suscitabit & vos, si mortui carne fueritis, vita verò Dei spiritu in aduentu suo ad gloriæ suæ communicatione. Ineffabilis igitur gloriæ spe tam fideli promissore confidentes, membra vestra mortificate, mortem Christi cordibus vestris infigite, aduersa omnia pro eo pati gaudete, credentes cum Apostolo non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Rixas ergò & contentiones ut venenum vitæ. Humilitatis discipuli, humilitatē induite, Christi vicē super vos habēt, ex debito obedite; consilia, admonitiones eius vero amore amplecti insudate: scientes cum sibi, Christo, qui pro vobis passus est, obedieritis, eius verò prædicationes, iudicia etiam cum susceperitis, Christi per omnia suscipietis. ait enim: Qui vos suscipit, me suscipit; qui vos spernit, me spernit. Aliter verò si feceritis, in Christum peccatis, Christum spernitis, Christi discipuli esse definitis. Apostolo resistitis, qui ait: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Cum ergò mundanis potestatibus obedire prædicaui Apostolus, quanto magis spiritualibus, & vicem Christi inter Christiana nos habentibus? Hæc filij charissimi gemens cogito, siens scribo, dolore cordis intimo vobis mitto. Peruenit quippe ad aures nostras, quosdam vestrum in religiose in legem Christi contra Christum, Cyriacum venerabilem fratrem nostrum, vestrum verò Archiepiscopum & magistrum, immo verò vestrum Christum apud Sarracenos sic accusasse, iurgiis detractionis sic lacerasse, ut inter latrones numeraretur, verberibus nudus cederetur. o, exemplum iniquum, vestri, & vniuersæ sanctæ Ecclesiæ dedecoris exemplum. Christus iterum capitur, falsis accusatoribus, & testibus condemnatur, inter latrones numeratus verberibus ceditur. A quibus? Qui eius dicuntur credere incarnationem, eius etiam venerari passionem, ceteraq; eius sancta mysteria fide amplecti. Est ne super his tacendum? an clamandum, & fletu corrigendum? Scriptum est, Clama, ne cesses. Alibi etiam præceptum, Nisi annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Necessitate igitur clamabo, necessitate oportet corrigere, ne sanguis vester de manu mea quærat, ne pro peccatis vestris ante iudicem tremendum, ante iudicem iustum, & immutabilem affligar. Viscera igitur pietatis paternæ, viscera misericordiæ super vos hoc modo aperio; partim quia ad nos vobis facilis non est transitus propter maris longa & periculosa spatia; partim quia causam iræ, causam doloris & malitiæ ignoro sic discutere, ut super his sententiam determinem. Admoneo, auctoritate Apostolica præcipio, ut sicut temeritatis vestræ foetores, & inauditæ nequitiae mentem nostram tristitia nimia turbauerint, sic correctionis, & pœnitentiæ odores redolentes mentem nostram in lætitiâ mutant. Quod si non feceritis, gladio anathematis vos iuste percutionem, & sancti Petri, & nostram super vos maledictionem emittam. Dat. Capuæ, XVII. Kal. Octobris, Indictione XII.

Rom. 8.

Ibid.

Ibid.

Luc. 10.

Rom. 13.

Esa. 58.
Ezech. 33.

EPISTOLA XXIII.

LAVDAT eius constantiam, qui patienter tulit Sarracenorum & malorum Christianorum iniurias, & præsentem Henrico rege ordinationes habere noluit. hortatur ad perseverantiam. Deum precatur pro Ecclesia Africana.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Cyriaco Carthagenensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Vestris fraternitatis tuæ litteris, fraternam de molestiis, quæ à paganis, & à pseudofiliis Ecclesiæ tuæ tibi inferuntur, compassionem exhibuimus. Perpendimus enim te duplici certamine fatigari, ut & occultas Christianorù insidias patiaris, & à Sarracenorum persecutione non solum sustentationem humanæ fragilitatis, sed ipsam fidem perdere miserabiliter exigaris. Quid enim aliud est sacerdotem ad imperium mundanæ potestatis legem Dei infringere, nisi fidem eius negare? Sed, Deo gratias, quia in medio nationis prauæ & peruersæ, fidei tuæ constantia velut luminare quoddam omnibus adeo innotuit, ut præsentatus regiæ audientiæ potius definires diuersis cruciatibus affici, quam præcipiente Rege contra sanctos canones ordinationes celebrari. Sed quanto preciosior esset religionis tuæ confessio, si post verbera, quæ tunc sustinuisi, errorem eorù ostendendo, & Christianam religionem prædicando, usque ad effusionem ipsius animæ peruenisses? Quod licet huiusmodi studiis fraternitatem tuam non ambigimus incumbere, & pro testimonio veritatis, quantum ad te, usque ad detractionem membrorum deuenisse: tamen deuotionem tuam semper ad meliora prouocantes exhortamur, ut paratum te semper exhibeas; sicut de Domini consolatione lætificari, ita & de tribulatione non frangi. Multæ enim sunt tribulationes iustorum: sed de his omnibus liberabit eos Dominus. His artibus, quibus creuit, sancta reparatur Ecclesia, hanc nobis hereditatem sancti patres reliquere, scilicet, ut per multas tribulationes intremus in regnum Dei. Grauis quidem pugna, sed infinita sunt præmia. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nos igitur licet corpore absentes, spiritu tamen præsentem, mutuis litterarum consolationibus, quoties permittit oportunitas, insistamus; & omnipotentem Deum assidue deprecemur, ut ipse Ecclesiam Africanam ex longo iam tempore laborantem, & diuersarum perturbationum fluctibus conquassatam, tandem dignetur respicere, dicentes cum Psalmista: Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas nos usque in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiam nostram, & tribulationis nostræ? Nos autem sicut debemus, fraternam tibi per omnia compassionem exhibentes, litteras nostras clero & populo tuo dirigimus, ut ipsi omni similitate deposita, te ut spiritualem patrem venerentur. Dat. Capuæ, XVII. Kal. Octobris, Indictione XII.

EPISTOLA XXIII.

COMMENDAT eius erga se obseruantiam. pollicetur pallium, si Romam venerit, affirmatq; Regem à se amari.

Epist. Tom. 3.

Bbb 3 GRE-

EPI-

Quibus artibus
Ecclesia creuit,
& reparatur.Act. 14.
Rom. 8.

Psal. 43.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
Brunoni Episcopo Veronensi, salutem & Apostolicam
benedictionem.



Interis fraternitatis tuae susceptis, euidenter intelleximus, quod dispensatione nobis creditam, desideres nos irreprehensibiliter gerere, & religionis tuae preces nobis & sanctae Ecclesiae necessarias deuotissimas Deo fundere. Quae in re aperte monstratur, quanto amore, quantaque deuotione beatum Petrum veneris, cum nos, licet indignis, obsequiis Ecclesiae suae deputatos tanta dilectione amplecti videaris. Qui enim dominos diligit, in seruos quamuis minimos Dominorum dilectionem transfundit. Quam vrique dilectionem tuam in his, quae a nobis exposulasti, id est, in pallii concessione ad praesens non recompensamus: quia antecessorum nostrorum decreuit auctoritas, nisi praesenti personae pallium non esse concedendum. Vnde si fraternitas tua Apostolicae sedis priuilegiis munita, ad nos venerit, honorem quem Romani Pontifices antecessoribus tuis contulerunt, nos tibi Deo concedente, conferemus. Sicut enim Romanae Ecclesiae debitum honorem impendi a ceteris Ecclesiis, ita unicuique Ecclesiae proprium ius seruare desideramus. Volumus etiam tunc praesentiae tuae ostendere, quam sincero amore regiam salutem diligamus, quantumve circa eius honorem, & secundum Deum, & seculum inuigilare desideremus, si ipse Deo debitum honorem studuerit exequi, & formam sanctorum Regum commissis puerilibus studiis sapienter imitari. Dat. Capuae, VIII. Kal. Octobris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXV.

NARRAT Normannos in dissidio perseverare, & Henricum Regem litteras humilitatis plenae ad se misisse, nec se de Beatrice & eius filia Mathildis religione dubitare. Hortatur ut pro defensione Romanae Ecclesiae viriliter agant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herlembaldo Mediolanensi militi, salutem & Apostolicam benedictionem.



Ciat prudentia tua, nos Deo miserante, sanos & laetos non sine magna sanctae Ecclesiae utilitate apud Capuam demorari. Nam Normanni, qui ad confusionem, & periculum Reipublicae, & sanctae Ecclesiae vnum fieri meditantur, in perturbatione, in qua eos inuenimus, nimis obstinate perseverant, nullo modo, nisi nobis volentibus, pacem habituri. Si enim discretio nostra sanctae Ecclesiae utile approbaret, ipsi iam se nobis humiliter subdidissent, & quam solent reuerentiam exhibuissent. Hericū Regē praeterea scias dulcedinis & obediētia plena nobis verba misisse, & talia qualia neque ipsū, neque antecessores suos recordamur Romanis Pontificibus misisse. Quidam etiā ex maioribus fidelibus suis promittunt nobis ex parte sui, eū de causa Mediolanensis Ecclesiae sine dubio consilio nostro obedire. Quā tū enim sibi possimus prodesse, vel quātū si adiutorii manū subtrahimus obesse, citò

A se, citò te speramus apertissimè cogniturū, & Deū nobiscū esse, & nobiscū operari euidenter probaturū. De Comitissa Beatrice nullo modo dubitandū putamus, quin ipsa & filia eius Mathildis in his quae ad Deū pertinet, & religionē sanctae Ecclesiae, fideliter se erga nos habeant. Tu igitur omninò confidens in Domino, & in matre tua Romana Ecclesia, viriliter age, confortatus in Domino, & in potentia virtutis eius, sciens quia quanto vobis grauis nunc insurgit perturbationis tempestas, tanto postmodum (Deo fauente) iocundius ardebit serenitas. Dat. Capuae, quinto Kal. Octobris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXVI.

MONET ut cum excommunicatis resipiscantibus, de quibus se consuluerat, benigne agat, quos se etiam benigne excepturum pollicetur. Hortatur ne metuat Episcopos eius inimico fauente, cum speret Regem eius causam iudicandam sibi permitturum. suadet ut Vercellensem Episcopum sibi conciliet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herlembaldo Mediolanensi militi, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Iae sollicitudinis studio in defensione fidei, sanctaeque religionis restauratione, donec occupatus fueris, legationes tuas libenter audire, teque abundè adiuuare voluntas non deerit. Multiplici quidem vestrae interrogationi, aliis quia intenti sumus, paucis respondere disponimus. De fociis itaque illius excommunicati, qui accepta pecunia ad vos redire volunt, & de filijs quorum patres, aut de patribus, quorum filij ipsi Gotefredo anathematizato adherēt, atque de ijs, quorum correctionem sine pecuniae attributione fieri non vultis, erga quos tamen clementes vos existere monemus, si qui vestrae parti se applicare cupiunt, vestrae prudentiae, ut melius scitis & valetis, disponendum committimus. Quicumque autem horum erroris sui penitentes ad nos venire remedij gratia desiderauerint, benigne se suscipi, atque misericorditer tractari nouerint. Episcopos praeterea inimicum vestrum fulcire conantes, non multum metuatis, cum Beatrix, ac filia eius Mathildis Romanae Ecclesiae penitus fauente, cum quibusdam maximis regni proceribus, laborent nostrum atque Regis animum firmiter vnire, contra quem quidem nullum odium neque debemus, neque volumus exercere, nisi (quod absit) diuinæ religioni contrarius voluerit existere. Quem nimirum Regem omninò confidunt voluntati nostrae de ceteris ecclesiasticis negociis satisfacere, praesertim de vestro, nostrae dispositioni assensum praebere. Denique Gregorium Vercellensem Episcopum, quoquo honesto pacto vales, stude tibi conciliare: quia nostrae extoro iussioni se profitetur parere. De cetero itaque confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, precibus & cleemosynis, ac puritate cordis indulgentiam illius postulantes, quatenus vorum nostrum ac vestrum ad perfectum perducere dignetur. Dat. Capuae, septimo Idus Octobris, Indictione duodecima.

EIVS religionem, de qua aliquando dubitabat, commendat. hortatur ut simoniacos oppugnet, & Herlembaldo auxilium præstet.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Alberto Aquensis ecclesie electo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Revenit ad aures nostras, vnde aliquantulum de religione tua dubitavimus, te videlicet illius excommunicati Godefredi interfuisse ordinationi. Sed postquam testimonia eorum, qui nobis verum volent dicere, fidei relatione te excusare studuerunt, non solum de te non dubitavimus, sed ad reparandum Mediolanensis ecclesie matris tue honorem, zelum habere intelleximus. Quia in re quantum nobis religio tua placeat, evidentibus indicis probabitur, in quibuscumque Romanæ Ecclesie necessitas tua auxilium requisierit: in nullo siquidem magis debitorem sanctum Petrum, & nos religio tua potest sibi facere, quam si contra Simonem magum, qui Ecclesiam B. Ambrosij venalitates suæ miserabiliter veneno infecit, scuto fidei, & galea salutis armatus nobiscum præleris; & si Herlembaldo strenuissimo Christi militi in his, quæ ad Dei cultum, & ad religionem sanctæ Ecclesie pertinent, manum auxilii præstiteris. Est etiam quod prudentiam tuam sanctæ Apostolicæ sedi nihilominus commendabit; si ipsam simoniacam hæresim sicut laudabiliter iam cepit usque quod de Ecclesia sua omnino euacuetur, studuerit oppugnare, & clericos à turpis vitæ conuersatione ad castitatis munditiam reuocare. Hæc itaque sanctitatis studia, mens tua quotidie meditetur, quatenus quod fama de te nobis innotuit, ex operum tuorum consideratione probetur. Age igitur, ut vniuersalis mater sancta Romana Ecclesia in te quasi fidelissimo filio consoletur, & vinculis carnis liberationis manus porrigatur. Dat. Capuæ, tertio Idus Octobris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXVIII.

EIVSDEM ferè argumenti

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, D
Guilielmo Papiensi Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Litteræ fraternitatis tuæ nobis directæ, simulque Herlembaldi Mediolanensis verba euidenter ostendunt, quod tu sanctæ Apostolicæ sedi, eam quam debes, velis obedientiam fideliter exhibere, & exhortationibus nostris, sicut decet parere: sed nihil est, quod fraternitati tuæ promptius iniungamus, nihil est quod te libentius facere velimus, quam si Ecclesiam tuam, gregemque tibi commissum ab hæresibus, quæ in sancta Ecclesia pestiferè videntur pullulare, pastorali vigilantia studeas defendere, & contra eas omni adnitu totisque viribus sanctorum patrum munitus auctoritate ardentius insurgere, & clericos à turpis vitæ conuersatione ad castitatem reuocare. Hoc etiam scias te admodum matri tuæ Romanæ Ecclesie

Acclesie commendabilem facere, si præfato Herlembaldo in his, quæ nostro cõ filio, immò omnipotentis Dei timore operatur, manum adiutorii præstiteris, & inimicis sanctæ Ecclesie bellum Dei secum præliaturus viriliter restiteris. Studeat igitur prudentia tua sic se in huius sollicitudinis partem fortem, vigilantemque impendere, ut quod ex promissionibus tuis accepimus, certis rerum executionibus implendum fore probemus. Dat. Capuæ, tertio Idus Octobris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXIX.

HORTATUR ut erga Romanam Ecclesiam eorum parentum exempla secuti obedienter se exhibeant. dicitque se multa legato, quem ad eum mittit, referenda imposuisse.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Mariano Turrensi, Orzocco Arborensi, Item Orzocco Caralitano, Constantino Callaurenfi Iudicibus Sardinie,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Vobis & omnibus, qui Christum venerantur, cognitum est, quod Romana Ecclesia vniuersalis mater sit omnium Christianorum. Quæ licet ex consideratione officii sui omnium gentium salutem debeat inuigilare; specialem tamen, & quodammodo priuatam vobis sollicitudinem oportet eam impendere. Verum quia negligentia antecessorū nostrorum charitas illa frigit, quæ antiquis temporibus inter Romanam Ecclesiam & gentem vestram fuit, in tantum à nobis plusquam gentes, quæ sunt in fine mundi, vos extraneos fecistis, quod Christiana religio inter vos ad maximum detrimentum deuenit. Vnde multum vobis necessarium est, ut de salute animarum vestrarum studiosius admodum cogitetis, & matrem vestram Romanam Ecclesiam, sicut legitimi filij recognoscatis, & eam deuotionem, quæ antiqui parentes vestri sibi impenderunt, vos quoque impendatis. Nostri autem desiderij est, non solum deliberatione animarum vestrarum curam velle habere; sed etiam de saluatione patriæ vestræ sollicitius inuigilare. Vnde si verba nostra sicut decet, deuoti receperitis, gloriam & honorem in præsentem, & in futura vita obtinebitis. Quod si aliter (quod non speramus) feceritis, & ad sonum exhortationis nostræ aures debite obedientie non inclinaueritis, non nostræ incuriæ, sed vestræ poteritis culpæ imputare, si quid periculi patriæ vestræ contigerit. Cetera, quæ de salute & de honore vestro tractamus, magna ex parte confratri nostro Constantino Turrensi Archiepiscopo vobis referenda commisimus. At cum legatus noster, quem (Deo annuente) de proximo mittere disponimus, ad vos venerit, voluntatem nostram pleniter vobis significabit, & quod gloriæ & honori vestro condecet, apertius enarrabit. Dat. Capuæ, vndecimo Idus Octobris, Indictione duodecima.

SUPPLEX veniam petit, quod inuaserit res Ecclesiasticas, & Ecclesias vendiderit. rogat ut sua auctoritate simoniacam labem ab omnibus Ecclesiis, & in primis à Mediolanensi, extirpet; seque Pontifici in omnibus obsecuturum promittit.

VIGI-

VIGILANTISSIMO, ET DESIDERANTISSIMO DOMNO A
Papæ Gregorio Apostolica dignitate celsitus insignito,
Henricus Romanorum Dei gratia Rex, debiti famulatus fide-
lissimam exhibitionem.

Cum enim Regnum & Sacerdotium, ut in Christo ritè admini-
strata subsistant, vicaria sui ope semper indigeant, oportet ni-
mirum, Domine mi & pater amantissime, quatenus ab inui-
cem minimè dissentiant, verum potius Christi glutino coniun-
ctissima indissolubiler sibi cohæreant. Nâque sic & non ali-
ter cõseruatur in vinculo perfectæ charitatis & pacis, & Chri-
stianæ cõcordia vnitatis, & Ecclesiasticæ simul status religionis. Sed nos, qui
Deo annuente, Regni aliquandiu iam sortimur ministerium, Sacerdotio (ut
oportuit) per omnia ius & honorem non exhibuimus legitimum. Quippe no-
bis à Deo datæ potestatis vindicem non sine causa gladium portauimus, nec
tamen in reos, ut iustum fuit, iudiciaria illum semper censura euaginauimus.
Nunc autem diuina miseratione aliquantulum compuncti, & in nos reuersi,
peccata nostra priores vestræ indulgentissimæ paternitati nos accusando cõ-
fitemur; sperantes de vobis in Domino, ut Apostolica vestra auctoritate ab-
soluti iustificari mereamur. Heu criminosi nos, & infelices partim pueritiæ
blandientis instinctione, partim potestatiuæ nostræ & imperiosæ potentia li-
bertate, partim etiam eorum, quorum seductiles nimirum, sequuti sumus con-
silia, seductoria deceptione peccauimus in cælum, & coram vobis, & iam di-
gni non sumus vocatione vestræ filiationis. Non solum enim nos res Eccle-
siasticas inuasimus, verum quoque indignis quibuslibet, & simoniaco felle ama-
ricatis, & nõ per ostium, sed aliunde ingredientibus Ecclesias ipsas vendidi-
mus, & non eas, ut oportuit, defendimus. At nunc, quia soli absque vestra au-
thoritate Ecclesias corrigere non possumus, super his (ut etiam de nostris om-
nibus) vestrum vnà & consilium, & auxilium obnixè quaerimus: vestrum stu-
diosissimè præceptum seruetur in omnibus. Et nunc in primis pro Ecclesia
Mediolanensi, quæ nostra culpa est in errore, rogamus ut vestra Apostolica di-
stinctione canonicè corrigatur; & exinde ad ceteras corrigendas auctori-
tis vestræ sententia progrediatur. Nos ergo vobis in omnibus (Deo volente)
non defuerimus, rogantes id ipsum suppliciter paternitatem vestram, ut no-
bis alacris adsit clementer in omnibus. Litteras nostras non post longum tem-
pus cum fidelissimis nostris habebitis; ex quibus nostra, quæ adhuc dicenda
restant (Deo dante) plenius audietis.

EPISTOLA XXX.

AREVIT quod clericos nõ coerceat. monet ut id faciat. cõmendat presentiu laborẽ.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Geboardo Saliburgensi Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Sicut in vobis, quam sperabamus, erga nos dilectio flagraret, prius
ad nos vestræ, quam nostræ ad vos litteræ peruenissent, cum id fa-
ciendi facilius vobis per plures ad limina Apostolorum venientes,
nobis

Aquàm nobis per vnum hinc ad vos proficiscentem occasio conferatur. Nos
tamen insalutati officium salurationis impendimus, & quam solemus dile-
ctionis tibi sinceritatem exhibemus. Sed est vnde fraternitatem tuam negli-
gentiæ meritò argui putamus, quòd de castitate clericorum (sicut nobis re-
latum est) præceptis Romanæ synodi, cui interfuisti, inobediens vsque ho-
die videaris. Qua in re tantum de te admirantes grauius dolemus, quantum
te illud sollicitius operari sperabamus. Vnde Apostolica te auctoritate ad-
monemus, ut clericos tuos, qui turpiter conuersantur, pastorali rigore coer-
ceas; & quòd Romana Ecclesia testante, de immunditia clericorum statuit,
neque gratiam, neque odium alicuius considerans, constanti auctoritate in
Ecclesia tua prædicando exerceas. Ceterum pro amore sancti Petri, cuius li-
mina præsentium portitor requisivit, studeat religio tua viscera pietatis sibi
aperire, in quantum cum salute animæ suæ videtur tibi posse fragilitati suæ
condescendere: quatenus non peniteat eum tanti itineris laborem subisse;
sed gaudeat, quod diu quaesuit, scilicet sancti Petri misericordiam per nos
iuxta votum suum impetrasse. Dat. Capuæ, decimosextimo Kal. Decembris,
Indictione duodecima.

EPISTOLA XXXI.

*REPREHENDIT quod patitur Arfastum quendam contra Alexandri prædecesso-
ris sui decreta S. Eadmundi abbatia molestiã exhibere. monet ut sua vice eius audaciam
compescat, & Regem Guilielmum exoret, ne illum ei fauorem præster. Quid si Arfa-
stus parere contempserit, iubet eum & Balduinum abbatem sedem Apostolicam ad eo-
rum contentiones dirimendas petere.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Lanfranco Cantuariorum in Anglia Archiepiscopo,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Non minima admiratione dignum ducimus, qua fronte, qua
mente Arfastum dictum Episcopum sanctæ Romanæ Eccle-
siæ illudere, & beatæ memoriæ Alexandrum prædecessorem
nostrum, eiusque decreta contemnere patiamini. Prudentiã
quippè vestram ad plenum cognoscere nos non latet, sanctã
Romanam Ecclesiam iure à Deo dato sibi defendere Eccle-
siarum, Sacerdotum, Episcoporum consecrationes, & à nullo sumpta licentia
debere, & posse celebrare, suis & præbuisse, & Deo annuente præbituram fir-
missimam etiam in hoc defensionẽ, qui Romam venerint, & sedis Apostoli-
cæ cõsiliium, & auxilium petierint; quibus Arfastus dictus Episcopus, qua no-
ua audacia resistat, nisi fortasse ista; Ponam sedem meam ad Aquilonem, &
ero similis altissimo, ignoramus. Ad quod etiam dilectio vestra super his si-
leat, non minimum miramus. Verum quã de vobis non aliter, quàm de no-
bis dubitamus, fraternitatem vestram confidenter deprecamur, ut vice no-
stra Arfasti nugas penitus compescatis, & sancti Eadmundi Abbatiam con-
tra decretum decessoris nostri inquietari nullo modo sinatis. Qui etiam cū
eumdem Abbatem in presbyterum ordinari Romæ fecisset, ipsum, & mona-
sterium, cui præest, in tutelam Apostolicæ sedis accepit. Vnde iniurias illius
in nos redundare, dissimulare non possumus; præsertim cū ad despectum au-
thoritatis

toricatis nostræ eas sibi irrogari perpendimus. Undè etiã Guilielmum regē A
charissimum, & vnicum filium sanctæ Romanæ Ecclesiæ precibus nostris, &
vice nostra super his admonere dilectionem vestram precamur, & ne Arfasti
vanis persuasionibus acquiescat, in quo sua singularis prudentia supra modū
dilatata, & contracta ab omnibus cognoscitur. Si verò Arfasto contra hæc
recalescire ab hinc tēptauerit, Apostolica auctoritate sibi & Balduino Ab-
bati præcipite, vt sedem Apostolicam ad hæc determinanda petant. Dat. ad
sanctum Germanum, duodecimo Kal. Decembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXXII.

*Vt ad curam suæ abbatiæ, remoto alio intruso Abbate, restituat quendam Isimbardum, si nulla alia culpa inueniat eum priuatum, nisi quòd Hierosolymam deuotionis cau-
sa profectus fuerit.* B

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Araldo Carnotensium Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Resentium portitor Isimbardus Abbas monasterii sancti Laodo-
marii ad Apostolicam veniens sedem, nostris questus est auribus, C
se præfatæ Abbatiæ carere obedientia, nulla interueniente culpa,
nisi quia diuino succensus amore perrexit Hierosolymam; à qua
dum rediret, inuenit quendam Abbatem nomine Guidonem suæ prælatum
Abbatiæ (vt audiimus) non sibi præditum religionē, neque ab alio mona-
sterio regulariter sumptum. Fraternalitas ergo tua studeat pia inquirere sollici-
tudine, & istius remotionem, & illius ordinationem, atque si in hoc alia non
inuenitur culpa, nisi profectio ad Hierosolymam, quod quidē ducimus tole-
randum, ac sollicitius & religiosius eum vales in regimine fratrum, iste vtique
restituatur, ille verò deiiciatur. Quòd si & iste aliam commisit culpam, quæ
eum à regimine iustè remoueat, & ille religiosus isto in administratione per-
uigilat, ordinatioque eius reperatur legitima; hunc quidem Isimbardum no-
bis tua fraternitas cum litteris remittat, & ille in suo loco permaneat. Si verò
illius promotio simoniaca sordè inuenitur fœdata, tūc si quidem ille sine mo-
ra deponatur à regimine fratrum, & alter ei regulariter substituatur. Quic-
quid autem tua religio super vtriusque causa explēuerit, litteris tuis in nexum
nobis studeat facere notum. Dat. Argenteæ V. Kalen. Decembris, Indi-
ctione duodecima.

EPISTOLA XXXIII.

*PRIVILEGIUM sui prædecessoris, quia falsum esse censebat, nec vult confir-
mare, nec aliud concedere. Ipsum electum Abbatem sibi idoneum non visum, à se mo-
nitum fuisse significat, vt à prælatione desistat: iubet tamen, vt interim ei obediant.*

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Fratribus monasterii beatæ Marię, siti in Episcopatu Dordo-
nensi, salutem & Apostolicam benedictionem.



Veniens ad nostram præsentiam frater Benedictus, quem post obi-
tum patris Vberti religio vestra sibi præesse elegit in Abbate, de-
tulit nobis quoddam priuilegium, quòd beatæ record. prædeces-
soris nostri Alexandri nomine titulum inuenimus: quod nimirū
raturum nō esse manifestissimis deprehendimus indiciis, corruptione videlicet
latinitatis, necnon & diuersitate canonice auctoritatis, congruenti igitur ra-
tione, neque verus roborare, neque nostro nomine nouum dignum duximus
B in præsentiarum componere: quia quæ sunt iusta & pia postulat Ecclesiastica
regula. Cū enim Dordonensis ecclesia, cuius parochiæ adiacetis, operante
superna clementia, canonicè fuerit ordinata, tunc quidem comite vita ex con-
sensu eiusdem sedis Episcopi proficua vtilitatis priuilegium vestræ necessita-
ti prouidebimus canonice auctoritate suffultū. Quòd si peccatis exigentibus
eadē Ecclesia canonicè non fuerit ordinata, tunc etiam munimine, quo iustè
valebimus, vobis omninò solatiabimur. Quia verò persona vestri electi, licet
honestis prædita videatur moribus, ad Abbatis tamen officium cū ætate, tū
etiã corporis infirmitate nobis visa est debilis, vt potè, quæ oportet pro omni-
bus sollicitudinē gerere, eumdem electum monuimus à prælatione desistere,
si se inualidū fratrum opportunitatibus perspexerit nō posse sufficere: cui tamen
quòd præfuerit, in eiusdē religionis tenore perseverates, in qua vester vos de-
functus instituit pater, debitam reuerentiã exhibete. Ceteri quoque monachi
C vestri consocij per cellas ab eodem vestro patre constructas, vt vobiscum sint
vnanimes, eidemque vestro Abbati reuerenter obediant, auctoritate præci-
pimus Apostolica. Quia epistolare compendium multa, quæ fratribus ve-
stris intimauiimus, vestræ fraternitati notificare non patitur, quæ huic episto-
læ desunt, prædicti fratres auribus vestris viua voce narrabunt. Dat. Argen-
teæ, III. Kal. Decembris, Indictione duodecima.

*Non confirmat
electum abbatē
ob corporis im-
becillitatem.*

EPISTOLA XXXIII.

*ARCEP homicidam à sacri altaris ministerio: concedit tamen illi, si penitentiam
egerit, vt stipendijs Ecclesiæ ali possit.*

D GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Remedio Linconensi in Anglia Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Atores presentium, quem fraternitatis tuæ litteræ homicidio ma-
culatum nobis denunciauerūt, nulla sanctorum patrum auctoritas
concedit vltius sacris altaribus ministrare; nec nos decet consti-
tutioni illius (quod absit) assensum præbendo, canonum statutis cō-
traire. Tua tamen religio, si eum pro cōmisso crimine perspexerit dignū Deo
exhibere fructū pænitiæ, hoc sibi misericorditer pvideat, ne stipēdijs eccle-
siasticis careat, atq; paupertate pusillanimis factus, diuina postponat præce-
pta. licet nāq; sacerdotiū nullo pacto vmq̄a mereatur recipere, dignū tamen
est consequi eum aliquod beneficium ab Apostolica sede. Absolutionē præ-
Epist. Tom. 3. Ccc terca

terea peccatorum tuorum, sicut rogasti, auctoritate principum Apostolorum Petri & Pauli fulti, quorum vice, quamuis indigni fungimur, tibi mittere dignum duximus, si tamen bonis operibus inharendo, & commissos excessus plangendo, quantum valueris, corporis tui habitaculum Deo mundum templum exhibueris, Quod autem precatus es, nos tibi iubere quatenus possis scire, unde nobis seruiendo merearis placere, hoc potissimum praecipimus, tuis videlicet iuari orationibus, ut compotes simul mereamur gaudiis perfrui perennibus. Dat. Terracinæ, iij. Non. Decembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXXV.

IN Philippum Francorum Regem inuehitur Ecclesiarum venditorem & destructorem, quem ab eo moneri vult, ut canonicè Episcopos eligi permittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, B
Roderio Cabillonensi Episcopo, salutem & Apostol. benedict.



Nter ceteros nostri huius temporis principes, qui Ecclesiam Dei peruersa cupiditate venundando dissipauerunt, & matrem suam, cui ex Dominico precepto honorem & reuerentia debuerant, ancillari subiectione penitus concularunt, Philippum regem Francorum Gallianas Ecclesias in tantum oppressisse certa relatione didicimus, ut ad summum tam detestandi huius facinoris cumulum peruenisse videatur. Quam rem de regno illo tanto profecto tulimus molestius, quanto & prudentia, & religione, & viribus noscitur fuisse potentius, & erga Romanam Ecclesiam multo deuotius, Et nos quidem generalis nostrae cura sollicitudinis, quam ipsarum destructio Ecclesiarum, vehementer accenderat, ut in tam audaces sanctae religionis excessus seuerius animaduertens deberemus. Sed quoniam antea estis diebus, per familiarum suum cubicularium, videlicet Albericum, ad nostri censuram iudicij, & vitam corrigere, & ecclesias ordinare firmiter nobis respondit, rigorem canonicum interim exercere distulimus. Huius ergo promissionis fidem in Matifconensi Ecclesia pastoris regimine diu desolata, & ad nihilum penè redacta in primis volumus experiri, ut scilicet Augustodunensem Archidiaconum vn animi cleri & populi consensu, ipsius etiam, ut audiuius, Regis assensu electum, Episcopatu dono gratis, ut decet concessio, Ecclesiae praefici patiat. Quod si facere noluerit, indubitanter nouerit, nos hanc Ecclesiae ruinam, nequaquam diutius toleraturos, & ex auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli duram inobedientiae contumaciam canonica austeritate coercituros. Nam aut Rex ipse repudiato turpi simoniae heresis mercimonio, idoneas ad sacrum regimen personas promoueri permitteret, aut Franci pro certo, nisi fidem Christianam abijcere maluerint, generalis anathematis mucrone percussi, illi ulterius obtemperare recusabunt. Hanc ideo frater charissime vigilatiae tuae intimare curauimus, quatenus ea praedicto Regi insinuare, & exhortando, & rogando, modisq; omnibus inculcare studeat, ut & praefatam Matifconensem, aliasq; Ecclesias canonicè concedat ordinari, Tibi ergo maxime haec idcirco iniungimus, quia prudentiam tuam magnam esse, & regia familiaritate uti cognouimus. Si qua autem, quae dicenda erant, a nobis praetermissa sunt, haec ingenii tui acumen iniungat. Itaque in hac persecutione labora, ut & Dei gratiam, & nostram beneuolentiam promerearis. Dat. Piperni, II. Nonas Decembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA

EPISTOLA XXXVI.

MANDAT ut ab ipso vel eius suffraganeis electus Matifconensis, etiam contra Regis voluntatem ordinetur, & si renuerit ordinari, cogatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Humberto Lugdunensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Lamor Matifconensium clericorum peruenit ad nos, Ecclesiam suam iam multo tempore pastore viduatam, detrimentum non modicum sustinere. Dicunt enim regem Francorum electionem suo consensu factam velle impedire. Unde quia ipse in praesenti anno per quemdam militem suum, nomine Albertum, Romam venientem, se consilio nostro omnino acquiescere promisit, studuimus confratri nostro Rodino Cabillonensi Episcopo nostras dirigere litteras, ut ipse nostra functus legatione, praefatum Regem conueniat, quatenus ipse oblatam nobis memor promissionis suae, electionem Matifconensium, non solum non impediatur, sed eum quem debet, assensum praebet. Qui si in duritia sua permanens, neque necessitati huius Ecclesiae compati, neque exhortationi nostrae parere voluerit, praecipimus Apostolica auctoritate, ut fraternitas tua, neque pro odio, neque gratia alicuius dimittas, quin electum ab eis Augustodunensem Landricum Archidiaconum, Episcopum seu per te, seu per suffraganeos tuos ordinare studeat, si tamen auctoritas sanctorum patrum probatur sibi non obuiare. Si vero ipse hunc ordinem suscipere renuerit, & inflexibilem se exhibuerit, volumus ut cum Episcopo suo vim sibi inferas, eumque ad recipiendum episcopalem ordinem vigilantissimo studio, atque pastoralis rigore constringas. Quod si fraternitas tua in hac causa negligens fuerit, proculdubio tu motum Apostolicae sedis incurres, & ipse si ad nos venerit (Deo consentiente) a nobis ordinabitur. Dat. Piperni, ij. Nonas Decembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXXVII.

Eius religionem ac pietatem erga sacra loca commemorat, & ad meliora semper peragenda hortatur. Duorum monasteriorum protectionem ei commendat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, D
Aldilasiae Comitissae, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vamquam nouerim te sacris locis, & eorum religiosi habitatoribus spontanea voluntate te ferre subsidium, exhortari te tamen, & admonere curavi, ut in maius meliusque excrescas, & quod vltro facere confuesti, nostro precepto, & beati Petri auctoritate iam studiosus exequaris. Ad hoc enim tibi a Domino & honoris dignitas & potentiae amplitudo concessa est, ut in suo, suorumque seruitio expendatur, & tu eis carnalia tua libenter impartiens, de spiritualibus eorum participium merearis. Quamobrem curam tuam, & defensionem Fructuariense coenobium, Epist. Tom. 3

Ccc 2 & eius-

& eiusdem congregationis fratres attentius commendamus, vt eis & opem **A** consilii, & praesidij firmamentum contra omnia infestantium grauamina impendere studeatis, vt & pro salute animae tuae orationes eorum apud Deum fructificet. Pari quoque modo Clusini monasterii Abbatē, & ipsius coenobii res vigilantiae tuae tuendas, ac protegendas committimus, quem sub graui tribulationū falce laborare audiimus, Neque te à bonae intentionis incepto alicuius gratia, aut praemii defleat: quia qui perseuerauerit in fine saluus erit. Haec tibi filia charissima paucis inculcare, & iniungere statuimus, vt ad boni operis executionem te promptiorem redderemus, & (vt dicitur) currentem incitarem: quatenus Deo deuota, & bonis actibus, & Dei seruorum protectioni inuigilans, illam promittentis Domini mercedem valeas adipisci: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Dat. Seciæ, septimo Idus Decembris, Indictione duodecima. **B**

Matth 10.

Ibid.

EPISTOLA XXXVIII.

COMMENDAT eius in Apostolicam sedem obseruantiam, confirmat ea, quae praecessor Alexander II. ei honoris gratia tribuerat, hortatur ad promissorum consuetudinem, pollicetur in illius ditone, quae à legatis definiti non poterunt, se definiturum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvrazlao Duci Boemiæ, salutem & Apostolicam benedictionem. **C**

Gonga iam temporis interualla transacta sunt, ex quo & nobilitas tua B. Petro Apostolorum principi non modicæ deuotionis animum spondit, & studium, & tibi in Apostolica sede inter ceteros principes larga benignitas pra multis etiam singularis, & egregia fuit astricta charitas. Cuius rei fidem & iudicium ex beneuolentia Domini, & antecessoris nostri Alexandri Papæ satis percepisse potes, qui petitionibus tuis, non vnquam sine sua, & filiorum sanctæ Romanæ Ecclesiae sollicitudine, & labore condescendit, & ad signum intimæ dilectionis, quod laicæ personæ tribui non consuevit, mitram quam postulasti, direxit. Neque verò nos in nostris temporibus tantæ dilectionis gratiam (providente Deo) labefactari volumus; immò siquid est, in quo comitante iustitia, firmiter conglutinari valeat, hoc nostra apud Deum sollicitudo impetrare valde desiderat. At te quidem erga Apostolicam reuerentiam, quam sis in votis constans, quam in promissis perseuerans, non modò pro dignitate, verum etiam pro salute tua fideliter oportet attendere; Scriptum est enim: Vouete, & reddite. Quæ autem illa, vel qualia sint, à tui ipsius conscientia satis te commonitum esse putamus. Causas verò, & negocia, quæ in partibus illis ad audientiam, discussionemque legatorum nostrorum perlata, peccatis impediuntibus, congrua determinatione definiti non poterant, sicut officii nostri cura, nemine nos rogante, compellit, ad eum, quem iustitia postulauerit finem (adiuuante Domino) perducere procurabimus. Porro quæ ipsi inde statuerunt, interim donec ad nos negocia perferantur, immota manere volumus, atque Apostolica auctori-

Psal. 75.

Auctoritate praecipimus. Deus autem omnipotens, qui bonorum omnium dator & auctor est, talem vos in votis vestris & actibus esse faciat, vt cum ante caelestes iudices, videlicet Petrum & Paulum, in futuro examine veneritis, nulla vos in illorum oculis, nisi quæ remuneratione digna sit, conscientia denotare, vel ostentare valeat. Data Romæ, sextodecimo Kal. Ianuarij, Indictione duodecima.

EPISTOLA XXXIX.

QUERITVR bellum inter eos & Henricum Regem exortum fuisse. Iubet eos ab armis desistere, donec per legatos suos causam contentionis cognoscant.

B GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vuozelino Magdeburgensi Archiepiscopo, Burchardo Halbestenfi Episcopo, & Letoni Marchioni, ceterisque Saxoniae Principibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

CVanta violentia, quantaq; fratrum impulsione vniuersalis Ecclesiae multis perturbationum fluctibus cœcussa, & penè quasi quodam naufragio periclitata onus, & regimen suscipere sum coactus; occultum vobis & inauditum esse nō credimus. Testis enim mihi est conscientia mea, quam impari me tanto ponderi iudicauerim, & quāta sollicitudine nomen Apostolicæ dignitatis euitare concupiuerim. Sed quoniā via hominis non in manu eius, sed illius est dispositione, à quo gressus hominum diriguntur; impossibile mihi fuit contra diuinā voluntatem cōcepta vota defendere. Vnde mihi sollicitè vigilandum, atque pensandum est, qualiter ea, quæ ad profectū Ecclesiasticæ religionis, & salutē Dominici gregis attinent, adiuuante Deo, annunciare, & fideliter administrare valeam; vrgente me præ omnibus, tum eo timore, ne susceptæ me apud supernum iudicem negligentia dispensationis accuset, tum debito amore Apostolorum principis, qui me ab infantia mea sub alis suis singulari quadam pietate nutriuit, & in gremio suæ clementiæ fouit. Verum inter ceteras curarum anxietates, ea nos maximè sollicitudo coarctat, quod inter vos & Henricum Regem vestrum, videlicet Dominum, tantam discordiā, & tam inimica studia exorta esse cognouimus, vt exinde multa homicidia, incendia, depraedationes Ecclesiarum & pauperum, ac miserabilem patriæ vastitatem fieri audiamus. Qua de re Regi misimus, exhortantes, & ex parte Apostolorum Petri & Pauli eum admonentes, vt interim sese ab armis, & omni bellorum infestatione contineat, donec tales ad eum ab Apostolica sede nuncios dirigamus; qui tantæ dissensionis causas, & diligenter inquirere, & (annuente Deo) ad pacem & concordiam æqua valeant determinatione perducere. Atque itidem vos exoratos, & Apostolica auctoritate commonitos esse volumus, vt ex vestra parte omni motione sopita, eandem pacis inducias obseruetis, nec aliqua occasione nobis cum Dei adiutorio astruendæ pacis impedimentum opponatis. Cum etenim (vt scitis) nobis mentiri, sacrilegium, deferere iustitiā, animæ sit naufragium; neminem vestrū dubitare volumus, quin super hac re veritate discussa, quidquid æquum

Epist. Tom. 3.

Ccc 3 videbi-

videbitur (prouidente Deo) decernere, & stabili p̄dicatione studeamus efficere; **A**
& quamcunque partem iniurias, & conculcata iustitia violentiam pati cognouerimus, illi proculdubio omni timore, & respectu personalis gratiae posthabito, fauorem, & Apostolicæ auctoritatis p̄sidia conferemus. Dat. Romæ, XIII. Kal. Ianuar. Indictione duodecima.

EPISTOLA XL.

LABTAVR de eius erga sedem Apostolicam obseruantia. hortatur perseueret, ac ad visitanda beatorum Apostolorum limina vn̄a cum matre veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Martildi egregiæ indolis puellæ, salutem &
& Apostolicam benedictionem. **B**

Via serenitatis vestre litteræ Apostolicæ sedi directæ eandem testatæ sunt dilectionem principi Apostolorum beatissimo Petro, bonitatem tuam promptam esse exhibere, quam Iesu Christo Domino nostro vas electionis sanctus Paulus Coapostolus eius usque ad mortem feruentissimo amore studuit conseruare, gaudii repleti immensitate, omnipotenti Deo, quas possumus reddimtis gratias. Sed nouerit prudentia vestra honestis inceptis, religiosisque inchoationibus opus esse honestiori perseuerantia, atque Deo opitulante religiosissima consumatione. Quapropter si contigerit gloriosam matrem vestram hoc tempore Romam redire, toto corde admonemus, immo rogamus charitatem vestram ad visitationem Apostolorum cum eadem uenire, nisi forte aliquid instet, quod vos non prætermittenda necessitate derineat. Præterea litteris quas quarto kal. Ianuarias nomine vestro suscepimus, quod nobis visum est congruum, iam per nostrorum apicū legationem respondisse confidimus. Omnipotentis Dei misericordia, quæ fideles suos iugiter circumdat, & protegit, assidua vos benignitate dignetur custodire, atque post huius vitæ cursum animam tuam æthereo regno componere. Dat. Romæ, tertio Nonas Ianuarias, Indictione duodecima. **C**

EPISTOLA XLI.

MONET vt de causa, quam ei commiserat, communicato cum ceteris Sardinia iudicibus consilio sibi, quid ei visum fuerit, intra annum respondeat. **D**

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Orzocor Iudici Caralitano Sardinia Prouinciæ, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Litteras tuas accepimus, in quibus te ad nos velle venire continebatur. Nobis itaque placet, vt venias, & cū omni securitate, postquam ad littus nostrum veneris, eundo & redeundo per fines terre nostræ te migrare posse, nullatenus tibi dubitandum esse scias. Præterea admonemus prudentiam tuam, vt de causa, quam per Archiepiscopum Constantinum Turrenses, hoc in anno à nobis Capuæ consecratum tibi mandauimus, cum ceteris Sardinia iudicibus loquaris; & firmiter inter vos communi-

A municato consilio, quicquid vobis inde cordi, & animo sit, celeri nobis response notificare, scientes quoniam nisi in hoc anno certa nobis super hac re ratione respondeatis, nec amplius vestra responsa quaeremus, nec tamen ulterius ius, & honorem sancti Petri irrequisitum relinquemus. Dat. Romæ, XVII. Kal. Februar. Indictione duodecima.

EPISTOLA XLII.

INDICIT Concilium ad deprauatos principum & p̄latorum mores corrigendos. monet vt vn̄a cum Suffraganeis ad id præstituta die accedat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sicardo Aquilegiensi fratri & Coepiscopo, salutem
& Apostolicam benedictionem. **B**

Non ignorare credimus prudentiam tuam, quantis perturbationum fluctibus Ecclesia sit vsquequaque concussa, & penè desolationis suæ calamitatibus naufraga, & submersa sit facta. Rectores enim & principes huius mundi singuli quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, omni reuerentia conculcata, quasi vilem ancillam opprimunt, eamque confundere dum cupiditates suas explere valeant, nullatenus pertimescunt. **C** Sacerdotes autem & qui regimen Ecclesiæ accepisse videntur, legem Dei ferè penitus postponentes, & officii sui debitum Deo & commissis sibi vobis subtrahentes, per Ecclesiasticas dignitates ad mundanam tantum nituntur gloriam, & quæ speciali dispensatione multorum vtilitatibus, & saluti proficere debuissent, ea aut negligunt, aut infeliciter in p̄pa superbiæ, & superfluis sumptibus consumunt. Inter hæc populus nullo p̄latorum moderamine, nullisque mandatorum frenis in viam iustitiæ directus; immo eorum, qui præ sunt exēplo, quæcūque noxia, & quæ Christianæ religioni sunt contraria edoctus, ad omnia penè, quæ nefaria sunt proueniunt, & studio corruentes, Christianum nomen, nõ dico absque operum obseruatiâ, sed penè absque fidei religione gerunt. Quapropter cõfidentes in misericordia Dei, Cõciliū in prima hebdomada Quadragesimæ adunare disposuimus, quatenus huic tanto periculo suffragante diuina clemētia, cum cõmuni concilio fratrum aliquod solatium, & remediū inuenire valeamus, ne nostris tēporibus irreparabile Ecclesiæ ruinam, destructionemq; videamus. Ideoque & vestram fraternitatem rogamus, & ex parte B. Petri Apostolorum principis admonemus, vt in prælibato termino, vestram nobis præsentiam exhibeatis, conuocatis vn̄a vobiscum, tum per hæc nostra, tum per vestra scripta, vestris suffraganeis Episcopis: vt tanto tutius, tantoque firmiter ad subsidium Ecclesiasticæ libertatis & religionis accingamur, quāto vberius, atque vicinuis consiliis vestræ prudentiæ, aliorumque confratrum frequentia, & prouida consultatione circumdamur. Dat. Romæ, nono Kal. Februarias, Indictione duodecima. **D**

EPISTOLA XLIII.

EIVSDEM argumenti.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A

omnibus Episcopis Mediolanensis Ecclesie Suffraganeis, videlicet, Brixienfi, Cremonensi, Bergamensi, Laudensi, Nouariensi, Hyporegiensi, Taurinensi, Albenfi, Astenfi, Aqueñfi, Ierdonenfi, & ceteris quibusdam, salutem & Apostolicam benedictionem, quibusdam pro meritis.



On incognitum vobis esse credimus, in Romana Ecclesia iam dudum constitutum esse, vt per singulos annos ad decorem & vtilitatem sancte Ecclesie generale Concilium apud sedem Apostolicam sit tenendum. Nos itaque huius celebritatis hoc in tempore causam valde necessariam considerantes, in prima hebdomada Quadragesimae synodum (annuente Deo) Romae celebrare disposuimus. Ad quam omnes vos, & Apostolica auctoritate praesentiam vestram exhibere commonemus, atque praecipimus; quatenus vna vobiscum, & cum alia frequentia vestri ordinis, officii nostri debitam sollicitudinem in diuinis, & Ecclesiasticis causis, suffragante superna clementia, commodè, ac reuerenter exercere valeamus. Intueri autem & diligenter vos oportet attendere, quoniam quicumque miles Domino suo in praelio properante se subtraxerit, non modò gratiam sibi labefactare; sed accepti beneficii commodum meritò sibi corruille dinoscitur. Hoc igitur exemplo appareat, qui ex vobis; immò quam omnes sitis fideles Christi milites, & ad diuina agmina tam prompta voluntate & studio vos conferre studete, vt post adeptam in Christo victoriam, pariter vobis & de virtute factorum, & abundantia praemiorum gloriari liceat. Sub eadem etiam auctoritate, & determinatione omnes Abbates Longobardiae ad praefatum concilium inuitamus, nullamque in hac obedientia fictitiâ excusationem praetendere admonemus, atque praecipimus. Dat. Romae, octauo Kal. Februar. Indictione duodecima.

Abbatibus ad concilium.

EPISTOLA XLIII.

RESTITUIT Episcopo Bragensi suspensio redditus Episcopatus, vt omni postposita mora cum legatis Episcopi aduersarij sui sanctorum Apostolorum limina adeat. Commemorat se fratri eius Duci scripsisse, vt Morauensem Episcopum & suos legatos Romam mittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, D

Ieromiro Bragensi Episcopo.



Vamquam inobedientia tua, & culpa, quam in contemptu legatorum sanctae Romanae Ecclesiae perpetrasti, precès tuas te absente; & nondum parato satisfacere, recipi non meruit; tamen ne ex Apostolica, licet iusta districtione, absentationis tuae moram, vel occasionem diutius defendere possis, necessitatem, qua te virgeri in Epistola tua conquestus es, & impedimentum ad nos veniendi remouere decreuimus. Itaque praesenti auctoritate tibi restituiimus, & tenenda concedimus quaecumque à legatis nostris, Bernardo videlicet & Gregorio, praeter Episcopale officium tibi interdicta sunt: quoniam te expoliatarum rebus Ecclesiae tuae inopia rerum necessariorum, obedientiam debitae satisfactionis non posse exequi, (sicut supra

pra

SUMMORVM PONTIFICVM. 585

pra diximus) conquerendo excusas; atque hoc idem fratri tuo Vvratizlao Duci per epistolam nostram notificauimus, admonentes eum, vt de consuetis decimis, & redditibus Ecclesiae tuae nihil in potestate sua tibi denegari patiatur, aut subtrahi. Admonemus igitur, & ex parte Apostolorum Petri & Pauli, & nostra per eos Apostolica tibi auctoritate praecipimus, vt nullis excusationibus absentiam tuam ulterius defendens, in ramis palmarum Apostolica adire limina non praetermittas; cognoscens, fratrem tuum à nobis esse commonitum, vt Ioannem Morauensem Episcopum itidem ad nos venire commoneat; & ex sua parte tales ad nos nuncios dirigat, quibus in nostra possimus examinatione diffinire dissensionum causas. Interim verò de possessionibus Morauensis Episcopatus, nihil te tangere volumus, & praecipimus, ne & ipse aliqua molestiarum excusatione praesentiam suam conspectui nostro subtrahat. Praescriptum verò terminum aduentus tui, tu ipse ita maturè fratri tuo Duci indicare curato, vt Morauensem Episcopum, & suos legatos vna tecum ad Apostolicam sedem dirigere possit. Dat. Romae, II. Kal. Februarij, Indictione duodecima.

EPISTOLA XLV.

VT redditus Episcopatus fratri suo restituat. Hortatur vt ad sedem Apostolicam accedat, vel saltem eius legatos vna cum Morauensi Episcopo mittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Vvratizlao Duci Boemiorum, salutem & Apostolicam benedictionem.



Rater tuus Ieromirus Bragensis Episcopus conqueritur se expoliatarum rebus Ecclesiae suae, inopia rerum necessariorum, pro reddenda ratione eorum, quae sibi intenduntur, ad Apostolicam sedem venire non posse. Quod quamquam eius in inobedientia, & tergiuersatio valde promeruerit; tamen ne hanc absentationis suae occasionem praetendere possit, volumus, atque praecipimus, vt in integrum sibi restituantur quaecumque à legatis nostris, Bernardo videlicet & Gregorio, praeter Episcopale officium interdicta sunt; & praeter ea pro quibus Ioannes Morauensis super eum clamat Episcopus. Qua in re tuam maximè admonemus prudentiam, vt de consuetis decimis, vel redditibus Ecclesiae, nihil ei in tua potestate denegari patiaris, aut subtrahi, nec aliquam sibi contrarietatem facias, per quam vt ad nos venire non possit, impedimenta sibi obistere iterum conqueratur. Eo autem tempore, quo ipse, sicut per epistolam nostram commonitus est, Apostolicam sedem adire debuerit, te quoque si fieri posset, praesentem fore maximè cuperemus. Quòd si rerum aut temporum euentus prohibuerit, nobilitatem vestram multum admonemus, vt Episcopum Morauensem praesentiam suam nobis exhibere commoneat; & praeterea de vestris fidelibus tales ad nos nuntios dirigatis, cum quibus rerum veritate solerti indagatione perquisita, & vndique explorata, fauente diuina clementia, omnes dissensionum causas abscondere, & quidquid aequum fuerit, determinata sententia statuere valeamus. Dat. Romae, II. Kal. Februar. Indictione duodecima.

EPISTOLA

EPISTOLA XLVI.

MONET ut cum quibusdam alijs principibus (prout promiserat) Ecclesiam auxilio veniat, ut pacatis Normannis, auxilium Constantinopolitanis ferre possit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilicmo Burgundionum Comiti, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Eminisse valet prudentia vestra, quam larga affluentia dilectionis Romana Ecclesia Valentiam vestram iam dudum recepit, & quam speciali charitate vestram familiaritatem dilexit. Neque enim se condecet obliuisci promissionis, qua Deo se ante corpus Apostolorum principis Petri, praesente venerabili antecessore nostro Alexandro Papa, & Episcopis Abbatibus plurimis, atque diuersarum gentium multitudine, quarum non est numerus, obligauit, ut quacumque hora necesse fuisset, vestra manus ad dimicandum pro defensione rerum sancti Petri non deesset, siquidem requisita fuisset. Vnde memores nobilitatis vestrae fidei, rogamus, & admonemus strenuitatis vestrae prudentiam, quatenus praeparetis vestrae militiae fortitudinem ad succurrendum Romanae Ecclesiae, libertati scilicet † si necesse fuerit, veniat hic cum exercitu vestro in seruitio sancti Petri; & hoc idem rogamus vos monere Comitem sancti Aegidij, & locerum Riccardi Capuani principis, & Amideum filium Adelettae, caeterosque quos cognoscitis sancti Petri esse fideles, & qui similiter manibus ad caelum extensis promissere. Si quid vero certae responsionis prudentiae vestrae nobis placet remittere, per eum nuncium nobis mandare, qui modis omnibus nos reddat indubios, & idem vester nuncius veniat per Comitissam Beatricem, quae cum filia, & genero in hoc negotio laborare procurat. Hanc autem militum multitudinem non ideo coacervare curamus, ut ad effusionem sanguinis Christianorum intendamus; sed ut ipsi videntes expeditionem, dum configere timuerint, facilius subdantur iustitiae. Speramus etiam quod forsitan alia inde utilitas oriatur, scilicet, ut pacatis Normannis, transeamus Constantinopolim in adiutorium Christianorum; qui nimium afflicti creberrimis moribus Saracenorum inhiante flagitant, ut sibi manum † vestri auxilij porrigamus. Nam contra eos Normanos, qui nobis rebelles sunt, satis sufficiunt milites isti, qui nobiscum sunt. Certe enim esto, quoniam te, & omnes, qui tecum in hac expeditione fuerint fatigati, duplici, immo multiplici remuneratione (ut credimus) Petrus & Paulus principes Apostolorum donabunt. Dat. Romae, Quarto Nonas Februarij, Indictione duodecima.

EPISTOLA XLVII.

HORTATUR eum ad frequenter sumendum sanctissimum Eucharistiae sacramentum, & ad deuotionem erga beatissimam Virginem Mariam.

GRE

AGREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectae in Christo filiae Mathildi, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Vanta fit mihi cura, quantaque incessanter de te, tuaque salute sollicitudo, ipse solus, qui cordis arcana rimatur, intelligit, & multo melius me ipso cognoscit. Tu tamen si pesare non negligis (ut reor) animaduertis, quia pro tantis tui curam oportet habere, pro quantis te charitatis studio detinui, ne illos defereres, ut tuus solius animae salutem prouideres: Charitas enim, ut ipse dixi, & dicam sequens caelestem tubam, non quae sua sunt querit; sed quia inter cetera, quae tibi contra principem mundi arma (Deo fauente) contuli, quod potissimum est, ut corpus Dominicum frequenter acciperes, indicavi; & ut certae fiduciae matris Domini te omnino committeres, praecipui. Quid inde B. Ambrosius, vi delictis, de sumendo corpore Domini senserit, his in litteris intimaui. Ait enim in libro quarto de sacramentis inter cetera: Si mortem Domini annunciamus, annunciamus remissionem peccatorum. Si quotiescunque effunditur sanguis Domini, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam. Item ipse Ambrosius in libro quinto de sacramentis: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas: quemadmodum Graeci in Oriente consuevere facere? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit; sic viue, ut quotidie merearis accipere. Quando meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere, quomodo Iob sanctus pro filiis suis offerebat quotidie sacrificium, ne forte aliquid vel in corde, vel in sermone peccassent. Ergo tu audis, quod quotiescunque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini significetur; & remissio peccatorum, & panem istum vite quotidianum non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus; medicina est caeleste & venerabile sacramentum. Item Gregorius Papa in libro quarto Dialogorum: Debemus itaque praesens saeculum, vel quia iam conspiciamus defluxisse, tota mente contemnere, quotidiana Deo lacrymarum sacrificia, quotidianas carnis eius, & sanguinis hostias immolare. Haec namque singulariter victima ab aeterno interitu animam saluat, quae illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat. Quod licet surgens a mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, tamen in se ipso immortaliter, atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salute partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pesemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse: summis ima sociari, terrena caelestibus iungi, vnū quid ex visibilibus, atque inuisibilibus fieri? Item Ioannes Chrysostomus Patriarcha ad Neophytos: Videte quemadmodum sponsam sibi Christus coniunxit, videte quo vos cibo satietatis enutrit. Ipse nobis cibi substantia est, atque nutrimentum. Nam sicut mulier affectionis natura cogente genitum alere sui lactis foecunditate festinat, sic & Christus, quos ipse regenerat, suo sanguine semper

1. Cor. 13.

Vellitas corpus Domini sumendi. Ambr. lib. 4. de sacr.

Rom. 6.

per

per enutrit. Etenim, ut idem Ioannes scribit ad Theodorum monachum, Lubricum genus est natura mortalis; citò quidem labitur, sed non ferò reparatur, & ut facillè cadit, ita & velociter surgit. Debemus ò filia hoc ad singulare confugere sacramentum, singulare appetere medicamentum. Hæc ideo charissima B. Petri filia, scribere procuravi, ut fides ac fiducia in accipiendo corpus Domini maior tibi accrescat. Talem quidem thesaurum, taliaque dona, non aurum, non lapides preciosos amore patris tui, cælorum videlicet principis, à me tua requirit anima, licet ab aliis sacerdotibus longè meliora pro meritis accipere possis. De matre verò Domini, cui te principaliter commisi, & cõmitto, & numquam committere quousque illam videamus, ut cupimus, omittam; quid tibi dicam? quam cælum & terra laudare, licet ut meretur nequeant, non cessant? Hoc tamen procul dubio teneas, quia quanto altior & melior, ac sanctior est omni matre, tanto clementior & dulcior circa conuersos peccatores & peccatrices. Pone itaque finem in voluntate peccandi, & prostrata coram illa ex corde contrito & humiliato lacrymas effunde. Inuenies illam indubitanter, promitto, promptiorem carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione. Dat. Romæ, XIII. Kal. † Maij, Indictione duodecima.

De sanctissima
Virgine Maria.

† Martij

EPISTOLA XLVIII.

PRÆCIPIT uxorem cuiusdam Anfaldis, adulterij accusatam, ad purgationem admitti, excommunicatis patrem eius, & quemcumque alium, qui id impedire præsumpserit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vberto Genuensi Episcopo, & vniuerso loci illius clero, ac populo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Intelligentes errorem vestrum, de periculo vestro valde timemus, quoniam sacramenta consortii coniugalis diuinis sancita præceptis & legibus, inter vos malignis fœdari studiis audiuimus. Scriptum quippè est de coniugali vinculo: Quod Deus coniunxit, homo non separet. & Veritas omninò perhibet, ne vir uxorem suam, nisi fortè causa fornicationis, relinquat. Nobis autem relatum est, Anfalidum quemdã conciuem vestrum à patre suo coactum esse, ut uxorem propriam de fornicatione falsò criminatam, nec vltèrius habeat, nec iudicium purgationis eius, id quod ipsa valde desiderat, pro discutienda veritate suscipiat. Quod quia diuinis & humanis legibus valdè contrarium est, primò te Episcopum, deinde omnes vos admonemus, & Apostolica auctoritate præcipimus, ut si mulier ad examinationem legitimam se conferre voluerit, cum omni tranquillitate, & expectatione iuste cum probationibus recipiatur: & si per misericordiã Dei, innocens apparuerit, separari à viro suo nullatenus patiamini. At si pater præfati Anfaldis hæc quæ diuina auctoritate diximus, immò si quis mortaliũ hæc impedire, ac prohibere præsumpserit, tuam Episcopo fraternitatem Apostolica auctoritate monemus, ut omni respectu gratiæ personalis abiecto, reos anathematis gladio ferire, & à corpore Ecclesiæ difsecare non desinas, & nobis extremam manum imposituris per litteras tuas id quantocyus indicare non prætermittas. Præterea volumus, ut quàm citius possis, præsentiam tuam

Matth. 19.
Mar. 10.
Matth. 9.

A tuam nobis exhibere studeas. Dat. Lateranis, iij. Kal. † Maij, Indictione † Martij duodecima.

EPISTOLA XLIX.

MONET ut Constantinopolitanis opem ferat, qui à Sarracenis multis calamitatibus afficiebantur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Christianam fidem defendere volentibus,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse volumus, hunc virum præsentium portitorem, dum de vltra marinis nuper reuerteretur partibus, Apostolorum limina, & nostram præsentiam visitasse. A quo sicut à plerisque alijs cognouimus gentem paganorum contra Christianum fortiter inualuisse Imperium, & miseranda crudelitate iam ferè vique ad muros Constantinopolitanæ ciuitatis omnia deuastasse, & tyrannica violentia occupasse, & multa millia Christianorum quasi pecudes occidisse. Qua de re, si Deum diligimus, & Christianos nos esse cognoscimus, pro miseranda fortuna tanti Imperij, & tanta Christianorum clade nobis valde dolendum est, & non solùm dolere super hac re debita sollicitudini nostræ sufficit, sed animas pro liberatione fratrum ponere exemplum Redemptoris nostri, & debitum fraternæ charitatis à nobis exigit: quia sicut ipse pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus nostris animas ponere. Scitote igitur nos in misericordia Dei, & in potentia virtutis eius confisos, omnibus modis id agere, atque parare, ut adiutorium Christiano Imperio quàm citius, Deo iuuante, faciamus. Vnde vos per fidem, in qua per Christum in adoptionem filiorum Dei vniti estis, obsecramus, & auctoritate B. Petri Apostolorum principis admonemus, ut & vos vulnera, & sanguis fratrum, & periculum præfati Imperij digna compassione moueat, & vestra virtus pro Christi nomine, non inuitam fatigatione ad ferenda fratribus auxilia subeat. Quicquid autem super hac re diuina pietas vestris animis indiderit, sine mora certis legationibus nobis renunciare studete. Dat. Romæ, kal. Martij, Indictione duodecima.

D

EPISTOLA L.

COMMITTIT eis causam inter Episcopum Rosellanum, & Vgulinum comitem terminandam.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Beatrici & Mathildi gloriosis, ac charissimis in Christo
filiabus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non miretur vestra nobilitas super his, quæ vobis de causa Dodonis Rosellani Episcopi scripsi: quia inhumanitas videretur, si preces & murmur Vgulinis comitis paruipenderem. Importunè quidem sæpe me rogauit, ut causam ipsius contra Rosellanum Episcopi.

Epist. Tom. 3.

D d d scopum

scopum iuste decernerem, & ut idem Episcopus sibi iustitiam faceret procurarem. Ego verò de vobis singulariter inter omnes principes Romani Imperij confidens, rogavi ut ad certum & iustum, ac pacificum finem per vos causa inter eos duceretur, quò ille, qui iustus iudex est, à vestro studio, vestraque pietate, me instante, glorificetur. Scit enim charitas vestra, & omnino (ut reor) intelligit, quòd in omnibus actibus vestris honorè Dei, vestramque salutem requiro. Et ideò cum Propheta dico: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Et iterum: Iudicate pupillo, & defendite viduas, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Ex amore quidem Dei, proximum diligendo adiuuare miseris, & oppressis subuenire orationibus, ieiuniis, vigiliis, & alijs quampluribus bonis operibus præpono: quia veram charitatem cunctis virtutibus præferre cum Apostolo non dubito. Nam si hæc mater omnium virtutum, quæ Deum de cælo in terram ut nostram miseriam ferret, compulit venire, me non instrueret, & esset qui miseris, & oppressis Ecclesijs vestra vice subueniret, ac vniuersali Ecclesiæ defecuraret, ut sæculum relinqueretis cum omnibus eius curis, monere procurarem. Sed quia de vestra aula, ut multi principes, Deum non abiicitis, immò sacrificiò iustitiæ ad eam venire inuitatis; rogamus vos, & ut charissimas filias admonemus, bonum, quod cœpistis, ad perfectum finem perducatis. Non fauor humanus, non amor pecuniæ, non desiderium vanæ gloriæ vestrum sacrificium possit obfuscare. Vili enim pretio magnam rem vendit qui huius vitæ intuitu Deo seruit. Quòd vobis, quas sincero corde diligo, parum scribo, graui cura me implicitum esse manifesto. Vobis enim in talibus non aliquem vicarium in dictando acquirò, sed me ipsum labori, licet rusticano stylo, suppono: quia si diligor ut diligo, nullum mortalium mihi præponi à vobis cognosco. Omnipotens Deus meritis supremæ dominæ per auctoritatem B. Petri & Pauli, à cunctis vos peccatis absoluat, & ad gremium vniuersalis matris vestræ cum gaudio perducatur. Dat. Romæ, iij. Non. Martij, Indictione duodecima.

EPISTOLA LI.

AREVIT quòd ad Synodum vocatus non venerit, sententiam aduersus eum latam de quodam monasterio propter contumaciam confirmat. monet ut si se grauatum sentiat, Romam veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Arnaldo Abbati sancti Seueri, salutem & Apostolicam benedictionem.



On mediocri te inobedienciæ arguere possumus, quòd post multas querimonias de te in Romanis concilijs factas, monasteriũ sanctæ Crucis de ecclesia sanctæ Mariæ, nullam adhuc iustitiã sit consecutum. Licet examen exquirenda veritatis huius negotii friuolis excusationibus iam ex lógo tempore euitasse videaris, præsentis tamen anno pro diffinienda lite nostra, à legato nostro Giraldo Ostiensi

A Ostiensi Episcopo ad Synodũ vocatus, nullã Deo & S. Petro diceris reuerentiã exhibuisse: adeo ut contẽpta auctoritate Apostolicæ sedis, neq; tu venire, neq; alios iuste te excusaturos studueris mittere. Vnde quia absentatio tua in dicitum iniustitiæ tuæ clarissimum tribuit, diffinitum est in eadem Synodo, monasterio sanctæ Crucis prædictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ ius & possessionem restituendam esse. Quam nimirum diffinitionem nos approbantes, præcipimus tibi Apostolicã auctoritate, ut præfarum monasteriũ sanctæ Crucis, sicut statutum est, quietè tenere permittas. Quòd si te iustitiam habere confidis, hinc vsque ad festiuitatem omnium Sanctorum ad nos venire studeas, teque prædicto Abbati eodem termino venturum notifices: quatenus vtriusque partis perquisitis rationibus, certum causæ vestræ finem (Deo auxiliante) imponamus. Dat. Romæ, in Synodo, ij. Idus Martij, Indictione duodecima.

EPISTOLA LII.

LA VDA T eum quòd monasterio sancti Remigij religiosum Abbatem præfecerit, cui potestatem facit aliam abbatiam administrandi, si tantum onus ferre valeat, quòd si non possit, iubet ipsum dare operam, ut alius Abbas præficiatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manasse Rhemeni Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

C Romana Ecclesia iam dudum fraternitatem tuam vniuersis maternæ dilectionis amplectens, speciali quodammodo charitate dilexit, & præstantissima cura dulcissimè fouit; præfertim nos ad eò tuæ promotioni fauimus & consensimus, ut nequeamus vitare graue periculum, si ea feceris, quæ tuum ordinem dehonefcent; aut tuam nõ deceant dignitatem. Vnde si quando ea de te audiimus, quæ tuo ordini non congruunt, maximo mœrore confundimur, ac proinde leuiter dissimulare nõ possumus. Inter ceteras quidẽ querimonias, quæ de te nostris auribus sunt delatæ, querimonia monasterij sancti Remigij acriter animum nostrum turbauit, & in te vehementer commouit. Verum quia nunc cognouimus quòd idem monasterium melius ordinasti, quàm audiimus vel sperauimus; quoniam ibi honestum moribus & eruditum litteris hominem posuisti, non minima lætitia animum nostrum refocillasti. Abbas quidem nobis admodum placet: & si posset ferre onus, ut vtrasque abbatias regeret, Metensem scilicet & Rhemensem, laudassem pro eo quia vir religiosus & sapiens est. Alioquin si pondus vtrarumque regiminis super posse sibi est, ut ipse fatetur, ne nimia grauedine pressus succumbat, rogamus prudentiam tuam, immò Apostolica auctoritate monemus, quatenus suo consilio & consensu per electionem congregationis, secundum regulam sancti Benedicti, idoneum ibi rectorem (Deo concedente) constituas. Pro certo enim noueris, quoniam ita chara erit nobis illius monasterij honesta & regularis regimini ordinatio, ac si esset in monasterio sancti Pauli. Dat. Romæ in Synodo, ij. Idus Martij, Indictione duodecima.

EPISTOLA LIII.

SVM erga illum amorem testatur, petit ut pro se Dominum deprecetur. significat abbatem Arnulphum velle Rhemensis abbatia renunciare, & Metensis esse contentum.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herimanno Metensi Episcopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Litteras dilectionis tuae gratanter accepimus, quia in eis abundan-
tiam deuotionis tuae erga nos exuberare cognouimus. Nos quidem
omnibus debitum sollicitudinis nostrae exhibere & volumus &
debemus: quoniam omnium curam suscepimus, & omnium salutem
cupimus & optamus; quia licet indigni meritis regimen vniuersalis Ecclesiae
regendum accepimus, & ministerium euangelizandum accepimus, vae nobis
si non euangelizauerimus. Et licet omnibus debitores simus, praecipue tamen
domesticis fidei curam nostrae sollicitudinis exhibere concedet & oportet.
Vnde nouerit fraternitas vestra, quoniam de vobis propensior est nobis cura,
& in vobis ardentior amor, pro eo scilicet quod dignae recompensationis mu-
nus a vestrae sanctitatis orationibus expectamus. Graue enim pondus geren-
dum suscepimus, & nisi vestris & totius Christianitatis fidelium orationibus
fulciamur, ferre nullatenus possumus. Quapropter rogamus, ut sanctae con-
gregationis vestrae assiduis orationibus subleuari mereamur. Non solum enim
tam sanctae congregationis orationes ardentem exigimus, verum totius popu-
li quaerimus & optamus. Praeterea Abbas sancti Arnulphi vir (ut nobis vide-
tur) religiosus & tibi fidelis, nobis innouit, quod tibi velit sub tuo regimine pau-
per vivere, quam alibi, diues & potens. Vult enim (si tibi videtur) renunciare
Abbatiae sancti Remigii, & tantum vestrae esse contentus, cuius rei causa mi-
simus litteras nostras Rhemensi Archiepiscopo, ut dictam abbatiam secundum
Deum consilio istius in alium ordinet, iste vero vobis tantummodo cedat.
Vos autem rogamus, quatenus pro charitate nostra eum charus habeatis, ut
sentiat profecisse sibi quod ad nos venit. Dat. in Synodo, II. Idus Martii, Indi-
ctione duodecima.

1. Cor. 9.
1. Tim. 5.
Gal. 6.

† s. malit

EPISTOLA LIIII.

IVERT Pietauensium canonicorum consuetudinem in festiuitate sancti Hilarij,
& omnium sanctorum seruari.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Canonicis sancti Hilarij, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Notum vobis esse volumus, quod canonici Pietauenses in Synodo
nostra conquesti sunt, vos denegare & contradicere illis consue-
tudinem, quam in ecclesia sancti Hilarij iure habere debent, vi-
delicet, ut in festiuitate omnium Sanctorum, & sancti Hilarij, cum
illuc

A illuc ex more cum processione veniunt, si Episcopus aderit, ipse Missam cele-
bret: si autem non adsit Episcopus, Decanus, aut aliquis de maioribus cano-
nicis Pietauensis ecclesiae officium vice Episcopi peragere debeat. Quod cum
apud nos in publico concilio ventilatum fuerit, Gozelino Burdegallensi
Archiepiscopo causam vestram cum quibusdam aliis defendente, scien-
tes talem consuetudinem in Romana Ecclesia per singulas stationes, &
ferè per vniuersum orbem in aliis Ecclesiis ritè & rationabiliter teneri, di-
iudicante concilio iustam eos requirere causam comprobauimus, & praedi-
ctum usum eos obtinere debere Apostolica auctoritate censuimus. Verum ut
vobis abundantius satisfaciendo omnem reclamandi occasionem demere-
mus, ut Pietauenses clerici, qui praesentes aderant partem suam (sicut appro-
batio agenti semper incumbit) sacramento firmare diiudicauimus. Quod
quidem ipsi praesente Burdegallensi Archiepiscopo, & ceteris facere paratissi-
mi erant, atque idem Archiepiscopus a nobis commonitus iuramentum se re-
cipere professus est. Quapropter Apostolica vos auctoritate monemus, atque
praecipimus, ut omni inter vos & Pietauenses canonicos lite sopita, consuetu-
dinem, & iustitiam suam, sicut superius Synodali iudicio decretum esse cogno-
scitis, sine omni contradictione deinceps habere permittatis. Dat. Romae in
Synodo, xvij. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

Consuetudo Ro-
manae Ecclesiae
in stationibus.

EPISTOLA LV.

PRAECEPIIT ut eorum Archiepiscopo, sicut Apostolicae sedis legatus iusserat,
obediunt.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Bigurritano Episcopo, & ceteris Suffraganeis Auxiensis
Ecclesiae, salutem & Apostolicam be-
nedictionem.

Legatus sanctae Romanae Ecclesiae, videlicet confrater noster Giral-
dus Ostiensis Episcopus, ut Guilielmo Archiepiscopo vestro de-
bitam reuerentiam exhibeatis, commonuit: verum sicut idem Ar-
chiepiscopus conquerendo nobis retulit, postea nec consideratio
debitae subiectionis, nec respectus Apostolicae auctoritatis vos ad obedientiam
flexit. Quod quamquam non parum praesumptionis & damnandae contuma-
ciae habeat, adhuc ramen facta vestra Apostolica mansuetudine dissimulan-
tes, mandamus vobis, & Apostolica auctoritate praecipimus ut nullatenus ei
honorem subiectionis debitae subtrahatis. Si quid autem aduersus eum habe-
tis, vna secum adite nostram praesentiam, & si quid discussione dignum protu-
leritis (adiuuante Deo) sollicita indagatione examinatum, competenti sen-
tentia determinabimus. Dat. Romae, xvij. kal. Aprilis, Indictione duo-
decima.

EPISTOLA LVI.

PRAECEPIIT ut praesentata die ad se Romam veniat, ut eius causa definiti
possit.

Epist. Tom. 3.

Ddd 3 GRE.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rogerio dicto Catalaunensi Episcopo.

Rhilippus Rex Francorum nō modica tibi dilectione astrictus, multum nos, vt te absolueremus, tūm per litteras, tūm per legatorum verba rogauit. Quod quidem salua iustitia nequaquam nobis faciendum esse peruidimus, dum iuxta vigorem canonicæ disciplinae multo grauius in te animaduertendum esse cognosceremus: Sed adhuc Apostolica mansuetudine iudicium in te vltionis debitæ suspendentes, præfenti auctoritate tibi præcipimus, vt præfentiam tuam ab hinc vsque ad proximam festiuitatem omnium Sanctorum conspectui nostro representare nullo modo prætermitas: quatenus aduersum te totiens iteratam proclamationem Catalaunensis Ecclesiæ iusto sine (Deo auxiliante) decidamus: admonentes equidem, ne interim in contemptu, vel transgressione iam antè datæ sententiæ, periculum tibi in ipse grauius ingeras. Quibus in rebus si nobis inobediens fueris, & aliqua tergiversatione te excusans, infra prælibatum terminum præfentiæ nostræ non exhibueris, de tua damnatione, & incommutabili depositione vltius non dubitabis. Dat. Romæ in Synodo, xvj. kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LVII.

MONET vt vnā cum Azone Marchione de incestuosa copulatione cum ipsius Episcopi sorore accusato, ad se veniat, vt eius causa discuti possit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilhelmo Papiensi Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Significandum tibi duximus, Marchionem Azonem in Romana Synodo super incestuosa copulatione sororis tuæ accusatum esse. Quae de te ipse per propinquos mulieris satisfactionem pollicitus, inducias postulauit: Propterea rogamus, & Apostolica auctoritate fraternitatem tuam admonemus, vt ad seruitium sancti Petri paratus, & vt melius possis instructus, cum eodem Marchione ad nos venire nullo modo prætermitas, certus te à nobis honorifice recipiendum, & relinquendum. Nam etsi fraternitatis tuæ auxilia in aliis minimè nobis necessaria fuissent: tamen hæc de causa præfentiam tuam nobis exhiberi oportet, vt exortas præfati coniugii quæstiones diligenti examinatione discutiamus, & iustitiam legali iudicio decernentes, adiuuante Domino, si quid periculosum apparuerit, ampuemus, & quod officio nostro, & illorum saluti congruit, statuamus. Dat. Romæ in Synodo, xvj. kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LVIII.

COMMENDAT eius obseruantiam erga sedem Apostolicam. restatur suam erga eum dilectionem. Scribit vt per Azonem Marchionem quacunque voluerit sibi significet.

GRE-

A GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Geusa Duci Vngarorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Millis litteris tuis, laudabilem deuotionis tuæ professionem cognouimus, in qua cor & animum tuum erga reuerentiam Apostolicæ sedis dignè diuino inflammatum esse intelleximus. Quae de te non incerta spes tuæ salutis ostenditur, nō paruum nobis exortum est gaudium: quoniam qui debita fide, & deuotione Apostolicæ reuerentiæ vota accipiunt, nequaquam dubia ab eis præsidia, & beneficia præstolantur. Vnde etiam tuā monemus dilectionem, vt studia tua erga honorem Apostolorum semper exerceant, & quanto te quotidie ex necessario sine vita tuæ iudicii illorum appropinquare cognoscis, tanto propensus eos debitores tibi efficere studeas: quatenus per misericordiam Dei, illis suffragiis, peccatorum tuorum indulgentiam, & æternæ beatitudinis gloriam te adipisci gaudeas. De nostra verò charitate nullatenus te dubitare volumus; sed effusis in te intimis, & paternis affectibus, locum apud nos agendi, & impetrandi, quæ salutis, & honoris tuo dignè comperunt, te habere, remota omni dubitatione promittimus. Et si quis inimicorum tuorum aliquid aduersum te molire prætemptauerit, proculdubio, non solū nostra carebit audientia, sed indignationem Apostolicæ gratiæ in eum exasperari sentiet. Tu autem si quid interdum aut de tuis causis, aut quod seruitio Apostolicæ reuerentiæ pertineat, nostris auribus intimare cupias, habes egregium videlicet Marchionem Azonem, nobis quidem inter ceteros Italiae principes valde dilectum, per quem ea quæ ad Apostolicam audientiam referenda destinaueris, nobis aptissime indicari, & commendari poterunt. De cetero diuina clementia & ab instantibus huius sæculi te aduersitatibus protegat, & ad peragendum ea, quæ sibi beneplacita sunt, inuidias tibi vires & facultates tribuat. Dat. Romæ in Synodo, xvj. kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LIX.

N B Olomucensia Ecclesia molestiam inferat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ottoni & Chuonrado fratribus Vvratizlai Ducis Boemiorum,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Meminisse debet nobilitas vestra, quod de causa Olomucensis ecclesiæ iam ante Apostolica monita accepistis, ne iustitiam eius aliqua occasione minueretis, neque molestantibus eam aliquod adiutorium præberetis. Nunc vos admonemus, & paterna charitate rogamus, ne aliquam contrarietatem eidem ecclesiæ faciatis, sed pro reuerentia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius Apostolicis priuilegiis munita est, amorem, & piæ deuotionis studia illam exhibeatis, & quantum vestræ potestatis est iura & pertinentias eius à vobis & vestris inuiolata conseruari studeatis. Hæc enim est causa, in qua & diuinæ remunerationis gloriam, & Apostolorum certa præsidia, ac nostræ dilectionis plenitudinem vobis lucrari, & aptissime

aptissime possitis astringere: sin autem (quod non optamus) aliter feceritis, A
procul dubio hæc eadem vobis corrumpere, & in contrarium, quod absit,
vertere poteritis. Dat. Romæ, xv. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LX.

ARONIVS quoddam causam, qua inter Ieromirum Bragensem, & Ioannem Mora-
uensem Episcopos vertebatur, ad Apostolicam sedem iam sæpe delatam, ad se conuer-
tere præsumpsit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sigifredo Maguntino Archiepiscopo, salutem & B
Apostolicam benedictionem.

R Eruenit ad aures nostras quædam de te indigna relatio, cui nequa
quam fidem adhibuissimus, nisi quod in litteris tuis, quas de cau-
sa Ieromiri Bragensis, & Ioannis Morauensis Episcoporum no-
bis direxisti, idem in animum tuum te induxisse intelleximus,
videlicet, vt negotium quod ipsi habent ad inuicem toriens iam ad Apo-
stolicam delatum audientiam, à nostro iudicio ad examen tui arbitrij tran-
sferretur. Qua in re, quoniam euidenter apparet, quàm parum consultores tui
iura Apostolicæ auctoritatis intelligant, vel attendant: fraternitatem tuam,
vt nobiscum canonicas traditiones, & decreta sanctorum patrum percurrat, C
inuitamus; in quibus præsumptionis suæ factum deuotè recognoscens, culpam
in seipsa negligentia pariter deprehendat, & ausus. Nam cum primùm Ioan-
nes Morauensis Episcopus ecclesiæ, cui præest, iura defendere volens, multis
iniurijs ac contumelijs, flagellis etiam (vt audiuimus) afficeretur, & tamen
iustitiam non posset consequi tua religio nullam inde sollicitudinem, nullam
in discutienda causa fatigationem suscepisse dinoscitur. Verùm postquam
Apostolica sedes accepta præfati Episcopi querimonia sæpe per epistolas,
aliquotiens etiam per legatos causam iusto fine determinare, & litem com-
pescere desudauerat; tunc demum euigilans solertia tua negotiū animadu-
ertit, suis hoc discussionibus referendum esse iudicauit: & fratrem per Apostoli-
ca suffragia ad portum iustitiæ & quietis enatantem in profundum (credo)
renouandæ contentions, & laborum retrahere voluisti. Quamquam igitur D
hinc officii tui incuria, illinc suscepta aduersus Apostolicam sedem (accusan-
te te) arrogantia meritò in te commoueri deberemus: vtentes tamen Apo-
stica mansuetudine, placido te admonemus affectu, ne vltèrius tam inordina-
ta, tam inconsulta præsumas, Apostolica iudicia non dico tibi, sed nec vlli Pa-
triarcharum, aut primatum retractandi licentiam fore existimes, ne contra
sanctam Romanam Ecclesiam quicquam tibi attribuere, vel moliri cogites,
sinè cuius abundantia clemètia, nec in loco quidem tuo (vt tuipe nosti) subsi-
stere potes. Nos etenim (adiuuante Deo) per auctoritatem B. Petri, sicut iam
diu in Apostolica sede decretum est, inter præfatos Episcopos litem iustè de-
cidere, & Morauensis ecclesiæ, quæ sui iuris sunt decernere, & corroborare
procurabimus. Dat. Romæ, xv. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

Apostolici iudi-
cii prærogatiua

EPI-

A HORTATVR vt indices maiores progressus faciat in obseruantia erga Romanam
Ecclesiam. ostendit se archiepiscopo Moguntino significasse, ne in causa Bragensis Epi-
scopi longius progrediretur. quare quæ contra ipsum egerit, nulla esse declarat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvratizlao Duci Boemiæ, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

B Vniam afflatus igne diuino, studia deuotionis erga sanctam &
Apostolicam Ecclesiam habere cœpisti, silere nos charitas in te
diffusa non patitur, quin ardorem diuinæ seruitutis de die in diem
feruentius te concipere frequenti exhortatione moneamus. Illa
etenim vota apud Deum præmia merentur & gloriam, quæ per gradus bo-
norum operum ad cacumen plenitudinis tendunt, & semper in bono deside-
ria ampliora concipiunt. Quapropter charissime fili in Christo, bona, quæ
(Deo inspirante) mens & deuotio tua proposuit, ad effectum perfectionis ex-
tendere stude: quatenus Apostolica beneuolentia, nulla tibi labefactata se-
gnitie, pro meritis tuis ampliori semper te dilectione comprehendat. De re-
liquis, & priuilegio, vnde nos rogasti, cum nuncius tuus finita, & perfecta ec-
clesia consecrationis, consilium à nobis quæserit, voluntati tuæ satisfacere
benignè procurabimus. Sigifredum verò Archiepiscopum Moguntinum de
præsumptione, quam in causa Ieromiri Bragensis Episcopi habuit, per episto-
lam nostram duriter increpauimus, interdicens ei, ne vltèrius se huiusmodi
inertia, & fatuitate occupare incipiat. A tramen si quid aduersum te temera-
rio iudicio fecerit, præuentu Apostolicæ auctoritatis tutus atque defensus,
donec iterùm ad te nostra legatio perferatur, pro nihilo ducas, magisque si-
bi ad periculum, quàm tibi futurum esse non ambigas. De cetero Apostolicis
benedictionibus semper te munitum esse gaudeas. Dat. Romæ, xv. Kal.
Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXII.

MIRATVR cum ad visitandum Apostolicam sedem non accessisse. monet id
faciat, & fratres suos præces pro se fundere curet.

D GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Abbati Cluniacensi, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Rata nobis & dulcia sunt verba vestra, sed multo vberiori delecta-
tione nos caperet, si vestra charitas ardentius erga Romanam fer-
ueret Ecclesiam. In hoc enim dilectionis vestræ flammam residere
deprehendimus, quod consolationem vestræ visitationis totiens
quæsitam inuenire non possumus. Id quidem non alijs occupationibus ve-
stris imputandum esse credimus, nisi quod sanctitatem vestram labores fuge-
re, & aliquantò grauiora negotia, quasi pigritantem quibusdam occasioni-
bus declinare videmus. Proinde noscat religio vestra, quoniam, qui denega-
tam

tam nobis praesentiam vestram haecenus cum admiratione sustinuimus, dein **A** ceps sine multa anxietate & mentis perturbatione ferre non possumus. Meminisse enim debetis quot & quanta negocia in vestra manu, & confratris nostri Giraldi Ostiensis Episcopi posuerimus, quae propter absentiam vestram aut neglecta pereunt, aut competentem finem habere non possunt: quoniam cum praefatum Episcopum in seruitio sancti Petri ultra motes ad Regem misimus, vos venturum estimabamus. Quapropter etsi commoti, dilectionem vestram intimo admonemus affectu, ut nos in multis & magnis angustijs positos quantocyus visitare curetis. Portamus enim, quamquam infirmi, quamquam extra vires ingenii & corporis, soli tamen portamus in hoc grauissimo tempore, non solum spiritualium, sed & saecularium ingens pondus negotiorum, & casum nostrum quotidie ex imminente sarcina formidamus, qui sustentationis auxilia in hoc saeculo nequaquam reperire nequimus. Vnde **B** per omnipotentem Dominum rogamus, ut fratres vestros (sicut ab initio ordinationis nostrae postulauimus) pro nobis iugiter orare Deum commoneatis: quoniam nisi illorum, & aliorum fidelium interuentibus, diuina suffragia mereamur, nostrum, & quod magis timemus, Ecclesiae periculum euitare non poterimus. Omnipotens Deus, a quo bona cuncta procedunt, vos ac commissos vobis in hac mortali vita ita viuere faciat, ut ad veram & immortalem vitam (Deo ducente) perueniatis. Dat. Romae, xiiij. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXIII.

C *COMMENDAT eius obseruantiam erga Romanam Ecclesiam, quodque in sua ditione officium Romanum celebrari studeat. Absentis cuiusdam accusationem non recipit: nuncium, reuerso legato, se missurum promittit, qui causam desinire curet.*

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Sanctio Regi Aragonien. salutem & Apostolicam benedictionem.

D *I*teras nobilitatis tuae suauitate plenas laeti suscepimus, in quibus quanta fidelitate erga principes Apostolorum Petrum & Paulum ac Romanam Ecclesiam ferueas, satis perspeximus: quam tamen si litteras tuas nullas videremus, per legatos Apostolicae sedis euidenter comperta habebamus. In hoc autem quod sub ditione tua Romani ordinis officium fieri studio & iussionibus tuis asseris, Romanae Ecclesiae te filium, ac eam concordiam, & eandem amicitiam te nobiscum habere, quam olim Reges Hispaniae cum Romanis Pontificibus habebant, cognosceris. Esto itaque constans, & fiduciam firmam habeas, & quod coepisti perficias: quia in Domino Iesu Christo confidimus, quia B. Petrus Apostolus, quem Dominus Iesus Christus Rex gloriae principem super regna mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem desiderij tui adducet, ipse te victorem de aduersariis tuis efficiet. Cum enim Dominus filium amat, flagellat & castigat. Melius & vtilius ex aduersis peruenitur ad prospera. Qui enim dicit ridentibus: Vae vobis, quia flebitis, ipse lugentes beatos asserit, quoniam ipsi consolabuntur. De Salomone autem ad praesens nihil respondimus, quoniam accusationem per litteras, eo absente, qui accusat, sacri canones non recipiunt. **E**st

Officium ordinis Romani.

Heb. 12. Vtilitas tribulationum: Matth. 5. Luc. 6.

A Est quoque aliud, quod legatus noster, qui ad partes illas his temporibus fuit, aberat, & sine eo iudicium inde dare nolimus. Eo vero reuertente habebimus (Deo fauente) consilium, & ad vos nuncium nostrum mittemus, qui hanc & alias necessarias causas diligenti examine perquirens, singulis quibusque iuxta determinationis finem imponet. Dat. Romae, xiii. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXIII.

HORTATUR ad recipiendum Romanum officium. excommunicationem ac depositionem cuiusdam simoniaci per suos legatos confirmat.

B **GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,**
Alphonso & Sanctio Regibus Hispaniae Aparibus, & Episcopis in ditione sua constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

† De Alphoso, & Sanctio Regibus, Hispan. Rodericus Archiepiscopus Tolosan. de reb. Hispan. Rom. 17.



Um beatus Apostolus Paulus Hispaniam se adisse significet, ac postea septem Episcopos ab urbe Roma ad instruendos Hispaniae populos a Petro & Paulo Apostolis directos fuisse, qui destructa idololatria, Christianitatem fundauerunt, religionem plantauerunt, ordinem & officium in diuinis cultibus agendis ostenderunt, & sanctam concordiam cum Romana urbe Hispania in religione & ordine diuini officii habuisse satis patet: sed postquam vesania Priscillianistarum diu pollutum, & perfidia Arianorum deprauatum, & a Romano ritu separatum, irruentibus prius Gothis, ac demum inuadentibus Sarracenis regnum Hispaniae fuit, non solum religio est diminuta, verum etiam mundanae sunt opes labefactae. Quapropter ut filios clarissimos vos adhortor & moneo, ut vos, sicut bonae soboles, etsi post diurnas scissuras, demum tamen ut matrem reuera vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis, in qua & nos fratres reperiatis, Romanam Ecclesiam ordinem & officium recipiatis, non Toletanae, vel cuiuslibet aliae, sed istius, quae a Petro & Paulo supra firmam petram per Christum fundata est, & sanguine consecrata, cui portae inferni, id est linguae haereticorum, numquam praeualere potuerunt, sicut cetera regna occidentis & septemtrionis, teneatis. Vnde enim non dubitatis vos suscepisse religionis exordium, restat etiam ut inde recipiatis in ecclesiastico ordine diuinum officium, quod Innocentij Papae ad Eugubinum directa Episcopum vos docet epistola, quod **D** Ormifide ad Hyspalensem missa decreta insinuant: quod Toleranum, & Bragarense demonstrant concilia: quod etiam Episcopi vestri ad nos nuper venientes iuxta constitutionem concilii per scripta sua facere promiserunt, & in manu nostra firmauerunt. Praeterea sicut de aliis excommunicationibus per legatos Romanae Ecclesiae factis fecimus, depositionem, & excommunicationem, quam Geraldus Ostiensis Episcopus cum Rembaldo in Munionem simoniacum, qui super Simeonem venerabilem fratrem nostrum Ostensem Episcopum ordinatus erat, ratam esse decreuimus, atque firmauimus, utque dum respiciens, de Episcopatu, quem indebitum tenuit, sibi satisfaciat, atque inde recedat. Dat. Romae, xiiii. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

Episcopos ad Hispaniam missos a SS. Apost. Petro & Paulo ad Ecclesiam ibi fundandam.

Concordia Hispaniae cum Romana Ecclesia in religione & in ordine diuini officii.

Matth. 16.

Epist. 29.

† f. deest fecit

EPI-

EPISTOLAE
EPISTOLA LXV.

ARGVIT quòd eorum Episcopo in carcerem coniecto, alium sibi elegerint. Praecipit vt eum vinculis soluant: & hac de causa legatum mittit. Quòd si per ipsum legatum hac causa ad exitum perducì non poterit, iubet Episcopum, & eum qui ab ipsis fuit electus, Romam venire.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Raguseis, salutem & Apostolicam
benedictionem, si obedierint.

R Euenit ad aures nostras, vos Vitalem Episcopum vestrum cepisse, & eo in custodia & vinculis posito, alium vobis in Episcopum elegisse. Quae quidem res quam sit inordinata, quam iniqua, quam criminosa, quam diuinis & humanis legibus contraria, nulli fidelium in dubio esse credimus. Proinde misimus ad vos dilectum fratrem nostrum Giraldum Sypontinum Archiepiscopum, vt hac in re nostra legatione fungens, iustitiam inde decernere debeat. Admonemus itaque, & Apostolica vobis auctoritate praecipimus, vt relaxato Episcopo, quem in captione tenetis, in praesentiam praefati Archiepiscopi conueniatis, & ad faciendam super hac re canonicam iustitiam, & in aliis etiam Ecclesiasticis causis, quae inter vos corrigendae sunt, eandem quam praesentiae nostrae deberetis, obedientiam & fauorem exhibeatis. Quòd si peccatis impediendis causa apud vos examinari & diffiniri non possit, volumus, vt vtrumque, videlicet Episcopum captum, & eum quem irregulariter elegistis, in nostram praesentiam conducatis: quatenus (adiuuante Deo) quod iustum fuerit inde iudicare, & auctorabiliter statuere valeamus: Alioquin si nostra, immò Apostolica monita, & praeccepta contempseritis, à liminibus Ecclesiae, & omni Christiana communione vos Apostolica auctoritate pellendos, & sequestrandos esse sciatis. Dat. Romae, xiiij. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXVI.

IUBET Episcopo Reatino restitui bona ablata monasterij sancti Quirici.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, D
omnibus monachis, & laicis monasterij sancti Quirici, &
omnibus Ioseppingis, & filijs Alberici, &
filijs Rapteri, salutem, &c.

N Otum vobis fieri volumus, quòd monasterium sancti Quirici iuris Ecclesiae sancti Petri, cōfratri nostro Rainerio, & coepiscopo Reatino dedimus. Proinde rogamus, immò praecipimus, atque iubemus, vt illum in omnibus, & contra omnes adiuuetis, & castra, quae vos Ioseppingi, & filij Alberici, & filij Rapteri detinetis, supradicti Episcopi ditioni restituatis, & eum in his & in omnibus bonis ad supradictum monasterium pertinentibus, fideliter adiuuetis, & nullam ei vllò modo molestiam faciatis, sicut gratiam sancti Petri, & nostram habere vultis. Alioquin iram nostrae

A nostra maiuolentiae, seu excommunicationis vinculum non euaderis. Dat. Romae, xiiij. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXVII.

PRACIPIIT vt Ecclesiam Crosciensem, quam inuaserat, relinquat, & si quod ius in ea Ecclesia se putet habere, ad se veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Giraldo Sistoricensi Episcopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem,
si obedierit.

M Ichael presbyter Ecclesiae Crosciensis conquestus est nobis, te praefatam ecclesiam, quam ipse iuris S. Petri esse non dubitas, inualuisse, bona eius diripiisse, presbyteros & clericos cepisse, ac vi contra fas & iura iurare compulsisse. Cum verò Ananiam, & Sapphiram propter propria bona, quae B. Petro promiserant, & non dederunt, mortem incurrisse non ignores, quo instindu, nisi diabolico, tantam inuasionem praesumpstisti? tantam contumeliam intulisti? tantum sacrilegium in Apostolorum Principem perpetrasti? Quapropter Apostolica tibi auctoritate praecipimus, vt perspectis his apicibus, absque omni occasione, vel dilatione, praedictam nostram Crosciensem ecclesiam expediens liberam reddas, presbyteros & clericos absolutos, & omnia quae inde tulisti, sibi restituas, & cum pace & quiete ibi Deo seruire sub B. Petri ditione in tuitione nostra permittas. Si autem te aliquam iustitiam in praemissa ecclesia habere existimas, ad nos citò cum praelibatis canonicis nostris venias, vt iustitiam in praesentia nostra recipias. Si autem hoc non feceris, te Apostolica auctoritate excommunicandum noueris. Dat. Romae, xij. kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXVIII.

QVERTVR de iniurijs illatis monasterio S. Aegidij, & eius abbati, contempta Apostolica Sede. iubet ipsum desistere.

D GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Proterio Nemaufensi in prouincia Episcopo,
salutem & Apostolicam benedictionem.

A Vdiuimus olim nostri tempore praedecessoris venerabilis memoriae Alexandri, te contra iustitiam, monasterium sancti Aegidij, quod idem gloriosus confessor iuri B. Petri tradidit, vsque adeo affectisse iniurijs, vt eiusdem Abbatem à Romano Pontifice consecratum capere praesumeres, spreto rigore canonum, cōtēptisq. priuilegijs ab Apostolica se de deriuatis. Vnde tunc merito & adhuc dolemus, nō dubitantes Abbatis contumelias Romanae maiestati fuisse illatas. Nihilominus quoq. nobis displicet, quòd quasi de integro tibi licentiā vsurpas praefatum excōmunicandi Coenobium, Epist. Thom. 3. Eccc bium,

bitantes Abbatis contumelias Romanæ maiestati fuisse illatas. Nihilominus quoque nobis displicet, quod quasi de integro tibi licentiam vsurpas præfatū excommunicandi cœnobium, cum hoc tibi nō licere, huius sanctæ Sedis auctoritas authenticorum testetur in datione priuilegiorum. Quapropter præcipiendo rogamus, & rogando præcipimus, nullius etiam sub obtentu occasione iustitiæ, siue excommunicando, siue Missas celebrando, fratres prædicti cœnobii præsumas inquietare. Si autem illi in aliquo tibi esse videbuntur iniusti, volentes, ac potentes non deerimus ad faciendam tibi de ipsis iustitiam. Sin verò (quod absit) nostræ exhortationis, immò præcepti neglector extiteris, † illos autem à iugo seruitutis, per auctoritatē, quæ data est Apostolo Petro per nos eiusdem vicarios, vt Deo liberè seruiant esse absolutos. Dat. Romæ, xi. Kal. Aprilis, Indictione duodecima.

† Decet aliquid.

EPISTOLA LXIX.

REMITTIT Episcopum ab ipsis electum, & à se consecratum, iubetque eos ipsi obedire, præcipiendū in simoniaca hærese extirpanda, minatur ipsi comiti excommunicationem, si ius suum tribuere noluerit Episcopo, & eius Ecclesie.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Dienti comiti, ac vniuersis fidelibus ac subditis
Dientis Ecclesiæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Menientem ad nos Hugonem Episcopum vestrum benignè suscepimus, & quia vos in electionem eius vniuersim conuenisse audiuimus, Episcopali consecratione eum vobis in pastore ordinauimus; quatenus sub eius regimine, spiritualibus instructi disciplinis præceptæ fidei fructum, & gloriā sempiternam consequi (Deo dante) possitis. Expleto igitur in eo ministerii nostri debito, cum omni charitate eū ad vos remittimus, admonentes vos per fidem, in qua redempti, & per Christum saluati estis, vt eum debito honore, & reuerentia suscipiatis, & omnem in omnibus, quæ ad regimen sui Episcopatus pertinent, obedientiam & fauorem sibi exhibeatis. Nos enim inter cetera eum sollicitè admonuimus, vt contra simoniacam hæresim totis erigeretur viribus, & Ecclesiam suā parochiæ nō prius consecraret, nec consecratas aliter diuinum officium celebrare permitteret, nisi prius absolutæ à laicorum manibus (sicut canonicum est) suo iuri, & Episcopali eius prouidentie redderetur. Quamobrem ne quis ei contrarius in exequendo monita nostra obstat, Apostolica auctoritate sub anathematis comminatione interdiciamus. Te autem, prædicte Comes, singulariter alloquentes, valdè miramur, quod postquam præfatum confratrem nostrum instinctu diuinæ clementiæ cum consensu aliorum omnium in Episcopum elegeras, & fidelitatem sibi ex more feceras, nescio quibus de causis elatus, eo præsentē, commotionem aduersus eum agere præsumpsisti, & postquam ad Apostolica limina venit, clericos & ciues vrbis deprædatus es, & (quod valde nefandum est) quemdam clericum cepisti. Quamuis igitur in hac tanta, & tam crudeli præsumptione censuram Apostolicæ animaduersionis in te prouocaueris, rogatu tamen eiusdem

SUMMORVM PONTIFICVM. 603

A eiusdem Episcopi tui adhuc debita ultionis faculum in te vibrare distulimus. Ceterum ne hæc patientia nostra te in audaciam erigat, & nos in culpam neglectæ iustitiæ trahat, Apostolica te auctoritate monemus, atque præcipimus, vt sine omni dilatione, quæcumque aduersus Episcopum, & Ecclesiam sibi commissam tuleris, & inique commisitisti, digna satisfactione emendes, & vterius nulla eum contrarietate molestare præsumas. Alioquin scias Episcopum nostrum Apostolica iussione constrictum, te sicut hostem, & impugnatores iustitiæ à liminibus Ecclesiæ anathematis innodatum vinculis sequestrare. Quod & si ipse (quod non credimus) timore aliquo, vel gratia prætermitteret, nos tamen tantæ temeritatis facinus non relinquemus inultum, & Episcopus pro negligentia officii sui non leue suscepti ministerij perperderet sibi imminere periculum. Dat. Romæ, x. kal. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXX.

COMMENDAT Guilielmi Regis erga se & Apostolicam sedem obseruantiam, hortaturque eum ad Ecclesiarum defensionem, significat se & Ecclesiam in magnis perturbationibus versari, Quoddam priuilegium sancti Stephani ratum haberi non vult, Bonam sancti Petri in Anglia commendat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo † Regi Anglorum, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Merore mentis tuæ fili dilecte ex decessu antecessoris nostri beatæ memoriæ Alexandri, tui etiam hilaritate ex nostræ promotionis certo rumore absque dubio credimus te ex corde matris tuæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ adherere, eamque totis viribus, vt debes, diligere. Nam quia eius quasi viduitate audita grauius angebaris, consolatione etiam sua de nostri promotione vero gaudio lætaris, statumque nostrum te velle scire per litteras tuas obnixè & humiliter precaris. Affectum boni filij, affectum filij matrem ex corde diligentis ostendis. Exequere ergo operibus fili dilecte quod ore confiteris, imple efficaciter quod dicis, vt consentias ipsi veritati clamanti: Qui diligit me, sermones meos seruabit. Et alibi: Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Sermones matris tuæ hi sunt, & huiusmodi. Iustitiæ per omnia cum opportunū est, tu modò insudare nō desinas, Ecclesiis tibi ad defendendum commissis sic consulere, vt fomenta salutis animæ tuæ conficias, peccatorum maculas deleas, virtutum odores sic tibi introducas, vt cum Apostolo dicas: Christi bonus odor sumus. Honorem Dei, & omnia, quæ Dei sunt, tuo & mundanis omnibus præponere consulimus, admonemus, & precamur: cum hoc ex certo sit vnum, quod neglectum sapius tuæ dignitatis potestates solet perdere, & ad inferos trudere. Hæc ideo charissime tibi inculcamus, quia inter reges te solum habemus, quem præ alijs diligere superscripta credimus. Statum verò nostrum, quem te scire suppliciter oras, sic accipe. Nauem inuiti ascendimus, quæ per vndosum pelagus violentia ventorum & impetu turbinum, & fluctibus ad æra vsque insurgentibus in incerta deiicitur faxis occultatis, & alijs à longè in altum

Epist. Tom. 3.

Ecc 2 appa-

† De Guilielmo Marian. Scot. & Sigebert. i. chro. anni 1066 Guiliel. Neubrigen. rerū Anglicar. lib. 1. c. 1.

Ioan. 14.
S. Gregorius.

1. Cor. 2.

EPISTOLA LXXII.

ARGVIT quod milites auxilio sancto Petro non miserit, vt promiserat, monet vt eos mittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Godefredo duci, salutem & Apostolicam benedictionem.

Si mentis stabilis in Apostolorum principis fidelitate maneres sicut nobis promiseras, & ex corde sibi adhereres, multa tibi quasi ex pactione, & vera charitate deberemus. Verum quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; & (vt Psalmista ait) Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, Viam multorum aliorum securus declinasti. Vbi est auxilium, quod pollicebaris? vbi milites, quos ad honorem & subsidium sancti Petri te ducturum nobis promissisti? Sed quia quod B. Petro promissisti, non impleuisti, nos licet indigni, qui vicarij eius dicimur, nulla alia tibi promissione adheremus, nisi quia vt Christiano tibi consulere debemus. Reminiscere patrem tuum multa sanctae Romanae Ecclesiae promississe, quae si executus foret, longe aliter & hilarius de eo quam sentiamus, tecum gauderemus. De Sardinia vero, quia terminus, quem posuimus, iam transit, nihil aliud mandamus, quam quod praesentes simul diximus. Denique si in his quae nobis promissisti, videlicet sancto Petro, ex corde adherere, immobiliter perstare volueris, te sicut charissimum filium habebimus, & tu nos quam indignum, dulcem tamen habebis patrem, Dat. Romae, vij, Idus Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXIII.

Vt in provinciali concilio metropolitano ratione reddat de monasterio Nobiliacensi, quod clerici sancti Hilarii per vim ab eo detineri querebantur: & si se grauatam sentiat, ad se Romam veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Hemberto Pictaueni Episcopo.

Clerici congregationis sancti Hilarii venere ad nos, conquerentes super te de Nobiliacensi monasterio. Dicunt enim id iuris sancti Hilarii esse, & a te nulla ratione iustitiae detineri: vnde etiam prudentiam tuam Apostolicas praedecessoris nostri Alexandri litteras suscepisse testantur, sed inde iustitiam recipere se non potuisse, iterata reclamacione manifestant. Afferunt quoque praedium Campaniacum nomine te consentiente a praedoni bus tuis iniuste deuari. Addunt insuper se ex antiqua consuetudine cum sanctis reliquiis, & plebe sua matricem Ecclesiam in rogationibus adiuisse, & a canonicis tuis ad contumeliam sibi clausas portas Ecclesiae & introitum negatum fuisse. Quae si ita facta sunt, Apostolica auctoritate tibi praecipimus, vt te representes in concilio Episcoporum prouinciae vestrae metropolitano tuo, & reddita super his omnibus ratione, ac pura veritate. Epi. Tom. 3. Ecce 3 te di-

EPISTOLAE

apparentibus, licet cum periculo, obuiat tamen & ex animo. Sancta quippe Romana Ecclesia, cui licet indigni, & nolentes, praesidemus, diuersis rationibus, quamplurimis persecutionibus, hypochritarum, & haereticorum insidiis & dolosis obiectionibus continuetur, & quotidie quatitur, mundanis vero potestatibus occulte, & euidenter per diuersa distrahitur. Quibus omnibus obuiare, & his, & quamplurimis aliis summopere cauere, post Deum, & inter homines nostri & officii, & curae specialiter horum cura die nocteque coquimur, his & similibus continet diuellimur; licet pro tempore ab huius mundi filiis haec nobis videantur arduere. Quae tamen (grates Deo referimus) mundana coguntur nobis displicere. Sic visum est, & Deo annuente, viuemus. Priuilegium vero sancti Stephani, de quo mandatum est, animae tuae salus est, & pro eodem tibi consulimus, sic ratum te habere, prout legati nostri Petrus & Ioannes Minutus canonicè obseruandum iudicarunt. Si tamen superabundans aliquid priuilegio tibi videtur adscriptum; quanto plura pro Deo, & sancto Petro, B. Stephano concesseris, tanto maiora in retributione ab his proculdubio habebis. Rebus vero sancti Petri, quae in Anglia colliguntur, sic te vt tuis inuigilare admonemus, sic liberalitati tuae, vt tua committimus, vt pium & propitium debitorem Petrum reperias, & eum tibi ex debito subuenire admoneas, quem sibi multa te tribuisse non latebit. Dat. Romae, ij, Non. Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXIIII.

COMMENDAT eius humilitatem & charitatem, hortatur vt in dies in his magis proficiat, & viro suo ea suadeat, quae ad animae salutem in primis pertinent.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Mathildi Reginae Anglorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Vditi nobilitatis tuae litteris, liberalitatem tuam, filia dilecta, dilectioni & humilitati inuigilare intelleximus, ex quibus tuae salutis iudicium, & spem certam hilariter accepimus. Non quippe dubitandum de eius salute fore credimus, quae humilitati & dilectioni, in qua lex ex toto continetur, ex corde inseruise, dinoscitur. Munera haec, & similia a te expectamus, immo toto mentis desiderio accipere cupimus: vt quae nobilis es sanguine, nobilior viuas sanctorum morum honestate. Insta viro tuo, animae utilia suggerere ne desinas. Certum enim est, si vir infidelis per mulierem fidelem (vt ait Apostolus) saluatur, vir etiam fidelem per mulierem fidelem in melius augmentatur. Dat. Romae, ij, Non. Apr. Indictione duodecima.

Collectio rerum sancti Petri in Anglia.

Humilitas & dilectio salutis indicia.

1. Cor. 7.

te discussa, iustitiam inde consequenter exhibere non prætermittas. Verùm si hæc aliqua occasione renueris, aut te iniuste prægrauari cognoueris, in festiuitate omnium Sanctorum cum aliquot clericis sancti Hilarij ad nos venias, vt in præsentia nostra controuersia vestra diligenter perquisita & cognita, legitimum finem (Deo adiuuante) suscipiat, & tam sollicitudo nostra, quæ multis inuigilat, quàm vestra lis deinceps super his causis sopita quiescat. Dat. Romæ, ij. Idus Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXIII.

ABSOLVIT eos ab excommunicatione precibus Episcopi, quem offenderant. monet vt ei obediant, & ab eo penitentiam suscipiant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SEVORVM DEI, B
Clero & populo Beluacensi, si respuit, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Soniam mira & hæcenus inaudita fecistis, detestanda & abominanda perpetrastis, & super gentes, quæ ignorant Deum sauciendo & inhumanas linguas exacuendo, in Deum & in Dominum vestrum præsumpistis; idcirco sancta Romana Ecclesia auctoritate patrum, sanctione canonum in vos iaculum anathematis iure contorsit, & promeritis talibus ac tantis gladium in vos diræ animaduersionis euaginavit. Sed postquam filius & confrater noster Guilielmus Episcopus vester, paterna pietate rogando pro vobis epistolam suam nobis in tempore Synodi direxit, sentientes eum erga vos beneuolum, & referentem pro malo bonum; precibus eius moti, solita pietate condescendimus, & per auctoritatem B. Petri Apostolorum principis vos absoluentes, indultam absolutionem continuo vobis per litteras nostras significare destinauimus. Eadem igitur auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra vos monemus, quatenus posthac sibi subditi & obedientes sicut vestro Episcopo, & sanctæ Romanæ filio Ecclesiæ sitis, & de tanta perpetratioe, si penitentiam adhuc non fecistis, eiusdem Episcopi vestri salubri consilio sine mora suscipiatis; quatenus spiritus vester saluus sit in die Domini. Dat. Romæ, Idibus Aprilis, Indictione duodecima.

1. Cor. 5.

EPISTOLA LXXV.

MONET vt damna Belluacensi Ecclesiæ illata resarciat, & suos antecessores imitetur in defendendis & amplificandis Ecclesiis.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, D
Philippo † Regi Francorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

De Philippo rege Francorum, Annon. lib. 5 de gest. Franc. cap. 48. & 50.

Significasti nobis per litteras & legatos tuos, te B. Petro Apostolorum principi deuotè, ac decenter velle obedire, & nostra in his, quæ ad Ecclesiasticam religionem pertinent, monita desideranter audire, atque perficere. Quod si ita cordi tuo diuino instinctu affixum est, multum gaudere nos conuenit, quod eminentia tua ad diuinam prona reuerentiam

Arentiam, quæ regis administrationis sunt, cogitat, atque cognoscit. Vnde nobilitatem tuam ex parte B. Petri admonemus, & omni charitatis affectu rogamus, quatenus Deum tibi placare studeas, & inter cetera, quæ tuum est corrigere, per te illata Beluacensi Ecclesiæ detrimenta pro magnitudine tui nominis & honoris aliquatenus emendare non prætermittas. Attendere enim te nobiscum & diligenter considerare volumus, in quanta dilectione sedis Apostolicæ, quantaque gloria, & laudibus ferè per orbem terrarum antecessores tui Reges clarissimi & famosissimi habiti sunt, dum illorum regia maiestas in amplificandis & defendendis ecclesiis pia ac deuota constitit, in tenendo iustitiam libera ac distracta permansit. Postquam verò diuina & humana iura subuertendo tanta virtus in posterioribus cœpit hebescere, totius regni gloria, decus, honor & potentia cum peruersis moribus immutata sunt, & nobilissima fama, & status regni à culmine suæ claritatis inclinata sunt. Hæc quidem & alia talia frequenter, & si oportet, a spero etiam sermone tibi inculcare, suscepti nos officij cura compellit: quoniam licet verbum prædicationis abscondere, & vsuam tacere non sit nobis tutum aut liberum, tamen quando dignitas est amplior, & persona sublimior, tanto propensioe curam, & clamorem pro eius rectitudine nos habere conuenit, admonente nos Domino per Prophetam dicentem: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam; præcipue cum virtus Christianorum principum in eiusdem Regis castris ad custodiam Christianæ militiæ nobiscum conuenire debeat. Vt igitur eorum quorum es successor in regno, nobilitatis & gloriæ apud Deum & homines singularis & indiuiduus hæres existas, virtutem illorum summoperè te imitari, & iustitiam Dei totis viribus exequendo, Ecclesias quantum potes, restaurare & defendere exhortamur: quatenus omnipotens Deus dextera virtutis suæ, & hic regni tui gubernacula protegat & exaltet, & coronam sempiternæ gloriæ in futura remuneratione donet. Dat. Romæ, Idibus Aprilis, Indictione duodecima.

Ma. 58.

EPISTOLA LXXVI.

EPISCOPVM Matifconensem cõmendat, & ad Ecclesiarum defensionem hortatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Humbe rto Lugdunensi Archiepiscopo, & eius suffraganeis Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Don fratrem nostrum Matifconensem Episcopum, quæ interuenientibus quibusdam rationabilibus causis ordinauimus, ad vos cum nostris litteris, & Apostolico sigillo mittimus: quatenus de suscepto sacerdotalis officij ordine, & honore non incerta vobis signa, & indicia referat. Cui quamquam vos debitam & fraternam dilectionem propter exhibere non dubitemus, addere sibi tamen & nostræ ad vos commendationis quasi priuilegium oportere perspeximus, quatenus ei tanto accumulatioe inter vos charitas enitescat, quanto ex vinculo vestræ fraternitatis, & respectu Apostolicæ reuerentiæ coniunctior, & eminentior eum causa commendat. Quapropter rogamus vos, & admonemus in Domino, vt eum plenæ dilectionis affectibus, & digna congratulatione suscipiatis, & ad regendam sibi commissam Ecclesiam, eiusque iura retinenda, & vbi opus fuerit, recuperanda

anda cum omni cura & studio, quæ potestis consilia & adiutoria conferatis. **A** Nam quanto his temporibus pro peccatis nostris Ecclesia seuerioribus utique-
 quaque concutitur perturbationibus, tanto sollicitius nos ad defensionem
 earum nostra consilia, & quas possumus vires adunare debemus; quatenus
 cõtra tanta pericula fortiores in militia Christi, & fraternis negocijs mutuis
 sustentationibus sustinere (Deo adiuuante) valeamus. Dat. Romæ, xvij. Kal.
 Aprilis, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXVII.

*LAU DAT humilem penitentiam Episcopi Argentini, & eas arguit, quod veniē-
 tem Romam iniuste detinuerint. mandat vt solum Mediolanum vsque dirigant. Pla-
 centino & alijs Longobardiæ Episcopis pro necessitate concessam confirmandi licentiam* **B**
asserit. Reddit nonnullorum auctorum suorum, de quibus murmuratur, rationem.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Duci Beatrici & eius filiæ Mathildi, salutem &
 Apostolicam benedictionem.



Vm Propheta testetur, quod omnipotens Deus, quem imita-
 ri iubemur, cor contritum & humiliatum nõ spernat, nos qui-
 dem, qui peccatores sumus, etsi contritione cordium in alijs
 non satis plenè respicimus, cognita tamè, dissimulare, & qua-
 si pro nihilo computare non debemus. Guarrerius Argenti-
 nensis Episcopus, postquam peccatis faciētibus decorem sui **C**
 ordinis indignè tractauit, vocatus ad correctionem à Domino nostro vene-
 randa memoriæ Alexandro Papa, solus inter omnes Teutonice terra Epi-
 scopos, quorum multi non solum carnali scelere, sed etiam simoniaca labe
 fœdati, itidem vocati sunt, Apostolorum limina petijt, locum iudicij in humi-
 litatis forma præuenit, & veritus Apostolicam virgam, annunciando & cogi-
 tando pro peccatis suis in faciem procidit. Apostolica igitur tum cõsura cor-
 reptus iam nunc Apostolicam venit experiri clementiam, & cum tanta fati-
 gatione, sicut audiimus, ieiunãdo pariter, & plerumque pedes eundo comp-
 unctionem suam & obedientiam demonstrauit, vt confratres nostri pro cõ-
 petentia horum temporum, miserendum sibi fore dignum æstimarent, & de-
 cernerent: cui quamquam episcopalis officij redintegrationem ad vota sua
 non concessimus, exercere tamen in illo rigorem canonicum hoc in tempore **D**
 quid referret, cum fortasse hoc amoto, locum eius nõ alius possideret, nisi qui
 plurimum pecuniæ dare posset? Ceterum quod vos fecistis in eum, quàm in-
 honestum vobis, quàm mihi verecundum, quàmque B. Petro, & Apostolica
 sedi contumeliosum sit, quæso, cum animis vestris reputate, vt in quibus pere-
 grinorum his in partibus tutissima debet esse defensio, inopinata pericula ta-
 reant, & nostra qui hoc alijs principibus prohibemus, in hac re quasi confen-
 tanea pro familiaritate vestræ dilectionis voluntas arguatur: præsertim cum
 eumdem fratrem per litteras nostras non sine magna fiducia vobis commen-
 dauerimus. Quamobrem nobilitatem vestram multum rogamus & admone-
 mus, vt iniurias eius quantum potestis, demulcentes, cum omni beneuolen-
 tia, & manifesta charitatis exhibitione eum abire dimittatis, & sicut in supra-
 memoratis rogauimus litteris, tutum sibi vsque ad Dominum Erlembaldum
 Medio-

SUMMORVM PONTIFICVM. 609

A Mediolanensem Ducatum præbeatis: scientes, eum per epistolam nostram
 esse communitum, vt nullatenus super hac re contra vos, aut vestros aliquid
 moliatur aduersus Dionysio verò, Placētino, & alijs Episcopis Longobardiæ,
 qui ad nos venerant, nihil de episcopali officio, nisi confirmari pueros pro ne-
 cessitate concessimus, sed vnius negotij frenata retinemus in manu, vt aut
 correctis de venis, aut pertinacibus nõ sit desperandum de poena. Quia verò
 ex charitate, & pro reuerentia sanctæ Romanæ Ecclesiæ vos de talibus ad-
 uersum nos murmurasse credimus, memores domini & patris, nostri B. Petri
 Apostolorum principis, qui murmurantibus aduersum se discipulis satisfacere
 non dedignatus est, vobis quoque rationem de factis nostris non inuiti red-
 dimus, in eodemque quanta vris dilectionis, qua vobis astringimur, non alia
 vobis adhuc certiora signa dedimus. Neque verò nos fugit quàm diuersa de
 nobis hominum opinio sit & iudicium, dum in eisdem causis & actibus, alii
 nos crudeles, alij nimium mitēs esse dicunt. Quibus profecto nil verius, nil re-
 citius respondendum videmus, quàm quod ait Apostolus: Mihi autem pro mi-
 nimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Deus autem omnipotens, qui **1. Cor. 4.**
 verus inspector est cordium, doceat nos & vos facere voluntatem suam, & po-
 nat legem suam in medio cordis nostri. Dat. Romæ, xvij. Kal. Maii, Indictio-
 ne duodecima.

EPISTOLA LXXVIII.

*COMMENDAT Bragensem Episcopum de obiectis criminibus satis purgatum, sua
 Ecclesia restitutum. Causas inter ipsum Bragensem & Marouensem Episcopum, nec nõ
 qua inter ipsum ducem & Episcopum Bragensem agitabatur, in proxima Synodo ait se
 determinaturum.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Vvratizlao Boemiõrum Duci, salutem & Aposto-
 licam benedictionem.



Rater tuus Larmirus † Bragensis Episcopus ad Apostolorum limina **† f. Ieromiris,**
 veniens, conspectui nostro ea qua oportuit, se humilitate præsen- **vt supra epist.**
 tauit, & de obiectis sibi quædam confitens, congruam inde satisfa- **60.**
 ctionem obtulit: quædam verò denegauit, & in hunc modum se
 purgando remouit, videlicet, quod ipse Ioannem Marouensem Episcopum
 non percussisset, neque seruiens eiusdem Episcopi decapillari, aut barbas
 eorum abradi præceperit, aut occasione subterfugendi Synodum, inducias
 per legatum suum petierit. Nostræ igitur dilectioni plenè reconciliatum, &
 restituto sibi omni episcopali officio ad propriam sedem eum litteris nostris,
 & Apostolico eum sigillo remisimus, cõmendantes eum tuæ nobilitati, vt om-
 ni inter vos odio, & inimica emulatione sublata, fraterno corde eum diligas,
 & episcopalem in eo dignitatem, sicut dignum est, veneranter inspicias, &
 quæcunque iuris Ecclesiæ sibi commissæ sunt, vel quolibet modo ad eum iu-
 ste pertinent, tam tu ipse ei concedas, quàm omnes qui sub tua potestate sunt,
 sine contradictione sibi reddere facias. De causa verò quæ inter eum & Ma-
 rouensem Episcopum tam diu protracta est propter illius absentiam, ita sta-
 tuimus, vt in futura Synodo ambo Episcopi, aut ipsi ad nos veniant, aut tales
 nuncios mittant, quibus præsentibus, & causam ex vtraque parte rationabi-
 liter

EPISTOLAE

liter exponentibus, nos sine omni vterius dilatione puram super hac re iustitiae diffinitionem inferre, & contentionem eorum decidere (Deo fauente) possumus, vbi etiam legatos tuos interesse multum cupimus: quatenus & ipsi tua vice ad indagacionem veritatis nos adiuuent, & testes nostrae diffinitionis existant. Terram vero vnde inter Episcopos lis est, Marouensem Episcopum interim tenere decreuimus. Prater hac supra memoratus frater tuus conqueritur super te, quod praepositura & castro sancti Vvinzlai debitam sibi potestatem & iustitiam penitus auferas. Vnde excellentiam tuam paternis affectibus rogamus, & admonemus, vt si te iniurias ei in hac re irrogare cognoscis respectu diuini timoris, cui rationem de factis tuis in districto iudicio redditurus es, gratuita bonitate tua ad iustitiam redeas, & fratri, quae sua sunt sine omni contrarietate dimittas. Sin vero clamor eius inter vos sedari nequeat, in praefato termino futurae Synodi legatos tuos, vel hac de causa ad nos transmittere non praetermittas, quatenus inquisita & percognita veritate, ex vtraque parte quod iustum fuerit, valeamus decernere, & aliquando fraterna pace & concordia vos (opitulante Deo) coniungere. Dat. Romae, xvi. kal. Maii, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXIX.

Quaritur quod nullas ad se litteras post adeptum pontificatum dederit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Annoni † Coloniensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

† De Annone † Schifberg, in chron. anni 1075. Marian. Scot. in chron. ann 1075 & 1077.

Vanta charitate Romanae Ecclesiae Coloniensis in omnibus obsequendo coniuncta fuerit, dignitas vobis collata testatur. Quae nimirum charitas a deo in te videretur tepuisse, vt ex eo quo susceptae administrationis laborem subiimus, nullas visitationis tuae praeter has nuperrime missas litteras receperimus, cum id nobis visitationis frequentius impendendum putemus, qui ob recordationem disciplinae, qua tempore antecessoris nostri in Ecclesia Coloniensi enutriti sumus, speciale sibi inter ceteras occidentales ecclesias dilectione impendimus, & sicut adhuc Romanae Ecclesiae filii testantur, tempore B. Leonis Papae Treuerensi Episcopo pro honore Ecclesiae vestrae, quod idem B. Leo aegre tulit, viribus totis restitimus. Sed his nostris studijs debitae dilectionis non exhibentes vicissitudinem, merito vos non solum negligentiae, sed quasi promouendae litis arguere possumus, iuxta illud: Qui non est mecum, aduersum me est, licet hanc litem virga Apostolicae correctionis (Deo auxiliante) nobis facillimum sit dirimere. Si enim honorem B. Petri, non in totum, sed in partem Coloniae, & non Romae probauerimus te diligere, tu nos neque in totum, neque in partem poteris habere. At si ex negligente sollicitum, & ex tepescente callidum te amor & reuerentia matris tuae sanctae Romanae Ecclesiae fecerit, non in partem, sed in totum communis Piscatoris nostri gratiam, nostramque dilectionem sine dubio obtinebis. Dat. Romae, xiiii. Kal. Maii, Indictione duodecima.

Match. 12.

EPI-

EPISTOLA LXXX.

Prater hoc etiam de Stephano eorum Episcopo obediunt.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Anatienſi clero & populo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Stephanus electus vester ea qua debuit Apostolicam sedem humilitate requisit, & manum suam manui nostrae dando se Romanae Ecclesiae obediturum promisit, ac per hoc gratiam eius, quam antea visus fuerat perdidisse, recuperavit. Quem quia ecclesiam vestram prudenter defendisse, & simoniacum Stephanum, & inuasorem studio suo expulisse probauimus, regimen totius Episcopatus vestri sibi commisimus, eo tenore, vt quousque ad nos redeat, de Pontificali officio se non intromittat, sed quemcumque voluerit Episcoporum religiosorum patriae vestrae, ea quae ad Episcopale officium pertinent, facere commoneat. Vos itaque Apostolica auctoritate admonemus, vt sibi debitam in omnibus reuerentiam exhibeatis, & ad defensionem Ecclesiae vestrae adiutorium vestrum fideliter impendatis: quatenus expulsa simoniacae haeresis de medio vestrum omni contagione, legalem pontificem habeatis, & puram Christo Domino nostro, & beatae Mariae genitrici eius seruitutem impendatis. Dat. Romae, xiiij. Kal. Maii, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXXI.

Vt Virdunensem Episcopum vice sua increpet de neglecta Apostolica Sedis auctoritate, eumque moneat, vt monasterium S. Michaelis ad communionem restituat. Si quid vero sui iuris pretendat, in conuentu Episcoporum, vel coram Summo Pontifice requirat. Quod si parere negligat, ipse Archiepiscopus auctoritate propria dictum monasterium ab interdicto absoluat, & Episcopum Romam venire commoneat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vdoni Treuirensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Onfrater noster Theodericus Virdunensis Episcopus, vt saepe nobis relatum est, habitatores loci apud Monasterium quoddam S. Michaelis infra parochiam suam, ad quasdam novas consuetudines sua virtute & potentia flectere, & coercere diu conatus est, videlicet, vt cum Litanijs maiorem ecclesiam, hoc est, suam Episcopalem sedem simul congregati singulis annis visitarent. Quod cum illi inuitatum, ne forte ad alterius nouae exactionis occasionem darent, pati renuerent, diuinum ibi officium fieri penitus interdixit. Ex qua re, cum Episcopus Apostolicas iam ante litteras recepisset, communitus vt locum absolueret, & nihil inde nisi quod canonicum & iustum foret, exigeret, verba quidem non plene conseruatae materiae parum modeste notauit, sed voluntatem, & cognitam magistrae intentionis sententiam omnino neglexit. Vnde nec nos quidem de eius obedientia, si priuatim loquimur, multum confidentes, fraternitatem tuam Apostolica auctoritate monemus, vt ex nostra & tua parte conuocatis & con-

† f. nostrae

& coniunctis tibi suffraganeis Episcopis, videlicet, Herimanno Metensi, & Poppone Tullensi, praefatum Episcopum ad colloquium nostra vice conuocet, indicans sibi nos non æquo animo neglectam ab eo sedis Apostolicæ reuerentiam accepisse: pariterq. eum admonemus, vt prædicto loco communionem sacrosancti & diuini ministerij reddat, & si quid iustitiæ se confidit habere, concessio priuseisdem hominibus tanto tranquillitatis tēpore, quanto eos violenter astrinxit, postea aut in conuētū religiosorum Episcoporum, aut in praesentia Romani Pontificis, quæ sui iuris aestimat, ordinatè requirat. Neque enim ad hoc prælati sumus, vt nostræ commissos prouidentiaē potenter magis quàm iustè tractemus. At si ille hæc nostra parte procuranda monita adimplere spreuerit, tibi iniūgimus, vt Apostolica fultus auctoritate vnā cum confratribus tuis antesignatum locum ab omni interdictione & excommunicatione absoluas, & eadem auctoritate presbyteris ibidem consistentibus ad celebrandum diuinum officium roboratis, Episcopum, vt nobis de per-
 rinacia sua, & contemptu nostro respondeat, ex parte B. Petri, & nostra per illum Apostolica præceptione commoneas. Has verò litteras nostras idcirco aperte significari fecimus, vt tam Viridunensi, quàm cæteris Episcopis ostensa commissæ tibi procurationis, & auctoritatis certitudinem præbeant. Dat. Romæ, ij. Non. Maij Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXXII.

EXCOMMUNICATOS denunciatur omnes, qui detinent bona Augen. monasterij collata ab Alberto simoniaci.

GREGORIUS, OMNIBVS AD QVOS

litteræ istæ peruenerint, &c.



Vanquam ad propulsandas omnium ecclesiarum, & venerabiliū locorum iniurias ex debito officij nostri, & vniuersali prouidentia, quam per B. Petrum Apostolorum principem licet indigni suscepimus, sollicitè nobis inuigilandum & elaborandum esse noscimus; his tamen locis Apostolicæ auctoritatis opem & scutum impensus circumferre dupliciter quodam modo compellimur, quæ & in generali sanctæ Romanæ Ecclesiæ membrorum continentia cæteris coequantur, & singularis patrociniū priuilegia præ cæteris sortiuntur. E quibus quoniam Augense Monasterium huic sanctæ & Apostolicæ sedi quadam principali & indiuidua cohæret linea, de dispersione bonorum eius valdè dolentes, quid Dominus & antecessor noster Alexander venerandæ memoriæ Papa inde decreuit, recolere, & sententiam nostræ confirmationis in idipsum omnibus ad quos huius epistolæ nostræ notitia peruenire poterit, destinauimus indicare. Postquam prædictus Dominus noster Papa Robertum simoniacum, & inuasorem eiusdem monasterij nullis admonitionibus, nullisq. minis ad hoc flectere potuit, vt vel Abbatiam dimitteret, aut pro reddenda ratione sui introitus Apostolico se conspectui præsentaret, cognita veritate, quod relicta alia Abbatia, ad hanc pretio anhelasset, Synodali iudicio eum anathematis iaculo, nisi respisceret, percussit, & sub eadem censura omnibus accepta ab eo beneficia ad præfatum cœnobium pertinentia penitus interdixit, cunctaq. ab eo disposita Apostolica præceptione cassauit, atque hæc eadem per
 episto-

epistolam Episcopo Constantiensi publicè prædicanda, & per episcopatum suum diuulganda mandauit. Itaque (miserante Deo) factum est, vt ille ab insana occupatione Abbatie desisteret, sed non vt fautores eius contra Deū, & iustitiam accepta ab eo monasterii bona relinquerent. Quapropter quoniā illa principali & hæretica peste depulsa charissimum sancti Petri filium Ecardum ex ipsa congregatione à confratribus electum, & à nobis diligenter examinatum Abbatem sibi (auctore Deo) consecrauimus, cupientes vt monasterium post longas & multas tribulationes iam ad quietem, & monasticæ religionis cultum redeat, simili modo omnibus qui à sæpè fato Roberto pro defendenda eius nequitia, aut exhibenda sibi fidelitate bona Abbatie in beneficia adepti sunt, sub anathematis districtione, & animaduersione interdiciuntur. Nam cum ille talium institutionum auctor, & distributor in loco ad quē hæreticè aspirauerat, permanere non potuit, quibus legibus, aut quo iure isti sibi vendicabunt, quod sacrilega conuentione ceperunt? Vnde etiam omnibus Christi fidelibus qui hæc cognouerint, Apostolica auctoritate præcipimus, vt eos in nulla penitus Christianæ communionis participatione recipiant, dum iniquitatis, & mortis suæ pretium diabolica auaritate & temeritate possident. Dat. Romæ, viij. Idus Maii, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXXIII.

COMMENDAT Episcopum Paulum, quem studiosum erga sedem Apostolicam cognouerat. Monet Regem vt antiquam eius episcopatus sedem reparare velit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Adefonso Regi Hispaniæ, & Episcopis regni illius, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse volumus, hunc fratrem nostrum, & Episcopum Paulum, cognomento Monio, ad Apostolorum limina, & nostram præsentiam venisse, & post redditam rationem earum rerum, quibus eum appellauimus, sicut dignum erat, in nostram communionem & dilectionem receptum fuisse. Romanum ordinem in diuinis officiis, sicut ceteri Hispani Episcopi, qui Synodo interfuerunt, se celebraturum, & vt melius poterit obseruaturum promisit. De cetero quoniam ad præsens omnia quæ secum habuimus pleniter expedire & determinare non potuimus, ad futuram Synodum cum ad nos iterum reuerti præcepimus, & super hac re ab ipso promptæ obedientiæ sponsonem accepimus. Quapropter remittentes eum cū litteris nostris charitati vestræ commendamus, quatenus & vos vnā nobiscum eum diligatis, & secum atque inter vos vinculo pacis Christi, in quo per ipsum ad fidem vniti, & in sortem hereditatis gloriæ Dei electi estis coniuncti, firmiter persistatis. Te verò Regem vt dilectissimum filium rogamus & admonemus, vt considerans, & ante mentis oculos ponens in quàm districto iudicio de commissa tibi administratione rationē redditurus es, regni tui gubernacula in tenenda æquitate exornare studeas, & huic Episcopo antiquam sui Episcopatus sedem reparare, ac stabilire cum Dei adiutorio modis omnibus insistas. Deus autem omnipotēs ad omnia quæ sibi beneplacita sunt, cor tuum dirigat, & ea te in præsentī vita
 Epist. Thom. 3. F ff pro-

promereri faciat vnde postmodum seu piterna retribuatur. Dat. Romæ, vij. A
Idus Maii, Indictione duodecima.

EPISTOLA LXXXIII.

SIGNIFICAT se commississe vices suas Episcopo Metensi in causa ipsius Episcopi Bambergensi. monet ut ei pareat, & quæ recta sunt agat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herimanno Bambergensi Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Ariffimus confrater noster Herimannus Metensis Episcopus nobiscum per dies aliquot commoratus, multum nos pro te rogavit, multasque & intimas pro causa tua supplicationes effudit, referens nobis de te nonnulla, quibus in spem tuæ correctionis non parua cordi nostro est oborta lætitia. Quapropter consilium, quod ad salutem tuæ & animæ nostræ, quodque ad utilitatem Ecclesiæ, cui præses aptissimum nobis visum est, in experientia fraternitatis suæ posuimus, iniungentes, & committentes sibi, ut Apostolica auctoritate vicem nostram in causa tua explere debeat, si modò ad obediendum his, quæ quasi ore nostro tibi proposuerit, te paratum inueniat. In cuius prudentia, quoniam ad bene monendum te promptam & sufficientem voluntatem esse non dubitamus, nos quidem è multis hoc fraternitati tuæ sollicitè attendendum & pensandum scribimus, quòd ad finem vitæ quotidie appropinquas, & extremum diem, quem tamen nescis quàm cito veniat, certus expectas. Ideoque frater debita sollicitudine te admonemus, ut horrendum examen, & inuitabile iudicium districti iudicis ante oculos ponas, & faciem illius ea conscientia tuæ confessione, & operum conversatione præoccupare festines, quatenus in conspectu diuinæ præsentia, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, non te culparum timor, & verecundia deprimat, sed læta recipiendæ pro bonis actibus retributionis fiducia manifestum & imperterritum reddat. Dat. in expeditione ad Montem Cimini, ij. Idus Iunij, Indictione duodecima.

Hebr. 4.

EPISTOLA LXXXV.

GRATIAS agit quod Ecclesiæ concordia consulat, & Henricum Regem Ecclesiæ communioni restituendum curet, hortatur ut persistat. Se pro Christi Ecclesiæ valde laborare significat, eaque in re Beatricem & Mathildim multo sibi esse adiumento.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Agneta Christianissimæ Imperatrici, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Audemus & exultamus in Domino, quòd lumen vestrae operationis ad nos usque resplenduit, & fructus vestrae fatigationis, etsi non ad vota vestra plenè cumulatus, Deo tamen ad laudem & gloriam, nobis ad lætitiā, vobis ad coronam perfectæ remunerationis excreuit. Neque enim nostra spes idè coarctari, aut submitti debet, si desiderium vestrae san-

A Sanctitatis facultatem intentionis explendæ non habuit; quoniam apud Deum perfecit omnia qui voluntatem gerens integram, quantum potuit operari non desijt. Scimus equidem quòd pro pace & concordia vniuersalis Ecclesiæ multum laboratis, & omnia quæ Pontificatum & Imperium glutino charitatis astringere valeant, amplius quàm dici possit, concupiscitis, & indefessa sollicitudine quæritis. Quorum quidem, quòd maximum est, & unitati dilectionis coniunctissimum iam peregistis, videlicet filium vestrum Henricum Regem communioni Ecclesiæ restitui, simulque regnum eius à communi periculo liberari: quoniam illo extra communionem posito, nos quidem timor diuinæ ultionis secum conuenire prohibuit. subditos verò sibi quotidie eius præsentia quasi necessitas quædam in culpa ligauit. Ad cetera verò quæ leuiores sunt, licet paupertatem vestram promptam esse non dubitemus, per fiduciam tamen, quam in Christo habemus, gloriam vestram ut iugiter tam sanctis studijs instet, propter reuelationem gaudij vestri quodammodo exhortari impellimur, scribentes vobis, & sub omni certitudine notificantes præfato filio vestro vestra consilia, vestraque multum merita profuisse, & quàm misericorditer eum diuina respiciat clementia, vestram adhuc beatitudinem cum gratulatione visuram esse. Hoc autem vnde, vel qualiter nobis compertum sit, cum vestram (miserante Deo) præsentiam viderimus, patenter indicabimus. De cetero sciat eminentia vestra, nos his temporibus pro causa B. Petri Apostolorum principis in labore non paruo positos, & vestram in omnibus Beatricem, necnon & communem filiam nostram Mathildim die noctuque in nostro multum adiutorio desudare, utpotè vos sequentes, vos sicut Dominam & Magistram discipulæ fideliter imitantes. Per vos itaque nouum exemplum antiquæ lætitiæ, per vos, inquam, illæ mulieres olim quærentes Dominum in monumento; sæpè nobis ad memoriam redeunt. **Luc. 24.** Nam sicut istæ præ cunctis discipulis ad sepulchrum Domini miro charitatis ardore venerunt, ita vos Ecclesiam Christi, quasi in sepulchro afflictionis positam præ multis, imò penè præ omnibus terrarum Principibus, pio amore visitatis, & ut ad statum libertatis suæ resurgat, totis viribus annitentes, quasi angelicis instructe responsis ceteros ad suffragium laborantis Ecclesiæ prouocatis. Vnde & reuelatione supernæ gloriæ, & æternæ uitæ, quæ est in Christo Iesu non dubiè expectabitis, & consortes mulierum illarum præsentiam Saluatoris nostri inter Angelorum agmina pace perpetua fruentes, ipso præstante inuenietis. Quòd autem de filia vestra Mathildi nos rogastis, gratanter accepimus, collaudantes sanctitatem vestram, quòd tanta vobis de salute illius cura est; quæ quidem in vos omni desiderio, & fidelitatis affectu cor & animam suam effundit, gloriam vestram quasi gaudia propria salutis exposcit. Ac nos quidem pro ea libenter oramus: & licet orationes nostras nostra Deo parum commendent merita, suffragante tamen pietate Petri, cuius serui sumus, eas in conspectu Domini non omnino vacuas esse confidimus. Vestram igitur commendationem digna veneratione suscipientes, itidem vos, ut illius & nostri memoriam in vestris rogamus orationibus faciatis, & mutuis nos apud Deum iuuenus intercessionibus: quatenus hic in Christo connexa charitas vnam & communem nobis in regno patris nostri, ipso præstante sedem pariat, & lætitiā. Dat. in expeditione ad sanctum Flavianum, xvij. Kal. Iulij, Indictione duodecima.

Luc. 24.

f. præstante

IN HOC PRIMO ANNO PONTIFICATVS SVI. Ipse do-
 minus Gregorius Papa constituit & consecrauit Archiepiscopos & Episco-
 pos per diuersa loca. In Sardinia prouincia Iacobum Archiepiscopum Ca-
 ralitani, Constantinum Archiepiscopum Turrensium: quibus pallia cum priui-
 legijs dedit. Brunoni Episcopo Verouensi pallium cum priuilegio, & Nacho-
 coessit. Ioannem Soranum Episcopum consecrauit. Item in Marchia Firma-
 na Irasmundum Valuensem, Teuzonem Teatinum, Leonem Episcopum in
 Campania Aquinensem, Hugonem in Burgundia Diensem, Landericum
 item in Burgundia Matisconensem, Guilielmum in Maritima Massa-
 num. Celebrauit Romae Synodum, in qua inter cetera, quae ibi gesta sunt,
 excommunicauit, atq; anathematizauit Robertum Guiscardum Ducem
 Apuliae & Calabriae atque Siciliae cum omnibus fautoribus suis quousque
 respisceret.

De Roberto Gui-
 scardo Leo O-
 stiensis libr. 3.
 Chronic. Cal-
 cap. 15. 44. 52. &
 56. Otto Frising.
 lib. 1. de gestis
 Frider. cap. 3.

Explicit liber primus.

IN DEI NOMINE
 INCIPIT LIBER SECVNDVS
 REGISTRI B. GREGORII PAPA VII.

Anno Dominica incarnationis Millesimo septuagesimo
 quarto, Indictione duodecima.

EPISTOLA I.

PRÆCIPIT vt ad Synodum veniant, & incestam copulationem subditis suis
 prohibeant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 vniuersis Episcopis & Abbatibus Britanniae, salutem
 & Apostolicam benedictionem.



Vscepti nos officii cura compellit omnium Ecclesia-
 rum sollicitudinem gerere, & vt fidei documenta, ac
 sacrae scripturae regulas recte teneant, vigilantia cir-
 cumspeditione perquirere, ac docere. Quoniam igitur
 inter vos sanctorum patrum decreta & Eccle-
 siasticae religionis statum non ea qua oportet, aut ob-
 seruari diligentia, aut studio tractari intelligimus,
 per eam quam B. Petro Apostolorum principi debe-
 tis

Atis obedientiam, vos inuitamus, & nostra Apostolica auctoritate monemus,
 vt ad Synodum, quam in secunda hebdomada Quadragesimae (Deo aucto-
 re in Apostolica sede celebrare destinauimus, omni penitus fictitia occasione
 remota conueniatis, quatenus (adiuuante Deo) vna vobiscum, & cum alia fre-
 quentia vestri ordinis, quae nostrae dispensationis & Christianae religionis or-
 do requirit, perspicaci studio adinuenire, & exequi valeamus. Videtis enim
 quod in maligno iam totus mundus est positus, & communis nostra mater Ec-
 clesia tanto ardentius contra antiquum hostem nos inuitat surgere, quanto
 haec tempora plura aduersum nos diabolicae fraudis arma demonstrant, &
 bella prorupisse. Interim vero hoc praecipue studium habetote, vt quod de
 incesta copulatione per litteras nostras hominibus terrae vestrae madauimus,
 Episcopis dico, vnusquisque in sua parochia subditos suos sedula praedica-
 tione commoneatis, minores ad emendationem tanti criminis canonica vos
 ipsi districtione coercetes. De maioribus vero qui corrigantur, qui ve in
 obstinatione permaneant tempore praelibati concilij certa nobis relatione
 nunciantes, quatenus & obediētes Apostolica remissione a culpa soluantur,
 & rebelles Synodali iudicio, anathematis continuo vinculis innodentur. Dat.
 Laurenti, v. Kal. Septembris, Indictione duodecima.

EPISTOLA II.

ARGVIT de contemptu Apostolicae sedis, & de iniurijs in Apostolicos legatos il-
 latis, mandat vt coram se compareant: interim eos quorum ministerio ad haec usus est,
 excommunicatos declarat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Ifemberto Pictauesi Episcopo.



Vum de te & factis tuis cogitare incipimus, de tam immoderata
 praesumptionis tuae audacia nequaquam satis admirari possumus,
 quoniam sicut boni ad incrementa bonorum operum fideli desi-
 derio nituntur ascendere; ira tu & heu, ampliori cupiditate per-
 quista, malefaciendi studia culpis tuis cumulum iniquitatis indefinenter an-
 helas adijcere. Interdictus enim a legatis Apostolicae sedis, officium episco-
 pale usurpare praesumpisti, inobedientiae crimen & contemptum Apostoli-
 cae auctoritatis incurrere non erubisti. Postea vero & eodem legato nostro
 Amato Episcopo Ellorensi, & magistro tuo videlicet Gozelino Archiepisco-
 po Burdegallensi, vna cum ceteris religiosi viris pro faciendo diuortio Gui-
 lielmi Pictauesis comitis, & propinqua suae, quam pro vxore tenebat, his (in-
 quam) sub Apostolica obedientia pro negotio tam graui, tam Christianae re-
 ligioni necessario congregatis, conuentum illorum per milites tuos nefarie
 perturbasti: quippe qui perruptis monasterii claustris, & foribus in consec-
 sum irruentes, Archiepiscopum, & legatum nostrum multa turpitudine dehone-
 stauerunt; reliquos vero minis, coactis, ac verberibus, multisq; contumeliis affli-
 xerunt: vnde Apostolica tibi auctoritate praecipimus, vt ante festiuitate S. An-
 dree praesentia tua super his responsurus nostro conspectui exhibere nullatenus
 praetermittas. Quod si aliqua, nisi forte necessaria & inuitabili occasione te
 subtraxeris, ab omni etiam sacerdotali officio te priuatum, & sacrae comunio-
 nis participatione sequestratum esse noueris. Eos vero per quos tantum facinus effe-
 citis,
 Epist. Thom. 3. Fff 3 cisti,

cisti tam laicos quam clericos à corpore & sanguine Domini, & omni diuino officio vsque dum tu ad satisfactionem venias, Apostolica auctoritate repellimus, & tibi sub periculo ordinis tui, vt omnibus hoc sine mora notifices, precipiendo mandamus. Dat. Tiburi, iij. Idus Septembris, Indictione incipiente decimatertia.

EPISTOLA III.

COMMENDAT eum, quod dimiserit consanguineam, quam in uxorem acceperat. iubet ne eam secum habitare permittat. significat se Romanum Issembertum Pictaensem Episcopum euocasse: postremo eius obseruantiam erga Apostolicam sedem laudat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Pictaensi comiti, salutem & Apostolicam benedictionem.

Suipotentem Deo laudes & gratias referimus, qui cordis vestri interiora penetrans ad amorem & timorem suum vos inclinavit, & ad obedientiam mandatorum suorum, superato carnis desiderio, confirmavit. Scimus equidem quoniam quod in presenti vita vobis dulcissimum fuit, exigente iustitia reliquistis, dum pro reuerentia Christianae religionis, ab uxore vestra, quoniam propinqua consanguinitate vobis est, vos separare censeretis. Verum quanto grauiori certamine libidinem animi vestri vicistis, & ad legem Dei districtius vos humiliastis, tanto sublimiore gloria infinita remuneratione vobis paratam esse proculdubio sperare debetis. Quapropter & nobis multo vberior letitia crescit, quoniam in hac correctione vestra certa spes vestrae salutis intelligitur, & ea quae semper in domo vestra fuit (miserante Deo) generositas conseruabitur. Ex hoc enim nobilitas generis valde corrumpitur, cum proles non de legitima coniugii permutatione generatur. Atque eo minus eminentia vestra, quod tam acriter vobis innotuit, mirari debet; quoniam Romana Ecclesia, quae domum vestram, vos, totamque profapiam vestram singulari & egregia semper charitate dilexit, in tanto vos iacere periculo pati non potuit. Ceterum quod domi illam in vestra potestate vsque ad futuram Synodum morari cupitis, licet soror vestra, quam vt matrem diligimus, inde nos interpellauerit, consentire non audeamus: Scientes diabolicam fraudem hominibus maxime vetita repertis occasionibus praecipua calliditate suggerere. Proinde ita eam à vestra vicinitate penitus remoueri & elongari facite, vt vestra correctio, & oblata Deo reuerentia omnibus sit in exemplum, & salutem vestram nulla valeat diabolus facitate turbare. De cetero scitote Pictaensem Issembertum Episcopum, nisi ante festiuitatem sancti Andreae ad nos de praesumptione sua rationem redditurus veniat, ab omni episcopali & sacerdotali officio, & ipsa sacrae communionis participatione esse priuatum. Quod autem ad seruitium sancti Petri promptam vos habere voluntatem mandastis, gratanter accepimus, sed determinate vobis aliquid de expeditione scribere ad praesens non satis discretum fore peruicimus: quoniam rumor est in Transmarinis partibus, Christianos (miserante Deo) Paganorum longe propulsasse ferocitatem, & nos de reliquo quid acturi simus, adhuc diuinae prouidentiae consilium expectamus.

Vo-

A Vobis tamen & de bona voluntate plena apud Deum remuneratio est reposita: nobis autem, si necesse fuerit, in vestris promissis, sicut in dilecto fratre & filio certa semper existit fiducia. Dat. Tiburi, quarto Idus Septembris, Indictione tercia decima.

EPISTOLA III.

MONET vt Romam Veniat vel alium mittat, qui Issembertum Episcopum ad se vocatum praesentem accuset de iniurijs, quas ab illo se passum per litteras questus est; & Issembertum, nisi ad se venerit, sicut praecerat, excommunicatum vna cum criminis consortibus denunciaret.

B GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Gozelino Burdegallensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Icut in litteris tuis intelleximus, Issembertus Pictaensis Episcopus magnas Deo omnipotenti & B. Petro, tibi que magistro suo iniurias irrogauit, sese que nobis aduersarium, impugnatorem iustitiae, hostem sanctae Ecclesiae patenter ostentauit. Nunc igitur quoniam ad vindictam malefactorum eius non nostra tantum, sed & tua opus est vigilantia; fraternitatem tuam multum admonemus, vt nulla te occasio in hac causa tepidum, vel aliquo modo negligentem reddat, sed si eum ad nos venturum cognoueris, tu ipse, si queas, ad Apostolorum limina fatigationis cursum non refugias. Quod si tuae minus ferre poterunt occupationes, tales personas tam ex tua parte, quam eorum, qui eadem nobis quae & tu de praefato Episcopo per litteras notificauerunt, ad nos dirigi non desinas procurare, qui veritatem rei irrefragabili assertionem praesente Episcopo approbare valeant. Verum haec non vt super his, quae à te nobis significata sunt, dubitemus, hoc ordine transigendo requirimus, sed vt patrum nostrorum statuta seruantes omnia & rationabiliter discutiamus, & auctorabili iudicio (Deo fauente) concludamus. Nouit enim prudentia tua, quod personis absentibus accusationem per scripta canonica non probet auctoritas, nec absque partium disceptatione percognita, in examinatione recipiat causas. Quapropter saepe fatum Episcopum ad Apostolicam audientiam sub tali districtione per epistolam nostram vocauimus, vt nisi praesentiam suam ante festiuitatem sancti Andreae nostrae conspectui exhibuerit, omni Episcopali & sacerdotali priuatus officio, etiam sacrae communionis sit participatione seclusus. Si ergo pertinaci induratus contumacia, circa praelibatum terminum nostrae praesentiae se subtraxerit, prolata in eum sententia diuulgata praedicatione denuncia, & sicut inimici Dei omnibus modis nequitiae & impudetiae eius confundere non desistas. Eos quoque quos ipse ad tantum facinus perturbandi conuentum vestrum applicuit, tam laicos quam clericos, quousque ad satisfactionem veniant, à corpore & sanguine Domini, & ab omni diuino officio Apostolica auctoritate repulso esse scias. Quod si Episcopus (sicut in litteris nostris districtè commonitus est) omnibus indicare neglexerit, tu palam illis facere nullatenus praetermittas. Dat. Tiburi, iij. Idus Septembris, Indictione decimatertia.

Accusatione non admittit per litteras, neque, velles sine disceptatione partis.

EPI-

f. f. vobis

Nobilitas generis corrumpitur ex incestuosis nuptiis.

REGNI FRANCIAE calamitates, & Regis nefanda scelera narrat. Increpat Episcopos de eorum contra huiusmodi scelera taciturnitate. Mandat ut Regi resistant: qui si obtinere noluerit, totum regnum interdicti iubet; & si ille perseverauerit, vult etiam regno priuari. Episcopis vero nisi ei resisterint, depositionis poenam minatur. Mandat praeterea Lanfrancum quendam moneri, ut illa sum dimittat peregrinū Roma reuertentē ab eo captū.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manasse Rhemenſi, Richerio Senonenſi, Richardo Bituricensi Archiepiscopis, & Adraldo Episcopo Carnotensi,
ceterisq̄ue Episcopis Franciæ, salutem &
Apostolicam benedictionem.

B



Onga iam temporum curricula transacta sunt, ex quo regnum Franciæ olim famosum, ac potentissimum, à statu gloriæ suæ coepit inflecti, & succrescentibus malis moribus, plerisque virtutum insignibus denudari. Verum his temporibus & culmen honoris, & tota facies decoris eius collapsa videtur, cum neglectis legibus, omniq̄ue conculcata iustitia, quicquid foedum, crudele, miserandum, intolerandumq̄ue est, ibi & impune agitur, & adepta licentia iam in consuetudine habetur. Ante aliquot annos postquam repente inter vos regia potestate, nullis legibus, nulloq̄ue imperio iniuriæ prohibita fuit, vel punita, inimici inter se quasi quodam communi iure gentium, quisque pro viribus conflixerunt, ad vindicandas iniurias suas arma, copiasq̄ue parauerunt. Quibus permotionibus, et si ple- rumque in patria cedes, incendia, & alia quæ bellum fert, exorta sunt, dolendum quidem id fuit, sed non tantoperè admirandum. Nunc autem omnes malitia quasi quoddam pestilentia morbo repleti, horrenda & multum execranda facinora multotiens nemine impellente committunt, nihil humani, nihilque diuini attendunt, periuria, sacrilegia, incestum perpetrare, se se inuicem tradere pro nihilo ducunt: & quod nusquam terrarum est, ciues, propinqui, fratres etiam alii alios propter cupiditatem capiunt, & omnia bona eorum ab illis extorquentes, vitam in extrema miseria finire faciunt. Peregrinos ad Apostolorum limina euntes & redeuntes, uti cuique opportunum sit, capientes in carceres trahunt, & acrioribus quàm Paganus aliquis eos tormentis afficientes, sæpe ab illis plusquam habeant, pro redemptione exigunt. Quarum rerum Rex vester, qui non Rex, sed tyrannus dicendus est, suadente diabolo, caput & causa est, qui omnem aetatem suam flagitiis & facinoribus polluit, & suscepta regni gubernacula miser & infelix inutiliter gerens, subiectum sibi populum non solum nimis soluto ad scelera imperio relaxauit, sed ad omnia, quæ dici & agi nefas est, operum & studiorum suorum exemplis incitauit. Nec satis visum est ei in dispersione ecclesiarum, in adulteriis, in rapinis nefandissimis, in periuriis, & in multimoda fraude, vnde sæpe eum redarguimus, iram Dei meruisse: quin etiam mercatoribus, qui de multis terrarum partibus ad forum quoddam in Francia nuper conuenerant, (quod antehac à Rege factum fuisse nec in fabulis refertur) more prædonis infinitam pecuniam abstulit; & qui legum & iustitiæ defensor esse debuit, is potissimum depredator extitit: nimirum id agens, ut mala sua non iam infra terminos regni quod occupat,

conclu-

A suam, credo, confusionem, extendatur. Quod quia iudiciū superni iudicis effugere nullatenus credendum est, rogamus vos, & ex vera charitate monemus, ut caueatis vobis ne prophetica super vos maledictio veniat, qua dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum à sanguine; hoc est (sicut ipsi bene intelligitis) qui verbum prædicationis à carnalium hominum retinet inreparatione. Vos etenim fratres etiam in culpa estis, qui dum perditissimis factis eius sacerdotali vigore non resistitis; proculdubio nequitiam illius consentiendo fouetis. Proinde (quod inuiti ac gementes dicimus) multum timemus, ut non pastorum, sed mercenariorum sententiam accipiatis, qui videntes lupum sub oculis vestris gregem Dominicum lacerantem fugitis, dum quasi canes non valentes latrare, sub silentio vos absconditis. Atque equidem eo magis de vestro periculo metuemus, quanto nullas vobis in futuro examine excusandi rationes suppetere cognoscimus: dum modo non alias vestrae taciturnitatis causas, nisi aut conscientiam, si vestro (quod non credimus) instinctu tot mala perpetrat, aut negligentiam, si de eius perditione parum curatis, deprehendere possumus. Quæ utraque quàm sint fugienda maximè in officio vobis commissa dispensationis, vos ipsi perpenditis, qui debitam pastoralis curæ sollicitudinem non ignoratis. Nam si prohibere eum à delictis, contra ius & reuerentiam promissa sibi fidelitatis esse putatis, longè vos fallit opinio: quoniam hoc omni ratione confirmare possumus, multò fideliorum esse, qui alium de naufragio animæ suæ vel inuitum retrahit, quàm qui in peccatorum gurgite, nociuo consensu eum deperire permittit. De timore verò vanum est dicere; quoniam vobis ad defendendam iustitiam coniunctis, & constanter accinctis tanta virtus foret, ut & illum fidei correctione, sine omni vestro periculo, à consueta malefaciendi libidine possetis auertere, & vestras pariter animas liberare: quamquam etsi timor, ac periculum mortis immineret, vos tamen à libertate vestri sacerdotalis officij desistere non oporteret. Vnde rogamus vos, & Apostolica auctoritate monemus, ut in vnum congregati, patriæ, famæ vestræ, atque saluti consulatis, & communi consilio, ac coniunctissimis animis regem alloquentes de sua eum & regni confusione, atque periculo commoneatis; & quàm criminosa sint eius facta, atque consilia, in faciem ei ostendentes, omni exhortatione eum flectere studeatis, quatenus rapinam superscriptis negociatoribus factam emendet; quæ nisi reddita fuerit, (sicut vos ipsi scitis) infinitam discordiam, & inimicitias inter multos pariet. De cetero delicta sua corrigat, & relictis iuuentutis suæ moribus, attritam regni sui dignitatem, & gloriam tenendo iustitiam reparare incipiat: & ut ceteros ad ea, quæ recta sunt, coercere valeat, ipse primum quæ sunt iniqua relinquat. Quod si vos audire noluerit, & abiecto timore Dei, contra regnum decus, contra suam & populi salutem in duritia cordis sui perstiterit, Apostolica animaduersionis gladiū nequaquam eum diutius effugere posse quasi ex ore nostro sibi notificare. Propter quod & vos Apostolica auctoritate commoniti, atque constricti, matrem vestram sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam debita fide & obedientia imitami, & ab eius vos obsequio, atque communionem penitus separantes, per vniuersam Franciam omne diuinum officium publicè celebrari interdicit. Quod si nec huiusmodi distinctione voluerit respicere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis omnibus regnum Franciæ de eius occupatione, adiuuante Deo, tempe mus eripere. Sanè si in hoc tanto, tamquam necessario negotio tepidos vos cognouerimus, non iam amplius dubitantes, quin vestra fiducia sultus incorrigibilibus

Ierem. 48.

Esa. 56.

Quis fidelior est cui promissa est fidelitas.

Timor ab Episcopo abijciendus.

Pena priuationis Regni.

Pena priuatio
nis Episcopis.

rigibilis perduret, vos ipsos sicut socios & complices scelerum eius, episcopi A
li priuatos officio pari vindicta iaculo feriemus. Testis enim nobis est Deus,
& propria conscientia, quod hæc neque precibus, neque pretio alicuius ducti
dicimus, nec in animum induximus: sed solo dolore tacti intrinsecus, quod
tam nobile regnum, & tam infinitus populorum numerus vnus perditissimi

Proli. 29.

Memores igitur illius diuinæ dicti sapientiæ: Qui timet hominem, cito cor-
ruet; & qui sperat in Domino, subleuabitur. ita agite, ita vos habetote, vt
quàm sit vobis libera mens & lingua ostendatis: nec timentes hominem, in-

Eph. 6.

firmitatis vestræ ruinam patiamini, sed confortati in Domino, & in potentia
virtutis eius, sicut strenui milites Christi, ad celsitudinem præsentis & futura
gloriæ subleuemini. Præterea multum rogamus, & admonemus dilectione
vestram, quatenus Lanzelinum Beluacensem militem conuenientes, vt Fol- B
cerium Carnotensem fidelem nostrum, quem ab Apostolorum liminibus re-
uertentem cepit, nihil de bonis eius retinens, illæsum dimittat, ex parte B. Pe-
tri, & nostra Apostolica auctoritate commoneatis. Quod si facere contempse-
rit, spiritualibus & secularibus armis insequi, & vrgere non prius desita-
tis, quàm relicto S. Petri peregrino, etiam si quid pro redemptione illius ac-
cepit, aut pepigit, simul reddere, aut refutare cogatis. Dat. Tiburi, quarto
Idus Septembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA VI.

ARGVIT de contempta auctoritate Apostolica Sedis, de mèrita fide, de fraudulen-
ta occupatione rerum Episcopi Marouensis, quas restitui iubet, & eum Romam cum di- C
cto Episcopo ad definiendam causam venire; de mendacijs contra Ducem Boemia sibi
suggestis: demum de excommunicatione in homines eiusdem Ducis absque legali iu-
dicio lata.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

† s. Hieronimo, vt
sup. lib. 1. ep. 44.
& ep. 60.

† Geboardo Bragenfi Episcopo, quod non meretur, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Enientem te hoc anno ad Apostolicam sedem, Apostolica vtentes
mansuetudine, multò benignius, multoq;ue mitius quàm facta tua
mererentur, te suscepimus atque tractauimus: sed tu more tuo ma- D
lum pro bono reddens, contempta nostra charitate, & Apostolica
auctoritate, contra interdictum nostrum de bonis & rebus, vnde inter te & Io-
annem Episcopum Marouensem lis est, te intrmittere ausus es: & (quod
valdè nobis molestum est) nostra concessione te id fecisse mentitus es. Nos
equidem meminimus sic decreuisse, vt Episcopus Marouensis terram & alia
de quibus inter vos discordia erat, vsque ad futuram Synodum cum omni
pace & quiete tenere deberet. Hoc in litteris nostris fratri tuo Duci expressè
significauimus. Hoc tu vt nullatenus impedires, in manum nostram promit-
tendo firmasti: sed vt verbum inde mutaremus, hoc cum multum instares, ne-
que precibus, neq; pretio impetrare potuisti. Porro in nouissimis, quasi qua-
dam nouas querelas super fratre tuo Vuratzlao Duce (quod fraudulenter
concludantur, sed per orbem terrarum ad discordiam multarum gentium, &
te fe-

A te fecisse nunc cognouimus) afferens, videlicet eum de quodam castro San-
cti Venzlai, & de præpositura iustitiam tuam tibi contradicere. Hoc tantum
effecisti, vt eum in epistola nostra moneremus, quatenus si se iniuriam tibi fe-
cisse cognosceret, pro nostro, immò pro amore Dei, quod æquum esset, inde
faceret. Hac igitur occasione & de nobis mendacium finxisti, & nostra decre-
ta subuertisti. Sed, quæso, non erubescis, aut non times, quòd pro talibus cau-
sis non solum ordinis tui periculum tibi imminet, sed ex fraterno odio, nec
Christianitatis quidem in te suscepta gratia manet? Præcipimus ergo tibi
ex parte B. Petri, & nostra Apostolica auctoritate, vt castrum, quod tam
fraudulenter cepisti, & alia omnia, quæ in lite sunt, præfato Marouensi
Episcopo reddas, & tu ad definiendam causam (sicut statutum est) aut
ipse Romam venias, aut idoneos legatos mittas: atque hoc ita tempestiuè
Marouensi Episcopo notifices, quatenus & ipse pariter se, vel legatos suos ad
B iter præparare valeat. Præterea, sicut nobis relatum est, pacem, quæ inter te
& fratrem tuum Ducem conuenit, multis modis perturbare non desinis, præ-
cipuè cum suos absque canonica culpa, & legali iudicio excommunicas.
Quod quidem tibi maximè periculosum est: quoniam sicut B. Gregorius di-
cit: Qui infantes ligat, sibi ipsi potestatem ligandi, atque soluendi corrumpit.
Vnde te admonemus, vt anathematis gladium nūquam subito, neque teme-
rè in aliquem vibrare præsumas, sed culpam vniuscuiusque diligenti prius
examinatione discutias: & si quid est, quod inter te & homines sæpè fari
fratris tui emerferit, cum eo in primis vt suos ad iustitiam compellat, frater-
nè, & amicabiliter agas: & si aequitatem tibi denegauerit, aut temeritatè suo-
rum aliqua dissimulatione contra te (quod non credimus) intumescere sine
C querelæ occasione sollicitis admonitionibus sine mora decidere procura-
bimus. Dat. Romæ, x. Kal. Octobris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA VII.

AGIT gratias quòd censum miserit, & pacem cum fratre Bragenfi Episcopo,
inierit. Monet vt omnino Marouensi Episcopo à dicto eius fratre ablata restituenda
curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vuratzlao Duci Boëmiorum, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

D



Erueit ad nos nuncius vester, qui magnæ deuotionis & fidelitatis
vestræ exhibitionem nobis retulit, & quæ B. Petro sub nomine cé-
sus misistis, videlicet, centum marchas argenti ad mensuram ve-
stri ponderis, fideliter præsentauit. Quod quidem gratanter acce-
pimus; sed charitatem vestram multo ardentius, amabiliusq;ue, quasi quibus-
dam animi brachijs ad vos vsque porrectis, amplectimur, qui mentè vestrā
& desiderium magis; ac magis erga reuerentiā Apostolicæ sedis accendi per-
pendimus. Beatus autem Petrus quem vos diligitis, & cui celsitudinem potè-
tiæ vestræ humiliatis, copiosa vobis proculdubio retributionis munera præ-
parabit, & suo vos munimine tam in præsentibus, quàm futuro sæculo lætifica-
bit. De cetero grates vobis habemus, quòd obediētes; nostris monitis cum
fratre

Census centum
marcharum Du-
cis Boemia.

fratre vestro Ieromiro Bragenfi Episcopo pacem fecistis; quem nos quidem A hoc in anno Apostolica sedi presentatū longē misericordius, quā sua meretur culpa tractauimus. Verū ille indebitam nobis vicem rependens, mox vt domum reuersus est (sicut nos non dubia relatione cognouimus) de castro quodam, & aliis rebus vnde litem habet cum Ioanne Marouensi Episcopo, contra interdictum nostrum, & contra sui ipsius in manus nostras datam promissionem, etiam de nobis mentiēdo, quasi id sibi concesserimus, se intromittere ausus est. De quo mendacio & fraude, quid & qualiter paucis eum corripiendo praeceperimus, in transmissio tibi exemplo litterarum, quas ei direximus, plenē cognoscere potes. Vnde & tuam nobilitatem ex parte B. Petri, & nostra Apostolica auctoritate rogamus, & praecipiendo monemus, vt nequam cum de tanta deceptione vltius gaudere sinas: sed nisi ipse (sicut ipse in litteris nostris iussus est, castrum & alia, quae in lite sunt, Marouensi Episcopo sine mora reddat, tua eū virtute eijcias, & restituis omnibus iā saepe dicto Marouensi Episcopo, ipsum & bona Ecclesiae, cui praestit, pro amore Dei, & redemptione animae tuae ab iniuriis, & impiorum hominum oppressionē defendas. Hoc autem ea spe & intentione tibi procurandum mittimus, vt omnipotens Deus te & honores tuos diuina virtute defendat, & suffragante B. Petro Apostolo, a peccatorum tuorum te absolutum vinculis ad gaudia aeterna perducatur. Dat. Romae, x. Kal. Octobris, Indictione tertiadecima.

EPISTOLA VIII.

CONSOLATOR de iniurijs à Bragenfi Episcopo perpeſsis, & quantum ea re commotus sit, ex nuncio & litterarum ad Ducem Boemiae missarum exemplis eum cogniturum asserit. Arguit quod putarit se sententiam leuiter mutasse. Iubet vt Apostolica auctoritate, omnia bona à Bragenfi Episcopo ablata repetat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ioanni Marouensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Haritatem tuam frater erga nos promptam & sinceram esse cognoscentes, debitas tibi grates rependimus, tuisque fatigationibus fraterno corde compassi sumus. Scimus enim quanta fraude Bragenfis Episcopus te circūuenit: qui tamen non solum ad tuas, sed de nobis mentiēdo, & quasi ex nostra concessione rapacitatem suam roborando, ad nostras etiam iniurias patenter erupit. Qua de re quā grauiter commoti simus, vel quid inde censuerimus; hic nuncius tuus viua voce tibi indicare poterit, & tu ipse in litteris quas Duci, & exemplo litterarū, quas eidem Episcopo misimus, pleniter cognoscere potes. Et tu quidem nimis simpliciter egisti, quod nos contra decreta nostra surgere, & sententiam nostrā tam leuiter mutare putasti: qui ea omnia, quae inter te & illū in lite sunt, vsque ad futuram Synodum, & totius dissensionis vestrae discussionem, tuis possessionibus decreuisse praesens intellexeras. Nunc igitur Apostolica auctoritate iussus, atque suffultus, castrum & si quae alia praefatus Episcopus tibi abstulit, sine mora repetas. Illum namque admonuimus, firmiterque tibi ea omnia sine contradictione reddere praecipimus. Ducem verò rogauius, vt si Episcopus nobis non obediret, vt eum de castro expelleret, & restituis tibi omnibus

anibus pro amore Dei te, & bona Ecclesiae cui praes, Deo adiuuante, defenderet. Hoc enim indubitanter scias, quia neque in hac, neque in alia re ad defensionem iustitiae tuae, Apostolica tibi, prouidente Deo, sollicitudo non deerit, vel auctoritas. Omnipotens Deus in tua sacerdotali vigilantia, & officio sibi gratum sacrificium, & tibi statuatur aeternae felicitatis praemium. Dat. Romae, x. Kal. Octobris, Indictione xij.

EPISTOLA IX.

SVA M in eos fiduciam declarat. Dolet se ex periculoso morbo emerſisse, seruatum ad sollicitudines penē naufragantis Ecclesiae. Roberto Guiscardo reconciliatorem suppliciter petenti iustis de causis concedere differt. Demum Marchionem Arzobnem promississe, rationem se redditurum sui coniugij ait, qua de causa se Romam vocasse Papien. & Mutinen. Episcopos.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Beatrici Duci, & eius filiae Mathildi, salutem
& Apostolicam benedictionem.



On nos fugit varios saepe ad vos rumores de nobis afferri, sicut mos eorum est, qui amicorum dilectioni inuidēt, & vnanimitati. Et quidem si nos talibus aures (quod absit) acclinare vellemus, non multi sunt, in quibus sinceræ dilectionis affectum nobis patere crederemus. Sed nos nihil ferē potius, quā suspectum animum fugientes, in veritate vobis loquimur, quod in nullis terrarum principibus tutius, quā in vestra nobilitate confidimus: quoniam hoc verba, hoc facta, hoc pia deuotionis studia, hoc fidei vestrae praecleara nos constantia docuerunt. Nec dubitamus, quin vestra in nobis vera nitescat charitas, cum per Petrum seruus, & Petrus in seruo diligitur. De cetero scitote nos praeter spem omnium, qui nobiscum erant, infirmitatem corporis euasisse, & iam bonam valitudinem recepisse: vnde nobis dolendum potius, quā gaudendum esse putamus. Tendeat enim anima nostra, & toto desiderio ad illam patriam anhelabat, in qua ille, qui laborem & dolorem considerat, lassus quietem & refrigerium praestat. Verū reseruati adhuc ad consuetos labores, & infinitas sollicitudines, in singulas horas, quasi parturientis dolores, & angustias patimur, dum penē in oculis nostris naufragantem Ecclesiam nullo valemus eripere gubernaculo. Lex enim & religio Christiana ita ferē vbique deperijt, vt Sarraceni, & quilibet Pagani suos ritus firmiter teneant, quā illi, qui Christianum nomen acceperunt; & quibus in regno patris per Christum haereditas, & aeternae vitae gloria parata est, diuinæ legis mandata custodiant. Quo minus mirandum est, si huius lucis arumnas spe supernae consolationis fugere cupimus, qui in his positi, in sola cognitione inundantium periculorum singulorum poenas luimus. Praeterea scitote Robertum Guiscardum saepe supplices Legatos ad nos mittere, & tantae fidelitatis securitatem se in manus nostras dari cupere, vt nemo vquam firmiter obligatione se cuius Epist. tom. 3. Ggg bet

bet domino debeat, vel possit astringere. Sed nos non incertas rationes, A
 cur illud sit adhuc differendum considerantes, supernae dispensationis, &
 Apostolicæ procuratoris consilia præstolamur. Ad hæc alteram vestrum
 hoc in tempore transalpinaturam intelleximus; sed prius, si fieri posset,
 ambarum colloquio, uti multum desideramus: quoniam vestra consilia si-
 cut sororum nostrarum, & filiarum sancti Petri, in causis & negocijs no-
 stris habere desideramus. De nobis verò quicquid per Deum, & rectè sa-
 pimus, & valemus in omni charitatis exhibitione vobis patere confidite,
 & memoriam vestram in nostris quotidie orationibus haberi, & (quamquam
 peccatores simus) intentè Deo commendari scitote. Præterea notum vo-
 bis est, Marchionem Azzonem in Synodo nobis promississe, & fidem in ma-
 num nostram dedisse, se in nostram præsentiam, quandocumque eum com-
 moneremus, pro reddenda ratione sui coniugij venturum. Et nos qui-
 dem hac de causa ipsum vocauimus. Guilielmum Papiensem Episcopum, B
 & Heribertum Mutinensem, qui propinquitatem mulieris sciunt, ad nos
 venire per Epistolas nostras inuitauimus, quatenus rei veritate percognita,
 quod iustum fuerit, Deo adiuuante, statuamus. Quapropter dignum no-
 bis videtur, ut præfato Marchioni per certum vestrum nuncium mande-
 tis, quatenus per terram vestram in eundo & redeunda securus transire
 possit, ne occasione vestri timoris in hac parte iustitia christianæ legis de-
 trimentum sentiat. Dat. Romæ, XVIII. Kalend. Nouembris, Indictio-
 ne xiiij.

EPISTOLA X.

COMMITTIT ei, & Episcopo Metensi causam, quæ inter Tullensem Episcopum
 & quendam eius clericum versabatur. Moneat ut illum tutum reddat, & omnia ablata
 ei restitui iubeat. Tum conuocatis Tullensibus clericis inquireat de moribus Episcopi, de
 quibus certior vult fieri ante synodum.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
 Vdoni Treuirorum Archiepiscopo, salutem &
 Apostolicam benedictionem.



Dmonere te frater, ut ea quæ tibi committimus, fideliter agas
 ex charitate: ut verò velociter, ex considerata causarum, vel
 temporum sit competentia & necessitate: quæ quidem v-
 traque in subscripto negotio ita te obseruare volumus, ut
 (quemadmodum credimus) fidum te, & indefessum nobis
 cooperatorem cognoscamus. Frater iste Tullensis (ut fate-
 tur) clericus ad nos veniens, conquestus est nobis, quoniam iratus sit ei
 dominus suus, videlicet Tullensis (ut dicitur) Episcopus, se exulem fa-
 ctum, & omnibus rebus suis expoliatum, supplicans, ut apud Apostolicam
 pietatem tantarum miseriarum aliquam inueniret consolationem. No-
 bis verò cur hoc sibi acciderit, diligenter inquirentibus, retulit se ab Epi-
 scopo quandam Ecclesiam postulasse, quæ ad officium custodiæ quod tene-
 bat, legali constitutione dicitur attinere. Qua de re commotus Episcopus,
 cum

A cum ei non solum hanc denegaret Ecclesiam, sed totum officium per sum-
 mam interdiceret obedientiam, respondit se non debere sibi obedientiam: re-
 uerentiam, quoniam Archidiaconatus, consecrationes Ecclesiarum, & ipsas
 Ecclesias vendendo simoniaca hæresi se commaculasset; cum muliere qua-
 dam in publica fornicatione iaceret, de qua filium genuisset: quamq; rumor
 esset Sacramento & desponsatione laicorum more sibi copulasse, & præterea
 quod nonnulli eum ad Episcopatum pactione præmij peruenisse dicerent.
 His auditis Episcopus quali de manifestis culpis pœnitens, & de sua corre-
 ctione tum cum hoc solo, tum cum cæteris fratribus loquens, tandem manife-
 sta indignatione & ira super istum inflammatus est. Egressoq; ab Vrbe Epi-
 scopo, paulò post milites eius (ut potè non ignorantes voluntatem Domini
 sui) huic omnem securitatem abnegauere, & intra claustrum ei minati sunt in-
 faciem. Quos cum insidiari vitæ suæ, & honori intelligeret, clam discessit, ut
 sua absentia temperaret ferocitatem huius furoris. Episcopus verò confestim
 sua omnia diripi, & publicari præcepit: & ita iste exulem se, & egenum iam-
 diu fuisse conqueritur: Verum hæc nobis inordinata, & valde iniqua viden-
 tur: quoniam si illa vera sunt, Episcopus, imò exepiscopus non hunc, sed
 conscientiam suam odisse: & persequi debuerat. Sin verò falsa (& vtinam
 falsa) non tamen milites, sed disciplinam canonum istum corripere, & fla-
 gellare æquum fuerat. Quocirca fraternitatem tuam Apostolica auctoritate
 commonitam, & in hac causa suffultam esse volumus, ut conuocato, & adiu-
 cto tibi dilecto confratre nostro Herimanno venerabili Episcopo Metensi,
 Tullensem conueniatis, eumque, ut clericum istum sine omni periculo vitæ,
 & securum ab omni contumelia in claustrum suum recipiat, & officium cus-
 todia cum Ecclesia, quam postulauit, si iustè attinet, cum cæteris omnibus
 iustis pertinentiis & utilitatibus suis, & præposituram suam, & officium scho-
 larum, nec non omnia ablata sibi bona, & tam irrationabiliter illata damna
 restituat, Apostolicis iussionibus commoneatis. Deinde conuocatis Tullen-
 sibus clericis per veram eos obedientiam, imò sub comminatione anathe-
 matis constringite, ut quicquid de introitu & vita Episcopi sciunt, vobis
 aperiant; & vos vndique explorata veritate, quid nobis inde credendum
 sit, in Synodo vel ante Synodum, quam in prima hebdomada Quadrage-
 simæ celebraturi sumus, per litteras vestras notificare nullatenus prætermi-
 tite. Quòd si Episcopus (ut optamus) innocens de tot, ac tantis crimini-
 bus apparuerit, quòd Clericus temerè peccauit, quoniam ad nostram ve-
 nit audientiam, qualiter iustè corrigatur, Deo aspirante, procurabimus.
 D Si verò Episcopus ea, quæ sibi intenduntur veraciter remouere non poterit,
 nullo modo ferendum est nobis, vel vobis, ut locum pastoris lupus ob-
 tineat. Has autem litteras idcirco apertè sigillari præcepimus, ut certio-
 rem vobis auctoritatem traderemus. Dat. Romæ, XVII. Kal. Nouembris, In-
 dictione xiii.

LAVDAT fidem & religionem eorum, quorundam Episcoporum scelera reprehendit. Monet ut persistant, & decreta Apostolica sedis de simoniacis, & incontinentibus sacerdotibus teneant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Alberto Comiti & eius vxori, salutem & Apostolicam
benedictionem.



Ratias Deo referimus, quod vel laici, & mulieres ad Dominum mentes erigunt, & cultum religionis libenter intellectu capiunt, & tenere contendunt. Nam illi qui propter lucrandas animas Episcopi vocati, & constituti sunt, & subditos suos verbo & exemplo viam veritatis docere deberent, his temporibus seducti à Diabolo, non solum legem Dei deserunt, sed impugnare, & omni conatu subvertere, non desistunt. Quominus mirandum est, si ipsi inferiores ordines à delicto non prohibent, quorum aut ordinatio fuit hæretica, aut vita omni immunditia, & facinoribus cooperta; qui, dum in semetipsis propria scelera nec corrigunt, nec attendunt, subditorum quoque crimina aut per negligentiam, aut timore propriæ conscientie portant. De quibus rectè per Prophetam dicitur: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Quapropter quicquid illi cõtra vos, imò contra iustitiã garriant, & pro defendenda nequitia sua, vobis qui in litterati estis obiiciant, vos in puritate & constantia fidei vestræ permanentes, quæ de Episcopis, & sacerdotibus simoniacis, aut in fornicatione iacentibus ab Apostolica sede accepistis, firmiter credite, & tenete. Dat. Romæ, VII. Kal. Nouembris, Indictione decima tertia.

¶ Gal. 60.

EPISTOLA XII.

LAVDAT eius erga Romanam Ecclesiam obseruantiam, quam ex eius animi dolore perspexerat, quod legati Apostolici in illo regno, non eo quo decebat, honore suscepti fuissent; quam rem eis contrigisse manult, quam Apostolicæ sedis auctoritatẽ violasse.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, D
Albistetenfi Episcopo, salutem & Apostolicam
benedictionem.



Stendis frater te sanctam Romanam Ecclesiam sincero affectu diligere, quando id mouet cor & animum tuum, legatos sedis Apostolicæ in regno vestro nõ eo quo oportuit honore susceptos fuisse, nec ea, quæ Christiana religio postulabat, & adhuc postulat, prout necesse foret, efficere potuisse. Verum nos multo magis hæc illis accidisse volumus, quam ut ipsi hominibus magis quam Deo placere cupientes, veritatem & libertatem illius, quæ in eis representabatur auctoritas, aliqua simulatione violassent. Nam si principibus & diuitibus terræ vestræ regnare pro libidine, & iustitiam Dei conculcare taciti consentire vellemus, profecto amicitias, munera, subiectiones, laudem & magnificas ab eius honoribus

A norificentias habere possemus. Quod quia loco in quo sumus, & officio quod tenemus minimè congruit, nihil est quod nos à charitate Christi, ipso protegente separare possit, quibus mori tutius est, quam legem eius derelinquere, aut pro mundi gloria impiorum potius, si sint potentes, quam eorum personas respicere, qui licet sint pauperes, legem sui conditoris exquirunt, mandata diligunt, vitam potius quam iustitiam deserunt. Tuæ igitur vnanimitatem fraternitatis debita cum gratulatione suscipientes, hanc flammam in pectore tuo semper crescere cupimus, ut in ea quam erga sanctam & Apostolicam Ecclesiam habere cœpisti dilectione proficias: spem verò in nostra charitate, imò beati Petri protectione, & eius Apostolica indubitãter benedictione habere confidas. Dat. Romæ, VII. Kal. Nouembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XIII.

QVERITVR quod cum Vngariæ regnum iuris sit sancti Petri, à Teutonicorum rege in beneficium accepit. Monet ut illud, correcto errore suo, ab Apostolica sede recognoscatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
† Salomoni Regi Vngarorum, salutem & Apostolicam
benedictionem.

† De Salomone Rege Vngarorum Lamb. in an. 1074.



Istæ tuæ ad nos tardè propter moram nũtij tui allatæ sunt: quas quidem multo benignius manus nostra suscepisset, si tua incauta conditio non ad eò beatum Petrum offendisset. Nam sicut à maioribus patriæ tuæ cognoscere potes, regnum Vngariæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, à rege † Stephano olim beato Petro cum omni iure & potestate sua oblatum, & deuotè traditum. Præterea † Henricus piæ memoriæ Imperator ad honorem sancti Petri regnum illud expugnans, victo Rege, & facta victoria, ad corpus beati Petri lanceam, coronamque trãsmisit, & pro gloria triumphi sui, illuc regni direxit insignia, quo principatum dignitatis eius attinere cognouit. Quæ cum ita sint, tu tamen in ceteris quoque à regia virtute & moribus longè discedens, ius & honorem sancti Petri quantum ad te imminuisti, & alienasti, dum eius regnum à Rege Teutonicorum in beneficium (sicut audiuimus) suscepisti. Quod si verum est, qualiter gratiam beati Petri, aut nostram beneuolentiam sperare debeas, tu ipse, si iustitiam vis attendere, non ignoras, videlicet te non aliter eam habiturum, nec sine Apostolica animaduersione diu regnaturum, nisi sceptrum regni quod tenes, correcto errore tuo, Apostolicæ non regie maiestatis beneficium recognoscas. Neque enim nos timore, vel amore, aut aliqua personali acceptione, quantum Deo adiuuante poterimus, debitum honorem eius, cuius serui sumus, irrequiritum relinquemus. Verum si hæc emendare, & vitam tuam (ut Regem decet) instituere, & Deo miserante, adornare volueris, proculdubio dilectionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut matris dilectus filius, & nostram in Christo amicitiam plenè habere poteris. Dat. Romæ, v. kal. Nouembris, Indictione decimatertia.

† De sancto Stephano primo Vngarorum rege Hermannus Contractus in chron. ann. 1038 Chartuicus Episcopus in eius vita apud Sur. tom. 4. Leo Ostien. li. 2. c. 79. & alij.

† De expeditione Henrici secundi Imp. contra Hungaros Hermannus Contractus in ann. 1044.

EPISTOLA XIII.

Ut curam aduocatiæ monasterij sanctæ Crucis à Leone IX. constructi, iuxta eiusdem Pontificis constitutionem Gerardo eius nepoti maiorinatu adiudicent, & Vgonem ab ea excludant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guarnerio Argentinensi, & Burcardo Basiliensi Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Loquitur de
Leone Nono.

Non ignorare vos credimus Dominum nostrum beatæ memoriæ Leonem Papam, monasterium sanctæ Crucis in terra hereditatis suæ fundatum, ac propriis opibus eius constructum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui piè & sanctè præsidebat, in proprium ius tradidisse: quatenus venerabilis ille locus sub alis sancti Petri tutior, & liberior in diuino famulatu proficeret. Verum (sicut nos certa relatione comperimus) nepotes illius, Hugo videlicet & Gerardus, sua potius quam quæ Dei sunt, querentes, nec tam sanctissimi viri excommunicationem timentes, dum inter se de aduocatiâ contendunt, monasterii bona diripiunt, & quæ ad sustentationem ancillarum Dei constituta sunt, sacrilegis inuasionibus militibus suis prædam faciunt. Quapropter fraternitatem vestram multum rogamus, & admonemus, ut pro amore & debita sancto Petro obedientia, ambos in locum aliquem vestro conuentui aptum conuocetis, & causam vtrinque diligenter inquirentes, finem contentioni eorum imponere summopere studeatis, in nullo quidem ab ea quæ in priuilegio prælibati patris nostri Leonis Papæ descripta est constitutione, & determinatione digredientes. Ibi enim inter cetera eius Apostolica sanctione decretum est, ut qui de progenie sua in castro Egenelchen ceteris maior natu fuerit, curam aduocatiæ solus teneat, & in omnem posteritatem eius generis hæc potestas ita procedat. Iuxta quam ordinationem Gerardum quidem iustius agere, & aduocatiâ magis merito, quam Vgonem administrare putamus, quia ætate priorem esse intelleximus. Quod si & vos ita esse cognoueritis, ex parte B. Petri, & nostra Apostolica, vestra etiam Episcopali auctoritate Hugoni interdicit, ne vterius villo modo de eadem aduocatiâ se intromittat, neque monasterium, aut bona eius cuiuscumque modi sint, aliqua læsione vel contrarietate impetat. Alioquin sciat se Apostolici gladii ictum nullatenus euadere posse, & non solum à gratia B. Petri, sed à communionem totius Ecclesiæ iudicio sancti Spiritus, & Apostolica sententia excommunicatum, ac condemnatum penitus separari. Quicquid igitur inde factum fuerit, per litteras vestras nobis quantocyus indicare curate. Dat. Romæ, iij. Kal. Nouembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XV.

Ut clericos Lingonenses moneant, ut desistant ab iniurijs, & satisfaciant de damnis monasterio Pultariensi illatis: quod si facere renuerint, eos ab introitu Ecclesiæ arceant; & si perseverauerint, excommunicationi subdant.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Humberto Archiepiscopo Lugdunensi, & Agino Augustunensi, & Rodulfo Matifconen. Episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vmbertus Pultariensis Abbas, diu apud nos pro necessitatibus monasterii sui commoratus, multas aduersitates, & inquietudines conqueritur se à clericis pati Lingonensibus; cuius iniuriæ tanto vehementius nos attingunt, quanto sollicitudines Apostolicæ dispensationis per B. Petrum, cui serui sumus, & cui monasterium illud speciali & proprio iure subiectum est, nobis præ ceteris incumbunt. Sed quia longum erat singulas querimoniarum Abbatis causas hic comprehendere; fraternitatem vestram rogamus, & Apostolica auctoritate monemus, ut ex ore ipsius illatas sibi molestias, & monasterii detrimenta audiat, & diligenter attendatis, conuocatisque præscriptis clericis ad faciendam emendationem, & satisfactionem, prout iustum fuerit, super omnibus de quibus in eos conqueritur Abbas, nostra vice & Apostolica auctoritate commoneatis. Quod si vos, immò B. Petrum, & eius per nos administrata monita contempserint, & iustitiâ facere renuentes in pertinacia temeritatis suæ perstiterint, ab introitu Ecclesiæ arcere eos, & excludere nullatenus prætermittatis. Sin verò nec pro huiusmodi distractione voluerint respicere, & illatas B. Petro iniurias, utpotè priuilegia eius transgressi, ceteraque in quibus Abbatem, & monasterium eius indignis offensionibus læserunt, digna respuerint satisfactione emendare, nostra Apostolica auctoritate iussi, atque suffulti eos anathematis gladio percussos, à corpore & communionem totius Ecclesiæ separate, & canonico iudicio condemnate. Quicquid autem inde factum fuerit, nobis per vestras litteras sine mora notificare. Dat. Romæ, iij. Idus Nouembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XVI.

GREGORIVS, &c. RICHERIO SENONENSI
Archiepiscopo, salutem, &c.

De hominibus sui Episcopatus à paribus.

D Dat. Romæ, iij. Idus Nouembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XVII.

Arguit quòd sibi suaserit, ut Albericum monasterio sancti Anastasii, alio amoto, restitueret, quem postea cognouit multis esse criminibus diffamatum. Præcipit ut aut monasterium Albericus restituat, aut ipse vnà cum eo Romam veniat de obiectis criminibus responsurus.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^A
Sigebaldo Abbati monasterij sancti Saluatoris in Perusia,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Raternitatem tuam, quam religiosam tenemus, admodum miramur nobis iustum non dedisse consilium, secundum quod à pluribus dicitur, de Alberico scilicet multis criminibus inuoluto, & (quod est peius) etiam à venerabilis memoria Domno Petro, aliisque duobus Episcopis ab omni honore Ecclesiastico sub excommunicatione amoto, quem sancti Anastasij monasterio ex nostra permissione restitisti: alterum verò meliorem ex Abbatiae honore (ut fertur) vi ac sine ratione eiecisti. Quod cum audissemus, valde nobis displicuit, nostraque charitas, ut talia corrigantur, has litteras tibi direxit. In his igitur vnum ex duobus tibi ac praedicto Alberico praecipimus, aut monasterium quod ei non rectè dedisti dimittat, & alteri iniuste reiecto reddat, aut tecum Romam veniens ex illis criminibus, in quibus accusatur, in nostra praesentia veritate se defendat. Sin autem neutrum horum obedire non vult, à sacra sede Apostolica intelligat se proculdubio excommunicandum. Hec itaque nullatenus negligas praecipimus. Peccatum enim maximum tecum incurrimus, si omitterimus hoc: quandoquidem ita est, sicut nobis multorum testimonio est intimatum. Dat. Romae, Idibus Nouembris, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XVIII.

^C **V**t à cum Episcopis ac nobilibus regni Franciae admoveat Philippum regem desistere à confusione ecclesiarum, atque à depredationibus: alioquin ipsum Regem, & quos cumque ei obedientiam praestantes minatur se excommunicaturum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Comiti Pictaueni, salutem & Apostolicam benedictionem.

Icet Philippi Regis Francorum iniquitates ad notitiam tuam pervenisse dubitandum non sit, vtile tamen duximus, quatum de eisdem iniquitatibus doleamus, tibi innotescere. Nam inter cetera scelera, quibus non solum Christianos, sed & Paganos videtur superasse principes, post ecclesiarum, quas sibi licuit confundere, varias destructiones, ad eò regiae dignitatis posthabuit verecundiam, ut avaritia potius inflammante, quam ratione aliqua poscente, Italiae negotiatores, qui ad partes vestras venerant, deprædatus fuerit. Quae de re, quia Episcopos Franciae litteris nostris eum convenire monuimus, te quoque sanctum Petrum, & nos purè diligentem, & (ut credimus) de eius nobiscum periculis contristatum, praecipue moneamus, quatenus ex illis atque nobilioribus Franciae melioribus quibusdam adhibitis, iniquitates suas sibi notificetis, & ut ipse stultorum suggestionibus renunciando, atque bonorum, & sapientium consiliis adherendo incipiat iam à confusione ecclesiarum manum retrahere, & ad exemplar bonorum Franciae regum praeuos mores suos commutare, deprædationes quas supra commemoravimus, unde oratores sancti Petri impediuntur, capiuntur,

^A capiuntur, atque multis modis afficiuntur, sine dilatione emendare. Qui, si consiliis vestris acquieverit, nos eum qua debemus charitate tractabimus: Alioquin si in perversitate studiorum suorum perduraverit, & secundum duritiam, & impænitens cor suum iram Dei, & sancti Petri sibi thesaurizaverit, nos Deo auxiliante, & nequitia sua promerente, in Romana Synodo à corpore & communione sanctae Ecclesiae ipsum, & quicumque sibi regalem honorem, vel obedientiam exhibuerit, sine dubio sequestrabimus, & eius quotidie supra altare sancti Petri excommunicatio confirmabitur. Diu est enim quod iniquitates suas portavimus: diu est, quod sanctae Ecclesiae iniuriam parcendo adolescentiae suae dissimulavimus. Nunc autem ad eò perversitas morum suorum se notabilem reddidit, ut si tantae validitatis, tantaeque fortitudinis esset quantam Paganus Imperatores sanctis Martyribus intulerunt, nos timore aliquo tot & tantas iniquitates suas nullo modo impunitas dimitteremus. Dat. Romae, Idibus Nouembris. Indictione xiii.

EPISTOLA XIX.

SIGNIFICAT se ei, & Turonensi Archiepiscopo litem inter Dolense monasterium, & Abbatem sancti Sulpitij commississe, monetque ut eam decidat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richardo Bituricensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

^C **D**olense monasterium, sicut novit fraternitas tua, iuris sancti Petri esse dinoscitur, cui si aliquod discrimen inferretur, speciali sollicitudine succurrere debemus. Proinde proclamatione ipsius monasterij super Abbate sancti Sulpitij iam dudum pulsati commissimus confratri nostro Rodulpho Turonensi Archiepiscopo quaestionem utriusque monasterij vna tecum diligenter discutere, & ad legitimum, Deo auxiliante, diffinitionis finem perducere. Studeat igitur fraternitas tua sic se praefato confratri nostro in hac causa auxiliatricem impendere, quatenus in inquisitione huius rei non sit nobis necessarium elaborare. Dat. Romae, xvij. kal. Decembris. Indictione xiiij.

EPISTOLA XX.

^D **V**t à Lenzelino parochiano suo, qui multa scelera in Archiepiscopum Turonensem perpetravit, dignam emendationem faciendam curet: quod si ille facere recusaverit, canonicam in eum confuram exerceri iubet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richerio Senonensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Confrater noster Rodulphus Turonensis Archiepiscopus veniens ad nos, innotuit se non parvam iniuriam à quodam Parochiano tuo, nomine Lanzelino, sustinuisse. Afferit enim ipsum in via sibi armata manu obuiaffe, & quibusdam suorum deprædatis, quibusdam

busdam etiam vulneratis, & (quod crudelius est) in faciem suam proprio cō sanguineo interfecto, multis contumeliis se dehonestasse. Vnde fraternitatem tuam admonemus, vt præfatum Lanzelinum conuenias, & tanti sceleris præsumptionem dignè emendare facias: quod quidem fraternitas tua etiam sine nostrarum litterarum admonitione facere debuisset: & si ita est, vt dicitur, prius ad nos vindictæ, quàm proclamationis venire fama debuisset, si in te fraterna charitas vigeret. Quòd si ipse spiritu superbia ductus satisfacere recusauerit, canonicam super eum censuram exercere non differas. Dat. Romæ, XVII. Kal. Decembris. Indictione xiii.

EPISTOLA XXI.

Vt Archiepiscopo Turonensi pareat: sin aliquam idoneam excusationem habeat, ad synodum Vn. cum nuncio ipsius Archiepiscopi veniat, vel nuncios mittat de sua inobedientia, & obiectis criminibus responsurus.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Abbatì Bellilocensi, salutem & Apostolicam
benedictionem.

Confrater noster Rodulphus Turonensis Archiepiscopus retulit nobis, te nullam sibi obedientiam velle impendere, teque vsuris, ceterisque sceleribus effrenata licentia deservire. Qua propter admonemus, vt prædicto confratri nostro debitam non deneges obedientiam. Quòd si aliquam te cognoscis idoneam posse prætere ex-
cusationem, cum prædicti confratris nostri nuncio ad synodum, quam in prima septimana Quadragesimæ celebraturi sumus, venias, vel idoneos nuncios mittas: quatenus & de inobedientia Archiepiscopi, & de criminibus tibi obiectis respondeas. Non enim possumus; quod in Laicis legaliter reprehendimus, in te indiscussum, & (si verum est quod infertur) sine condigna pena puniendum relinquere. Dat. Romæ, XVII. Kal. Decembris. Indictione xiii.

EPISTOLA XXII.

Vt iniuste retenta ecclesiæ Turonensis bona Archiepiscopo reddat, & si quid sibi deberi putet, cum eius nuncio Romam ad Synodum veniat; alioquin excommunicandus.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni militi de Sancta Maura.

Confrater noster Rodulphus Turonensis Archiepiscopus cōqueritur, quòd tu bona ecclesiæ suæ iniuste retineas, & neque timore Dei, neque reuerentia beati Mauriti ad iustitiam faciendam velis mentem tuam inclinare. Vnde Apostolica auctoritate monemus, vt (si ita est) de bonis illis dignam satisfactionem prædicto cōfratri nostro offeras. Quòd si fortasse ab eodem Archiepiscopo præiudicium tibi fieri claruerit, cū nuncio ad futuram Synodum nostram venias: quatenus vtrinque auditis rationibus, vnusquisque vestrum proclamationis suæ iustitiam cōsequatur. Quòd si huic

A si huic admonitioni nostræ inobediens fueris, in eadem synodo ad quam te vocamus, sine dubio excōmunicaberis. Dat. Romæ, XVII. kal. Decembris. Indictione xiii.

EPISTOLA XXIII.

CONFIRMAT interdictum à suo Legato aduersus eum factum, & à sacrorum participatione excludit, vsque ad futuram synodum, ad quam venire iubet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hsemberto Pictauesi Episcopo.

Coniam interdictus à Legato nostro Giraldo Hostiense Episcopo obedire contempsisti, concilium nostro præcepto congregatum violenter conturbasti, nobis quoque præceptis de causa sancti Hilarii inobediens extitisti, auctoritate Apostolorum Petri & Pauli interdictum à nostro Legato Episcopale officium nõ solum confirmamus, verum etiam te à communione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi separamus, vsque ad futuram synodum, quam Deo annuente, in prima hebdomada Quadragesimæ celebraturi sumus, nisi fortè periculo mortis imminente, & hoc præcedente satisfactione sacramento confirmata. Præcipimus etiam eadem Apostolica auctoritate, vt in futuro concilio iam dicto te nobis repræsentes, & de his omnibus, & cæteris quæ tibi illata sunt, rationem redditurus venias. Quòd si non feceris, noueris te in eadem Synodo absque spe futuræ reconciliationis deponendum. Dat. Romæ, XVI. kal. Decembris. Indictione xiii.

EPISTOLA XXIII.

PRÆCIPIT Vt Pictauesi Episcopo, nisi ad synodum, sicut illi præceperat, venerit, à nemine obedientia præstetur. Burdegalensi Archiepiscopo curam rerum Ecclesiasticarum, Guilielmo verò comiti iustitiæ administrationem committit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Gozelino Burdegalensi Archiepiscopo, atque Guilielmo Duci Aquitanie, salutem & Apostolicam benedictionem.

Norum fieri volumus vestræ dilectioni, nos Hsemberto Pictauesi Episcopo mandauisse, quoniam interdictus à Legato nostro Giraldo Ostiense Episcopo [vsque ad id, quòd ait: Absque spe futuræ reconciliationis deponendum.] Quòd si obseruare noluerit, Apostolica vobis auctoritate præcipimus, vt nullus vestrum sibi obediat, neque eum pro Episcopo habeat. Tibi autem Gozeline Burdegalensis Archiepiscopi, Ecclesiasticas res committimus tractandas: populum, & clerum ne sibi obediat commonneas. Tibi verò Guilielme Comes iustitiam committito tractandam, atque in vestris manibus causam S. Hilarii regendam, & iustitiam

stitiam inde exhibendam committimus. Dat. Romæ, xvj. Kal. Decembris, A
Indictione decimatertia.

EPISTOLA XXV.

MONET *ut causam inter Osburgen. Episcopum & Corbeisensem Abbatem & quandam Abbatissam ab Apostolicis Legatis ei commissam definiat. Quidam si perficere non possit, comoneat eos ad Synodum venire, præterea clericis castitatem seruandam inculcet.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Annoni Coloniensi Archiepiscopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem. B

T diligentia tua, dilectissime frater, reminisci potest, Legati nostri Ubertus Prænestinus, & Giralduſ Ostiensis Episcopi ad partes vestras destinati, litem quæ inter Bennonem Osburgensem Episcopum, & . . . Corbeisensem Abbatem, ac quandam Abbatissam versabatur, ad se vt dirimeretur delatam, tuæ venerandæ solertiæ iustè diffiniendam commiserunt. Verùm nescio qua obſtante causa, adhuc indiscussa remanere nobis perhibetur. Quapropter charitatem tuam frater charissime iterum duximus adhortandam, vt præfatum negocium diligenter audias, & legitime diffinias. Ceterum si aliqua ratio, qua hoc perficere nequeas, obſtiterit, his sibi litteris ostensis nos ad synodum in prima proxima Quadragesimæ hebdomada agendam adire commoneas: quatenus controuersia inter eos diu protracta, omni occasione propulsa, canonicum finem accipiat. Præterea sollicitudinem tuam ex parte B. Petri communis Patris & Domini instanter admonemus, vt non solum in ecclesiæ tuæ Diocesi, sed etiam in omnibus suffraganeorum tuorum parochijs, Presbyteros, Diaconos & Subdiaconos admonitionibus tuis castè viuere facias: quoniam, vt fraternitas tua nouit, ceteræ virtutes apud Deum sine castitate nihil valent, sicut nec sine ceteris virtutibus castitas. In hoc igitur diligens & sollicitus studeas, quatenus sicut in alijs virtutibus tuis tibi Petrum Apostolum debitorem facias. Dat. Romæ, xiiij. Kal. Decembris, Indictione decimatertia. C

EPISTOLA XXVI.

SIGNIFICAT *Abbatem S. Sauini monasterium resignasse, se tamen eius curam illi commississe; donec alius abbas eligatur. monet vt ei rei in a cum Monachis det operam; ideo legatos mittit, necnon dirimendam controuersiam causam, qua inter eum & Abbatem S. Sepulchri plebemue Placentinam versatur.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dionysio Placentino Episcopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem. D

Rigizonem Abbatem monasterij S. Sauini, quem ad audientiam nostram tua sollicitudo direxit, recepimus, & tantam inuestigatione discussimus, vt prælibatum monasterium nostris refutaret in manibus. Absit enim, vt nos eis dignitates Ecclesiasticas defendere

Adere conemur, qui sibi eas interuentu pecuniæ arripere præsumserunt. Verùm ne præmissum monasterium grauem rerum suarum pateretur iacturam, illud præfato Abbati, eousque saluo tuæ Ecclesiæ iure custodiendum commisimus, quoad ibi Abbas solenniter eligatur, qui Deo dignus, & prædicti monasterij fratribus acceptus habeatur. Quapropter diligentissime frater talis ibi tua fratrumque simul diligentia prouideatur, vt nos non appareat potius ad detrimentum monasterij vel fratrum, quàm ad vtilitatem sui vel augmentum egisse quod egimus, ac tu dignas inde laudes inter homines habeas, & apud Deum ex hoc salubri negotio indulgentiam peccatorum, & animæ tuæ perpetuam salutem inuenias, quæ tunc efficaciter acquiritur, cum Deo sacris in locis famulantibus charitatis officio piè cõsultur. Porro legatos nostros, præsentium videlicet latores, ob hoc ad vos vsque direximus, vt ad quem finem instans negocium perueniat, aspiciant, & controuersiam, quæ inter te & Abbatem sancti Sepulchri, plebemue Placentinam, siue Bonizonem subdiaconum versatur, intentius audiant, vt calumniari nitentibus obſtructa licentia, cuius partis tergiversatio iustitiam impedire contendat, aduertant, & sancta Placentina Ecclesia post tot temporum interstitia, post tot tantaque litigia, se saltem nunc optatam, & oprandam pacem tuæ nobilitatis prudenti clemencia recipere congaudeat: quatenus prænominatæ Ecclesiæ debita quietè perfruanti, Deo seruire liceat: tu verò huiuscemodi superuacaneis occupationibus propulsis, in nostri cõditoris laudibus & seruitio delectari, & in lege eius die ac nocte meditari valeas, & ad veram beatitudinem peruenias, atque apud nos calumiantium improbitas locum vltius nõ habeat. Dat. Romæ, v. kal. Decembris, Indictione decimatertia. C

EPISTOLA XXVII.

Vt *Abbatem canonicè eligant, & pro se, & Romana Ecclesia statu ad Deum preces effundant.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Congregationi monasterij sancti Sauini Placentiæ constituti, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rigizonem Abbatem vestrum ad audientiam nostram venientem suscepimus, & tanta examinatione discussimus, vt monasterium nostris refutaret in manibus. Verùm ne prælibatum monasterium graue rerum suarum pateretur dispendium, illud sibi eousque commisimus, quoad in prædicto monasterio alter solenniter eligatur, qui Deo dignus, & sacris canonibus conueniens inueniatur. Quapropter præsentibus vos hortamur apicibus, vt neglecta omni nefandi pretij taxatione, posthabita consanguinitatis & amicitia gratia, talem vobis eligere secundum regulam sancti Benedicti studeatis eum, quo Deo seruire concorditer & sincerè valeatis. Rogamus vos interea charissimi fratres, vt pro recuperatione status sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sui que incolumitate, ac pro me, vt sibi consulere valeam, Deum, cui fideliter famulamini iugiter exoretis. Dat. Romæ, v. kal. Decembris, Indictione decimatertia.

INVEHITVR in eum, quod legatis Apostolica sedis concilium (sicut ipse iusserat) celebrare prohibuerit, quodque ab eisdem Romam vocatus, venire contempserit: quare suspendit eum ab officio quousque Romam ad Synodum accedat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
† Lemaro Bremensi Archiepiscopo.

† al. Liemaro,
ve apud Liber.
an. 1073. & alibi.



Via suscepti beneficij, quo te sancta Romana Ecclesia voluit honestare, te immemorem, potius ingratum cognouimus, oblitum etiam promissionem, canonicamque obligationem, qua sancta Romana Ecclesia te fidelem, te diligere, ei que ex corde obedire canonicè obligasti, non immeritò super te dolendo mouemur, nò sine causa tibi, quem fidelem filium credebamus, irascimur. Heu inuersi mores, & tempora immutata. Quem murum inexpugnabilem pro sancta Romana Ecclesia (cui licet indigni præsidemus) putabamus, quem scutum fidei, quem gladium Christi sumere debere, si oporteret, tum officio tuo, tum prædicto debito pro sancta Romana Ecclesia, pro nobis etiam nostrisque successoribus credebamus, iam eum nostrumque inimicum, nostrumque impugnatoem inuenimus: tuasque iniurias, à te turpissimam & inauditam repulsam licet iniuste patimur. Legatis quippe nostris Alberto Prænestinensi, & Giraldo Ostiensis Episcopis, quos ad partes illas ad id destinauimus, vt in vnum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, religiosisque clericis conuocatis, vice & auctoritate nostra fulti, quæ corrigenda essent corrigerent, quæ religioni addenda, adderent, pro viribus impedisti. Ad hæc vt & concilium fieret, prohibuisti. Ab eisdem etiam Romam vocatus, ad institutum terminum festiuitatem scilicet sancti Andreæ non venisti. Ad hæc igitur & quàmplura alia corrigenda ad proximam Synodum, quæ proximæ Quadragesimæ prima hebdomada celebrabitur (Deo annuente) Apostolica auctoritate tibi venire præcipimus, & inuitamus. Prædictis etiam delictis nobis persuadentibus ab omni Episcopali officio prædicta auctoritate, donec ad nos venias, te suspendimus. Dat. Romæ, ij. Id. Decembris, Indictione decimatertia.

† Vide Lambert.
in ann. 1074.

† f. Non.

EPISTOLA XXIX.

QUERITVR se frustratum ea spe atque opinione, quam de eo conceperat. Monet vt ad Synodum cum suis suffraganeis veniat, vel si forte impediatur, nuncios mittat, qui eum redditis, tum mores suorum suffraganeorum indicare possint.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sigefredo † Moguntino Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

† De Sigefredo
Lambert. ann.
1059. 1079. &
alibi passim.



Recordari credimus fraternitatem tuam, quam puro amore ante huius nostræ administrationis sarcinam te dileximus, & quomodo eiusdem nostri amoris intuitu secretorum tuorum nobis paucisque alijs commisisti consilium, cuius rei gratia licet ex eo tempore bene de te sperauimus: ex eo tamè quod Cluniacensi monasterio reliquum vitæ

A vitæ tuæ conferre voluisti, maiorem ex religione tua fidem suscepimus: verum iuxta quorundam relationem aliter quàm sperabamus, te egisse conperimus: quod si negligenter irrequisitum transire permittimus, fraternum tibi amorem minus impendere nò sine magno taciturnitatis periculo probamur. Quapropter Apostolica auctoritate religionem tuam admonemus, vt ad Synodum, quam (Deo annuente) in prima septimana Quadragesimæ celebraturi sumus, cum suffraganeis tuis, videlicet Octone Constantiensi, Guarnerio Strazburgensi, Henrico Spirensi, Herimanno Babenbergensi, Imbrico Augustensi, Adelbero Guertzburgensi, si potes venias. Quòd si aliqua infirmitate (quod absit) præpeditus venire nequiveris, tales ad nos studeas nuncios dirigere, quorum securè consilio inniti, & quorum testimonio quasi præsentia tuæ credere possumus. Et hoc diligentissimè fraternitas tua perpendat, vt neque precibus, neque gratia alicuius dimittas, quin introitum & conuersationem prædictorum Episcoporum diligentissimè inquiras, & per eosdem nuncios tuos nobis insinues. Ne igitur mireris, quòd plures ex parochia tua, quàm ex alijs inuitamus, cum tua amplior sit ceteris, & in ea sint quidam non laudanda opinionis. Dat. Romæ, ij. Non. Decembris, Indictione decimatertia.

B

EPISTOLA XXX.

LARTA TVR quòd legatos Apostolicos benignè exceperit, & sibi deuotæ seruitutis obsequium præstiterit, & det operam, vt in regno suo simonia & fornicatio clericorum extirpetur. Monet fidos ac prudentes consiliarios sibi asciscat, Mediolanensi Ecclesie ius suum restituat, & Episcopos vocatos ad Synodum venire curet, quibuscum legatum mittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Regi, salutem & Apostolicam
benedictionem.

D



Vamquam fili charissime, causam Mediolanensis Ecclesie non ita composueris, quemadmodum litterarum ad nos missarum series pollicitatioque continebat; tamen quia legatis nostris te beneuolum, tractabilemque præbuidisti, eorumque interuentu quasdam res Ecclesiasticas laudabiliter correxisti, nobis quoque per eos congruæ salutationis, & deuotæ seruitutis exhibitionem transmisisti, gratanter accepimus. Sed & illud quod piæ memoriæ Agnes mater tua Imperatrix Augusta apud nos còstanter testificata est, idèque legati Episcopi attestati sunt, simoniacam scilicet hæresim funditus de regno tuo extirpare, & inueteratum morbum fornicationis clericorum toto adnixu corrigere velle, vehementer nos hilarauit. Filia quoque nostræ fidelissimæ vestrae Beatrix comitissa, & filia eius Mathildis, non modicæ nos lætificauere, scribentes nobis de amicitia, & sincera dilectione vestra: quod libentissimè accepimus: quarum consilio, sed & persuasione dilectissimæ matris vestrae Augustæ ad hoc inducti sumus, vt has vobis litteras scriberemus. Quæ obrè, licet peccator, memoriæ tuæ inter Missarum solènia super corpora Apostolorum & habui & habebō suppliciter obsecrās, vt Deus omnipotens, & hæc tibi bona stabiliat, & ad perfectum Ecclesie suæ ampliora cōcedat. Moneo autem te fili excel-

Epist. tom. 3.

H h h 2 lentissime,

Jentissime, & sincera charitate exhortor, ut in his rebus tales tibi cōsiliarios ad A hibeas, qui nō tua, sed te diligant, & salutē tuā, nō lucro suo cōsulant: quibus si obtemperaueris, Dominum Deum, cuius causam tibi suggerunt, protectorem propitiumque habebis. Porro de causa Mediolanensi, si viros religiosos, & prudentes ad nos miseris, quorum ratione & auctoritate clarescat sanctae Romanae Ecclesiae his synodali iudicio firmatum posse aut debere mutare decretum, iustis eorum consiliis non grauiamur acquiescere, & animum ad rectiora inclinare: Sin autem impossibile esse constiterit, rogabo & obsecrabo sublimitatem tuam, ut pro amore Dei & reuerentia sancti Petri eidem Ecclesiae suum ius liberē restituas: & tunc demum regiam potestatem rectē te obtinere cognoscas, si regi regum Christo ad restorationem, defensionēque Ecclesiarum suarum faciendam dominationis tuae altitudinem inclinas, & verba ipsius dicentis cum tremore recogitas: Ego diligentes me diligo, & honorificantes me honorifico: qui autem me contemunt, erunt ignobiles. Præterea nouerit sublimitatis tuae dignatio, nos Sigifredo Moguntino Archiepiscopo litteras misisse, euocantes eum ad Synodum, quam (Deo auctore) proximam Quadragesimam prima hebdomada celebraturi sumus. Quod si venire non posse patuerit, tales mittat legatos, qui vicem eius concilio representent. Similiter Babenbergensem, Strazburgensem, Spirensē adesse præcipimus, introitus sui, & vitæ rationem posituros. Qui si fortē (ut est hominum proteruita) venire distulerint, regia tuae potestatis impulsu petimus, ut venire cogantur: cum quibus volumus à latere tuo legatos tales transmitti, qui nos fideliter doceant & de ingressu & de vita eorum: quorum relatione, cognita veritate, ad liquidum certius possimus de indubitatis proferre iudicium. Dat. Romae, viij. Idus Decembris, Indictione decimatertia.

Prou. 8.

EPISTOLA XXXI.

SVMVM in eum amorem testatur, rogat ut auertat aures ab his, qui discordiam inter se & illum seminant. recenset Christianorum calamitates, qui in transmarinis partibus à paganis vexabantur: ad quos subleuandos se Christianos omnes prouocasse, seque paratum esse affirmat, tum ea causa eò contendere, tum ut Orientalis Ecclesia cum Romana vniò fieret.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico glorioso Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.

SI Deus modo aliquo suae pietatis concederet, ut mens mea tibi pariteret, indubitanter scio sua largiente gratia nullus te à mea dilectione posset separare. Attamen de illius confido misericordia, quia quandoque clarebit, quod te sincera charitate diligam. Ad hoc enim me commune præceptum omnium Christianorum dirigit, ad hoc etiam Imperatoria maiestas, & Apostolicae sedis mansueta potestas impellit: quia si te (ut oportet) non diligo, in vanū de misericordia Dei meritis beati Petri confido. Sed quia die nocteque in vinea Domini laborare per multa pericula etiam usque ad mortem desidero, non solum tibi quae Deus in summo culmine rerum posuit, per quem multi possunt aut à recto gramen biberant re, aut

Are, aut Christianam religionem obseruare, sed etiam minimo Christiano a diuitante Deo, semper studebo sanctam & condignam charitatem custodire. Hæc enim sine veste regales nuptias adire qui tempraerit, dedecus immane sustinebit. Heu, pro dolor, hæc vigilanti animo non attendunt qui discordiam seminare inter nos quōtidie disponunt, ut his rebus diabolico instinctu preparatis sua possint captare commoda, sua palliare vitia, quibus iræ Dei, & gladium S. Petri contra se insana mente prouocant. Moneo itaque te & hortor, charissime fili, ab his aures tuas auerte, & eius auditum indubitanter præbe, qui non sua, sed quæ sunt Iesu Christi quærunt, neque honorem suum, vel lucrum iustitiae præponunt: ut eorum consilio huius vitæ gloriam non amittas, sed eam quæ est in Christo Iesu, fiducialiter acquiras. Præterea **B**indico tuæ magnitudini, quia Christiani ex partibus vltimarum, quorum maxima pars à Paganis inaudita clade destruitur, & more pecudū quōtidie occiditur, gensque Christiana ad nihilū redigitur, ad me humiliter miserunt nimia cōpuli miseria implorantes, ut modis quibus possem eisdem fratribus nostris succurrerem, ne Christiana religio nostris temporibus (quod absit) omnino deperiret. Ego autem nimio dolore tactus, & usque ad mortis deliderium ductus (magis enim vellem pro his animam meam ponere, quam eos negligens vniuerso orbi ad libitum carnis imperare) procuravi Christianos quoque ad hoc prouocare, ad hoc impellere, ut appetant, defendendo legem Christi, animam suam pro fratribus ponere, & nobilitatem filiorum Dei luce clarius ostentare. Quam admonitionem Italici & vltimontani, Deo inspirante, ut reor, imò etiam omnino affirmo, libenter acceperunt, & iam vltima quinquaginta millia ad hoc se præparant, ut si me possunt in expeditione pro Duce ac Pontifice habere, armata manu contra inimicos Dei volunt insurgere, & usque ad sepulchrum Domini, ipso ducente, peruenire. Illud etiam **C**me ad hoc opus præmaximè instigat, quod Constantinopolitana Ecclesia de sancto Spiritu à nobis diffidens, concordiam Apostolicæ Sedis expectat. Armeni etiam ferè omnes à catholica fide aberrant, & penè vniuersi Orientales præstolantur quid fides Apostoli Petri inter diuersas opiniones eorum decernat. Instat enim nostro tempore ut impleatur quod pius Redemptor speciali gratia dignatus est Apostolorum principi indicare, ac præcipere dicens: Ego pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et quia patres nostri, quorum vestigia licet indigni sequi optamus, partes illas pro fide catholica confirmanda sæpè adierunt, nos etiam adiuti precibus omnium Christianorum, si Christo duce via **D**patuerit, quia non est via hominis in manu eius, & à Domino gressus hominis diriguntur, illuc transire pro eadem fide, & Christianorum defensione cōpellimur. Sed quia magna res magno indiget consilio, & magnorum auxilio, si hoc Deus me permiserit incipere, à te quero consilium, & ut tibi placet, auxilium: quia si illuc fauente Deo, iuero, post Deum tibi Romanam Ecclesiam relinquo, ut eam & sicut sanctam matrem custodias, & eius honorem defendas. Quid tibi super his placeat, & quid prudentia tua diuinitus aspirata decernat, mihi quantumcyus potes remittas. Nam si de te plusquam plurimi putent, non sperarem, verba hæc frustra proferrem. Sed quia forsitan non est homo, cui de sinceritate dilectionis meae adhuc indubitanter credas, spiritui sancto, qui omnia potest, committo, ut menti tuæ suo more indicet quid tibi cupiam, quantumque diligam: & eodem modo circa me tuam mentem componat, ut impiorum desiderium deperat, & bonorum accrescat. Hæc

Quibus consiliariis acquiescendum
1. Cor. 13.

Luc. 22.

Psal. 36.

enim duo desideria circa nos duos, licet diuerso modo incessanter inuigilat, & secundum voluntatem eorum, à quo prodeunt, decertant. Omnipotens Deus, à quo cuncta bona procedunt, meritis & auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, à cunctis peccatis te absoluat, & per viam mandatorum suorum incedere faciat, atque ad vitam æternam perducatur. Dat. Romæ vij. Id. Decembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA XXII.

ACCIPER excusationem Archiepiscopi Remen. qui non visitauit limina Apostolorum: sed quæ magnam delectationem capturum, si Rex Franciæ scelera sua correxerit, sin minus ei aduersari in futurum, legatosque commendat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manassæ Remensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Antis dilectionis amplexibus sanctam Romanam Ecclesiam, & nos sui debito te diligere putamus, tanto dilectionis feruore in suo & nostro amore te debere feruere, ut nimium sit nobis hæsitare, quin Apostolorum limina, si tibi integra adesset facultas, & libera, visitares. Nunc igitur cautè & diligenter, ut debes, accipias; Malum inauditum, scelus detestabile, quod Philippus Rex Franciæ, imò lupus rapax tyrannus, iniquus, Dei & religionis sanctæ Ecclesiæ inimicus, Italis & aliarum prouinciarum mercatoribus contra Deum & regni sui honorem fecit, & alia quorum ad aures nostras clamores frequentissimè venerunt, si prout iustitia dictauerit, correxerit, nos proculdubio latari, gratiarum actionibus Deum laudare, ut pro perdita & inuenta oue, sciat fraternitas tua. Si verò cõtra hæc (quod nolumus) egerit, Deum proculdubio sibi inimicum, sanctamque Romanam Ecclesiam & nos, qui licet indigni præsidemus, viribus & modis omnibus sibi aduersari promittimus. Si legati nostri, ut putamus, ad partes tuas venerint, de his & quæ nobis scripsisti, pluribusque alijs tecum & te auxiliante tractaturi, vice Petri suscipe, vice nostra dilige: ut quanto Apostolorum Principi amore nobisque adhæreas, in his etiam probare quæas. Dat. Romæ vj. Idus Decembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA XXXIII.

AROVIT quod ad synodum vocatus non venerit, & monasterio S. Michaelis molestiam intulerit, præcipit ut ad aliam synodum accedat, & ne dictum monasterium derimento afficiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Cumberto Taurinensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Icet aduersus præsumptionem tuam durius inuehi deberemus, quia vocatus ad synodum, quam circa festiuitatem S. Andrea celebrauimus, venire contempsisti, & venerabili monasterio S. Michaelis, neque respectu diuini timoris, neque intuitu Apostolicæ defen-

A defensionis inquietudinis manum subtrahere voluisti: adhuc tamen fraternam tibi dilectionem reseruamus, & debitæ satisfactionis tuæ fructum expectamus. Quapropter iterum te Apostolica auctoritate monemus, ut ad synodum, quam in prima septimana Quadragesimæ celebraturi sumus, venias. Nos enim Abbatem præfati monasterij vsque ad prædictam synodum nobiscum retinebimus, quatenus auditis vtrinque rationibus tam Ecclesiæ tuæ, quam monasterium illud propriam cõsequatur iustitiam. Interim etiam monemus, ut nullam inquietudinem præfato loco inferas. Si verò his nostris litteris inobediens fueris, quod sancti Patres in huiusmodi negocijs fecere, nos facere, & locum illum auctoritate B. Petri defendere compelles. Dat. Romæ ij. Idus Decembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA XXXIII.

DECERNIT irrita esse quæcumque ab Abbate S. Gaudentij gesta sunt, quæ verò ipse Rainerius cum illo contraxit, diffinienda differt in nuncijs sui aduectum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rainerio Illustri viro, salutem & Apostolicam benedictionem.

Voniam deuotionem tuam, ac fidem, sicut te decet, erga beatum Petrum iam dudum probauimus, & præmium te dignum tuis operibus te accepturum minimè dubitamus. De seruitio & iustitia eius tibi confidenter mandamus, sperantes nobilitatem tuam non solum se deuotam præbere, sed etiam alios quos poterit, ad obsequium perurgere. Quia igitur notum tibi credimus esse charissime, quemadmodum Abbatem Sancti Gaudentij sceleratum, imò inuasorem, hæreticum, pro sua nequitia iustè damnauimus; nunc tibi notificandum esse censemus, quod omnia, quæ ab ipso perditionis filio de rebus Ecclesiæ illicitè, utpotè ab hæretico, perpetrata sunt, vel alienata, canonica, & legali auctoritate cassanda, & penitus euacuanda esse decernimus. De his verò quæ tecum gessit iniquus, videlicet, de Ecclesiasticis cautionibus, tui respectu, & charitate taliter diffinimus, ut cum venerit ad te Nuncius noster, sapientes viros tecum habeas, qui Deum timeant, & te diligant, quorum consilio causam discutias, & cum inueneris nulla ratione sine periculo tuæ animæ, & damnatione, res S. Gaudentij huiusmodi nefario pacto te posse retinere, studeas eas pro amore S. Petri, ac nostro quanto cyus Ecclesiæ reddere, necnon ab alijs iniustè retenta recuperare. Nuncios quoque nostros ad partes tuas venturos, sicut S. Petri gratiam, nostrumque beneficium habere desideras, ne defistas in omnibus adiuuare. Dat. Romæ Id. Decembris, Indictione xiiij.

EPISTOLA XXXV.

AROVIT quod ad se vocatus non venerit, præcipit ut accedat ad Concilium, in quo ei datur locus defendendi coniugium sororis suæ cum Azone, quem illius consanguineum esse testes affirmabant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Papiensi Episcopo, salutem & Apost. benedictionem.

Icet contra nos id egisse videaris, ut nec etiam Apostolicam benedictionem tibi mittere deberemus, scilicet, quia ad constitutum tibi terminum nec venisti, nec legalem excusationem misisti: malumus tamen de pietatis modestia reprehendi; quam canonum rigorem

gorem sequendo inobedientiam tuam acriter vitisci. Quapropter Apostolica tibi auctoritate praecipimus, ut ad synodum, quam Deo annuente, celebraturi sumus prima hebdomada Quadragesimae venias, & de causa sororis tuae respondeas. Licet enim clarissimum sit eam Guidonem Marchionem consanguineum Azonis Marchionis maritum habuisse, illud etiam sacramentis & testibus in praesentia nostra probatum sit, eandem sororem tuam atque Azonem quartam propinquitatis lineam nondum excedere: damus tamen vobis audientiam in praefata synodo, quatenus si legalem defensionem vos habere confiditis, & testimonia & sacramenta ante nos facta improbare poteritis, coniugium illorum permaneat. Alioquin si hoc tunc facere non poteritis, vel a praedicta synodo vos subtraxeritis, nullam deinceps inde fieri quaestionem Apostolica auctoritate inhibemus. Vnde, in sacramento, quo praedictum Azonem constrinximus, ita educti fuimus, ut cum licentia nostra firmitates vestrae idoneae fuerint, ipse possit eam reducere, atque in uxorem habere. Dat. Romae, xvij. Kal. Ianuarij, Indictione XIII.

EPISTOLA XXXVI.

PRÆCIPIT ut a consortio Azonis se seiangat: quod si illum suum consanguineum non esse probare se posse confidat, in proximo Concilio se eius causam cogitaturum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Mathildi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Valiter testibus, & sacramentis in praesentia nostra probatum sit, te habuisse virum consanguineum Azonis, te etiam & Azonem Marchionem in quarta propinquitatis linea consanguineos esse, ipsi qui eidem causae interfuerunt, poterunt tibi referre. Vnde quia Azonem Marchionem sacramento constrinximus nullam deinceps sine licentia nostra maritalem tecum conversationem habere, tibi etiam ex parte B. Petri praecipimus, ut a consortio & cohabitatione sua omnino te auferas, & de perpetrata iniquitate ita digne peniteas, quatenus gratiam Dei valeas recuperare, & tanti tamque turpissimi incestus infamiam declinare. Quod si fortasse praedictum te pati existimas, & testimonia, atque sacramenta de consanguinitate vestra improbare posse confidis, damus tibi audientiam in proxima Romana synodo, ubi Deo auxiliante, neque ad dextram, neque ad sinistram in executione iustitiae declinabimus, sed quod iustum est statuimus. Dat. Romae, xvij. Kal. Ianuarij, Indictione xiii.

EPISTOLA XXXVII.

HORTATUR ad defensionem Christianorum, qui in transmarinis partibus ab infidelibus premebantur.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus fidelibus sancti Petri, maximè ultramontanis,
salutem & Apostolicam benedictionem.



Dvos iam peruenisse credimus, quae sit nostra voluntas, & quid ex parte sancti Petri dixerimus de adiutorio faciendo fratribus nostris, qui ultra mare in Constantinopolitano imperio habitant, quos diabolus per se ipsum a fide catholica conatur auertere, & per membra sua non cessat quotidie quasi pecudes enecare crudeliter. Sed quia nostris inuidet bonis desiderijs, tentat, si potest nos impedire, ne illi gratia divina largiente, liberentur, & nos dando animas nostras pro fratribus nostris coronemur. Proinde ex parte B. Petri rogamus, monemus & inuitamus, ut eo modo quem portitor horum dixerit, ad nos quidam vestrum veniant, qui Christianam fidem vultis defendere, & caelesti Regi militare, ut cum eis via (favente Deo) praeparemus omnibus, qui caelestem nobilitatem defendendo per nos ultra mare volunt transire, & quod Dei sunt filii, non timent ostendere. Itaque fratres charissimi estote ad pugnandum fortissimi pro laude illa & gloria, quae omne desiderium superant, qui haecenus fortes fuistis pugnare pro rebus, quas non potestis detinere, nec sine dolore possidere. Nam per momentaneum laborem aeternam potestis acquirere mercedem. Omnipotens Deus, qui omnem legem suam in praecocepto abbreviavit charitatis, de vobis se toto corde, tota anima, tota virtute diligere, ut proximos vestros sicut vos ipsos diligentes mereamini, si oportuerit, pro eis animas vestras ponere. Dat. Romae, xvij. Kal. Ianuarii, Indictione decimateria.

EPISTOLA XXXVIII.

Ut auxilium praestent Archidiacono, cui procuracionem Episcopatus Firmani commiserat, donec de idoneo pastore provideatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vberto comiti & vniuerso clero, populoque Firmano
in fidelitate sancti Petri persistentibus, salutem
& Apostolicam benedictionem.

D

Vamquam pleraque nobis de Archidiacono vestro reprehensibilia relata fuerint, eo tamen in nostra praesentia posito, & diligenter super his quibus arguebatur inquisito, nihil nisi quod ad fidem pertinere videbatur obedientiam, in ipso deprehendere potuimus. Considerantes ergo necessitatem viduatae Ecclesiae, procuracionem totius Episcopatus interim ei commisimus, donec diuina providente clementia, cum nostra sollicitudine, tum Regis consilio, & dispensatione idonea ad regendam Ecclesiam & episcopalem dignitatem persona reperiat. Quapropter admonemus vos, & Apostolica auctoritate praecipimus, ut unanimiter sibi ad haec peragenda vestra consilia & adiutoria praebatis, & ea quae de bonis Ecclesiae dispersa & confusa sunt, recuperare & salubriter ordinare modis eum omnibus adiuueris. Si quis vero contra praefatam Ecclesiam aliquid iniuriose

iniuriosè commisit, aut facere conatur, absque dilatione emendare & restituere studeat. Quòd si qua temeritate neglexerit, sciat se ex Apostolica auctoritate in bannum casurum esse, si diues est, ceterum librarum: sin verò de mediocribus, in detrimentum totius substantiæ suæ. Agite ergo vt appareat vos ingenuos & fideles esse vestræ matris Ecclesiæ filios, & omnia quæ ad honorem & vtilitatem eius pertinent, ita vestris studiis sub prouidentia præfati Archidiaconi strenuè peragantur, vt omnipotentis Dei gratiam, & Apostolicæ benedictionis salutem mereamini. Dat. Romæ, xi. Kal. Ianuarij, Indictione teritiadecima.

EPISTOLA XXXIX.

TESTATUR suam in eos dilectionem. Hortatur vt Patriarcha nimiam egestate oppresso, quæ sunt necessaria ad vitam tuendâ pro decentia tantæ dignitatis suppeditent.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dominico Duci & populo Venetiæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum esse credimus non solum his, qui nobiscum morati sunt, sed etiam plerisque vestrum, quòd iam ab ineunte ætate terræ vestram & libertatem huius gentis valde dileximus, atque ob id nonnullorum principum & nobilium personarum inimicitias sustinuimus. Postquàm verò Apostolici regiminis onus, & officium licèt indigni suscepimus, tanto feruentius in dilectione vestra noster exarsit affectus, quanto per generalis curæ debitum in administrationem vestræ salutis sollicitius astricti sumus. Quapropter litteras ad vos direximus, vt nobilitatem vestram ad respiciendum decus, & sublimitatem antiquæ dignitatis suæ excitare possimus, ne ex longa (quod absit) negligentia dilapsum honorem gemat, quem adhuc stantem, dum potest, colere & seruare non laborat. Scitis enim quoniam præ multis terrarum partibus diuina dispensatio terram vestram Patriarchatus honore sublimauit, cuius dignitatis eminentia ex ipsa sui nominis & officij prærogatiua adeò angusta & rara est, vt non amplius quàm quatuor in toto mundo reperiantur. Quòd cum ita sit, apud vos tamen hoc tantum decus, & tam excelsi gloria sacerdotij ex inopia rerum temporalium, & diminutione potestatis suæ adeò vilescit, & à competenti statu honoris sui penitus corrui, vt tanta tenuitas rerum nec simplicè episcopatus sedem condecere, aut eius necessitatibus sufficere posse videatur. Vnde vos tanti beneficii diuinæ munificentiae ingratos & immemores esse deprehendimus, timentes ne quasi degeneres filij diuitias & hereditatem nobilissimæ matris vestræ, videlicet Gradensis ecclesiæ, dissipantes, inde obscuriores efficiamini, vnde post Apostolicam sedem omnibus quæ sunt in occidente gentibus clariore extitistis. Nos equidem meminimus Dominicū Patriarcham beatæ memoriæ antecessorè huius propter nimiam egestatem locum deferere voluisse: & hic quidem pari necessitate dicit se circumuentū esse. Quapropter sicut charissimos filios vos admonemus, vt memores pristinæ nobilitatis & gloriæ, collarum vobis honorem, & Apostolicæ sedis erga vos beneuolentiam vltèrius non negligatis, sed conuenientes in vnum qualiter antesignati Patriarchatus dignitatem debita cum veneratione, & rerum temporalium

Aporalium amplificatione sustentetis, & cum Dei adiutorio ad culmen suæ celsitudinis releuetis, communi consilio pertractetis. Indicauit quidem nobis hic confrater noster Patriarcha, te Ducem, & plerosque vestrum quàm optimam super hac re habere voluntatem: propter quod & fiducialius ad explendum opus boni propositi vestræ exhortari incipimus dilectionem. Quicquid igitur inde inter vos consultum, & constitutum fuerit, nobis per litteras aut certo nuncio quantocyus renunciate: quoniàm si pro gloria & nobilitate tam vestri, quàm præfati loci, & sacerdotii aliquid statueritis, vt æquum est, pro meritis vestris gratulabimur: sin verò aliqua minus honesta vos occasio retraxerit, proculdubio tanti ministerii nomen inter vos vilescere, & debito honore priuari non patiemur. Dat. Romæ, ij. Kal. Ianuarij, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XL.

B *Vt legatos suos congruo honore recipiant, eisquæ obedientiam præstent.*
GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus sancti Petri fidelibus ad quos portitores præsentium venerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum vobis est, quòd succrescente nequitia, & diabolica fraude vsquequaque inualecente, multorum iam charitas frigit, & totius religionis studium in sancta Ecclesia penè defecerit. Sed quia impossibile est nostram in tot & tam diuersas sollicitudines præsentiam exhiberi, misimus ad vos dilectos sanctæ Romanæ Ecclesiæ filios, videlicet Gepizonem Abbatem sancti Bonifacij, & Maurum Abbatem sancti Sabæ, per quos & nostra vobis representetur auctoritas, & nostra vice ea, quæ ad vtilitatem sanctæ Ecclesiæ pertinent, cum Dei adiutorio studiosa procuracione peragantur. Vos igitur memores diuini per Euangelium dicti: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit; eos sicut de nostra amicitia inuicem de gratia sancti Petri, cuius nuncii sunt, curam habetis, debita cum veneratione & charitate recipiatis, & in omnibus, quæ vel causa legationis eorum, vel fatigationis necessitas postulauerit, fidelem illis obedientiam & consensum præbeat. Præterea si contigerit eos ex considerata, & competenti necessitate negotiorum diuidi, & separatim in diuersas partes proficisci, ad quoscuque alter eorum venerit, eum sicut nos audiatis, & quod nostræ deberetis præsentie, in eo ostendere, & exequi non dubitetis, Dat. Romæ, iiii. Non. Ian. Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLI.

SIGNIFICAT se legatos ea causa misisse, vt dent operam, vt idoneus pastor in eorum Ecclesia eligatur. monet vt eis obedientiam exhibeant.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
clero & populo Feretrano, atque clero & populo Eugubino,
salutem & Apostolicam benedictionem.

NX quo Ecclesiam vestram Pastore viduatam esse cognouimus, multa pro vobis sollicitudine anxii fuimus, & quamquam multa & grauiâ nos negocia occupent, ea tamen cura qualiter diuina misericordia dignum vobis partem prouideat, nostro cordi indefinenter

ter adheret, atque eo magis hac de causa sollicitamur, & attentius Deo preces effundimus, quoniam in retro actis temporibus non sat vigilantem vobis pastorem praesuisse cognoscimus. Quapropter misimus ad vos hos religiosos sanctae Romanae Ecclesiae filios, videlicet Abbatem sancti Sabae, & Abbatem sancti Bonifacii, ut si forte in Ecclesia vestra talis persona, quae huic regimini congrua sit, reperiatur, diligenter inquirant, & eam (sicut dignum est) vestra electione collaudatam, & canonico decreto probatam, nobis ad ordinandum quantocumque praesentare studeant. Sin vero inter vos talis reperiri non possit, ipsi cum omni diligentia & sollicitudine aliunde aliquem, qui vobis secundum Deum praesesse possit, inuenire procurent, & ad suscipiendam Episcopalis officii ordinationem ad nos sine mora transmittant. Vos igitur in omnibus eis credite, & obedite, scientes eos in hac re (custodiente Deo) nihil nisi vestram salutem, & Ecclesiae vestrae honorem attendere. Praeterea quicquid vestri fauri, vel ornamenti in Ecclesia vestra habetur, illorum oculis praesentare: quatenus ex eorum providentia, & commendatione in tali custodia relinquatur, ut nec Ecclesia detrimentum sentiat, nec in aliquem vestrum aliqua suspicio nis infamia cadat. Dat. Romae, iij. Non. Ian. Indictione decimatercia.

EPISTOLA XLII.

Ad Synodum vocat in proxima Quadragesima ex mora habendam.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORVM DEI,
Guiberto Rauennati Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Voram oculis habes, frater charissime, & quasi palpare manibus potes miserabilem sanctae Ecclesiae perturbationem, & iam per longa tempora inimicorum, & impugnatorum eius insensatam, & omnino irrefrinatam praesumptionem: contra quos, quoniam nos, qui in sortem ministerii sacerdotalis, & regnum Dei electi sumus, omni cura & studio surgere, & pugnare conuenit, sicut iam per aliquot annos in Apostolica sede fieri consuevit, in prima hebdomada Quadragesimae Synodum (Deo annuente) celebrare disposuimus: ad quam fraternitatem tuam singulari admonitione, & multo charitatis affatu postposita omni negligentia venire rogamus, & inuitamus: quatenus tua aliorumque fratrum nostrorum annitente prudentia, & spiritali tam fortitudine, quam sapientia impij a suis conatibus arceantur, & Christiana religio in ea qua primum fundata est, libertate, & pace roboretur. Dat. Romae, ij. Non. Ian. Indictione decimatercia.

EPISTOLA XLIII.

Ut recipiat a subditis ea, quae Ecclesiae restituere volunt, eosque absoluat, fide accepta ad Synodum recipiendi.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORVM DEI,
Hugoni in Burgundia Diensi Episcopo, salutem & Apost. ben.

Videretur nobis ut quod filii Ecclesiae tuae de rebus Ecclesiasticis volunt tibi reddere, recipias, eosque absoluas tali tenore, ut data fide quidam illorum promittat tecum venire ad nos Romam, videlicet (Deo auctore) ad Synodum celebrandam, ut illic quod nobis ratum

Aratum visum fuerit, peragant. Melius enim nobis placet, ut pro pietate interdum reprehendaris, quam pro nimia seueritate in odium Ecclesiae tuae venias. Debes quidem filios tuos, quia rudes sunt, & indocti conspicerere, & ad meliora paulatim prouocare, quia nemo repente fit summus, & alta aedificia paulatim aedificantur. Dat. Romae, Nonis Ianuarij, Indictione decimatercia.

EPISTOLA XLIIII.

PLVRRES recenset causas sincere erga eum dilectionis. Consolatur ipsam, & ad patientiam hortatur. Demum se omnia, quae ad eius honorem & salutem pertinent, libenter curaturum asserit.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORVM DEI,
† Iudith Vngarorum Reginae, salutem & Apostolicam benedictionem.

† De Iudith Salomonis Vngarorum Regis vxore Lamberti. anno 1061. & 1063.

Multae ac diuersae causae sunt, propter quas intimo & sincero cordis affectu te diligimus. Primo quoniam ex vniuersalitate suscepti regiminis, omnibus qui in Christo sunt, debitores sumus. Deinde quoniam clarissimus Imperator Henricus, pater tuus, & Agnes mater tua iam nunc non humanitas, sed Dei misericordia callitus Imperatrix Augusta ex quo me cognouerunt pro sua magnitudine honorifice, & praeter ceteris sanctae Romanae Ecclesiae filijs charitatiue habuerunt, & maxime quia nunc eadem mater, & domina tua postpositis secularibus causis, & honoribus Apostolorum limina tota deuotione & veneratione complectitur: ex cuius quidem praesentia inter huius seculi nequam perturbationes saepe a nobis accepta solatia conferuntur. Praeterea multum te commendat nobis tua praecleara & inclyta fama, quod in tam tenera aetate inter asperam & incognitam gentem generis tui gloria decorasti: quippe quae in excelso nata imperio nihil in actibus & habitudine tua, nisi decus imperiale hactenus demonstrasti. His inquam de causis nos quibus fallere quemquam nefas est, in loco germanae sororis te diligimus, & si quid orationes nostrae apud Deum valent, non infructuosam erga te nostram fore amicitiam in Dei pietate confidimus. Scias enim quod de tribulationibus & angustijs, quas te sustinere cognouimus, valde dolemus, & diuinam clementiam pro quiete & laetitia tua frequenter & suppliciter imploramus. Et si quando locus, aut tempus opportunitatem dederit, temporalibus quoque subsidijs te honorare quammaxime cupimus. Ceterum ea, quae nunc tibi instat aduersitas, non te terreat, nec mentem tuam generositatis deprimat: sed si quid maxime aut graue ingruerit, vultu regalis constantiae gestuque dissimula, & molestas (quas Deus auertat) causas naturali morum tuorum virtute patienter tolera. Fiduciam & spem firmam habens in Deo saluatore nostro, quoniam ipsi cura est de te, qui numquam derelinquit sperantes in se: & quanto nunc animum tuum sollicitudinibus verberari finit acerbius, tanto eum ex vicina & potenti virtute consolationis suae laetificabit vberius. Ipse enim nihil sine causa praecipit, nihil sine ratione

permittit, qui Regum & Imperatorum, omniumque causarum æquus arbiter & moderator existit. Verum inter omnia te id agere & studere moneamus, ut præclarum nomen vitæ, ac nobilitatis tuæ ab ineunte ætate nactum in dies amplificetur & crescat, quoniam integritas famæ licet præ cunctis terrarum opibus corona sit nobilium, & ignobilium; tãto tamen vnicuique plus ornamentis & gloriæ tribuit, quanto cum eminentia generis altius extollit. Illi enim sua humilitate teguntur, isti verò innata sibi celsitudine produntur. Age ergo ut omnibus quæ regnum fert & imperium, tãto te excellentiorem ostendas, quanto ea omnia mutari cognoscis. Tuam verò naturam & imperiale germen, quod in te est, nullis successibus nullisque aduersitatibus mutari posse proponas. De cetero quod nos matrem tuam de causa tua compellere rogasti, pro certo scias, nos omnia quæ ad honorem & salutem tuam pertinent, & consulendo libenter ei, intimare & persuadendo ut fiant, Apostolica benignè adiutoria exhibere. Deus autem omnipotens, qui est mæstorum consolatio, infirmantium fortitudo, præsentem vobis lætitiæ citò conferat, & veram, æternamque gloriam supernæ felicitatis tribuat. Dat. Romæ, iij. Id. Ian. Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLV.

INVEHITUR in Episcopos, qui inobedientes erant in exequendis Apostolica sedis decretis de simoniaco & fornicarijs clericis. Quare duces monet, ut quoscunque simoniacos aut fornicarios cognoverint, nullatenus recipiant. Rodolphum verò hortatur, ut pretium quod beneficiorum causa à clericis acceperat, in pios usus eroget.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rodulpho Duci Sueviæ, atque Bertulpho Duci Carinthiano, salutem & Apostolicam benedictionem.

Simus quoniam prudentia vestra miserabilem Christianæ religionis desolationem perspicaci mente perpendit, quæ pro peccatis nostris in ea nunc extremitate est posita, ut infeliciora tempora nemo viventium viderit, nec à tempore beati Silvestri patris nostri scripturarum traditione repererit. Verum huius tanti mali nos caput & causa sumus, qui ad regendum populum prælati, & pro lucrandis animabus Episcopi vocati & constituti sumus. Ab eorum namque principatibus, velut à quibusdam initiis subditorum bona vel mala veniunt, qui aut mundanas dignitates, aut magisterium spirituale susceperunt, qui dum nihil aliud, nisi gloriam & voluptates seculi quærunt, sine sua & populi confusione vivere nequeunt: quoniam in malefactis prava sectantes desideria, & suæ auctoritatis iura per culpam ligant, & aliis peccandi per exemplum fræna relaxant. Neque enim per ignorantiam, aut improvidi delinquant, sed præsumptuosa obstinatione Spiritui sancto resistentes, diuinas quas cognoverunt leges abiiciunt, & Apostolica decreta cõtemnunt. Sciunt namque Archiepiscopi & Episcopi terræ vestræ, quod & omnibus fidelibus notum esse debet: quoniam in sacris canonibus

Abus prohibitum est, ut hi qui per simoniacâ hæresim, hoc est interuētū preteritum ad aliquem sacrorum ordinum gradum, vel officium promoti sunt, nullum in sancta Ecclesia ulterius ministrandi locum habeant, nec illi qui in crimine fornicationis iacent, Missas celebrare, aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Quæ cum eos sancta & Apostolica mater Ecclesia iam à tempore beati Leonis Papæ sæpè in concilijs tum per legatos, tum per epistolas in se, & cõmissis sibi plebibus, utpotè ab antiquioribus neglecta renouare & obseruare commonuerit, rogauerit, & accepta per Petrum auctoritate iusserit, adhuc tamen inobedientes (exceptis per paucis) tam execrandam consuetudinem nulla studuerunt prohibitione decidere, nulla districtione punire. Non attendentes quod scriptum est, quia ariolandi peccatum est repugnare, & quasi crimen idololatriæ nolle acquiescere. Cum igitur illis Apostolica, immò sancti Spiritus mandata spernentibus, & scelera subditorum criminosa fontibus patientia, diuina ministeria indignè tractari, populum seduci intelligimus; alio quolibet modo contra hæc vigilare nos conuenit, quibus cura Dominici gregis præ cunctis incumbit. Multo enim melius nobis videtur iustitiam Dei, vel nouis reedificare cõsilijs, quàm animas hominum vnà cum legibus deperire neglectis. Quapropter ad te, & ad omnes, de quorum fide & deuotione confidimus, nunc conuertimur, rogantes vos, & Apostolica auctoritate admonentes, ut quicquid Episcopi dehinc loquantur, aut taceant, vos officium eorum, quos aut simoniacè promotos & ordinatos, aut in crimine fornicationis iacentes cognoueritis, nullatenus recipiatis: & hæc eadem astricti per obedientiã tã in curia Regis, quàm per alia loca & conuentus regni notificantes ac persuadentes, quantum potestis tales sacrosanctis deseruire mysterijs, etiam vi, si oportuerit, prohibeatis. Si qui autem contra vos, quasi istud officii vestri non esse, aliquid garrire incipiant; hoc illis respondete, ut vestram & populi salutem non impediētes, de iniuncta vobis obedientia ad nos nobiscum disputaturi veniant. Quia verò te Rodulpho dico Ducem & charissimum sancti Petri filium ad religionis spiritum desideranter anhelare confidimus, vnde nos consulisti, quicquid nobis perfectius visum est, ad correctionem tuam tibi intimamus, ut quantumcumque pretij te pro disponendis in Ecclesia clericis accepisse recordaris, aut in utilitates eiusdem Ecclesiæ si attinere ei videtur, aut in usus pauperum expendas, ut nulla in te reprehensibilitatis macula remanente, inter electos regni cælestis ciues ascribi merearis. Dat. Romæ, tertio Idus Ian. Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLVI.

MANDAT ut restituenda curent bona Ecclesiæ Pisauensis à suo Episcopo incautè alienata, & litem inter Episcopum & alios desinant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Gepitzo Abbati sancti Bonifacij, & Mauro Abbati sancti Sabæ in legatione Marchiæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

EPISTOLAE

M Andamus vobis, vt diligenter conueniatis homines illos, quibus A Michael Penfauriensis Episcopus Ecclesiae suae bona incaute tribuit, eisq; auctoritate Apostolica omnia Ecclesiae & Episcopo restituere praecipiat, atque prout oportuerit, cogatis: & insuper Episcopum, si inobedientes fuerint, ex parte sancti Petri & nostra corporaliter sub banno inuestire palam studeatis, eosq; gratiam sancti Petri & nostram amissuros, si rebelles extiterint, aperte insinuetis. Episcopos quoque, & comites, cunctosq; sancti Petri fideles firmiter praecipientes rogare, quatenus Episcopo Penfauriensi ad eos expugnandos spiritali & seculari auxilio, prout necesse fuerit, fideliter subueniant: maximè eos qui pretio recepto terram adhuc violenter & superbe retinere non verentur, praeter ceteris acerrimè B corrigatis, & bona Ecclesiae Episcopo intromittentes restituatis. Omnes etiã lites inter Episcopum & aduersarios eius ad utilitatem sanctae Mariae Penfauriensis Ecclesiae definire procuretis, nullius negligentiae interueniente incuria. Dat. Romae, Idibus Ianuarii, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLVII.

N VNCIAT se praecipisse Clusino Episcopo, qui Guidonem multis criminibus irritum, & ab Alexandro Pontifice praedecessore suo à quadam praepositura expulsus, restituerat, vt eo amoto, alium in eius locum substitueret. Iubet ne dicto Guidoni ad retinendam praeposituram auxilio sint.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Rainerio filio Vgizonis, atque Rainerio filio Bulgarelli, vxori quoque Peponis Donnæ Guilla, filijs etiam comitis Ardingi, omnibusq; in Clusino comitatu commorantibus tam maioribus quàm minoribus Christi sanctique Petri fidelibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

C **O** nstat vobis fieri notissimum, Guidonem Ecclesiae Christi martyris & virginis Multiolae periurium multipliciter incurrisse, necnò & fornicationem publicè, adulterij quoque crimen sustinuisse, satisfactionem denique exhibere omnimodo deuitasse. Qua de re à felicis memoriae Domno Alexandro nostro praedecessore, & à praelatione eiusdem Ecclesiae irrevocabiliter esse expulsus, ac pro contumacia inobedientiae (si vquam ulterius ad eandem praesumpisset aspirare praeposituram) perpetuo anathemati subditum. Quia verò confrater noster Lanfrancus Clusinus Episcopus quorundam suorum fidelium, quae carnis sunt sapientium, consilio fretus, eundem Guidonem temptavit eidem canonicè iterum praepone contra Romanam Ecclesiae auctoritatem, contraq; omnium familiarium tam clericorum, quàm laicorum vnanimem conspirationem, eundem subiecimus Episcopum satisfactioni dignae penitentiae, eo scilicet tenore, quo nominatim Guidonem à nobis publicè excoicatum, & à praepositura & claustrali cõione deiiciat, alterumq; loco eius secundum Deum substituat. Vos ergo, dilectissimi filij, si Deum vultis habere propitium, sanctumque Petrum peccatis vestris ferre subsidiū, caute omnino, ne praefato sacrilego Guidoni aliquod contra Deum, nostrumq; iudicium ad retinendam praeposituram, vel aliquod de rebus sanctae Multiolae praebatis.

A praebatis auxilium, siue consilium. Proculdubio enim, si (quod absit à vestra nobilitate) auxiliari sibi quocumque modo temptaueritis, & ea quae de bonis Ecclesiae amicis suis dedit pro retinenda praepositura, retineri feceritis ex communicationis eius participes eritis. Si verò (vt decet Christianos viros) operam studebitis dare, eo expulso Ecclesiam Dei, matremque vtrique vestram ad pristinum statum reuocare, inter sanctos Dei in superno regno incorruptibilem possidebitis hereditatem, adepti peccatorum indulgentiam per ineffabilem Dei clementiam. Dat. Romae, Idibus Ianuarii, Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLVIII.

B **V** T monent quendam fratricidam, qui ante peractam penitentiam aliam uxorem contendebat ducere, ne id faciat: sed auditurus, quae sua salutis sunt, ad se veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Gepitio Abbati sancti Bonifacij, & Mauro Abbati sancti Sabae, salutem & Apostolicam benedictionem.

C **O** tum vobis est, quòd Rainerius Vgizonis quondam filius, diabolico instinctu fratrem suum interfecit, vnde dignae penitentiae nõdum se subdidit, nec perfecte penituit: sed immemor tanti facinoris, & promissionis defensionum Ecclesiarum, quam in suscipiendo fideam penitentiam fecit, necnò & pauperum Christi animae suae salutem obliuioni tradens, aliam studet uxorem ducere. Ideoque vestram fraternitatem sollicitam esse volumus, quatenus cum conueniatis, & modis quibus potestis, illum moneritis dulciter & aspre, quantum opus fuerit, & vobis necessarium videbitur, vt nullo modo id facere praesumat, sed nos ad eundem ad audiendum ea quae sibi de salute sua dicere debemus. Si fortè (quòd non optamus) vos audire, & nobis obedire renuerit, omni modo certum illum reddite, quòd nos (Deo adiuuante) quicquid iustum, & canonicum visum fuerit, facere non negligemus. Dat. Romae, xvij. kal. Feb. Indictione decimatertia.

EPISTOLA XLIX.

D **D** EPLORAT suum Ecclesiae miserimum statum. Vnde orationes pro se ad Deum effundi petit: vultque Abbatem ad comprimendam impiorum feruitiam exhortari omnes fideles.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Hugoni Cluniacensi Abbati, salutem & Apostolicam benedictionem.

S I posset fieri, optarem te pleniter scire, quanta tribulatio me angustat, quantusq; labor quotidie innotatus fatigat, & accrescens valde perturbat, vt secundum tribulationes cordis mei fraterna compassio mihi te fleteret, & in profusione lachrymarum coram Domino cor tuum effunderet, vt pauper Iesus, per quem omnia facta sunt, & qui omnia regit, manum porrigeret, & solita pietate miserum liberaret. Ego enim saepe illum rogavi, prout ipse dedit, vt aut me de praesenti vita tolleret, Epist. tom. 3. Iij 3. aut

aut matri communi per me prodesset: & tamen de magna tribulatione ad-
 huc non eripuit, neque vitæ meæ prædictæ matri, cuius me catenis alligauit,
 vt sperabam, profuit. Circumuallat enim me dolor immanis, & tristitia vni-
 uersalis, quia Orientalis Ecclesia instinctu diaboli à catholica fide deficit, &
 per sua membra ipse antiquus hostis Christianos passim occidit, vt quos cap-
 ut spiritualiter interficit, eius membra carnaliter puniant, ne quandoque di-
 uina gratia resipiscat. Iterum cum mētis intuitu partes occidētis, siue meridiei,
 aut septemtrionis videro, vix legales episcopos introitu, & vita, qui Christia-
 num populum Christi amore, & nō seculari ambitione regant, inuenio, & in-
 ter omnes seculares principes, qui præponant Dei honorem suo & iustitiam
 lucro, non cognosco. Eos autem inter quos habito, Romanos videlicet, Lon-
 gobardos, & Normānos, sicut sæpè illis dico, Iudæis & Paganis quodam mo-
 do peiores esse redarguo. Ad me ipsum cum redeo, ita me grauatiū proprie
 actionis pondere inuenio, vt nulla remaneat spes salutis, nisi de sola miseri-
 cordia Christi. Nam si non sperarem ad meliorem vitam, & vtilitatem sanctæ
 Ecclesiæ venire, nullo modo Romæ, in qua coactus (Deo teste) iam à viginti
 annis inhabitauit, remanerem. Vnde fit, vt inter dolorem, qui quotidie in me
 renouatur, & spem quæ nimis heu, protenditur, mille quassatus tempestatibus
 quoquomodo moriens viuo. Et eum, qui me suis alligauit vinculis, & Romam
 inuitum reduxit, illicque mille angustiis præcinxit, expecto. Cui frequenter
 dico: Festina, ne tardaueris, accelera, ne moreris, meque libera amore B. Ma-
 riaræ, ac sancti Petri. Sed quia non est pretiosa laus, neque sancta oratio citò
 impetrans in ore peccatoris, cuius est vita laudabilis, & actio secularis, præ-
 cor, exoro, & rogo, vt eos qui merentur audiri pro vitæ meritis, vigilantia cura
 rogites, vt pro me Deum exorent ea charitate, eaque dilectione, qua debent
 vniuersalem diligere matrem. Et quia vtraque manu debemus vti pro dexte-
 ra ad comprimendam implorum fraudem, oportet nos, quandoquidem non
 est princeps qui alia curet; religionum tuere vitam; fraternam te monemus
 charitate, vt in quantum potes, vigilantia studio manum præbeas, eos monen-
 do, rogando, exhortando, qui beatum Petrum diligunt, vt si verè illius volūt
 esse filij & milites, nō habeant illō chariores seculares principes; quia illi mi-
 sera & transitoria vix tribuunt, iste verò beata & æterna à cunctis peccatis sol-
 uendo promittit, & in caelestem patriam potestatem sibi tradita perducit. Volo
 quidem luce clarius intelligere, qui re vera sint illi fideles, & qui eum dē cæ-
 lestem principem nō minus pro cælesti gloria diligunt, quàm eos quibus pro
 spere terrena, & misera subiiciuntur. Dat. Romæ, xj. Kal. Feb. Ind. decimatertia.

Ecl. 15.

EPISTOLA L.

*Id est absurdum esse, vt is, qui ex illegitimo concubitu natus erat, ad Episcopatu-
 gradum, ad quem ab eo postulabatur, ascenderet. At si se dedisset negotium Episcopo,
 qui morbi causa Episcopatu se abdicare volebat, vt constitueret sibi huiusmodi coadiuto-
 rem, qui illius Episcopatus post eius obitum administrationem suscipere posset.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Sanctio Regi Hispaniarum, salutem & Apostol. benedict.

Quoniam erga reuerentiam sanctæ & Apostolicæ sedis regiam no-
 bilitatem tuam pia deuotione & amore feruente intelligimus; te
 & regnum tuum dignis honoribus sublimaricupimus; & Aposto-
 licam beneuolentiam non solum in nostro, vgrum etiam in quo-
 cumque



A cumque tempore tibi, & causis tuis sinceræ charitatis affectum præbere desi-
 deramus. Ceterum quod nos de causa Aragonensis episcopatus & consului
 sti, & te quodam modo velle significasti: diu & multum volentes, & cum filijs
 sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertractantes, incongruum fore peruidimus, quo-
 niam in eo canonica decreta nobis obuiare cognouimus. Veniens enim ad
 nos, sicut nosti, confrater noster Sanctius Aragonensis Episcopus, multa no-
 bis de infirmitate corporis sui conquerens, deferendi Episcopatum à nobis
 suppliciter licentiam postulauit, quod eū morbo confectus, & penè consum-
 ptus diutius competenti ministerio regere, & custodire non possit. Atque, vt
 facilius hoc impetraret, indicauit nobis de duobus clericis, quorum alterum
 in Episcopatum eligi tuam & sui ipsius voluntatem, atque consiliū fore nun-
 ciauit, de quorum vita & conuersatione cum interrogantes, alia omnia præ-
 ter quod de concubinis nati erant, bona satis & honesta accepimus. Et quia
 venerandi canones ad sacerdotii gradum tales prouehi cōtradiciunt, proba-
 re eos non satis cautum fore putauimus; ne quicquam à nobis contrariū san-
 ctis patribus in exemplum & auctoritatem posteris relinquatur. Solet enim
 sancta & Apostolica sedes pleraque considerata ratione tolerare, sed nun-
 quam in suis decretis, & constitutionibus à concordia canonica traditionis
 discedere. Quapropter nouerit dilectio tua nos ita consuluisse, & præcepisse
 Episcopo, vt ipse quantum possit, Episcopali officio in spiritualibus insistens,
 & auxilia comprouincialium Episcoporum petens, ad peragendas extero-
 res, & inferiores curas talem clericum in Ecclesia constituat, qui ad tantam
 procuracionem prouidus, & si res postularet, ad percipiendā Episcopalis of-
 ficij dignitatem, & ordinem sit idoneus. Quo per annum vnum, aut amplius
 in Ecclesia consistente, si diuina clementia interim Episcopo vires corporis,
 & sanitatem reddiderit, sicut iustum est, ipse in loco suo super dominicū gre-
 gē vigilans consistat. Si verò infirmitas, & debilitas corporis sui ad aucta fue-
 rit, & administrationem commissæ sibi curæ nequaquam exequi poterit, tunc
 demū, si illius vita, mores, & disciplina probabilis fuerit Apostolica sedi eius
 tuis & Episcopi litteris, nec non sub testimonio cleri eiusdem Ecclesiæ denun-
 cietur, & de ordinatione Ecclesiæ deliberato consilio certa vobis & salubris,
 (annuente Deo) responsio dabitur. Verum hæc nequaquam tam absolu-
 tē dixissemus, nisi quod Episcopo se excusanti, & impedimentum suæ infir-
 mitatis proponenti, fraternæ compassionis auditum denegare non potuimus.
 Hæc igitur dilecte fili prudenter considera, & ad obseruanda nostra monita,
 Episcopatum quātū potes, adiqua; quatenus & tu à beato Petro Apostolorum
 principe ad regndum tibi commissum populum adiuuari, eiusque meritis à
 peccatorum tuorum vinculis absolutus æternæ beatitudinis gloria in regno
 Christi, & Deū merearis perfrui. Dat. Romæ, viij. Kal. Februarii, Indictio-
 ne decimatertia.

*Ob morbum Epi-
 scopi potest cō-
 stitui coadiutor
 in iurisdictione
 exercenda.*

EPISTOLA LI.

*Queritur quod ad se non scripserit. Hæc oratur ad rectam regni administra-
 tionem, significat legatos ad eum missos ea de causa, vt satisfacerent de his, quæ ab Ale-
 xandro Pontifice petierat, ob Germaniæ perturbationem esse reuersos. Quare petit ab
 ipso, vt nuncios ad se mittat, & filium suum Apostolicæ sedis ducem contra quosdam ha-
 reticos constituat.*

G R E-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^A
 Suenio Regi † Danorum, salutem & Aposto-
 licam benedictionem.

† Regis Dano-
 rum mentionē
 facit Lambert.
 anno 1073.



Vm adhuc in ordine Diaconatus eramus, sæpè dilectionis tuæ li-
 teras & legatos accepimus, in quibus magnificentiæ tuæ prom-
 ptum erga nos animum fore intelleximus. Postquam verò (quòd
 digni non sumus) ad locum altioris curæ, ministerijque perueni-
 mus, amore tuum in subtrahita visitatione tepuisse deprehendimus, qui scri-
 ptis tuis tam diu carere nescio cur meruimus. Nos equidem iam nunc nō so-
 lummodo regum & principum, sed omnium Christianorum tãto propensior
 sollicitudo coarctat, quanto ex vniuersali regimine, quod nobis commissum
 est, omniū ad nos causa viciniùs, ac magis propriè spectat. Verum quia emi-
 nentiam tuæ nobilitatis, præ ceteris regnorum principibus tam peritia litte-
 rarum, quàm studio ecclesiasticæ exhortationis pollere intelleximus; multo
 fiducialius ad te scripta nostra dirigimus, existimantes in te tanto facilius lu-
 crificere, quanto in eruditione & prudentia morum amplius dinolceris pro-
 fecisse. Rogamus igitur, & sincera te charitate monemus, vt commissa tibi re-
 gni gubernacula, secundum Deum administrare studeas, & nomen regalis
 excellentiæ congrua, ac consonanti virtutum proprietate geras: quatenus eã
 per cuius principatum subiectis imperas, in corde tuo semper regnare iusti-
 tiam ostendas. Nosti enim quòd gloria, & vana huius mundi delectatio labi-
 lis est, & deceptoria: nosti quòd vniuersa caro ad finem quotidie properat,
 quòd nec volenti, aut nolenti mortis necessitas pareat: nosti quòd reges a qua
 conditione, vt pauperes, futuri sunt pulvis & cinis, & quòd omnes ad distri-
 ctum iudicium futuri examinis venturi sumus, quòd nunc non solum nobis
 qui sacerdotes sumus, sed & regibus, ceterisque principibus tanto con-
 cussus timendum, & expauendum est, quãto pro nobis, & subditis nostris ra-
 tionem poseuri sumus. Age ergo dilectissime, vt ita viuas, ita reges, vt tunc
 æterni regis & iudicis faciem securus aspicias, & pro bene gesta terrenæ di-
 gnitatis gloria, caelestis regni sublimem, & incomparabilem coronam (Deo
 donante) recipias. De cetero notū sit tibi, quòd legatos ad te destinauimus,
 qui super his, quæ pro honorificentia regni tui, tum de metropolitana sede,
 tum de quibusdam aliis rebus, quas in tēpore Domini nostri Alexandri Pa-
 pæ ab Apostolica sede & postulasti, & inuicem promissisti, tibi responsuri, ac te
 cum acuri essent: sed propter perturbationē Teutonice terræ, periculosum
 tunc fore cognoscentes ad nos reuersi sunt. Quapropter si qua de his tibi cor-
 didi fuerint, & si te, ac regnum tuum (sicut per legatos tuos aliquoties accepimus) ^D
 Apostolorum principi pia deuotione committere, & eius auctoritate fulciri
 volueris, fideles nuncios ad nos sine dilatione transmittere stude: quatenus
 per eos tuam in omnibus edocti voluntatem, deliberatō cōsilio, quid tibi re-
 spondendum, quidque super his omnibus agendum sit, perspicere ac prou-
 idere valeamus. Præterea si sancta Romana mater Ecclesia contra profanos,
 & inimicos Dei tuo auxilio, in militibus & materiali gladio opus habuerit,
 quæ spes nobis de te habenda sit, itidem tua certa legatione cognoscere cu-
 piamus. Est etiam non longè à nobis prouincia quædam opulentissima iuxta
 mare, quam viles & ignaui tenent hæretici, in qua vnum de filiis tuis, cum
 (sicut quidam Episcopus terræ tuæ in animo tibi fore nunciauit) Apostolicæ
 aulae

A aulae militandum dares cum aliquanta multitudine eorum, qui sibi fidi mili-
 tes essent, duce ac principem, & defensorem Christianitatis fieri optamus.
 Dat. Romæ, viij. Kal. Feb. Indictione decimatertia.

EPISTOLA LII.

INCREPAT de iniurijs Aurelianensibus clericis illatis. Tabet eum ad se vniuersi cū
 ipsis clericis decidenda eorum controuersia causa præstituta die venire: interim nullam
 ipsis molestiam inferre, & clericum, quem captiuum tenebat, dimittere. minatur se exco-
 municationem à suo predecessore in eum latam, confirmaturum, si non obtemperet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 B Lurardo Aurelianensi clerico.



Miranda res est, & valde detestabilis, quòd ad eò induratum cor
 habes, & in tanta ferocitate persistis, vt à persecutione fratrum Au-
 relianensis ecclesiæ, vnde pro culpis tuis te separatim audiui, nec diuini terrore iudicij,
 nec Apostolicæ animaduersionis iam
 experta vltione, manum retrahere velis. Meminimus enim domnum, & an-
 tecessorem nostrum venerandæ memoriæ Alexandrum Papam pro compe-
 scendo furore, & nefandis temeritatis tuæ ausibus, anathematis in te iaculū
 contorsisse, & ne vltius perturbationem aliquam supradictis fratribus in-
 ferres, aut de honoribus & ecclesiasticis officijs, quæ contra regulas & aucto-
 ritatem canonum acquisieras, te intromitteres, Apostolicis iussionibus inter-
 dixisse. Contra quæ, quamuis audaciam tuam iterum se crexisset non dubia
 relatione multorum fratrum cognouerimus, Apostolica tamen adhuc vtentes
 mansuetudine, debitæ vltionis gladium exercere interim parcimus, do-
 nec si ad humilitatem præmissis admonitionibus flecti possis, comprobemus:
 referuantes tibi adhuc in omnibus, de quibus accusaris, Apostolicam audiē-
 tiam, & defensionis locum, si modò tua te non retrahit conscientia. Aposto-
 lica igitur tibi auctoritate præcipimus, vt in proximam festiuitatem omnium
 Sanctorum in nostram præsentiam venias, & aduentum tuum Aurelianensibus
 clericis, quibus aduersū te causa est, vt & ipsi præsentem fiant, sine simulatione
 notifices: quatenus ex vtraque parte dissensionis vestræ causis & occasioni-
 bus diligenter inquisitis & cognitis, litem vestram æquo sine decidere (Deo
 opitulante) possimus. Interim verò clericum, quem in captione tenes, absque
 omni suæ personæ & bonorum suorum detrimento dimittas: nullam penitus
 contrarietatem canonicis præfata Ecclesiæ, aut per te facias, aut ab aliquo
 tuorum fieri permittas. Quòd si te nulla iustitia fultum nobis representare
 minimè ausus fueris, aut volueris, & perdurans in malitia tua sæpè dictis fra-
 tribus damna, vel molestias aliquas amplius inferre præsumpseris, aut illata
 mala quantum potes, emendare & restituere non studueris; eamdem quam
 præfatus antecessor noster excommunicationis & damnationis in te senten-
 tiam protulit, nostra Apostolica auctoritate confirmatam esse cognoscas, &
 non solum te, qui tantæ præsumptionis dux & auctor es, sed omnes, qui in ra-
 pina & deprædatione bonorum Ecclesiæ, vel infestatione clericorum aliquo
 modo consilium, vel adiutorium, siue consensum tibi dederint, pari anathe-
 matis iudicio condemnatos esse scias. Dat. Romæ, in Synodo II. kal. Mar-
 tij, Indictione decimatertia.

ANNO

Pontific. in Gregor. VII.

† De Henrico & Herimanno Lanbert & Bertold. Constan. tian. an. 1075.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo quarto, Pontificatus vero Domini Gregorii Papae secundi, Indictione decimater-
tia, celebravit ipse Dominus Gregorius Papa Romae Synodum à vi. Kal. Martij vsque in II. Kalend. præteriti mensis, vbi interfuit Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum multitudo, atque diuersi ordinis clericorū, & laicorum copia. In qua inter cetera decreta, quæ ibi gesta sunt, quinque de familia Regis Teutonorum, quorum consilio Ecclesie venduntur, à liminibus sanctæ Ecclesie separauit: ita vt si ab inde vsque ad Kal. Iun. Romam non venirent, & satisfacerent, excommunicati haberentur. Philippus Rex Francorum, si nūcqs Papæ ad Gallias iturus, de satisfactione sua, & emendatione securitatem non fecerit, habeatur excommunicatus: Lemarum Bremensem Archiepiscopū pro inobedientia superbie suæ ab Episcopali officio suspendit, & à corpore & sanguine Domini interdixit. Guarnerium Strazburgensem ab episcopali & sacerdotali officio suspendit. Henricū † Spirensē suspendit. Herimannum Bambergensem, si ante Pascha non venerit satisfactorius, similiter suspendit. Item in Longobardia Guilielmū Papiensem, & Cunibertum Tauriensem suspendit: Dionysium Placentinū deposuit, Robertum Ducem Apulię iā anathematizatum, & Robertum de Loritello inuasores bonorū sancti Petri excommunicauit.

EPISTOLA LIII.

CONCORDIAM super controuersia inter Morauensem & Bragensē Episcopos de quibusdam bonis à se in Concilio ambarum partium assensu compositam exponit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Quoniam ad memoriam semperque dilucidandam causarum, negotiorumque veritatem nihil aptius, nihil durabilius, quam scripturarum paginas æstimamus; qualiter lis & discordia, quæ inter cōfratres nostros, videlicet Ioannē Morauensem Episcopum, & Geboardum Bragensē de quibusdam decimis, & curtibz diū protrahita est, tandem per pacis conuenientiam in Apostolica sede determinata sit, per litteras nostras non modò præsentibus, sed & futuris notum fieri volumus. Hæc enim causa cū in secundo nostri Pontificatus anno, residentibus vnā nobiscum in basilica Saluatoris multis fratribz, conuocatis etiam & coram positis supradiçtis Episcopis ad audientiam nostram, & totius ibidem congregati concilii perlata sit, diū & multū inquisita, atque rimata, tanta ambiguitate, & perplexionibus inuoluta videbatur, vt ad sinceram veritatis, & iustitię explorationem per ea quæ tunc adhibita sunt iudicia perducere non posset. Verūm ne illorū altercatio absque pacis interuētū diutius, aut fraternæ odia, aut aliqua periculosa hinc, vel illinc studia accenderet, cum consilio fratrum nostrorum causam ita ex æquo dirimi constituimus, vt omnia de quibus inter eos contentio foret, per medium diuiderentur, & hic vnā, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec si apertior-

raiu-

Ara iudicia siue scripto, aut congruis testibus inuenire possent, diligentissimè inuestigarent. Ad quod faciendum, ne fortè suscitandæ litis infinita alterutri daretur occasio, terminum quoque eis decem annorū præfiximus, vt qui certis approbationibus ad iustitiam se pertingere posse confidit, infra prælibatum terminum proclamandi & cōsequendi ius Ecclesie suæ licentiam & potestatem habeat: & si alterum horum, vel vtrosque (quod non optamus) interrim obire contigerit, successores eorum in eadem pacis, & constitutione permanere debeant. Ex ea autem parte, qua præfatus terminus, aut sub silentio, aut non ostensa veritatis & iustitię, propter quam clamet approbatione, transductus fuerit, nullus deinceps locus, nulla proclamandi occasio, aut super hac re renouandæ quæstionis licentia supersit. Hoc igitur modo prænominatos Episcopos in nostra præsentia pacificatos, & præscriptæ diffinitioni gratum (vt videatur) adhibentes assensum, ad propria cum Apostolica benedictione & fraternæ charitate dimisimus. Hoc ab omnibus inuolatum, & perpetuò inconcussum fore Apostolica auctoritate præcipimus, atque sancimus. Dat. Romæ, vi. Non. Martij, Indictione decima tertia.

EPISTOLA LIIII.

SCRIBIT se deposuisse in Synodo Dionysium eorum Episcopum: & omnes, quicumque ei fidelitatem iurauerant, à sacramenti vinculo absoluisse. ait se curaturum, vt omnes fideles ad eum expellendum ipsi auxilio sint.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
vniuersis catholicis Placentinæ Ecclesie, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Vper confusione Ecclesie vestræ, dilectissimi filii, diu ad nos querela delata est, & contritio animarum rerumque vestrarum facta per iniquum pastorem sepe numero paternum cruciauit affectum. Expectauimus arborem malam, vt faceret bonos fructus, sed plāratio iniqua radicitus vitiata, & sicca per totum patientia deterior est, terrā occupat, quin etiam ad infamiam totius Ecclesie germinat fructum reprobū in communem mortem, & in vestræ perditionis exemplum. Quem olim omni officio priuatum, reddita sibi sola communionē Ecclesie, multis minis, ac precibus contestati sumus, vt procuraret habere pacem vobiscum, redditis & restitutis quæ abstulerat cum aqua ministerii, & spem maioris beneficii dedimus, si mādara seruaret. Sed Deo nolente sub huius misericordie velamento operiri peccata inobedientię eius, qua sæpè offenderat nos, & opera impunita relinqui, iterum mentitus est, atque vir manifestè sacrilegus, & multorum scelerum reus monita nostra posthabuit. Quapropter immutabili sententia sanctæ Synodi, & irreuocabili consensu omnium circumsedentium fratrum, Dionysium quondam dictum Episcopum absque vlla vnquam spe reconciliationis ab omni Episcopali honore deposuimus, & in perpetuum negandam sibi audientiam decreuimus: & quicumque sibi fidelitatem iurauerunt, ne cōtra hoc decretū sint, ab omni vinculo sacramenti absoluius. Dabimus etiam operam, vt omnes fideles sancti Petri adiuuent vos in expellendo lupo, & ordinando pastore, qui res vestras diripuit, & corpora, animasque sequentium se in foueam, sicut oculus tenebrorū mittit. Vnde vos ciues Dei confor-

confortamini, quia Deus nobiscum est, & licet aduersentur nobis turritæ vrbes terræ Canaam, & gigantea corpora filiorum Enath, dux tamen noster Iesus cum sono intrepidus terram promissionis ingreditur. Est enim & ipse gigas ad currendam viam, qui dicit: Confidite, ego vici mundum. Quod si quis pro defensione iustitiæ moriatur ex vobis, precibus Apostolorum Petri & Pauli ab omnibus peccatis liberetur. Dat. Romæ, v. Non. Martij, Indictione decimatertia.

Psal. 18.
Ioan. 16.

EPISTOLA LV.

LABTATVR ipsos eorumq; Episcopum contra simoniacam hæresim & clericorum fornicationem insuigere, hortatur vt persistant, & Episcopo obediant.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, B
Laudensis Ecclesiæ filijs, salutem & Apostolicam benedictionem.



Audemus dilectissimi de vestro pio religionis affectu, quos audivimus aduersus detestandam simoniacam hæresim, & presbyterorum fornicationem diuinæ legis zelo succensos laudabiliter insurgere. Gaudemus quoque super fratre coepiscopo nostro vestro pastore domno Opizone, qui se in tantum nobis eiusdem zelo pietatis feruere detexit, vt ad hæc perficiendum sanctæ huius sedis obnixè flagitasset auxilium. Quapropter hortamur vos, & vt filios charissimos monemus, quatenus in his pestibus detestandis, simoniaca videlicet hæresi, & fornicatione ministrorum sacri altaris conterenda, & penitus extirpanda cum iam dicto pastore vestro, fratre nostro ad omnipotentis Dei, sanctæque Ecclesiæ honorem, totiusque patriæ salutem, vt pij filii insistatis. In ordinandis quoque rectè, & canonicè Ecclesijs, ei totis viribus auxilium præbeatis. Immo in cunctis, quæ ipse ad Dei honorem, vestramque salutem agere disponit, ei obedièter obtemperetis: vt sanctæ matris vestræ Ecclesia apud vos munditia polleat, quam Christus sine macula & ruga castam sibi copulauit sponsam. Hæc autem quicumque seruauerit, de omnipotentis Dei gratia confidenter præsumat, Apostolicamque benedictionem se habere cognoscat. Qui verò in his quæ præfati sumus, ei obistere temptauerit, eumque in omnibus quæ Dei sunt non adiuuerit, contremiscat se diuinæ animaduersionis, Apostolicæque maledictionis ultionem incurrere, pro gratia & benedictione, quas non curat habere. De administratione verò altaris, quod supra corpus B. Bassiani cõfessoris situm est, omninò præcipimus, vt nullus ei administrare præsumat, qui vel pretio in eandem introierit Ecclesiam, vel qui fornicator est, aut turpis lucri sedator. Dat. Romæ, v. Non. Martij, Indictione decimatertia.

Ephes. 5.

DICTATVS PAPÆ.

Quod Romana Ecclesia à solo Domino sit fundata.
Quod solus Romanus Pontifex iure dicatur vniuersalis.
Quod ille solus possit deponere Episcopos, vel reconciliare.

Quod

- A Quod legatus eius omnibus Episcopis præsit in concilio, etiam inferioris gradus, & aduersus eos sententiam depositionis possit dare.
Quod absentes Papa possit deponere.
Quod cum excommunicatis ab illo, inter cetera, nec in eadem domo debemus manere.
Quod illi soli licet pro temporis necessitate nouas leges condere, nouas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & contra diuitem Episcopatum diuidere, & inopes vnire.
Quod solus possit vti imperialibus insigniis.
Quod solius Papa pedes omnes principes deosculentur.
- B Quod illius solius nomen in Ecclesijs recitetur.
Quod vnicum est nomen in mundo.
Quod illi liceat Imperatores deponere.
Quod illi liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.
Quod de omni Ecclesia quocumque uoluerit clericum valeat ordinare.
Quod ab illo ordinatus alij Ecclesiæ præesse potest, sed nõ militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.
Quod nulla Synodus absque præcepto eius debet generalis vocari.
Quod nullum capitulum, nullusque liber canonicus habeatur absque illius auctoritate.
- C Quod sententia illius à nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit.
Quod à nemine ipse iudicari debeat.
Quod nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem.
Quod maiores causæ cuiuscumque Ecclesiæ ad eam referri debeant.
Quod Romana Ecclesia numquam errauit, nec in perpetuum scriptura testante errabit.
Quod Romanus Pontifex, si canonicè fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus, testante sancto Ennodio Papiensi Episcopo, ei multis sanctis Patribus fauentibus, sicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur.
- D Quod illius præcepto, & licentia subiectis liceat accusare.
Quod absque Synodali conuentu possit Episcopos deponere, & reconciliare.
Quod Catholicus non habeatur qui non concordat Romanæ Ecclesiæ.
Quod à fidelitate iniquorum subiectos potest absolueri.

ARGVIT quod negligens fuerit in causa Catalonenſium clericorum. Episcopum Catalonenſem propter inobedientiam deponendum eſſe ſtatuit, cui vult præcipi, vt clericis Catalonenſibus bona erepta reſtituat. Quod ſi parere noluerit, mandat excommunicari: addens vt ille vel coram ſuis legatis vel coram ſe compareat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manaſſe Remenſi Archiepiſcopo, ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem.



Ite paſtoralis regiminis cura, prout oportet, ſollicitum redderet, clericorum Catalonenſis, Eccleſiæ cauſa: totiens ad nos relata, iam dudum competentem terminum accepiffet. Sed quoniam negligentia tua, & Epifcopi prædictæ ciuitatis inobedientia hucusque protracta eſt, neceſſe nobis fuit, clericis tam diu afflictis concurrere, & inobedientis contumaciam Apoſtolicæ auctoritatis vigore contundere. Multis enim modis præfatus Catalonenſis Epifcopus noſtræ iuſſioni parere cõtempſit. Primò enim vocatus ad Synodum, venire neglexit. De ore noſtro præſentialiter de reſtitutione beneficiorum clericorum præcepta ſuſcipiens, obaudire deſpexit. Litteris deinde noſtris admonitus, iterum quæ præcepimus, adimplere ſprouit. Quam obrem propter tam enormem inobedientiæ temeritatem, Apoſtolicæ auctoritate omni Epifcopali officio priuadum cenſuimus: & hæc per te ſtrenuè compleri omni mora poſtpoſita ſtatuiſmus. Denuò etiã firmiter præcipimus, vt ei nihilominus iniungas ex noſtra & tuâ parte, quatenus prædictis clericis erepta bona & beneficia, omni excuſatione poſtpoſita vbiſcumque manere voluerint, reſtituar, adiuncto, & reſtaurato quod de vſibus rerum ſuarũ perdiderunt, ex quo nos ei præcipimus. Hac vice ſi huic noſtro præcepto obtemperare noluerit, omni modo à corpore & ſanguine Domini arceatur, donec per obedientiam diſcat ſanctæ Romanæ Eccleſiæ colla ſubmittere, cui per inobedientiam non erubuit recalitrare. Si verò legati noſtri ad Galliarum partes vſque ad kal. Octobris ierint, ante præſentiam illorum ſeparatum ad expurgationem ſuam præſentare procuret. Sin autem ad feſtiuitatem omnium Sanctorum ante nos ſe expurgandum, omni occasione remota præſentet. Dat. Romæ, iij. Non. Martias, Indiçt. decimatertia.

EPISTOLA LVII.

INCREPAT eos, quod ſuperſtitijs querimonijs contra ſuum Episcopum repereſſis Eccleſiæ Feſulana: damna inferat. Vnde eis ſilentium imponit, ſe autem nulla modo paſſurum Eccleſiam deſtaſtari.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Feſulano clero, & populo, maioribus videlicet atque minoribus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.



Iramur fatiſ, quod de cauſa Iraſmũdi Epifcopi veſtri Romanæ Eccleſiæ ſufficit, quibusdã veſtrum nõ ſufficere, & querimoniã multis, ac diuturnis inquisitionibus, immò diuinis indiçijs ad finem perductam ſuperſtitijs diſputationibus repetere, & ſic Feſulanæ Eccleſiæ

A Eccleſiæ poſt longas tribulationes ipſas reliquias cõſumere. Si enim Epifcopus oĩum quæ ſibi obiecta ſunt, reus teneretur, & diuino iudicio, atq. humana examinatione innocens nõ approbaretur, deceret tamen vos matrẽ veſtram, Feſulanã videlicet Eccleſiam, quæ non peccauit, immunem cuſtodire, & vindictam peccantis in detrimentum, confuſionemq. minime conuertere. Deceret etiam, vt quos miſerabilis paupertas & ruina Eccleſiæ veſtræ compatiendo non tangit, verecundia ſeculi & infirmata, & omnino contemptui habita quæſtio veſtra ſilentium imponere debuiffet. Vnde admonemus, vt inter vos vltorius non ſint ſchiſmata & contentiones, ſed quod nos ſentimus, quod nobis ſufficit, quod Romana approbat Eccleſia, vos idipſum ſentiat, & teneatis, ſcientes quia nos nullo modo patiemur ſub huiusmodi occasione ſcãdali, ſeu inutilium diſceprationum vanitatibus Eccleſiam noſtram deaſtaſtariſed eius miſeriæ, atque neceſſitati, prout Deus conceſſerit, non ſolum loquendo, ſed & vindictam contra ipſius inimicos exercendo ſubueniemus. Dat. Romæ, iij. Non. Martias, Indiçtione decimatertia.

EPISTOLA LVIII.

Vt Nouiomenſem Episcopum ad Brugeſem villam à Traiectenſis Epifcopi iurisdictione ereptam, ſi id ſibi conſtiterit, reſtituendam compellat: ſiquid autem iuris ſe putet habere, in Synodo cauſam agat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manaſſe Remenſi Archiepiſcopo, ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem.



C Onfratris noſtri Traiectenſis Epifcopi Vuilielmi querelã de Brugeſi Eccleſia in Nouiomenſi Epifcopio ſita, litteris ipſius expoſitam accepimus, quam & ante Dominum, & prædeceſſorem noſtrum Papam Alexandrum depoſitam, necdum competentem termino contigit deſiniri. Aſtruit autem Epifcopus Traiectenſis eandem Eccleſiam traditione antiqua ſedi ſuę delegatam ducentis ferme annis abſolutè, & quietè ad vſus ſtipendiarios canonicorum Traiectenſium detentam, donec Raboth Nouiomenſis Epifcopus abſque vlllo canonico iudicio ſibi eam ſubripuit, & vt affirmant legati (quod grauius eſt, & omninò illicitum) alteri cuidam clerico vendidit. Quapropter ſuffraganeum tuum Nouiomenſem Epifcopum per te conueniendum eſſe cenſuimus, & de tanta peruerſitate (ſi ita eſſe conſtiterit) ſeuorius increpandum, ac ſubinde admonendum, immò etiam compellendum, vt canonum ſtatuta ſequendo, Eccleſiam Traiectenſem, quæ tanto tempore poſſedit ſua expoliatione ſine mora reinducat, ac poſtea ſi quid habet, quod iure conqueratur, Synodali iudicio diſceprare contendat. Quòd ſi huic auctoritati noſtræ, vel monitis tuis obtemperare neglexerit, tam diu Epifcopali priuetur officio, quoad vſque cauſas Eccleſiaſticas non potentia magnitudine, ſed iuſtitia cenſura fini oportere doceatur. Huius ergo negotii deciſionem per te ſtudioſè & impigre volumus adimpleri, & litteris inditam nobis quamcitiuſ poteris notificari. Dat. Romæ, iij. Non. Martias, Indiçtione decimatertia.

De Vuilhelmo Traiectenſi Epifcopo, vide Lambert. an. 1076.

EPISTOLA LIX.

eorum abbatiam sub Romana Ecclesia protectione recipit, illique bona concessa & concedenda confirmat. Vt et in ea canonicum ordinari, nisi qui se regulariter victurum professus fuerit, nec Abbatem nisi regularem & a fratribus regularibus electum. Ecclesiam Diensi Episcopo consecrandam committit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Fratribus consistentibus in abbacia Romana super fluvium Iseram constituta, salutem & Apostolicam benedictionem.

Idelitatis, ac deuotionis vestrae studia, quae per legatos vestros nostris auribus intimastis, accepimus. Petistis vt Romana Ecclesia libertate, quam vestra Ecclesia ab antecessoribus nostris haecenus habuit, vos donaremus. Scripsistis etiam (quod nos valde laetificat) quosdam scilicet vestrum regularem, canonicamque vitam incepisse: quibus quaedam Ecclesiae vestrae bona vos concessisse denunciastis, rogantes, vt haec nostra firmaremus auctoritate. Vestrae itaque bonae intentioni congaudemus, & vt semper in melius proficiatis, optamus, petitionibusque vestris obtentu filij nostri Hugoni Diensis Episcopi, & vestri dilectione annuimus, & Romanam libertatem (sicut postulastis) concedimus. Illa vero quae fratribus vestris regularibus praepositus vester Herimannus, & vos donastis, & statulistis, quae & litteris ad nos missis inferuistis, videlicet quicquid' ipsi de bonis eiusdem Ecclesiae prius habere videbantur, & quicumque ex vobis ei se sociare regulariter voluerint, vel quod illis de suis aliquid dederit, nos quoque donamus. Possessiones autem, & dispensationes Ecclesiae illis qui nunc habent, aut ad regularem vitam conuersis, aut de seculo migrantibus, & terras, quae deinceps praedictae Ecclesiae datae fuerint, ad mensam fratrum regulariter inibi viuentium pertinere, & nullum ulterius ibidem fieri aut ordinari canonicum, nisi qui regulariter se victurum professus fuerit, nostra auctoritate statuimus. Praepositum, vel Abbatem, seu cuiuslibet dispensationis ecclesiasticae ministrum, nisi quem communis electio fratrum regulariter viuentium suae professionis secundum Deum elegerit, vobis praeferi Apostolica auctoritate prohibemus. Ne quis autem haec a nobis salubriter statuta violare praesumat, virtute sancti Spiritus, & potestate nobis a Deo collata interdiximus. Ecclesiam vestram, quam per legatum Apostolicae sedis reconciliari quaesistis, praefato filio nostro Diensi Episcopo, qui & Romanus, & Viennensis Ecclesiae filius est, consecrandam commisimus. Dat. Romae, vij. Id. Martij, Indictione decimatertia.

EPISTOLA LX.

Mandat vt litem inter eum & Augensem Abbatem dirimat. Quod si fieri nequeat, ambo ad se veniant. Interim neuter alteri molestiam inferat.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Ortoni Constantiensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sicut tua super Ecardo abbate Augensis monasterii, ita & illius super te nobis est illata querimonia. Verum quia nos fatigationibus vestris parcere cupimus, consulendo mandamus vobis, vt vtrinque communes amicos, & sapientes viros, veritatis amatores, iustitiae magis quam amicitiae fauentes conuocetis: quorum consilio opportuno tempore & loco conuenientes litem vestram aequis rationibus, & aliqua congrua pacatione dirimi in commune assensum detis. Quod si peccatis facientibus fieri nequeat, commonitos vos ex praesenti auctoritate esse volumus, vt circa festiuitatem omnium Sanctorum ambo ad Apostolorum limina veniatis, quatenus (annuente Deo) causam vestram diligenti examinatione discutiamus, & diuturnam discordiam iusto fine decidamus. Interim vero praecipimus, vt omni lite inter vos sopita, quasi per manum beati Petri & nostram, firma pax posita, atque condita teneatur, vt neutra pars alteram molestiis, vel contrarietate prouocare, aut inquietare audeat. Nec leue vobis videatur tanto mediatore interposito, pacis iura dissoluere: quoniam qui in hac constitutione Apostolicae auctoritati reuerentiam & fidem non exhibuerit, ex ipsa sua temeritatis impietate aduersus se & causam suam fidem & iudicium prouocabit. Dat. Romae, iij. Idus Mar. Indictione decimatertia.

EPISTOLA LXI.

Reprehendit eum tanquam simoniacum, monetque vt resipiscat: fornicatione clerico extirpet, & a contumelijs Abbati de sancto Huberto inferendis absteat, vtque Ecclesiam quandam in sua Diocesi vel per se vel per Metensem Episcopum consecret, eique suorum peccatorum absolutionem impartitur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
† Leodicensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

† f. Leodienfi, qui Dieruini dicitur, vt apud Liber. an. 1075.

Am multo tempore audiuius, & multorum relatione conperimus, te per plura in episcopatu aduersus instituta sanctorum patrum fecisse, videlicet in venditionibus Ecclesiasticarum dignitatum, & canonicarum praebendarum. Vnde tibi multum condolemus, & factis obstupescimus, cum tantum honorem gratis susceperis, & cum prudentes & religiosos viros inueneris, honores Ecclesiasticos gratis non erogaueris, sed declinasti ab exemplo tui antecessoris introductione nouae consuetudinis. Ratione igitur iustitiae his de causis sententia in te esset animaduertenda: sed parcimus propter senilem aetatem, & quia charissimus frater noster Herimannus Metensis Episcopus tuae Ecclesiae filius te multum apud nos excusauit, imputans aliis quaecumque super his male disposueris, quorum consilio usus fueris. comonemus ergo te Apostolica auctoritate, vt quid egeris attendas, & iudicium ad quod properas, expauescas, & amplius desistas ab huiusmodi transgressionibus; & in quibuscunq. poteris, studeas corrigere, immutatioque egeris. Praecipimus et vt admoneas & coerceas quoscunq. sacri ordinis ministros castè viuere, & concubinas omnino derelinquere, & extermina nefas secundum patrum.

Epist. Tom. 3.

Kkk 3 tradi-

traditionem, quod temporibus modernis inoleuit ex taciturnitate pastorū, **A** ne cum male operantibus propter silentium damneris, & ipsi aeternae mortis incurrant periculum. Compertum est nobis te contumelias quorundam consilio intulisse Abbati de sancto Huberto propter priuilegium, quod à nobis suscepit; sed excusamus eum, quòd contra detrimentum & honorem Ecclesiae tuae nihil fecerit: vnde te monemus & rogamus, vt permittas cum in pace & in omni tranquillitate. In Diocesi etiam tua Manucensis comitis Ecclesiam, quam adhuc consecrare distulisti, rogamus vt consecres: si verò ex debilitate corporis id agere nequueris, committe hanc obedientiam charissimo filio nostro Metensi Episcopo. Quòd si non acquieueris, iustam & rationabilem causam, quare dimiseris, rescribas. Et quia in extremo videris positus, fraterna compassione ducti, auctoritate beati Petri Apostolorum principis absoluius te à peccatis tuis, & Dominum pro te exoramus, vt interuentu beatorum Apostolorum inter electos aeternum merearis consortium. **B** Dat. Romae, x. Kal. Apr. Indictione decimatertia.

EPISTOLA LXII.

EXPONIT statuta in Concilio contra concubinarios & simoniacos clericos. Praecipit vt ea seruari curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sychardo fratri coepiscopo Aquilegiensi, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Raternitatis tuae prudentiam latere non debet, neque tui ordinis dignitatem ignorare oportet, quae statuta, quaeq. decreta in peractò concilio praeteritae Quadragesimae consilio confratrum nostrorum, ac totius conuentus assensu, sequentes sanctorum patrum auctoritatem statuimus. Decreuimus enim, quòd si quis eorum ordinum, qui sacris altaribus administrant, presbyter scilicet, diaconus & subdiaconus uxorem, vel concubinam habet, nisi illis omninò dimissis dignam penitentiam agant, sacris altaribus penitus administrare desistant, nec aliquo Ecclesiae beneficio ulterius potiantur, siue potitis fruantur. Qui verò simoniace, videlicet per interuentum pecuniae sunt promoti, vt absque vlla spe recuperationis deponantur, Apostolica censura statuimus. Monemus itaque te dilectissime frater & coepiscope, immo Apostolica tibi auctoritate praecipiendo mandamus, vt tu in Diocesi tua simoniacos omninò deponas, & fornicatoribus clericis, nisi à fornicatione abstinerint, praefata conditione officium & beneficium penitus interdicas, & suffraganeos tuos, siue litteris tuis, siue viua voce ad te conuocatos, vt idem faciant summa cum diligentia moneas. **D** Dat. Romae, x. Kal. Aprilis, Indictione decimatertia.

EPISTOLA LXIII.

COMMENDAT eum ob res praclarè gestas, ostendit Vngariae regnū non nisi Romanae Ecclesiae subijci, & meritò eius consanguineum, qui illud à Teutonicorum Rege acceperat, eo fuisse priuatum. Hortatur ad Ecclesiarum curam habendam, & ad obedientiam Apostolicis legatis praestandam.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Geusae † Vngariae Duci, salutem & Apostolicam benedictionem.



Icet per legatos, quos pridem ad nos direxisti, miserimus tibi litteras, quas nondum te asseris percepisse; iterum tamen pio charitatis affectu, qua omnes reges & principes vt filios admonemus, scribimus ad te, desiderantes tibi cum iustitia quaecumque sunt honoris & gloriae. Multa quippe bona de te mihi relata sunt, atque ex tuis actibus honesta fama ad aures nostras vsque peruenit; pro quibus diligimus te, & cupimus, vt fama cum rei veritate semper ascendat. Notum autem tibi esse credimus, regnū Vngariae sicut & alia nobilissima regna in propriae libertatis statu debere esse, & nulli regi alterius regni subijci, nisi sanctae & vniuersali matri Romanae Ecclesiae, quae subiectos non habet vt seruos, sed vt filios suscipit vniuersos. Quod quia consanguineus tuus à rege Teutonico, non à Romano Pontifice usurpauit obtinuit, dominium eius (vt credimus) diuinum iudiciū impediuit. Cum verò res in manibus tuis sit, hortamur te, vt interim circa Ecclesias curam habeas, circa religionem summum studium geras, talemq. obedientiam legatis sanctae Romanae Ecclesiae cum ad te venerint exhibeas, quatenus intercessione beati Petri in gloria & honore vtriusque vitae proficias. **B** Dat. Romae, x. kal. Apr. Indictione decimatertia.

† Geusae, sic lib. 1. ep. 8. & intra ep. 70. Libertus autē an. 1073. & 1074. hūc appellat loquidem. sed Bonfin. rer. Vnga. decade 7. lib. 3. & 4. Geusam vocat.

Loquitur de Salmone Rege, vt sup eod. lib. ep. 13. intra 70.

EPISTOLA LXIV.

C *VT coram suis legatis ad obiecta contra eum respondeat, eisq. pareat, vel statuto tempore ad Apostolicam sedē veniat. Interim animarum sibi commissarum curam habeat.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Iuoni Abbati monasterij sancti Dionysij in Parisio.



Icet Romanae Ecclesiae excusationem introitus tui Algisi monachi vestri verba iam pridē replicauerint, licet ex parte fidē nobis dederint; crescentem tamen infamiam, & vsque ad sedem Apostolicam iam à pluribus delatā, in discussam transire nec possumus, nec debemus. Quapropter si contigerit hac in aetate legatos nostros ad partes illas proficisci, praecipimus vt coram eis causam obiectiois tuae diligēter exponas, & diffinitioni eorum obedienter pareas. Quòd si aliquod impedimentum hoc fieri non permiserit, ab hinc vsque ad festiuitatem sancti Andreae de obiectis responsurus ad nos venias. Interim te volumus circa curam animarum subditorum tibi strenuum, sollicitumq. exhiberi: quatenus cum ad nos veneris, ipsum bonae conuersationis studium tam te, quam illos, quibus praesse videris, valeat commendare, & Algisi bona de te referentis verba confirmare. **D** Dat. Romae, viij. Kal. Apr. Indictione decimatertia.

EPISTOLA LXV.

HORTATUR ad concordiam & pacem, dum eorum Abbas se de simonia purgaturus, vel coram legatis vel coram se veniat.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
Monachis monasterij sancti Dionysij, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Abbatis vestri Iuonis infamia quampluribus referentibus ad aures nostras usque peruenit, videlicet, quod simoniacè, hoc est, per interuentum pecuniæ obtinuerit abbatiam. cuius rei causa, quia huiusmodi infamiam indiscussam præterire non debemus, nec possumus, per litteras nostras sibi præcipiendo mandauimus, vt legatis nostris, si hac æstate ad partes illas eos venire contigerit, de obiectis se purgatorum exhibeat. Quod si aliquibus interuenientibus causis legati non venerint, ab hinc usque ad festiuitatem sancti Andreæ de obiectis responsurum se nostræ audientiae repræsentet. Quapropter admonemus religionem vestram, vt interrim inter vos nulla discordia, nullum schisma diabolica fraude nati inueniatur: (ipsi enim scitis, quia in scissura mentium Deus non habitat) sed religioni, atque ordinis vestri obseruationi sedato animo, ac summa cum reuerentia operam dantes, prædicto Abbati humiliter obediatis, ne fortè (quod abfit) in vestro schismate monasterium vestrum in rebus corporeis, & vos in anima damnatum aliquod patiamini. Pro certo namque sciat, quoniam nos abbatiæ sancti Dionysii sollicitè inuigilare numquam neglegimus, sed secundum Apostolum honestè, & cum ordine facere volumus. Sicut enim nocentè iustificare nobis admodum est timendum, ita & innocentem damnare valdè periculosum. De cetero prudenter vos habete, dilectissimi filii, memores nostri in orationibus vestris. Dat. Romæ, viii. Kal. Aprilis, Indiæ. decimatertia.

1. Cor. 14.

EPISTOLA LXVI.

PRÆCIPIT sicut ante per legatos fecerat, vt fornicationem ex clero euellat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Burchardo † Heluestensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non ignorare te frater charissime credimus de ordinum ecclesiasticorum castitate sanctæ sedis Apostolicæ statuta, antecessorum nostrorum & nostro deinceps studio per litteras & legatos longè lateque promulgata. Nam & anno præcedente confratres nostri, & Episcopi in partes illas directi te cõuenerunt, & nostro nomine huius tibi operis obedientiam studiosius inculcarunt. Sed neque propterea has rursus de eadem re tibi litteras superfluas iudicauimus, Apostolo dicente: Fratres eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Si enim fratrum nostrorum exhortatione monitus in id opus manus cõtinuè misisti, ad hoc valebunt litteræ vt (sicut dicitur) currentem currere concitatius impellamus. Sin autè hucusque cessasti, somno torporis expulso ad euigilandum stimulo increpationis excitemus. Nos enim de raciturnitate nostra damnari metuimus, si conseruis nostris, his maximè qui alios docere idonei sunt, Domini pecuniam distribuere pigritamur. Urget nos enim timor illius

† for. Habersta-
ten. vel Halber-
stadien.

Philip. 3.

Alius maledicti, quod per Salomonem depromitur: Maledictus homo, qui abscondit frumenta in populo. Et quod item per Prophetam dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum à sanguine, id est verbum prædicationis ab increpatione carnalium. Sicut enim nos ad loquendum superiora exèpla impellunt, ita & vos quæ de obedientia passim scripta leguntur, adhortatur, quæ dicimus fraterna charitate suscipere. Nam legitur apud Samuelem: Melior est obedientia, quàm victima. Quasi enim scelus idololatriæ est non auscultare, & quasi peccatum ariolandi est non acquiescere. Quod B. Gregorius in moralibus exponens dicit: Obedientia ergo est, sine qua, quamuis fidelis quisque videatur, infidelis esse conuincitur. Denique nouit fraternitas tua quas proponimus regulas à sanctis patribus esse præfixas, tantoque venerabilius obseruandas, quanto constat non suo libitu, sed Spiritus sancti promulgasse afflatu. Quamobrem charissime frater instanter hortamur, & Apostolica auctoritate præcipimus, quatenus & à legatis nostris ante cognita, & harum testimonio litterarum plenius inculcata fideliter exequaris, de agro Dominico zizania eradicet, frumentum conserues, castos & religiosos clericos vt tui officij cooperatores benignè foueas, lubricos & incontinentes aut paternè corrigas, aut incorrigibiles à sacris altaribus arceas, & nisi tuis exhortationibus acquiescentes respiscant, nec laici etiam officium eorum vlatenus audiant: vt quos nec timor nec amor diuinus compungit, pudor saltem humanus retrahat ad sobrietatem. His si vigilanter institeris, & inobedientiæ culpam poteris euadere, & à Domino præmium tibi multiplex, & indeficiens comparare. Dat. Romæ, iiii. kal. Aprilis, Indiæ. decimatertia.

Prou. 11.
Ierem. 48.Eccles. 4.
1. Reg. 19.
Gregor. lib. 3 c. 10.
Obedientia quid sit.

EPISTOLA LXVII.

Vt habito suorum Episcoporum concilio, decreta Apostolicæ sedis de castitate clericorum promulget, & seruanda curet. Exponit quoque se in Synodo contra simoniacos statuta confirmasse.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Aunoni Coloniensi Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Constat Ecclesiam Coloniensem inter ceteras regni Teutonici Ecclesias sanctæ & Apostolicæ sedis, cui (Deo auctore) deseruimus, ita fide & dilectione, atque obsequiis ab annis prioribus esse deuotam, vt singulari familiaritate, & gratia charitatis apud eam tamquam apud matrem dulcissima filia præpolleat. Quem beneuolentiæ laudabilis usum ab antecessoribus nostris ad nos usque deductum non solum obseruare, sed etiã ampliare, & augmentare pro rerum opportunitate, & temporum modis omnibus sum paratus. Hinc etiã charissime frater de obedientia tui securior fiducialius adhorror & moneo, atque cõmunis Domini beati Petri auctoritate præcipio, vt ad castitatem clericorum prædicandam, atque inculcandam, iuxta patrum decreta, & auctoritatem canonum cum suffraganeis tuis omnibus studiosius accingaris, vt sponsæ Christi, quæ maculam nescit, aut rugam, candidatæ & immaculatæ familiæ gratiosum exhibeatur officium. Nouit enim fraternitas tua, quia præcepta hæc nõ de nostro sensu exculpimus, sed antiquorum patrum sanctiones Spiritu sancto prædicante promulgatas

Ephes. 5.

Quomodo nona
decreta sunt e-
denda.

Prou. 11.
S. Greg. lib. 35.
moral. cap. 10.

Virtus castita-
tis necessaria ec-
clesiasticis gra-
dibus.

Ioan. 16.

latas officij nostri necessitate in medium propalamus, ne pigri serui subea-
mus periculum, si Dñicam pecuniã, quę cū scenore repositur, sub silentio ab-
scondamus. Quamquã huic sanctę Romanę Ecclesię semper licuit, seperq̃;
licebit cõtra nouiter incrementos excessus noua quoque decreta, atque reme-
dia procurare, quę rationis & auctoritatis edita iudicio, nulli hominum sit
fas vt irrita refutare. Vrget nos etiam timor illius maledicti, quod per Salo-
monem depromitur. *Vsq̃ue ad id quod in superiori epistola ait.* Obedientia ergo
est, sine qua licet fidelis quisque videatur, infidelis esse conuincitur. Sed vt
ea, quę dilectioni tuę iniungimus, compendiosius, efficaciusque prosequaris,
cum fratribus & coepiscopis tuis conciliũ te cogere suademus, in quo quã
maximo poteris clericorum cõtu congregato, leges canonicas, & sedis Apo-
stolicę auctoritatem, tuamque & confratrum omnium patenter promulgabis,
quãta castitatis sit virtus, quãq̃. Ecclesiasticis gradibus necessaria, seu quã
sponsi virginis & virginis sponsę cubiculariis sit competens (vt Deo donan-
te nosti) latius expones. Subinde firmiter pronunciabis non vltius sibi lice-
re quod in perniciem sui hactenus vsurparunt, cum tolerabilius omnino sit
cessare ab officio, quã incestam, vel etiam molestam suo Saluatori ingere-
re feruitutem; & inde sibi iram coaceruare atque supplicium, vnde prãmium
debit emereri. Quod si te fideliter hæc & firmiter exquentem, tribulatio,
ac persecutio inuenierit, respice ad eum qui dixit: Cõfidite, ego vici mundum.
Nos quoque clypeo beati Petri munitos indubitanter noueris, seu ad repel-
lendos hostes, si possumus, seu ad protegendum te omni hora paratissimos in-
ueniri. Illud quoque fraternitati tuę notum esse volumus, contra simoniacã
hæresim in Synodo confirmasse: (Nam à sanctis patribus longè ante statutũ
est) ac vehementer prohibuisse, vt neque Ecclesię vllatenus vendantur, aut
pro manus impositione pretium accipiatur. Quod si hoc modo ordinatus ali-
quis fuerit, eum à Missę celebratione, & Euangelii lectione omnimodis re-
mouemus, & vt hæc diligenter obseruetis, enixius admonemus. Dat. Romę,
iij. kal. Apr. Indictione decimatertia.

EPISTOLA LXVIII.

EIVSDEM ferè argumenti.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vuezelino Magadaburgensi Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Egimus Iosue cū in populo Dei magistro succedens ducatum su-
scipisset, ita sollicita & vigilanti obedientia exercuisse officium,
vt (quod de aliis raro scriptum est) cœlesti fretus virtute, elemen-
tis potentialiter imperaret. Nam & fluuium Iordanem ad transitũ
exercitus cursum naturalem sistere fecit, & solem volubili mobilitate in occa-
sum anhelantem, donec aduersarios vlcisceretur, quasi alter creator stare
præcepit. Is etiam muros Hierico septeno perlustrans circuitu sacerdotalium
clangore tubarum subruit & evertit. Vides charissime frater quid feruens in
diuinis causis animus, quid præpta obedientia meruerit. Ad huius similitudi-
nem facti nos, qui populum Christianum instituendi magistrerium suscepi-
mus, mentem vigilanter intendere debemus, ne aduersarię potestatis muros
contra

Iosus 4.
Ibid. 10.
Ibid. 6.

A contra verum Iosue rebellantes, & erectos silentio nostro stare, aut roborari
patiamur. Quamobrem fraternitati tuę Apostolica auctoritate iniungimus,
atque præcipimus, vt ad castitatem clericorum prædicandam & studiosius
inculcandam buccina sacerdotali vehementius & instantius instrepas, do-
nec Hierico muros, idest defectionis opera, & sordidę libidinis pollutiones
dissipes, & subuertas, sicut ad Prophetam: Posui te hodie super gentes, & su-
per regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes, & ædifices & plan-
tes. Nõ nostra decreta (quamquam licet si opus esset possemus) vobis pro-
ponimus, sed à sanctis patribus statuta renouamus: ne nostro silerio serui Do-
minicam pecuniam abscondentis sententiam incurramus. Elabora igitur, in-
sta opportunè, importunè, vt domus Dei tibi commissa purificetur: quatenus
& à nobis de obedientia tua gratias merearis, & tui laboris prãmium rece-
pturus in Domini tui gaudium lætus introducaris. Dat. Romę, iij. Kal. Apri-
lis, Indictione decimatertia.

Iosue 6.

Ierem. 2.

Matth. 25.
2. Tim. 4.

EPISTOLA LXIX.

ARGVIT quod molestijs afficiat monachos sancti Michaelis. monet vt pacem cū
Abbate ineat, vel statuta die ad sedem Apostolicam litis dirimende causa accedat, in-
terim à molestijs inferendis desistat, ne ipse cogatur illud monasterium de eius subiectione
eximere, & quos temerè excommunicarat, absoluat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Cuniberto Taurinensi Episcopo, salutem & Aposto-
licam benedictionem.



Ecuerat te frater charissime pro reuerentia, quam beato Petro Apo-
stolorum principi, & magistro vniuersalis Ecclesię debes, nobiscū
etiam seruare vnitatem & concordiam in vinculo charitatis & pa-
cis; & labores nostros vt in Christo proficerent, & fructum facerēt,
saltim in attinentibus tibi, & tecum actis iuuare negociis. Verũ e contra, vn-
de nos nec mirari, nec dolere satis possumus, te immemorem nostrę dilectio-
nis à nobis discrepare, & ea quę colligere laboramus, omni conatu ad disper-
gendum insistere, clamor fratrum monasterii sancti Michaelis, immò multi-
plex angustia, quam multorum relationibus, te faciente, eos pati audiuimus,
manifesta nobis indicia præbet. Mominisse enim debes quot & quanta Do-
minus & antecessor noster beatę memorię Alexander Papa, & nos ipsi cū
nouissimè Apostolicam sedē, & præsentiam nostram visitasses, de pace & trá-
quillitate eiusdem monasterii cum tua fraternitate egimus, ne diabolus ser-
uorum Dei salutem semper inuidens, & quieti, uenenum suę nequitie aliqua oc-
casionem ibi posset infundere, & deuotas animas ab assidua orationum & diui-
ni famulatus meditatione diuellere. Qua de re licet nobis optimè promise-
ris, videlicet te aut competentem de omnibus cum Abbate pacem facturũ,
aut si id fieri non posset, sine omni læsione monasterii ad iudicium Apostolicę
discussiois rem denuò delaturum; tamen postquam à nobis discessisti, multò
asperior, atque crudelior contra venerabilem locum illum, quã antea fue-
ras, prout nobis relatum est, extitisti: & quod ad detrimentum eius foret, non
solum exteriori fortitudine, sed Episcopali etiam discriptione dicere & face-
re non percipisti. Vnde non parum aduersum te commoti esse possumus, qui
ad

Ephes. 4.

qui ad contemptum Apostolicæ auctoritatis, nostræque fatigationis dispen-
dium, nostris consilijs, admonitionibus, rogatibus, & iustis officii nostri dis-
pensationibus te obfistere intelligimus: vt pacem quam seruis Dei cū quan-
ta per Deum cognoscimus consideratione iustitiæ prouidere cupimus, tu nec
pati possis, aut velis. Nunquid ne existimas Episcopos hanc in pastorali re-
gimine potestatem atque licentiã suscepisse, vt monasteria, quæ in suis para-
chijs consistunt, quantum velint opprimant, & studium religionis suæ præla-
tionis occasione hæc & illa potenter exigendo, & potestatem suam exercen-
do comminuant? An ignoras quòd sancti patres plerumque & religiosa mo-
nasteria de subiectione Episcoporum, & Episcopatus de parochia Metropo-
litanæ sedis propter infestationem præfidentium diuiserunt, & perpetua li-
bertate donantes Apostolicæ sedi velut principalia capiti suo membra ad-
hærere sanxerunt? Percurre sanctorum patrum priuilegia, & inuenies ipsis
etiam Archiepiscopis officium nisi fortè ab Abbate vocaris, in plerisque cœ-
nobijs facere prohibitum esse, ne forte monastica quies tumultuosa sæcula-
rium personarum frequentia & conuersatione turbaretur. Hoc itaque ne &
nos illorum auctoritate, & exemplo de præfato sancti Michaelis monasterio
facere cogamur, neue tu dum immoderata quæris, ea quæ ex æquo tibi atti-
nere videbatur, iuste amittas, Apostolica te auctoritate monemus, atque præ-
cipimus, vt aut pacem cum Abbate congrua conuentione, & in cômune pro-
uiso totius causæ moderamine facias, aut si peccatis impediens hoc fieri
nequiuert, in ventura sancti Martini festiuitate ad Apostolicam sedem te
conuocatum præfenti auctoritate cognoscas: quatenus (adiuuante Deo) li-
teram vestram dirimere, & iusto fine concludere valeamus. Interim verò eadē
auctoritate præcipimus, vt neque vocando ad Synodum, nec aliquo interd-
ctu, denique nullo vnquam exactionis modo Abbatem, vel sæpe fatum mo-
nasteriũ, aut seruitores eius, seu loca, vel bona illuc attinentia per te, siue per
tuorum aliquem lædere, aut inquietare præsumas, & quos anathematis vin-
culo ex his, qui partem illam attinent, alligasti, quamquam hoc temerè fece-
ris, charitati tamen fraternæ prouidentes, vt tu eos absoluas, locũ tibi & mo-
nita damus. Qua in re si tu moram feceris, aut aliqua occasione nobis obedi-
re renueris, nostra Apostolica auctoritate eos absolutos, & ab omnibus in-
terdicti, vel excommunicationis tuæ nexibus liberos esse noueris. Fac igitur
dilecte frater, vt vel nunc nõ in cassum tibi scripsisse videamur. Crede nostris
consilijs, acquiesce monitis, nec libeat tibi nos plurimis occupatos diutius
causæ huius implicari laboribus, nec deneges nobis fraternũ & vnanimẽ cõ-
sensum in componenda pace sæpe fati cœnobij, nedum nobis, immò beato
Petro obstare non desieris, in grauiorem culpam, & irreuocabile detrimentũ
tuomet (quod non optamus) impetu præciperis. Nam si deinceps vltra teno-
rem litterarum istarum supramemoratam causam in errorem & litigium tra-
here, aut monasterio infestationes aliquas inferre pertemptaueris, nos diui-
na & Apostolica fulti auctoritate, vt monasterium illud cū omnibus suis per-
tinentiis in perpetua libertate cõsistat, vt nullius magisterio, vel iudicio post
Deum, nisi sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditum in proposito sanctæ religio-
nis sine laceratione Deo seruire valeat (Deo adiuuante) procurabimus. Dat.
Romæ, v. Idus Aprilis, Indictione decimatertia.

Cur sumi Põel-
fices multa mo-
nasteria de sub-
iectione Episco-
porum exime-
bant.

EPI-

A OPTAT Vt pax inter eum & Regem Salomonem ineatur. Significat meritò ius
regni à Salomone Rege ad eum fuisse translatum. Eius erga se obseruantiam requirit.
& quæcumque à Romana Ecclesia desiderat, sibi litteris vult aperiri.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Geusæ Vngariæ Duci, salutem & Apосто-
licam benedictionem.

B I officii nostri est omnibus sua iura defendere, ac inter eos compo-
nere pacem, ac stabilire concordiam; multo magis ratio exigit, at-
que vsus vtilitatis exposcit, vt seminemus charitatem inter maio-
res, quorum pax aut odium redundat in plurimos. Vnde nobis cu-
ra est, & cordi pia sollicitudo inhæret, quatenus inter te & consanguineum
tuum Salomonem Regem faciamus pacem, si possumus: vt iustitia vtrinque
seruata sufficiat vniciuique quod suum est, terminum iustitiæ nõ transeat, me-
ram bonæ consuetudinis non excedat, sicque fiat in pace nobilissimum regnũ
Vngariæ, quod hætenus per se principaliter viguit, vt rex ibi nõ regulus fiat.
Verũ vbi contempto nobili dominio beati Petri Apostolorum principis,
cuius regnum esse prudentiam tuam latere nõ credimus; rex subdidit se Teu-
tonico regi, & reguli nomen obtinuit. Dominus autem iniuriam suo illatam
principi præuidens, potestatem regni suo ad te iudicio trãstulit. Et ita si quid
in obtinendo regno iuris prius habuit, eo se sacrilega vsurpatione priuauit.
Petrus enim à firma petra dicitur, quæ portas inferi cõfringit, atque adamãti
no rigore destruit, & dissipat quicquid obsistit. Quapropter si quid vis, si quid
habere à Romana Ecclesia dignè speras, nobis confidenter volumus vt ape-
rias, & quæ tua sit deuotio erga vniuersalem matrem, & qualiterue illi statueris
obedire, sanctamque reuerentiam exhibere, operibus, sicut te decet, ostẽdas.
Quæ autem hic minus scripsimus horum portitoribus tibi dicenda relinqui-
mus, quia de illorum fidelitate satis confidimus. Omnipotens Deus, qui bea-
to Petro potestatem ligandi, atque soluendi principaliter tribuit, eius preci-
bus te tuosque in Christo fideles à cunctis peccatis absoluat, & ad vitã per-
ducatur æternam. Dat. Romæ, xvij. Kal. Maij, Indictione decimatertia.

Matt. 16.

D COMMENDAT Fredericum eius nepotem, vt beneficium à suo patre relictum il-
li concedat, vel aliud tribuat. Monet vt dissidijs sublatis pacem in sua ditione seruan-
dam curet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvratizlao Boëmiorum Duci, salutem & Aposto-
licam benedictionem.

Redericus nepos vester, & Romanæ Ecclesiæ fidelis, nos humili-
bus precibus flagitauit, quatenus tuæ nobilitatis prudentiam ro-
garemus, vt beneficium, quod sibi pater suus reliquit, cum per-
mitteretis habere, & in omni pacis quietudine possidere: cuius
Epist. Tom. 3. LII suppli-

supplicibus orationibus flexi, nobilitatis vestrae serenitatem obnixè rogamus, vt si scitis eum habere iustitiam, tum quia os tuum & caro est, ductus proprietate sanguinis, tum quia ad refugium Apostolicæ miserationis confugit, aut beneficium illud sibi reddatis, aut contracambium tribuatis, quod sibi sit acceptabile, & tui condecet generis dignitatem. Quod si iustitiam non videtur habere, rogamus tamen, vt pro charitate, & reuerentia beati Petri Apostolorum principis, cuius præsidia humiliter postulauit, aliquod sibi beneficium, quo possit honestè viuere, tribuatis. Non pigeat itaque nobilitatem tuam in hoc nostras preces audire, beatumque Petrum in hoc tibi debitorem facere, quoniam nos parati sumus fauere tibi in quibus possumus iustitia duce. Præterea monemus, vt studeatis terram vestram, & vestri honoris regimen firmissimæ pacis fœdere vndique præmunire, scilicet, vt nullius litis scandalum in tuo regimine versari permittas, præcipuè inter te & fratres tuos, & Bragensem, & Holomucensem Episcopum: quoniam sicut qui discordiæ & litibus vacant, proculdubio Diaboli sunt filii, sic qui paci dant operam, filii Dei vocantur, ipsa veritate attestante, quæ ait: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Omnipotens Deus mentem tuam illuminet, sicque te faciat per bona transire temporalia, vt merearis adipisci æterna. Dat. Romæ, xvij. Kal. Maii, Indictione decimatertia.

Matt. 9.

EPISTOLA LXXII.

Hortatur ad bene castèque viuendum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, C
vniuersis in Boëmia constitutis maioribus atque minoribus, salutem & Apostolicam benedictionem.



Consideratione Sedis, cuius licet indigni administrationem gerimus, debitores, sicut scitis, sumus fidelibus & infidelibus: fidelibus, vt quod bene proponunt, perseueranter teneant: infidelibus, vt ad creatorem suum credendo, & præterita facinora puniendo conuertantur. Vnde quia relatione Episcoporum patriæ vestrae limina Apostolorum visitantium accepimus, quosdam vestrum per viam mandatorum Dei incedere, quosdam verò nonnullis periculis male viuendo subiacere; studuimus vos paterna charitate commonere, quatenus & boni meliores fiant, & qui reprehensibiliter viuunt, irreprehensibiles se exhibeant. Primùm scilicet vos ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni virtute vestra Deum & proximum sicut vosmetipsos diligere, pacem, sine qua nemo Deum videbit, inter vos constituere, non solum clericos, sed & laicos castitatem seruare, decimas Deo, à quo tam vitam, quam vitæ sustentationem suscipitis, fideliter dare, Ecclesiis vestris debitum honorem impendere, elemosynis, atque hospitalitati deuotè insistere. Hæc & his similia, quæ ad salutem animarum vestrarum pertinent, licet Pontifices vestros sufficienter scire vobis insinuare, nõ ignoremus: tamen quia verba nostra ex reuerentia beati Petri cõstat vos charius, atque auidius recipere, ipsa vestra audiendi auiditas, quæ ab alijs dari possunt, nos documenta dare compellit, vt tanto sollicitius vobis

1. Cor. 14.

Matt. 22.

A bis debitum reddamus exhortationis, quanto beatum Petrum in eadem nostra exhortatione deuotius attenditis. Vos igitur dilectissimi carnalia desideria fugite, ad cælestia, & semper duratura patriæ cælestis gaudia mentes erigite, beatum Petrum, cui à Deo potestas principaliter, & in terra ligandi, atque soluendi data est, deuotissimi seruitij fidelitate debitorem facite: quatenus post dissolutionem terrenæ habitationis nostræ, cui quotidie volentes nolentesque propinquatis, nec multò post in vermes & cinerem redigendi, eius præstantissimum ante districtum iudicem patrociniū sentiat. Dat. Romæ, xvij. Kal. Maii, Indictione decimatertia.

Matt. 16.

EPISTOLA LXXIII.

B COMMENDAT eius erga se obseruantiam. Mittit legatos pro Episcoporum causis, qui & pauci erant, & Metropolitanum non habebant. Hortatur vt illos adiuet, bene viuat, rectè se gerat in regimine suo, & pecunias Regi Ruscorum ablatas restituendas curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Bolezlao Duci Poloniorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

De Polonorum
duce Lamb. &
Bertolan. 1077

Quoniam honor, qui ministris & dispensatoribus exhibetur, ad reuerentiam Dominorum propriam attinere dinoscitur; proculdubio gratanter, & cum multa dilectione ministrantium labor, officiaque suscipiuntur, ab his dico, qui prælatorum personas, & auctoritatem ex corde diligere comprobantur. In hoc autem cognoscimus, quòd excellentia vestra beatum Petrum Apostolorum principem sinceris affectibus diligit, & ad reuerentiam eius ardenti spiritu dilatur, quoniam gratuita deuotione vestris eum oblationibus honorantes, debitorem vobis fieri desiderastis, & sicut in Domino confidimus, promeruistis. Vnde & nos, qui illius serui dicimur, & esse cupimus, vestrae charitati in Christo connexi sumus, & curam ministerij, ad quod sub obedientia Apostolici principatus occulta Dei dispensatio nos licet indignos ordinauit, atque constituit, in ea parte, qua vobis necessarium & honestum fore cognouerimus, tanto sollicitius vobis impartiri cupimus, quanto fidem, & charitatem vestram & in obediendo promptiorem, & in promerendo deuotiorem intelligimus.

D Verùm quia Christianæ religionis ordo, & prouida dispensatio ab his permaximè post Deum pendet, qui Dominici gregis pastores, & rectores esse videtur; illud nobis primò attendendum est, quòd Episcopi terræ vestrae non habentes certum Metropolitanæ sedis locum, nec sub aliquo positi magisterio, huc & illuc pro sua quisque ordinatione vagantes, vltra regulas & decreta sanctorum Patrum liberi sunt & absoluti. Deinde verò quod inter tantam hominum multitudinè adeò pauci sunt Episcopi, & amplæ singulorum parochiæ, vt in subiectis plebibus curam Episcopalis officij nullatenus exequi, aut ritè administrare valeant. Pro his igitur & aliis causis, quas hic scribere omisimus, hos legatos ad vos direximus, quatenus vobiscum pertractatis negotijs, quæ ad Ecclesiasticam curam & ædificationem corporis Christi (quod est fidelium congregatio) pertinere videntur, quæ emendanda sunt, aut ipsi iuxta sanctorum Patrum statuta diffiniant, aut nobis diffinieda referant. Eos

Epist. Tom. 3.

LII 2 itaque

EPISTOLAE

Luc. 10.

itaque sicut nos audite, memores quod in missione discipulorum per Euangelium veritas dicat: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Et ut fructuosus apud vos cursus fatigationis eorum fiat, propter reuerentiam Apostolicæ legationis, qua funguntur, consiliis, & benigno favore iuuate. De cetero admonemus vos, & exhoramur in Domino, ut diem vltimum vitæ vestræ, quem ignoratis quando veniat, & terrorem futuri iudicij semper coram oculis habentes, commissam vobis potestatem sollicita, & Deo placita administratione gerere studeatis, præparantes vobis diuitias in operibus bonis, & thesaurizantes firmum & immobile fundamentum, ut vitam æternam possideatis. Scire enim debetis, quoniam supernus arbiter, quæ vobis commisit, inrequisita non relinquet: cui tanto districtius responsuri estis, quanto ampliora sunt iura, & iudiciorum moderamina, quæ tenetis. Deus autem omnipotens, cuius maiestas est super omnes principatus & regna, dirigat cor, & actus vestros ad omne opus bonum in omni prudentia & exercitatione virtutum: quatenus expleto cursu huius lubricæ & cito perituræ lucis, beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum meritis & intercessionibus ad veram & sempiternam gloriam peruenire mereamini: detque vobis deuieta per Iesum Christum Dominum nostrum inimicorum vestrorum superbia, pacis, & tranquillitatis gaudia, ut ex donis quoque præsentibus cognoscatis futura quæto sint desiderio appetenda. Quæ nimirum si vos delectant, inter omnia seruanda vobis est charitas, quam (quod inuiti dicimus) in pecunia, quam regi Ruscorum abstulistis, violasse videmini. Quapropter condolentes vobis, multum vos rogamus & admonemus, ut pro amore Dei & sancti Petri, quicquid sibi à vobis, vel vestris ablatum est, restitui faciatis: non ignorantes quoniam qui aliorum bona iniuste auferunt, nisi emendauerint, si emendare poterint, nullatenus in regno Christi & Dei partem habere credendi sunt. Hoc autem à vobis eadem charitate, qua dicimus, pro salute animæ vestræ recipi concupiscimus. Dat. Romæ, vij. kal. Maii, Indictione decimartertia.

EPISTOLA LXXIII.

SCRIBIT Ruscia regnum eorum consensu accedente eorumdem filio se tradidisse: ipsorumque petitionibus se paratum ostendit. rogat ut suos legatos benigne excipiant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
† Demetrio Regi Ruscorum, & Reginae vxori eius,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Demetrii Regis meminit Lambert. an. 1075.

Ilius vester limina Apostolorum visitans ad nos venit, & quod regnum illud dono sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, eidem beato Petro Apostolorum principi debita fidelitate exhibita, deuotis precibus postulauit, indubitanter asseuerans illam suam petitionem vestro consensu ratam fore, ac stabilem, si Apostolicæ auctoritatis gratia, ac munimine donaretur. cuius votis & petitionibus, quia iusta videbatur, tum ex consensu vestro, tum ex deuotione poscentis, tandem assensum præbuimus, & regni vestri gubernacula sibi ex parte beati Petri tradidimus, ea vi-

A ea videlicet intentione atque desiderio charitatis, ut beatus Petrus vos & regnum vestrum, omniaque vestra bona sua apud Deum intercessione custodiat, & cum omni pace honore quoque & gloria idem regnum usque in finem vitæ vestræ tenere vos faciat, & huius militiæ finito cursu impetret vobis apud supernum regem gloriam sempiternam. Quin etiam nos paratissimos esse nouerit vestræ nobilitatis serenitas, ut ad quæcumque iusta negocia huius sedis auctoritate pro sua necessitate petierit, proculdubio cõtinuò petitionum suarum consequetur effectum. Præterea ut hæc & alia multa, quæ litteris non continentur, cordibus vestris arctius infigantur, misimus hos nuncios nostros, quorum vnus vester notus est & fidus amicus, qui & ea quæ litteris sunt diligenter vobis exponet, & quæ minus sunt, viua voce explebunt. Quibus pro reuerentia beati Petri, cuius legati sunt, vos mites & affabiles præbeatis: & quicquid vobis dixerint, ex parte nostra patienter audiatis, atque indubitanter credatis; & quæ ibi ex auctoritate Apostolicæ sedis negocia tractare voluerint, & statuere, nullorum malo ingenio turbare permittatis, sed potius eos sincera charitate fauendo iuuetis. Omnipotens Deus mentes vestras illuminet, atque per temporalia bona faciat vos transire ad gloriam sempiternam. Dat. Romæ, xv. Kal. Maij, Indictione decimartertia.

EPISTOLA LXXV.

QUERITVR de principum inobedientia erga Romanam Ecclesiam. Commendat eum de debita erga sedem Apostolicam obseruantia. se paratum ostendit ad ei gratificandum, petitque ut per legatos sibi significet, an nunc eadem velit, quæ à prædecessore suo Alexandro postulauerat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sueino Regi Danorum, salutem & Apostolicam benedictionem.



A pud antecessores nostros iuris & consuetudinis erat, charitatiuis legationibus docere viam Domini vniuersas nationes, corripere in his, quæ arguenda erant omnes reges & principes, & ad æternam beatitudinem cunctos inuitare legalibus disciplinis. Plus enim terrarum lex Romanorum Pontificum, quam Imperatorum obtinuit. In omnem terram exiuit sonus eorum: & quibus imperauit Augustus, imperauit Christus. Nunc verò reges & præfides terræ contemptores facti Ecclesiasticæ legis, qui amplius iustitiam seruare, & eam defendere debuerant, ad tot irrogandas Ecclesiæ contumelias conuenerunt, atque ad tantam inobedentiã, quæ secundum Samuelem, similis est idololatriæ, deuoluti sunt, ut ferè iam quiescentibus legationibus nostris, quoniam penè sine fructu videtur, verba nostra tantummodo orando conuertamus ad Dominum regum, & Deum vltionum. Sed quia scimus te, & fortissimam gentem tuam, quæ franco sapietie tuæ moderatur, circa matrem omnium Ecclesiarum debitam reuerentiã exhibere, quæ tanto est B. Petro humilior, quanto in fortitudine sua sublimior: ideo tibi dilectissimo filio nostro litteras mittimus, atque paterna affectione mādamus, ut siquid est vnde indiges, quæ auctoritas Romanæ Ecclesiæ possit tibi iuste largiri, per nuncios tuos, & per hos quos nunc mittimus, nobis notum facias, quatenus in quantum fas est, te honoremus, & prædictam reuerentiã nobilissimi

Mos Romani Pontificis decernendi legationes per prouincias.

psal. 18. R. 10.

1. Reg. 15.

regni tui merito dignitate donemus. Bonam enim famam de te accepimus, quæ precibus beati Petri & Pauli numquam te deferat, immo ad gloriam vtriusque vitæ capessendam (vt desideramus) cumuletur semper & crescat. Quia verò apud antecessorem nostrum beatæ memoriæ Alexandrum quædam expetisti, quibus beatum Petrum debitorem faceres; immò tibi, & regno tuo nobile patrociniū eius acquireres, per eisdem legatos mandes, vtrū eadem voluntas sit, an fuerit passa defectum, aut (quod magis optamus) suscepit augmentū. Ego enim cū in archidiaconatus officio essem, multū diligebam te, & vt mihi videbatur, diligebam à te: sed vbi Pastorale officium, quod in dilectione Dei & proximi quasi in fundamento consistit, licet indignus accipi, charitas, quam habueram circa te maior facta est, quæ te proficiente in melius, semper in maiorem gradum Deo propicio augeatur. Dat. Romæ, xv. Kal. Maij, Indictione decimatertia.

Fundamentum
pastoralis offi-
cij.

EPISTOLA LXXVI.

SIGNIFICAT Babenbergensem Episcopum simoniacum à se depositum. interdicit ne quisquam illius Ecclesie bona diripere vel alienare presumat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Babenbergensis Ecclesie, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Notū est penè omnibus in Teutonicis partibus habitantibus, quòd Babenbergensis Ecclesia specialis quodāmodo filia adhæret matri suæ Romanæ Ecclesie, cui Deo auctore deseruimus, licet indigni: ac proindè tanto sollicitius vigilantia nostræ nos oportet sibi curā impendere, quanto familiaris Apostolica sedis est munimine cōtueda. Vnde quia quidam idiota prædictam Ecclesiam simoniacæ perfidiæ hæretica prauitate subuersus inuaserat, eam à iugo sacrilegæ peruasionis illius prouida consideratione liberare studuimus. Exemimus quidem gladium Apostolorum principis Petri, & in eum Apostolica auctoritate sententiā promulgauimus. Verū quia in exclusione talium solent Ecclesie multa damna pati, & bona earum distrahi & disperdi; dignum duximus imminente damno Ecclesie præcauere, ac proindè sacrilegis, & tyrannis Apostolica auctoritate resistere, interdicens, ne occasione exclusionis illius res Ecclesie auferre; vel quolibet modo alienare præsumant. Quapropter ex parte Dei, & Apostolorum Petri & Pauli interdicens, vt nulla alicuius dignitatis, seu potestatis, siue cuiuslibet cōditionis persona res iam sære fatæ Ecclesie, maximè thesaurum, & prædia auferre, vel aliquo modo alienare iniuste diripiendo præsumant, donec omnipotens Deus per interuentum beati Petri, Ecclesie illi idoneum pastorem prouideat. Si quis verò contra huius interdictionis paginam venire temptauerit, nouerit se gratiam sancti Petri amittere; & Apostolicæ animaduersionis ultione plectendum. Dat. Romæ, xij. Kal. Maij, Indictione decimatertia.

Supra hoc eodem libro in Synodo.

EPISTOLA LXXVII.

INCIPIT quòd cū à sede Apostolica impetrasset, vt Diocesis sua portio decideretur, & in ea Episcopus constitueretur, Episcopum quidem in partem sollicitudinis admisit; decimas autem omnes sibi retinuerit: ideo monet, vt Ecclesie suas decimas relinquat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Geboardo Salzburgensi Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Meminimus dilectionem tuam annis superioribus Apostolicam sedem adijisse, atque à prædecessore nostro bonæ memoriæ Alexandro, me etiam fauente, atque assensum præbente, impetrasse, vt parochiæ tuæ portionem præ amplitudine sui decideres, atque in ea episcopatum & Episcopum ad superabundantem regiminis curam suppleendam statueres. Quam tuæ mentis intentionem tanto alacrius audiuimus, atque vt adimpleretur, studuimus, quāto te religiosius id petere, atque multorum saluti prodesse velle intelleximus. Quis enim, cui spiritalia lucra cordi sint, his præsertim temporibus, cū iuxta Apostolum, Omnes querūt que sua sunt, non quæ Iesu Christi, non libentissime amplectatur voluntatem diuitias terrenas animarum saluti postponentem? Sed his diebus ad nos perlatum est de eodem bono proposito tuo, quod nos vehementer contristauit, & lætitiæ priori quasi quædam meroris nebulas effudit. In quo prudentiam tuam & religionem multum admirati sumus, id tibi vllatenus persuaderi potuisse, vt ad hoc te factum debuisses inflectere. Comperimus enim, Episcopo (vt præfati sumus) in parte procurationis tuæ composito, illum quidem in societatem laboris misisse; sed tibi fructum laboris, scilicet decimas, retinuisse. Quod si verum est, grauitèr dolemus in tam præclaro tuæ dilectionis opere cupiditatem, quæ radix omnium malorum est, locum sibi potuisse furripere, vt operarium in vineam Domini mitteres; & eum operis mercede fraudares. Quamobrem charitatem tuam admonitam esse volumus, vt quod deuotè Deo obtulisti, serenum & sincerum sine fuci admixtione persoluas, plausibilem humani fauoris laudem caueas, & quod spe æternæ retributionis cōcipisti, in securitate eiusdem remunerationis expleas, & Ecclesiam suarum decimarum redditibus inuestias. Dat. Romæ, xv. Kalen. Iulij, Indictione decimatertia.

Philip. 2.

1. Tim. 6.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

EPISTOLAE
INCIPIT LIBER TERTIVS A
REGISTRI B. GREGORII PAPÆ VII.

Anno Dominica incarnationis Millesimo septuagesimo
quinto, Indictione decimatertia.

EPISTOLA I.

CONFIRMAT sententiam in Herimannum Episcopum, eo quod iudicio sedis
Apostolicæ se subtraxerat, & simoniacè Ecclesiam inuaserat, eiusque bona dilapidauerat.
Eum anathematizat, & sacerdotali officio priuat, & item eos, qui ab eo aliqua Eccle-
sia prædia acceperunt, ut ei fauerent, quousque Apostolicæ sedi se præsentet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Babembergensis Ecclesiæ, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Itteras, quas Poppo præpositus Ecclesiæ vestræ cū his,
qui secum erant decepti, simulata pænitentia, falsa-
que religione Herimanni olim dicti vestri Episcopi.
incautè à nobis nimia sub festinatione recedentes ad
vos deferre neglexerunt nostro sigillo insignitas, idcir-
co vobis ad præsens dirigere dignum duximus, ut in
eis manifestè cognoscatis quæ fuerit de iā dicto pleu-
doepiscopo nostra voluntas, quamque sententiam dā-
nationis iudicio sanctæ Apostolicæ sedis in eum promulgauimus, indu-
bitanter credentes, quoniam nullius supplicatio, aut fraudulenta suggestio
ab eadem voluntate, siue sententia, ex eo quò se iudicio sanctæ Apostolicæ
sedis subtraxit, animum nostrum potuit reuocare, vel numquam Deo aucto-
re mutare valebit. Verùm quia sub obtemptu religionis, ac mentitæ pæniten-
tiæ sanctam Babembergensem Ecclesiam specialem quodammodo sanctæ
Romanæ Ecclesiæ filiam tyrannide conatus est confundere, bonaque illius
dilapidare, atque disperdere, priorem sententiam cōfirmantes, ad cumulum
damnationis eius hoc addimus, ut irrecuperabiliter ab episcopali officio se-
motus, à sacerdotali quoque sit omninò seclusus, quousque Apostolicæ se au-
dientia repræsentet, paratus eam cautionem facere, quam vestræ Ecclesiæ
cognouerimus expedire. Ab episcopali verò officio eum ideò segremgaus,
quia simoniacè inuasit Ecclesiam. Sacerdotali quoque eum idcirco priua-
mus, quoniam sub specie sanctitatis visus est eam dilaniare, atque confun-
dere. Et quia tanta mala contra Ecclesiam quoquomodo olim sibi commif-
sam exercere non timuit, anathematis eum vinculo innodamus, quousque su-
predicto modo se Apostolicæ audientia repræsentet, nisi fortè in extremis
ductus dignam pænitentiam accipiat; eo tamen tenore, ut si conualuerit si-
mili modo (ut dictum est) se Apostolicæ sedi repræsentare festinet. Eodem
quoque anathemate percutimus eos, qui ab initio promotionis eiusdem ali-
qua prædia Ecclesiæ ab eo acceperunt, ut sibi fauerent ad eius malitiam con-
tuendam, præmaximè illos, qui postquam se Apostolicæ sedis iudicio subtra-
xit,

SUMMORVM PONTIFICVM. 679

Axit, ab eo aliquid in prædiis, vel in thesauris Ecclesiæ acceperunt ad confouē-
dum eum, ut in sua pertinacia perseueret, nisi resipuerint, videlicet, ut condi-
gna satisfactione quod prædicto sacrilegio peccauerunt, emendent, nobis-
que suam pænitentiam resignare festinent. Dat. Laurenti, xiii. Kal. Augusti,
Indictione decimatertia.

EPISTOLA II.

EIVSDEM argumenti.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sigifredo Moguntino Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Valiter Babembergensis Herimannus iam nunc non Episcopus
hoc anno Romam pænitens se habuerit, vel qualiter se iudicio
Apostolicæ sedis subtraxerit, quæ fraude clericos prædictæ Ec-
clesiæ sub obtentu pænitentia deceperit, & quomodo res eiusdè
sibi contra Deum commissæ Ecclesiæ peius quàm prius destruxerit, & in cle-
ricos quondam sibi cōmissos, sicut tyrannus surrexerit, vestra (ut reor) cogno-
scit fraternitas, & certa dolet tristitia. Quocirca nos vltèrius tantas non va-
lentes impunè ferre nequitas, & nouiter inuentas scuitias maximè circa eā,
quæ beato Petro specialiter commissæ Ecclesiæ, iudicio sancti Spiritus per
eiusdem auctoritatem beati Petri Apostolorum principis prædictum Heri-
mannum ab officio Episcopali, atque sacerdotij deposuimus, & in perpetuo
depositum esse censemus. Et quia hæresi iunxit sacrilegiū, & sacrilegio aper-
tam tyrannidem, excommunicationis vinculo eum alligauimus, quousque
se Apostolicæ sedi repræsentet, quam conatus est nō solum decipere, sed etiā
dolo malo irridere. Si autem ad vltimum sibi diem peruenerit, non ei pēni-
tentiam, & communionē denegamus, sed mox ut poterit, Apostolicam adire
sedem omnino illi præcipimus. Hæc ut publicè maximè fratribus tibi subie-
ctis coepiscopis notifies, volumus: & ex parte beati Petri præcipimus, ut se-
cundum sanctorum instituta patrum summoperè procures in prædicta Ba-
bembergeni Ecclesiæ pastorem ordinare: quatenus quod in prædicto simo-
niaco negligenter egisti, comproberis emendare. Dat. Laurenti, xiiij. Kal.
Augusti, Indictione decimatertia.

EPISTOLA III.

DE Herimanno Babembergeni eadem qua in superiori. Regem præterea monet,
ut Ecclesiam Babembergensem rectè ordinari curet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Inter cetera bonarum virtutū opera, fili charissime, ad quæ te me-
liorationis studio assurgere fama referente audiuius, duobus
te modis sanctæ matri tuæ Romanæ Ecclesiæ scilicet eminentius
commendasti. In altero quidem, quia simoniacis viriliter resistis,
in al-

in altero verò quia clericorum castitatem, utpotè seruatorum Domini, & libenter approbas, & efficaciter desideras adimplere. Quibus de causis signum nobis proposuisti (opitulante Deo) altiora de te & præstantiora quæque sperandi. Quapropter & hæc te firmiter retinere valdè optamus, & Dominum Deum nostrum, ut ea tibi cumulatius augere dignetur, suppliciter obsecramus. Ceterum de Babembergenfī Ecclesia, quæ sui fundatoris institutione sanctæ & Apostolicæ sedi, tamquam humeri capiti, membrum scilicet propinquius specialiori quadam cura sollicitudinis inhæret, vehementer dolemus, & eius desolationi pro viribus occurrere, opitulari, & consulere officii nostri necessitate impellimur. Simoniacus enim ille Herimannus dictus Episcopus, hoc anno ad Synodum Romam vocatus venire contempsit: sed cum propius Romam accessisset, in itinere substitit, & præmittens nuncios suos cum copiosis muneribus noto sibi artificio innocentiam nostram, & confratrum nostrorum integritatē pactione pecuniæ attemptare, atque si fieri posset, corrumpere molitus est. Quod ubi præter spem euenit, iam de damnatione sua securior, festinanter retrocessit, & blandis, fallacibusque promissis clericorū, qui secum erant, animas lactans, aiebat se si patriam repedare posset, ab Episcopatu cessaturum, & monasticæ vitæ professionem subiturum. Quam sponfionem qualiter impleuerit, celsitudinem tuam, fili charissime, nō latet. Quin etiam temeraria ulterius progressus audacia, clericos Ecclesiæ suæ salutem, & honorem quærentes bonis suis despoliauit, & nisi eum tua (ut audiuimus) regalis potentia refregisset, penitus confudisset. His excessibus diligenter consideratis, ab Episcopali eum, atque sacerdotali officio deiecimus. Insuper quoniam Babembergensem Ecclesiam Apostolica beati Petri tuitione munitam, crudelius atque molestius quàm ante infestare præsumpsit, anathematis eum vinculo innodauimus, donec Ecclesiasticam dignitatem illicitè usurpatam deponat, & se nihilominus sedis Apostolicæ iudicio repræsentet. Nunc ergo excellentissime fili, sublimitatem tuam hortamur, & pro nostræ sollicitudinis debito suademus, ut religiosorum consilio virorum eadem Ecclesia ita secundum Deum ordinetur, quatenus beati Petri, cuius nomini & defensionis attitulata est, intercessione, diuinæ merearis obtinere suffragia protectionis. Quid verò hac ipsa de causa Sigifredo confratri nostro Moguntino Episcopo, & eidem Babembergenfī clero & populo scripserim, ex litteris ad eos datis ad liquidū poteris cognoscere. Dat. Romæ, xiii. Kal. Augusti.

EPISTOLA III.

HORTATUR ad pastorale munus fideliter obeundum. Præcipit, ut inquirat, num Strazburgensis Episcopus simoniaca labis sit reus. Arguit eos, qui Conciliū à se indictū differendum esse censebāt; ei que iniungit, ut simoniam & fornicationē euellendā curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Sigifredo Moguntino Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Rurimas in tuis litteris frater excusabiles, & quantum ad humanū spectat iudicium, validas protulisti rationes. Nec nobis quoque viderentur infirmæ, si huiusmodi possent in diuino nos examine excusare. Rara siquidem videtur excusatio regni motus, ac perturbatio,

Abatio, bella, & seditiones, inuasiones hostium, ac perditio rerum vestrarum, insuper & formido necis, quam nostris dicitis fratribus imminere principis odio, vel ne hi qui de diuersis partibus inuicem inimicantur, si in vnum conueniant, vsque ad internitionis bella confurgant. Quæ sanè omnia satis videntur ad cuiuspiam excusationem idonea. Verum si consideremus, quantum ab humanis iudicia distant diuina; nihil penè reperimus, quod in superno examine excusabile proferamus, ut ab animarum lucris retrahi sine periculo valeamus. Non damna siquidem rerum, non malorum simultates, aut ira potentum, non ipsius salutis quoque nostræ vitæque dispendium. In hoc quippe mercenarii à pastoribus distant, quod hi lupo veniente, dum sibi non ouibus metuunt, gregis direptionem, dispersionemque contemnentes, eis relictis effugiunt: pastores verò, qui suas diligunt oves, eas nequaquam deserunt imminente periculo, pro quibus quoque non dubitant propriæ vitæ subire exitium. Quapropter oportet & nos studiis pastoralis officii insistere vigilanter, atque ad Domini gloriam ouium semper suarum salutem quærere, ad gregis custodiam socios instigare, & ut recto gressu commissis ouibus præcedant, salubriter commonere. Namque si fratres nostros consideremus delinquere, & tacemus, si denique errare, & non eos ad rectitudinis semitam monendo reuocare conemur; nonne & ipsi delinquimus, & errare meritò iudicamur? etenim qui negligit culpas emendare, committit. Et cur Heli sacerdos in Silo periit? & quid est quod Dominus loquitur per Prophetam? Male dictus, inquit, qui prohibet gladium suum à sanguine, id est verbum prædicationis à carnalium vitæ interfectione. Ut autè ad id quod ad præsens præmit animum, & quod quasi causa est nostri sermonis, veniamus; quo modo ea patienter perferre valemus, quæ de fratris nostri Strazburgensis Episcopi moribus audiuimus, & certa esse nonnulla veraci relatione cognouimus? Vnde volumus, atque præcipimus, quatenus vnum quod apud nos adhuc manet in dubium, simoniacæ videlicet hæreseos contagium, diligenter discutias, & quicquid super eo cerum repereris, nobis intimare non differas: quatenus si verum fuerit, Christi Ecclesia tātis fordibus emundetur, & illius animæ ne pereat, subueniatur: si verò (quod magis optamus) falsum, tanta infamia procul ab eo, adiuuante nos diuina gratia, propellatur. Illi verò qui dicunt, concilium quod vobis indiximus, esse differendum, rogamus respondeant, regij milites dudum ut se ad bella pararent admoniti, quid tunc essent acturi, cum hostes in regia aula armis iam & igne sæuirent? Dicant ergo vtrum arma deberent ad ipsos hostes perturbandos, & conterendos violenter corripere, an quid hostes agerent tantum inertes considerare? Quid enim aliud maligni spiritus agunt, nisi quod Christi Ecclesiam igne vitiorum incessanter deuastare contendūt? Et quid regios milites, sanctos videlicet sacerdotes oportet facere, nisi aduersus eorum sæuitiam clypeo charitatis munitos gladio diuini verbi accinctos auctoritatis vigore confurgere? Quod autem dicis, quosdam fratres non posse ad concilium conuenire, ob principis inimicitiam, dicimus ei sufficere, si de suis clericis dirigant, qui pro eis valeant respondere. Sed quoniam non ignoramus, quod à pluribus carnalibus, ac secularibus dehorteris, ne in vinea Domini pro animarum lucris fortiter, ac fideliter opereris, ne tuarum fortè rerum, aut odiorum potentum discrimē incurras; te ex parte Dei omnipotentis, & auctoritate beati Petri rogamus, & monemus, quatenus nullius odio, aut gratia, seu aliqua terrenarum rerum iactura à rectitudinis tramite declinare præsumas; quin omnia, prout Spiritus sanctus

Discrimen inter mercenariū & pastorem.

Officium pastorale.

Jerem. 48.

sanctus donauerit, diligenter examines, & nobis quicquid certum cōfiterit, **A** quantocyus insinuare procures. Multum namque debet nobis videri pudendum, quod quilibet seculares milites quotidie pro terreno principe suo in acie consistunt, & necis perferre discrimina vix expauescūt, & nos qui sacerdotes Domini dicimur, non pro illo nostro rege pugnemus, qui omnia fecit ex nihilo, quique non abhorruit mortis pro nobis subire dispendium, nobisque promittit meritum sine fine mansurum. Hoc autem adhuc tuæ fraternitati iniungimus, quatenus de simoniaca hæresi, ac fornicatione clericorū sicut ab Apostolica sede accepisti, studiosè perquiras, & quicquid retroactum inueneris, legaliter punias, & funditus rescies, ac ne quicquid ulterius fiat, penitus interdicas. Dat. Romæ, iij. Non. Septemb. Indictione incipiente decimaquarta.

EPISTOLA V.

B

QUÆRITUR de inconstantia Regis Henrici, qui cum scripsisset, se occultam legationem missurum propter principes sui regni, quos magis de discordia, quam de pace gaudere intelligebat, nunc mutato consilio omnia palam fieri volebat. Unde colligit illum pacem ex animo non cupere. De Godefredo, qui promissam fidem violauerat, explicat quid sentiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Beatrici Duci, & Mathildi filia eius, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Non parū de vobis miramur, quod de his, quæ per vestras litteras mandastis nobis, consulere decreuistis, cū coniter apud vos quod idem Rex duos ac nobiles, ac religiosos viros ad nos ante mensem Augustum legatos miserit, qui videlicet adhuc nobiscū manent, per quos talia mandauit. Nouerit vestra sanctitas pater, quoniam dum ego penè omnes principes mei regni de nostra magis discordia, quam de mutua pace gaudere percipio, ad vos istos nuncios latèter dirigo, quos satis nobiles, ac religiosos esse cognosco, & pacis bonum inter nos optare coniungi nequaquam dubito. Hoc autem quod mando, neminem scire volo præter vos, dominam, matremque meam atque amitam Beatricem, & filiam eius Mathildam. Me verò (adiuuante Domino) de expeditione Saxonica redeūte, alios legatos dirigam, quā familiariores, ac fideliores habebō, per quos omnem vobis meam voluntatem, & reuerentiam, quam beato Petro & vobis debeo, significabo. Postea verò præfatis legatis dicendo mandauit, quatenus nō mirarētur, nec grauiter ferrēt, quod promissos minimè adhuc direxerit nuncios, eisque non fieret onerosum eos donec ipse mitteret, præstolari; quoniam proculdubio illos missurus erat, & in eadem sententia immobiliter permanebat. Nunc autem qualiter hoc consilium verum sit, & quod facere latenter disposuerat, palam fieri velit, penitus miramur: nisi quod datur intelligi, quia ipse nequaquam hanc cupiat pacem componi, quam modo vult palam eis fieri, quibus eam antea volebat abscondi, & de quibus idem testabatur magis eos de nostra discordia, quam de mutua concordia lætari. Quapropter vos scire volumus, nos huic petitioni nullatenus consensuros, quoniam quod modò inuentum est, non videtur beato Petro, ac nobis honorabile vel

lc

Ale eius vtilitati prouenire. Quod si ad prius reuertatur consilium, id videtur salubrius, nobisque sequendum. De consilio verò quod expetistis à nobis, quid vobis sit respondendum Godefredo nescimus, cū ille apertè infregerit quod vobis iuramento promisit, nec certum quicquam de ipsius promissionibus credere valeamus. Verum si aliquod foedus quod à sanctorum patrum sanctione non discrepet, inire cum eo poteritis, nobis laudandum videtur. Sin autem, charitatem, qua nos Deus coniunxit, nullo modo posse dissolui, aut aliquatenus minorari, certissimè apud vos constare optamus. Unde si vos dilexerit, eum diligemus; si verò ex sua culpa odio habere coeperit, sicut charissimas filias, modis quibus poterimus vos diligendo, ei (Deo fauente) resistemus. Dat. Romæ, iij. Id. Septembris, Indictione decimaquarta.

B Depositio Regis Henrici filij Imperatoris Henrici, & absolutio omnium qui sibi præstiterant iuramentum.

Habetur etiam
infra in Syno-
do.

BEAT E Petre Apostolorum princeps, inclina quæsumus pias aures tuas nobis; & audi me seruum tuum, quem ab infantia nutriti, & usque ad hunc diem de manu iniquorū liberaisti, qui me pro tua fidelitate oderūt & odiūt. Tu mihi testis es, & Domina mea mater Dei, es beatus Paulus frater tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana Ecclesia me inuitum ad sua gubernacula traxit, es ego non rapinam arbitratus sum ad sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi seculari ingenio arripere: & idè ex tua gratia, non ex meis operibus credo quod tibi placuit, & placet, ut populus Christianus tibi specialiter commissus, mihi obediat, specialiter pro vita tua mihi commissa, & mihi tua gratia est potestas à Deo data ligandi, atque soluendi in celo & in terra. Hac itaque fiducia fretus pro Ecclesie tue honore, & defensione, ex parte omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, per tuam potestatem & auctoritatem, Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonicorum, & Italiae gubernacula contradico, & omnes Christianos à vinculo iuramenti, quod sibi fecere vel facient, absoluo, & ut nullus ei sicut Regi seruiat, interdicto. Dignum est enim ut qui studet honorem Ecclesie tue imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere. Et quia sicut Christianus contempsit obedire, nec ad Dominum redijt, quem dimisit, participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaque monita, que pro sua salute sibi misi (te teste) spernendo, seque ab Ecclesia tua temptans eam scindere, separando; vinculo eum anathematis vice tua alligo: & sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes, & comprobent quia tu es Petrus, & super tuam Petram filius Dei viui edificauit Ecclesiam suam, & porte inferi non preualebunt aduersus eam.

Matt. 16.

Epist. Tom. 3.

M m m EPI.

INIURIAM Apostolicæ sedis exaggerans, hortatur ad diuinam opem implorandã, ut aut impios ad pœnitentiam conuertat, aut eorum consilia reprimat, eisq̃ exemplum anathematizationis Regis mittit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus qui cupiunt se annumerari inter oues, quas
Christus beato Petro commisit, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.



Vdistis fratres nouam & inauditam præsumptionem, audistis sce-
leratam schismaticorum, & nomen Domini in beato Petro blas-
phemantium garrulitatem, & audaciam, audistis superbiã ad iniu-
riam, & contumeliam sanctæ & Apostolicæ sedis elatam, qualẽ
uestri patres nec viderunt nec audierunt vniquam, nec scripturarum series
aliquando a paganis, vel hæreticis docet emerfam: cuius mali, etsi aliquod
vniquam post fundatam & propagatam fidem Christi præcessisset exemplum,
omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu, & conculcatione Apo-
stolicæ, immò diuinæ auctoritatis dolendum foret, & gemendum. Quapro-
pter si beato Petro clauis regni cælorum à Domino Deo nostro Iesu Chri-
sto traditas esse creditis, & vobis per manus ipsius ad æternæ vitæ gaudia in-
troitum patere cupitis; cogitandum vobis est, quantum nunc de irrogata sibi
iniuria dolere debeatis. Nisi enim hic, vbi per discrimina temptatorum ve-
stra fides & corda probantur, socij passionum efficiamini, proculdubiò non
& gloriam fortiamini. Rogamus igitur charitatem vestram, vt instanter diui-
nam misericordiam implorare studeatis: quatenus aut corda impiorum ad
pœnitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda consilia, quàm insi-
pientes & stulti sint, qui petram à Christo fundatam euertere, & diuina pri-
uilegia violare conãtur, ostendat. Qualiter autem aut pro quibus causis bea-
tus Petrus anathematis vinculo Regem alligauerit, in cartula, quæ huic in-
clusa est, plenè potestis cognoscere.

1. Cor. 1.

EPISTOLA VII.

*LABTATVR Regem religiosi viri discordia causam, quæ inter eos intercede-
bat, commississe, quorum consilio ait se eum ad Ecclesia gremium recepturum. Hortatur
vt erga Saxones deuictos clementer se gerat, & in locum Herimanni depositi alium in
Babembergensi Ecclesia canonicè subrogandum curet.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vando litteras tuæ magnitudinis accepi, longè ab vrbe maximè
causa infirmitatis aberamus, † cum quibus necessarium erat tra-
ctare quid vestræ legationi ad plenum, sicut oportet, responde-
rem. Vester etiã nuncius, horũ videlicet portitor, ob prædictã cau-
sam ægritudinis timebat nobiscũ manere. Sed quia desideramus non solũ vo-
biscum,

1. deest, & ab his

biscum, quem Deus in summo rerum posuit culmine, sed etiam cum omni-
bus hominibus pacẽ, quæ in Christo est, habere iussuque suum vnicuique ob-
seruare, cupimus summoperè corde & animo adhærere. Noui enim (quod
te credo non ignorare) quia qui Deum reuera diligunt, & Romanam Eccle-
siam, Romanumq̃ Imperium ad vindictam suorum criminum non perti-
nescunt, inter nos pacem, & concordiam inferere agendo, vel orando concu-
piscunt. Quapropter bonam concepi fiduciam, quia hanc nostram, immò to-
tius Ecclesiæ causam religiosi hominibus cœpisti committere, qui nos non
nostra iniuste diligunt, & vt Christiana instauretur religio, suam intentionẽ
requirunt. Ego autem (vt paucis loquar) horum consilio paratus sum (Chri-
sto fauente) gremium tibi sanctæ Romanæ Ecclesiæ aperire, teq̃ vt domi-
num fratrem, & filium suscipere, auxiliumq̃ prout oportuerit, præbere ni-
hil aliud à te quærens, nisi vt ad monita tuæ salutis non contempnas aurem
inclinare, & creatori tuo, sicut te decet, non contradicas offerre gloriam, &
honorem. Valde quippè indignum est, vt honorem, quem à conseruis &
fratribus nostris exigimus, creatori, & redemptori nostro reddere contem-
namus. Moueat itaque nos diuina promissio, qua dicitur: Ego glorifican-
tes me glorifico, & qui me contempnunt, erunt ignobiles: & offeramus ei,
quod placet nobis hac in via seculari, vt perfruamur in cælestibus dono spi-
rituali. De superbia verò Saxonum vobis iniuste resistentium, quæ diui-
no iudicio à facie vestra contrita est, & gaudendum est pro pace Eccle-
siæ, & dolendum, quia multus Christianorum sanguis effusus est. Vos au-
tem in talibus plus honorem Dei, & iustitiam eius procurate defendere,
quàm honori proprio prouidere. securius enim quilibet princeps mille im-
pios potest causa iustitiæ punire, quàm propriæ causa gloriæ quemlibet Chri-
stianum gladio sternere. Omnia enim creauit, & regit, qui dixit: Ego glo-
riam meam non quæro. Saluti quippè nostræ tunc verè prouidemus, cum
in cunctis nostris actibus gloriam Dei præponimus. De Herimanno ve-
rò quondam nuncupato Babembergeni Episcopo, nouerit vestra sublimi-
tas, quia iam diu est, ex quo per quendam eiusdem Ecclesiæ clericum vo-
bis, nostroq̃ confratri Sigefredo Moguntino Archiepiscopo, & clericis
prædictæ Ecclesiæ misimus per nostras litteras, quòd auctoritate Apostoli-
cæ sedis ab omni Episcopali & sacerdotali dignitate sit depositus, & ana-
thematis vinculo alligatus, quia non timuit simoniacæ hæresi sacrilegium
adiicere, sanctamq̃ Ecclesiam sibi commissam sicut tyrannus deuastare.
Vnde rogauimus, & ex parte beati Petri præcepimus, & præcipimus, vt in
prædicta Ecclesia secundum Deum talis Pastor ordinetur, qui quòd fur & la-
tro mactauit (Deo fauente viuificet, & quod ille dissipauit, valeat refarcire.
Omnipotens Deus, à quo cuncta bona procedunt, meritis & intercessione bea-
torum Apostolorum Petri & Pauli sua pietate in hac vita vos protegat, & cũ
dupla victoria perducatur ad vitam æternam.

1. Reg. 1.

Quid securius
in Principe.

Ioan. 8.

Quando animæ
nostræ consuli-
mus.

EPISTOLA VIII.

*ARGVIT cum, quòd supersite Episcopo canonicè electo, se in illius locũ intruserit.
Monet vt ad Synodum proximè habendam accedat, eiq̃ ad se venienti fidem publi-
cam promittit, præcipiens ne interim sacros ordines suscipiat.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^A
 Tedaldo Mediolanensi clerico, salutem & Apostolicam
 benedictionem, si obedierit.

Nunciatum nobis est à quibusdam nostris fidelibus, & tuis amicis, te
 amicitiam nostram cupere & expetere, quam nos quidem etiam
 non quæsitam gratis offerimus; quæsitam verò promptissimè da-
 mus, si in his quæ Dei sunt, nostris monitis, immò diuinæ volunta-
 ti ad iustitiam te acquiescere velle cognouerimus. In causa etenim, quam su-
 scipisse videris, & nostræ sollicitudini necessitatem grauioris sarcinæ super-
 addidisti, & te ipsum, quibus non oportuit implicuisse in qua nimirum causa,
 sicut periculosum nobis esset aliquid ultra limitem æquitatis prosequi; ita
 etiam iustitiæ regulas declinare, & sub silentio dissimulare putamus. Non au-
 tem prudentiam tuam ignorare credimus, quòd ad Episcopalem cathedrâ ^B
 in qua positus es, ante te alia, quæ adhuc superstes est, fuerit assignata perso-
 na: quæ nisi iustis rationibus prius excepta fuerit, legitimum in ea tibi, aut
 cuiquam patere locum nec canonica, nec Apostolica censura permittit. Nâ
 de illo quid dicendum nobis est, qui dum honorem eiusdem sedis nefandis
 affectaret desiderijs, quod iustitia sibi denegauit, sacrilega vi & armis inua-
 dere, ac diripere non pepercit; quem ambitionis culpa, quam deserere no-
 luit, vsque ad iustam damnationis tuæ perniciem traxit? De eo nobis est ser-
 mo, qui nobiscum est, quem electum in eadem Ecclesia certè cognouimus,
 sed cur reprobari debeat, nulla adhuc deprehendere potuimus ratione. Qua-
 propter (teste conscientia nostra) sincero charitatis affectu te admonemus, ^C
 vt si Ecclesiam diligis, & te pariter atque illam à periculo confusionis eripe-
 re cupis, ad proximam Synodum, quam in prima hebdomada venturæ Qua-
 dragesimæ (Deo annuente) celebrare disposuimus, vel si malles, ante Syno-
 dum Apostolica limina, & nostram requiras præsentiam: quatenus de introi-
 tu tuo, priusquam te grauius præcipites, æqua (opitulante Deo) examinatio-
 ne peracta, quod tuipe tutum tibi fore cognoueris, absque omni impedimen-
 to, & periculo animæ tuæ sequi, ac tenere possis. Nec dubitandum tibi cre-
 das, si huic, qui nobiscum est, distante iustitia cessandum esse perspexerimus,
 quin in promotione tua beniuola concessione ad honorè omnipotentis Dei,
 & beati Ambrosii assensum pariter præbeamus & studium. Ad tollendam ve-
 rò totius periculi suspensionem, securitatem tibi per manus filiarum nostrarum
 Beatricis, & eius filiarum Mathildis promittimus, & indubitanter damus, vt ni-
 hil tibi, vel his qui in tuo comitatu fuerint, contrarietatis à nobis, vel nostris ^D
 inferatur: sed in rebus & personis vestris tam in veniendo, quam redeundo
 tuti penitus, & illæsi (Deo custodiente) maneatis, ostensa solummodo, & cõ-
 firmata ea, quæ in causa tua fuerit tenenda sententia. Interim quoque ex parte
 Dei omnipotentis, & Apostolica beati Petri auctoritate tibi præcipimus, vt
 nullum de sacris ordinibus gradum recipere præsumas, sciens quoniã si non obe-
 diens nobis modò nõ credideris, panitebit te quãdoque, cū tuamet præcipita-
 tione te eò mersum videbis, vnde cū volueris, saluum te eripere non possis. Si qui
 igitur nõ percipientes ea quæ Dei sunt aliter tibi suggerere & persuadere inci-
 piat, ostendentes quanta tibi sint in Rege præsidia, quanta in tua nobilitate potètia,
 quanta etiam in ciuibus tuis adiutoria, tutum tibi illis credere nõ existimes, cõside-
 ras quid Scriptura dicat: Maledictus homo qui spem suam ponit in homine. At-
 que

Jerem. 17.

^A que hoc in anno gerens quod Regum & Imperatorum virtus, & vniuersa mor-
 talium conamina contra Apostolica iura, & omnipotentiam summi Dei qua-
 si fauilla computentur, & palea, nullius unquam instinctu, vel fiducia aduer-
 sus diuinam & Apostolicam auctoritatem obstinata temeritate, te rebellem
 & pertinacem fieri libeat. Dat. Romæ, vii. Idus Sept. Indict. decimaquarta. † Decemb.

EPISTOLA IX.

SIGNIFICAT se Tedaldum in Mediolanensi Ecclesia intrusum ad Synodum
 vocasse. Præcipit eis, ne illis audeat eum ad sacros ordines promouere.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ^B
 Fratribus, & Episcopis, coepiscopis Gregorio Vercellensi,
 Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Ipore-
 giensi, Opizoni Laudensi, & ceteris suffraganeis
 sanctæ Mediolan. Ecclesiæ obedientibus Apo-
 stolicæ sedi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum vobis esse volumus de Tedaldo Mediolanensi clerico, quæ
 Rex præterquam nobis litteris, ac legatorum verbis promiserit in
 Mediolanensem Ecclesiam posuit, quòd Episcopalem sedem ad
 quam alia prius quæ adhuc superstes est, fuerit assignata perso-
 na, non satis ordinatè suscepisse videtur. Quòd cum per quosdam fideles no-
 stros nostram requireret amicitiam; scripsimus ei hoc nos multum velle & cu-
 pere, atque eo pacto facillimum conuenire posse, si requisitis Apostolorum
 liminibus & nostra præsentia causam promotionis suæ puram atque proba-
 bilem ostendere vellet, & posset. Ad quod exequendum amicabiliter eum
 vocauimus, & præfixo sibi termino ad proximam Synodum venturæ Qua-
 dragesimæ; aut si malit, ante Synodum firmam securitatem veniendi ad nos,
 & redeundi ex nostra parte promissimus, & dare parati sumus. Insuper etiam
 ne interim aliquem de sacris ordinibus gradum recipiat, Apostolica ei au-
 thoritate interdiximus. Quòd item & vobis per eam quam beato Petro Apo-
 stolorum principi debetis obedientiam, & ex nostra, quam per illum licet in-
 digni suscepimus, Apostolica auctoritate interdiximus, vt nullus vestrum ad
 promotionem alicuius ordinis manum ei præsumat imponere, donec oblata
 nobis sua præsentia, quid de introitu eius iudicandum, & statuendum sit sin-
 cera, Deo adiuuante, possimus examinatione discernere. Quòd quidem cum
 communi consilio, & coniuncta omnium vestrorum discretionem, ac iudicio
 fieri permaximè cupimus, si vel illius Ecclesiæ cura, vel respectus Apostolicæ
 reuerentiæ, aut nostra charitas vos ad hoc negocium conuocare poterit. Vi-
 dete igitur ne quis vestrum contempto hoc interdictu ad illius pariter, & sui
 periculum, manum extendat: quoniã si quis (quod non credimus) in ea præ-
 sumptione se occupare proruperit, continuò se à gratia beati Petri, & nostra
 dilectione, necnon à communione sacri corporis, & sanguinis Domini seque-
 stratū esse cognoscat. Verum id agite, id si Dominum diligitis efficere procura-
 te, vt frater ille dum potest, dum locum habet, sibi & Ecclesiæ cõsulat, paci vestræ,
 & salutis tantæ multitudinis hominum penè periclitantium prouideat, nec sua-
 met præcipitatione casum petens multos secum ad cõmune periculum trahat.

Epist. Tom. 3

M m m 3 In

Quis est pastor,
quis fur, quis
laro.

In quo nunc apparebit quis sit pastor in vobis iniquitati apertè resistens, quis sit fur simulationem faciens, quis laro manifestè iustitiæ contradicens. Considerate ergò quomodo cautè ambuletis: quia sicut durum est contra stimulum calcitrare, sic asperum est sanctæ Romanæ Ecclesiæ contraire, cui vos tanquam matri semper oportet obedire. Dat. Romæ, vi. Id. Octobris, Indictione decimaquarta.

EPISTOLA X.

AROVIT quæcum excommunicatis communicet. Monet ut si ita est, ab aliquo Episcopo absolutionem petat. Miratur eum litteris & legationibus deuotum se erga Romanam Ecclesiam ostendere; re tamen eidem aduersari, & decreta à se in Synodo edita non obseruare. Hortatur ad veram obedientiam Romanæ Ecclesiæ præstandam. Denique monet ne Ecclesiasticæ libertati velit esse impedimento.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Regi, salutem & Apostolicam benedictionem:
si tamen Apostolicæ sedi ut Christianum decet Regem obedierit.



Considerantes, ac sollicitè pensantes, quàm districto iudicio de dispensatione crediti nobis per beatum Petrum Apostolorum principem ministerii rationem reddituri sumus, cum dubitatione Apostolicâ tibi benedictionem mandauimus, quoniam iudicio sedis Apostolicæ, ac Synodali censura excommunicatis communionem tuam scienter exhibere diceris. Quod si verum est, tu ipse cognoscis, quòd nec diuinæ, nec Apostolicæ benedictionis gratiam percipere possis, nisi his qui excommunicati sunt à te se paratis & compulsis ad penitentiam de transgressione tua condigna poenitudine, & satisfactione prius absolutionem cõsequaris & indulgentiam. Vnde excellentiæ tuæ consulimus, ut si in hac re te culpabilè sentis, celeri cõfessione ad consiliū religiosi alicuius Episcopi venias, qui cū nostra licetia congruâ tibi pro hac culpa iniungēs penitentiâ, te absoluat, & nobis tuo cõsensu modum penitentiae tuæ per epistolam suâ veraciter intimare audeat. De cetero, mirum nobis valdè videtur, quòd totiens nobis tam deuotas epistolas, & tantam humilitatem tuæ celsitudinis per legatorum tuorum verba transmittis, filium te sanctæ matris Ecclesiæ & nostrum vocas, in fide subiectum, in dilectione vnicum, in deuotione præcipuum: postremò cum omni affectu dulcedinis & reuerentiæ te commendas, re tamen & factis asperrimum, canonicis atque Apostolicis decretis in his, quæ Ecclesiastica religio maximè poscit, te contrarium ostēdis. Nam ut de reliquis taceamus, quod de causa Mediolanensi per matrem tuam, per cõfratres nostros Episcopos, quos ad te misimus, nobis promiseras, qualiter attenderis, aut quo animo promiseris, ipsa res indicat. & nunç quidem ut vulnus vulneri infligeres, contra statuta Apostolicæ sedis tradidisti Firmanam & Spoletanam Ecclesiam: si tamen ab homine tradi Ecclesia, aut donari potest quibusdam personis nobis etiam ignotis, quibus non licet nisi probatis, & ante bene cognitis regulariter manum imponere. Decuerat regiam dignitatem tuam, cū te filium Ecclesiæ confiteris, honorabilius magistrum Ecclesiæ, hoc est beatum Petrum Apostolorum prin-

A principem intueri, cui (si de dominicis ouibus es) dominica voce & potestate ad pascendū traditus es, dicēte sibi Christo: Petre Pasce oues meas. & iterū: Tibi traditæ sunt clauēs regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis; In cuius sede, & Apostolica administratione dum nos qualecunque peccatores, & indigni diuina dispositione vicem suæ potestatis gerimus; profectò quicquid ad nos, vel per scripta, aut nudis verbis miseris, ipse recipit; & dum nos, aut elementa percurrimus, aut loquentium voces auscultamus, ipse ex quo corde mandata prodierint, subtili inspectione discernit. Quapropter prouidendum esset tuæ celsitudini, ne erga sedem Apostolicam in verbis & legationibus tuis aliqua inueniretur discrepantia voluntatis, & in his per quæ Christiana fides, & status Ecclesiæ ad æternam salutem maximè proficit, non nobis, sed Deo omnipotenti debitam non denegares reuerentiam: quamquam Apostolis, eorumque successoribus Dominus dicere dignatus sit: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Scimus enim quoniam qui fidelem Deo obedientiam exhibere non renuit, in his quæ sanctorum patrum statuta sequentes dixerimus, veluti si ab ore ipsius Apostoli accepisset, nostra monita seruare non spernit. Nam si propter reuerentiam cathedræ Moyfi Dominus præcepit Apostolis, ut quæcūque scriberet & Pharisei super eam sedentes dicerent, obseruarent; non dubium est, quin Apostolica & Euangelica doctrina, cuius sedes & fundamētum Christus est, cum omni veneratione à fidelibus per eos qui in ministerium prædicationis electi sunt, suscipienda & tenenda sit. Cõgregata namque hoc in anno apud sedem Apostolicam Synodo, cui nos superna dispensatio præsidere voluit, cui etiam nonnulli tuorum interfuere fidelium, videntes ordinem Christianæ religionis multis iam labefactatū temporibus, & principales, ac proprias lucrandarum animarum causas diu prolapsas, & suadente diabolo concultatas; concussi periculo, & manifesta perditione Dominici gregis, ad sanctorum patrum decrera, doctrinamque recurrimus, nihil noui, nihil adinventione nostra statuentes, sed primam & vnicam Ecclesiasticæ disciplinæ regulam, & tritam sanctorum viam relicto errore repetendam, & sectandam esse censuimus. Neque enim alium nostræ salutis, & æternæ vitæ introitum Christi ouibus eorumque pastoribus patere cognoscimus, nisi quæ ab ipso monstratum, qui dixit: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & pascua inueniet, & ab Apostolis prædicatum, & à sanctis patribus obseruatū in Euangelica, & in omni diuinarum scripturarum pagina didicimus. Huius autem decreti, quod quidam dicunt, humanos diuinis honoribus præponentes, impportabile pondus, & immensam grauitudinem: nos autem magis proprio vocabulo, recuperandæ salutis necessariam veritatem vocamus, & lucem, non solum à te, vel ab his qui in regno tuo sunt, sed ab omnibus terrarū principibus & populis, qui Christum confitentur, & colunt, deuotè suscipiendam & obseruandam adiudicamus. Quamquam hoc multum desideremus, & te per maximè deceret, ut sicut ceteris gloria, honore, virtuteque potentior, ita esset & in Christi deuotione sublimior. Attamen ne hæc supra modū tibi grauius, aut iniqua viderentur, per tuos fideles, tibi mandauimus, ne prauæ consuetudinis mutatio te commoueret, mitteres ad nos, quos sapientes & religiosos in regno tuo inuenire posses: qui si aliqua ratione demonstrare, vel astruere possent, in quo saluo æterni regis honore, & sine periculo animarum nostrarum promulgatam sanctorum patrū possemus temperare sententiam,

eorum consiliis condescenderemus. Quod quidem & si à nobis tam amica
 biliter monitus non fuisses, æquum tamen fuerat, ut prius in quo te grauare-
 mus, aut tuis honoribus obstarem, rationabiliter à nobis exigeres, quàm
 Apostolica decreta violares. Verùm quanti aut nostra monita, aut obseruan-
 tiam iustitiæ feceris, in his, quæ postmodum à te gesta, & disposita sunt, de-
 claratur. Sed quia dum adhuc longa Dei patientia ad emendationem te
 inuitat, crescente intelligentia tua ad obedientiam mandatorum Dei cor &
 animum tuum flecti posse speramus. Paterna te charitate monemus, ut Chri-
 sti super te imperium recognoscens, honorem tuum eius honori præponere,
 quàm sit periculosum cogites, & libertatè Ecclesiæ, quam sponsam sibi cele-
 sti consortio iungere dignatus est, non iam tua occupatione impedi-
 sed
 quo maximè crescat Deo omnipotenti, & beato Petro (à quibus & tua me-
 reatur amplificari gloria) auxiliium tuæ virtutis fideli deuotione exhibere in-
 cipias. Quod nimirum pro collata tibi ex hostibus tuis victoria, nunc te perma-
 ximè illis debitum fore cognoscere debes, ut dum te memorabili prosperita-
 te lætificant, ex concessis beneficijs deuotiorem videant. Atque hoc ut timor
 Dei, in cuius manu & potestate omne regnum est, & imperium, præcordijs
 tuis altius quàm nostra admonitio infigat, in mente habeas quid Sauli post
 adeptam victoriam, qua Propheta iubente usus est, de suo triumpho glorian-
 ti, & eiusdem Prophætæ monita non exequenti acciderit, & qualiter à Do-
 mino reprobatus sit. Quanta verò gratia David Regem ex merito humilita-
 tis inter virtutum insignia subsequuta fuit. Denique super his, quæ in episto-
 lis tuis visa ac cognita reticemus, non antea tibi certa responsa dabimus, do-
 nec legati tui Rabbodi Adelprech, & Vodescal Rei, quos his adiunximus,
 ad nos reuersi super his quæ illis tecum agenda commisimus, tuam nobis ple-
 nius aperiant voluntatem. Dat. Romæ, vi. Id. Ian. Indictione decima quarta. C

Pontif. in Greg.
VII.

De excommuni-
catione Sigefre-
di & Henrici re-
gis, Lamber. an.
1076.

A NNO ab incarnatione Domini Millesimo septuagesimo quinto,
 Indictione decima quarta, celebravit ipse Dominus Gregorius, Papa
 Romæ Synodum in Ecclesia Domini Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur,
 ubi interfuit Episcoporum & Abbatum, atque diuersi ordinis clericorum,
 & laicorum copia, in qua inter cetera decreta, quæ ibi gesta sunt, ex-
 communicauit Sigefredum Moguntinum Archiepiscopum in hunc modum.
 Sigefredum Moguntinum Archiepiscopum, qui conatus est Episcopos, at-
 que Abbates regni Teutonicorum à sancta Romana Ecclesia videlicet spiri-
 tuali matre sua scindere, iudicio sancti Spiritus, & auctoritate beatorum
 Apostolorum Petri & Pauli ab omni Episcopali officio suspendimus, & à
 communionem corporis & sanguinis Domini separamus, nisi forte mortis pe-
 riculum superueniat; ita tamen, ut penitentia ductus respiscat. Ceteros
 verò, qui sua sponte eius schismati consentiendo subscripserunt, & in ea
 iniquitate perdurare volunt, similiter ab omni Episcopali officio suspendi-
 mus. Illos verò qui non sponte consenserunt, usque ad festiuitatem sancti
 Petri sufferimus, eo quidem respectu, ut si infra istum terminum idoneam
 aut per se, aut per nuncios suos satisfactionem presentie nostræ non ob-
 tulerint, Episcopali deinceps officio priuentur.

Ex-

A Excommunicatio Episcoporum Longobardiæ.

E PISCOPOS Longobardiæ, qui sprete canonica & Apostolica au-
 thoritate contra beatum Petrum Apostolorum principem sacramento
 conspirauerunt, auctoritate eiusdem beati Petri ab omni Episcopali officio
 suspendimus, & à communionem sancte Ecclesiæ separamus.

Excommunicatio Episcoporum vlttramontanorum.

A GATHENSEM Episcopum Berengariū, quia Narbonensē Epi-
 scopo excommunicato communicauit, & rices Episcopales pro illo fe-
 cit, excommunicamus. Viennensem Episcopum Herimannum iuste depo-
 situm pro simonia, periurijs, sacrilegijs, & apostasia, quia Viennensem
 Ecclesiam infestare non desistit, excommunicamus: & Ecclesijs Romanen-
 si & sancti Irenæi Lugdunensi, quousque eas occupauerit, diuinum inter-
 dicimus officium. Desiderium & Romanensis Ecclesiæ clericos, qui regula-
 res nostros ab ea expulerunt, & excommunicatis communicauerunt, inde
 donec satisfaciant, excommunicamus. Abbatem sancti Aegidij similiter,
 & comitem sancti Aegidij propter cōsanguineam, & comitem Forensensem,
 & Umbertum de Bellogioco propter infestationes Lugdunensis Ecclesiæ.
 Podiensensem simoniacum. Homicidam Stephanum, scilicet à legatis nostris
 excommunicatum, & Pontium Gratianopolitanum quousque respiscat,
 excommunicamus: & ea quæ Diensis Episcopus in Episcopatu Diensi de
 decimis, & primitijs & Ecclesijs fecit, & cetera quæ in legatione nostra
 statuit, nos quoque confirmamus.

Item Excommunicatio Henrici Regis Teutonicorum.

B EAT E Petre, Apostolorum princeps, inclina quæsumus pias aures
 tuas nobis; & audi me seruum tuum, quem ab infantia nutristi, &
 usque ad hunc diem de manu iniquorum liberaisti, qui me pro tua fidelitate
 oderūt & odiūt. Tu mihi testis es, & Domina mea mater Dei, & beatus
 Paulus frater tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana Eccle-
 sia me inuitum ad sua gubernacula traxit, & ego non rapinam arbitra-
 tus sum ad sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam in pere-
 grinatione finire, quàm locum tuum pro gloria mundi seculari ingenio
 arripere: & idè ex tua gratia, non ex meis operibus credo quod tibi pla-
 cuit, & placet, ut populus Christianus tibi specialiter commissus, mihi obe-
 diat, specialiter pro vita tua mihi commissa, & mihi tua gratia est pote-
 stas à Deo data ligandi, atque soluendi in calo & in terra. Hac itaque si-
 ducta fretus pro Ecclesiæ tuæ honore, & defensione, ex parte omnipotentis
 Dei,

Matt. 16.

Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, per tuam potestatem & auctoritatem, Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Teutonorum, & Italiae gubernacula contradico, & omnes Christianos à vinculo iuramenti, quod sibi fecere vel facient, absoluo, & ut nullus ei sicut Regi seruiat, interdicto. Dignum est enim ut qui studet honorem Ecclesiae tuae imminuere, ipse honorem amittat, quem videtur habere. Et quia sicut Christianus contempserit obedire, nec ad Dominum redijt, quem dimisit, participando excommunicatis, meaque monita, quae pro sua salute sibi misit (te teste) spernendo, sequo ab Ecclesia tua temptans eam scindere, separando; vinculo eum anathematis vice tua alligo: & sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes, & comprobent quia tu es Petrus, & super tuam Petram filius Dei viui adificauit Ecclesiam suam, & porta inferi non praeualebunt aduersus eam.

Matt. 16.

EPISTOLA XI.

POTESTATEM facit à peccatis absoluendi Rogerium comitem unum à cum eius militibus contra Paganos pugnaturis, si tamen penitentiam egerint. Admonet ut ad religionem inter Paganos propagandam eosdem incitet. Paratum se ostendit Robertum ab excommunicatione absolueri, si deuotum erga Romanam Ecclesiam se ostenderit. Iniungit ut Balduino Melphitano Episcopo post peractam penitentiam Episcopale munus reddat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Arnaldo fratri, & coepiscopo Acherectino, salutem &
Apostolicam benedictionem.

De Rogerio qui fuit Siciliae comes, Leo Ostiensis lib. 3. c. 13. Otto Frising. lib. de gestis Fri derigi.

Nouerit fraternitas tua, quoniam Rogerius comes frater Roberti Ducis Apostolicae sedis benedictione, & absolutionem requirit, eiusque filius vocari & esse desiderat. Quapropter pastoralis cura hoc laboris onus tibi imponimus, immò ex parte beati Petri imperamus, ut postposita omni torporis desidia, illum ad eas, eumque huius nostri praecipi auctoritate fultus, si nobis parere, sicut pollicitus est, voluerit, & penitentiam (ut oportet Christianum) egerit, ab omni peccatorum suorum vinculo tam illum, quam etiam suos milites, qui cum eo contra paganos (ita tamen ut agant penitentiam) pugnaturi sunt, peccatis maximè absolvas. Ad idimus praeterea, ut eum pia admonitione admoneas, quatenus se à capitalibus criminibus custodiat, & Christiani nominis culturam inter paganos amplificare studeat, ut de eisdem hostibus victoriae consequi mereatur. Amplius si de Roberto Duce, fratre suo aliquid tibi retulerit, respondeas ei, quoniam Romanae Ecclesiae ianua misericordiae omnibus patet, quicumque penitentiae amore ducti, offensionis scandala deserunt, & ad rectitudinis viam inoffenso pede regredi concupiscunt. Si igitur Dux Robertus sanctae Romanae Ecclesiae, sicut filius parere exoptat, paratus sum paterno amore eum suscipere, & suo consilio ei iustitiam conseruare, & ab excommunicationis vinculo penitus absolueri, & inter diuinas oues eum annumerare. Quòd si renuerit idem Robertus Dux, ut cum eo ultra communicet, ex parte Apostolicae sedis

Rom. Ecclesiae ianua misericordiae omnibus patet.

A sedis licentiam non poterit impetrare. Hoc etiam tuae fraternitati iniungimus, ut confratri nostro Balduino Melphitano Episcopo, qui correctionem vniuersalis matris humiliter & obseruauit, sicut à fratribus nostris accepimus, officium Episcopale huius nostri praecipi fultus auctoritate, ex parte beati Petri post penitentiam datam de aliquibus excessibus reddas, & sicut ego pro illo preces confratri nostri Stephani Troiani audiui Episcopi, ita ipse illum de sua salute nostri ex parte monitus audire procuret, suamque vitam semper in melius (Deo adiuuante) perducatur. Dat. Romae, ij. Id. Mar. Indictione decimaquarta.

EPISTOLA XII.

B MONET ut à schismaticis caueant, & quòd eorum suasionem deliquerunt, corrigant: utque Episcopum Tullensem, qui contra sedem Apostolicam insurrexerat, monent ut Pontifici obediat. Quòd si parere noluerit, excommunicatum illum denuncient.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Fratribus, & coepiscopis Vdoni Treuerensi, Theodorico Virdunensi, & Herimanno Metensi, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Litteras Apostolicae sedis idè vobis dirigendas esse cœsumus, quia schismaticorum, qui contra Dominum & auctoritatem sanctae Romanae Ecclesiae se erexerunt, non spontè vos cōsensisse intelleximus. Quia in re qualiter respicere vos oporteat, cum eadem, quam nos habemus fidem, & de sanctorum patrum libris scientiam habeatis, omisimus significare: sperantes fraternitatem vestram stultissimam inimicorum nostrorum praesumptionem detestari, & in ea qua debetis, & soliti estis deuotione, & amore sanctae Apostolicae sedi fideliter vniri. Vnde rogamus, & admonemus, ut quòd schismaticorum persuasionem deliquistis, competentem emendationem corrigatis, ut sicut mater vestra de excessu vestro condoluit, ita de satisfactione letetur. Volumus etiam, ut vice nostra Pipponem Tullensem Episcopum admoneatis, quatenus ea quae sibi iniunximus, deinceps facere non omittat. Decuerat enim, ut de obiectis sibi debuisset respondere magis quam contra auctoritatem principis Apostolorum ad defensionem iniquitatum suarum arma corripere, atque Regem sollicitare id contra nos praesumere, quòd nunquam licuit, neque (Deo annuente) licebit in aliquem clericorum fieri. Qui si verba exhortationis nostrae contempserit, auctoritate beati Petri eum à communionem corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi separatim esse sibi met notificetis, & non solum in anima, sed in corpore, ipsius principis Apostolorum ultione digna fore puniendum.

EPISTOLA XIII.

EXPONIT sententiam latam in causa, qua vertebatur inter Ecclesiam Rosellanam & Populonensem.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SREVVVS SERVORVM DEI, A
clero & populo Rosellanæ Ecclesiæ, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Via officij nostri est discordes ad concordiam reuocare, discordiã inter Rosellanam, & Populoniensem Ecclesiam grauius exortã diligenti examinatione discussimus. Tandem post varias vtrimque prolatas rationes, claruit non solum per priuilegia Apostolicæ sedis, verum etiam per quoddam diffinitionis scriptum præsentia Siluestri Papæ, & clericorum Romanorum iudicio cõfirmatum, quicquid in quæstione fuerat Rosellanæ Ecclesiæ pertinere. Vnde collaudatione tam Episcoporum, quàm etiam Romanæ Ecclesiæ clericorum, præfatam litem eo tenore decidimus, vt inuestitura Rosellano Episcopo deinceps concessa, si ante proximum Dominicæ Ascensionis festum aliquam scriptionem Populonienſis Episcopus ostenderit, quæ ostensa nobis Papæ Siluestri iuste improbare videatur, Populonienſis Episcopus ad reclamandum & renitendum licenter admittatur. Sin autem ab eadem festiuitate huiusmodi controuersia perpetuum silentium habeat, & Rosellana Ecclesia Apostolicæ sedis iterata diffinitione sulca, in perpetuum ab hac quæstione quiescat, & insuper deinceps priuilegium diffinitionis nostræ latius continens munitu prædia, quorum lis tantis temporibus ventilata est, sine aliqua molestatione possideat.

EPISTOLA XIII.

GRATIAS agit de eius obseruantia erga Romanam Ecclesiam. ostendit idem Teutonicos & Longobardos Episcopos contra se insurgere, quia eorum criminibus obuiam irer. De Giraldo Sipontino Episcopo respondere in aliud tempus differt.

GREGORIVS EPISCOPVS SREVVVS SERVORVM DEI,
Dominico Patriarchæ Gradenſi, salutem & Aposto-
licam benedictionem.

Via matrem tuam sanctã Romanam Ecclesiam (sicut in tuis litteris continetur) te puro corde venerari, nosque pro amore Apostolorum principis sincera charitate diligere profiteris; fraternitati tuæ grates referimus, & rependendo vicẽ eiusdem dilectionis tã Ecclesiæ tuæ, quàm tibi saluo libramine æquitatis honori vestro prouidere semper parati sumus. Quoniã verò mirari, ac nimium te dolere dixisti, quòd Longobardi, atque nonnulli Teutonicorum Episcopi in nos insanendo tam vehementi odio inardescunt, nullius culpæ nostræ conscientia inde redarguit. Sed scimus ob nil aliud eos illo conamine niti, nisi quòd ex præcepto Dei, atque sanctorum prædecessorum nostrorum illorum peruersitatibus obuiamus, eosque ad rectum tramitem iustitiæ reducere, si possibile esset, ex debito sollicitudinis diuina dispensatione nobis superimpositæ procuramus. De litteris autem à fraternitate tua nobis directis, nullo studio comperire potuimus, quòd hinc illuc fuerint reportatæ. Super quæstione quoque confraternitas tua de Giraldo Sipontino Episcopo nobis suggestit, ad præsens pro absentia Episcopi vobis respondere non possumus. Cum autem venerit (Deo conce-

A concedente, causa diligenter exquisita, iustitia prouidebimus. Principis vero vani negocium nulla ratione videre possumus, vt ad præsens illum quem postulat consequi possit vel debeat habere effectum. Dat. Romæ, Indictione decimaquarta.

EPISTOLA XV.

INSINUAT Normannos cupidos esse componendæ pacis, seque sperare eos ad fidelitatem sancti Petri reuersuros. cum Henrico quoque Rege se pacem habiturum, si mores mutauerit. Hortatur vt in Ecclesiæ defensione perseueret, & alios idem facere moneat.

GREGORIVS EPISCOPVS SREVVVS SERVORVM DEI,
Vvifredo Mediolanensi militi, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Via sollicitum te de honore Christianæ fidei litteris tuis significasti; æquum duximus prudentiæ tuæ rescribere. Scias igitur Normannos verba componendæ pacis nobiscum habere: quam liberrimè iam fecissent, & beato Petro, quem solummodo Dominum, & Imperatorem post Dominum habere desiderant, humiliter satisfecissent, si voluntati eorum in quibusdam annueremus. Sed (Deo auxiliante) hoc nõ cum detrimento, sed cum augmento Romanæ Ecclesiæ in proximo speramus facere, & eos ad fidelitatem beati Petri firmiter & stabiliter reuocare. Cũ rege quoque Alemanniæ de componendâ pace multis iam vicibus quidã aures nostras interpellauerunt, quibus nos respondimus, cum eo nos pacem velle habere, si ipse cum Deo pacem studuerit habere, & ea quæ ad periculum sancte Ecclesiæ, & ad cumulum perditionis suæ commisit, iuxta quod sepe à nobis admonitus est, emendauerit. Sed quia in potetia diuinæ virtutis, magis quàm in homine fidem, spem, & omnes cogitatus nostros collocauimus; volumus vt tu etiam, quem ad confortandos Christi milites animum & fortitudinem resumpsisse intelligimus, firmiter in Deo confidas, & expecta eius auxilium, & consolationem tibi & omnibus iustitiam & legem Dei diligentibus adfuturam, & Diaboli membra non nisi quantum Deus permiserit, innocentiam nostram nocitura. Ecce Diabolus palam in mundo dominatur, ecce omnia membra sua se exaltasse lætatur: sed qui dixit: Confidite, quia ego vici mundum, det vobis certissimam fidem festinanter se Ecclesiæ suæ succurrere, & diabolũ & membra eius omninò confundere. Antiquas enim, & nostri temporis cõsiderantes permutationes, probabiliter inuenimus dominium diaboli tanto minus durauisse, quanto magis visum fuit exaltari, & in Christianam religionem præualuisse. Tu itaque charissime fili cõfortare in Domino, & in potentia virtutis eius, & eos cõforta, quos in Christiana fide cognoueris permanere: Eos autem qui fidem Christianam operibus negauerunt, vt respiscant, admone, vt erubescant in seruitute diaboli viuere. Quæ autem hic minus scribimus, cum locuti fuerimus cum fidelibus sancti Petri, plenius indicabimus, vobisque adiutorium (Deo fauente) dare curabimus. Omnipotens Deus meritis summæ Dominæ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, atque beati Ambrosii precibus mentes vestras illuminet, & in lege sua vos semper stabiliat, vt mereamini cum his annumerari, qui diabolum cum suis membris iudicabunt, & cum Christo semper regnabunt. Dat. Romæ, Indictione decimaquarta.

QVERITVR de iniurijs ab Aurelianensi Episcopo Ecclesie sue illatis, de illius inobedientia & simonia. Vult eum moneat, vt sua Ecclesia satisfaciatur, & nisi paruerit, excommunicetur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richerio Senonensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Raternitatem tuam intellexisse credimus, quantum iniuriae Aurelianensis Ecclesiae negligētia Episcopi sui, immo agente ipso sustinuerit, & quā in iustē patiētia Apostolicae sedis abusus fuerit: quē iniquitates suas auribus nostris delatas, non solum discurre distulit, verum etiam Regis Francorum eum eiecere cupiētis accusationibus, nulum assensum praebuit; immo quicquid in periculum suum fieri excogitauerat, studio vigilantissimae sollicitudinis impediuit. Nō enim videbantur huius accusationis verba, etiam si vera essent, suscipienda, neque in eum aliquid, nisi legali discussione, & iudicio promulgandum. Sed ipse huius mansuetudinis & tantae charitatis oblitus, fructum inobedientiae matris suae Romanae Ecclesiae dicitur reddidisse, priuilegium venerandae memoriae antecessoris nostri Papae Alexandri confringendo, & excommunicato a nobis Eurardo impudenter communicando, & non solum ipsam Decaniam, sed ferē omnia Ecclesiae ministeria simoniace vendendo, a Deo suspensam, vt olim Apostolicae sedis sententiam operum suorum nequitia merito videatur in se prouocasse. Vnde volumus religionem tuam praefatum Episcopum comonere, quatenus Deū & Ecclesiae suae satisfaciatur, & ita emendare studeat, vt & querela clericorum omnino sopiatur, & infamia sua ad aures Apostolicae sedis ulterius super his excessibus non referatur. Quod si fortē litteris nostris, quae per te submittuntur, & comminationi tuae inobediens exstiterit, auctoritate beati Petri principis Apostolorū, vsque ad dignā satisfactionē a comunione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi eū separe: quatenus quantum factis suis Dñm offenderit, vel in hoc recognoscat. Dat. Romae, mēse Ap. Ind. decimaquarta.

EPISTOLA XVII.

ARGVIT eum temeritatis, praecipitque vt canonicos & Foschelimum praeposituram, Benedictum verò canoniam possidere sinat, & pauperum canoniam restituat, donec Romam de suis criminibus rationem redditurus veniat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rainerio Aurelianensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem, si obedierit.



Rauiter, & vsque ad vliscendam tuae temeritatis audaciam contra te merito commoueremur, nisi Apostolica mansuetudine detineremur. Ipse enim meminisse debes & potes, qualiter venerandae memoriae praedecessor noster Alexander Papa Decaniā sanctae Crucis viso donationis tuae ex eadē praepositura decreto, illud canonicis tuis deferentibus, eis per munimina Apostolicae roborationis iuxta morem tuae donationis confirmauerit, & subscripto anathemate Apostolicę auctoritatis, tam

A tam te, quā omnes homines a violentia iam dictae praepositurae per priuilegium suae confirmationis compescuerit. Cuius anathema excommunicato Eurardo comunicando, quodque etiam durius est (sicut dicitur) ab eo pretiū accipiendo, temerario ausu incurere non timuisti, & totam Ecclesiam perturbare nefario fastu superbiae ductus pro nihilo habuisti. Vnde praesumptionē tuam iustē quidem coercere Apostolicę animaduersionis vindicta debere-mus, sed spe futurae emendationis adhuc excessus tuos sufferimus. Apostolica itaque tibi auctoritate praecipimus, quatenus a tanta temeritate iam animum reuoces, & praedictam praeposituram canonicis, & Ioschelino, qui eā ab eis habet in tuta pacis tranquillitate possidere permittens, nullā deinceps illis molestiam inferas. Volumus enim eos sic cuncta, quae illius praepositurae sunt, in integram possidere cum omni pacis quiete, vt priuilegium beatae memoriae praedecessoris nostri Alexandri Papae nec in minima qualibet parte videatur infringi. Quin etiam praecipimus, vt ab hinc vsque ad festiuitatem omnium Sanctorum tam de his, quā de multis aliis, quae tibi obiciuntur, rationē redditurus, te nostro conspectui repraesentēs, & interim haec omnia, quae superius memorantur, canonici & Ioschelini, qui ab eis praeposituram tenet, in pace possideant, Abbatiamque suam idem Ioschelini cū omnibus suis aliis rebus mobilibus & immobilibus similiter teneat, & in pace nullam controuersiam a te aliquo modo submissam patiēdo possideat. Benedictus quoque canonicam suam sub eadem pacis tranquillitate interim habeat. Praecipimus etiam, vt canonicam concessam alimoniae pauperum, quam ab eo vsu subtractā diceris vendidisse, ad eundē vsu restituas. Siquidē his nostris praecipis, ac monitis obediēter obtemperaueris, & quae in illis continentur, cuncta patienter impleueris, laetabimur propter pacem Ecclesiae. Alioquin scias te ab omni Episcopali officio esse suspensū, & a comunione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi separatū. Dat. Romae, mēse April. Ind. decimaquarta.

E G O Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quae ponuntur in altari per mysterium sacrae orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conuerti in veram & propriam, ac viuificatricem carnem, & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris, & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed in proprietate natura, & veritate substantia. Sicut in hoc Breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis, sic credo: nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adiuet, & haec sancta Dei Euangelia.

Iusiurandum Roberti dicti Carnotensis Episcopi.

E G O Robertus promitto omnipotenti Deo, & beato Petro Apostolorum principi, cuius corpus hic requiescit, quod in quocumque tempore legatus Apostolicae sedis directus a Domino nostro Gregorio, qui nūc est Romanus Pontifex, vel ab aliquo successorum suorum item Romanorum Pontificum ad me venerit, infra terminum, quem idem legatus mihi constituerit,

*Carnotensem Episcopatum omni occasione sublata, vel fraude dimittam, A
 & cum bona fide studebo quatenus Ecclesia illa secundum Deum ordinetur, nihil acturus, me sciente, per me, vel per aliquam à me summis personam, vnde eadem Ecclesia, vel clerici eius, meo studio, vel malitia lesionem, aut detrimentum accipiant. Hoc sacramentum, iubente Domino nostro Gregorio VII. Papa, ego Cono humilis presbyter tituli Christi martyris & virginis sancte Anastasia scripsi, & in Ecclesia beati Petri in confessione ad corpus eius ubi factum est, interfui, interfuerunt etiam Joannes Portuensis Episcopus, Theodinus Archidiaconus, Gregorius, Bernardus diaconi sancte Romanae Ecclesiae, & alij duo, videlicet, Ingelrammus decanus Carnotensis Ecclesiae, & Iuo tunc magister scholarum in eadem Ecclesia. Actum Romae, mense April. Indictione decimaquarta.* B

EPISTOLA XVIII.

COMMENDAT eius erga Romanam Ecclesiam obseruantiam. Hortatur, vt Apostolica sedis decreta firmiter amplectatur, & Romanum ordinem obseruari curet. Respondet ei, se velle Apostolica sedis decreta de celebrandis Ecclesiae officijs ab illis custodiri: ideo monet, vt ea in Hispania & Galicia seruari curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Symeoni Hispanorum Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sognitis fraternitatis tuę litteris, gaudio sumus repleti, quoniā eā quam erga Romanā Ecclesiam fidē & deuotionem geris, in eis plenē agnouimus, & quōd non adulterino eā more deserere, sed legitimę prolis successione amplecti desideras. Quapropter charissime frater necesse est, vt bene inceptum recto itinere gradiatur: nec heretica debet prauitate minui, quod Apostolica constat traditione sancitum. Apostolica enim sedes, cui quamuis immeriti Deo auctore, praesidemus, ipso gubernante firma permanet ab ipsis primordiis, eoque tuente, illibata perpetuō permanebit, testante eodem Domino: Ego pro te rogavi Petre, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos. His itaque fulta praesidiis, Romana te cupit scire Ecclesia, quōd filios quos Christo nutrit, non diuersis vberibus, nec diuerso cupit alere lacte, vt secundum Apostolum sint vnum, & non sint in eis schismata: alioquin non mater, sed scissio vocaretur. Quapropter notū sit tibi, cunctisque Christi fidelibus, super quibus consuluisti, quōd decreta, quę à nobis, immō à Romana cōstat Ecclesia prolata, siue cōfirmata in peragendis à vobis eiusdē Ecclesiae officijs inconcussa volumus permanere, nec eis acquiescere, qui luporum moribus, & veneficiorum molimine vos inficere desiderāt. Nec dubitamus quōd secūdū Apostolū introeant in vos lupi graues, lupi rapaces, nō parcētes, quibus resistēdū fortiter est in fide. Ideoque dilectissime frater certa, & vsque ad sanguinis effusionē, si opportunū fuerit, desuda. Indignū enim, & pro ridiculo pōt haberi, quōd seculares homines, pro tā vili pretio, tāq. Deo odibili cōmercio se ipsos periculo vlroneos exhibeāt, & fidelis quisque irruētibus cedāt hostibus terga. Nō enim ab eis poterit acquiri virtus, qui facillē corruūt quō trahuntur. Quōd autem

Luc. 22.

1. Cor. 1.

A Cor. 20.

Atē filij mortis dicunt, se à nobis litteras accepisse, sciatis per omnia falsū esse. Procura ergo, vt Romanus ordo per totā Hispaniā, & Galitiam, & vbiq. que poteris in oibus rectius teneatur. Dat. Romae, mēse Maij, Ind. decimaquarta.

EPISTOLA XIX.

CVM in Africa duotantummodo reperirentur Episcopi, vult vt alium eligant, & ad se consecrandum mittant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 dilecto in Christo fratri Ciriaco Carthāginensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem

Reruēnit ad aures nostras, quōd Africa, quę pars mūdi esse dicitur, quęque etiam antiquitūs vigente ibi Christianitate maximo Episcoporum numero regebatur, ad tantum periculum deuenerit, vt in ordinando Episcopo, tres non habeat episcopos. Qua in re maximū Christianę religionis periculum considerantes, & in maximo agro paucis operarijs defudantibus, cordetenus cōpatientes consuluimus vobis, videlicet tibi & illi, cui nuper manum imposuimus, vt aliquam personam secundum constitutionē sanctorum patrum eligatis, nobisque eam litteris vestris fultā mittatis, quatenus ipso Deo cooperatē, à nobis ordinato, vobisque remisso, necessitati Ecclesiarum, ut sancti canones præcipiunt, Episcoporum ordinationibus succurrere valeatis, & vt Christiana gens quotidie gaudeat, atque proficiat pastorali regimine, & labor qui supra vires vos opprimit, leuior sit ex sociorum necessaria administratione. Dat. Romae, mēse Iun. Indictione decimaquarta.

EPISTOLA XX.

HORTATUR ad obedientiam Archiepiscopi, & ad mutuā charitatem seruandā.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 clero & populo Ypponen. in Mauritania Sitifense, idest in Africa constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Seruandum Archiepiscopum, quem à vobis electum ad nos consecrandū misistis, iuxta petitionem vestrā, secundum legē nostrā, diuina fauente clementia, consecrauimus, atque cōsecratū, nostrisque legalibus moribus, in quantum possibilitas, spatiumque temporis indulisit, diligenter instructum ad vos remisimus. Quem cum omni deuotione mutuę charitatis, omni que reuerentia Christianę religionis rogamus ac paterna charitate vos monemus suscipere, & omnem obedientiam diuinę legis vos hortamur sibi humiliter exhibere: quatenus populi Sarracenorū, qui circa vos sunt, videntes sinceritatem fidei vestrę, puritatē quoque mutuę inter vos diuinę charitatis, ac fraternę dilectionis, potius ad emulationem, quā ad contemptum Christianę fidei ex vestris operibus prouocentur: oportet enim vos considerantes, glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Agite igitur dilectissimi filii secundum præceptum Domini nostri Iesu Christi dicentis ad discipulos suos: Diligite vos inuicem, sicut ego dilexi vos. 1. Ioan. 4. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

1. Ioan. 3.
1. Tim. 2.

fuis. Apostolis quoque Paulus magister & doctor gentium dicit: Si Dominus A
noster Iesus Christus posuit animam suam pro ouibus suis, ac dedit sanguinē
suum redemptionem pro multis, debemus & nos pro fratribus animam po-
nere. Sic itaque vos sedulos erga cultum Christianæ religionis exhibite di-
lectissimi, atque amantissimi fratres, quatenus post huius vitæ pelagus ad por-
tum perpetuæ quietis, atque æternæ beatitudinis feliciter peruenire possitis,
largiente ipso redemptore Domino nostro Iesu Christo, qui cū Patre & Spi-
ritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

EPISTOLA XXI.

SCRIBIT se seruandum Episcopum iuxta eius petitionem consecrasse. Gratias
agit de muneribus missis, & de captiuis Christianis dimissis. Commendat quosdam B
ab Alberico & Cincio Romanis ad eum missos.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Anzir Regi Mauritanix Sitifensis prouinciæ in Africa,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Nobilitas tua hoc in anno litteras suas nobis misit, quatenus Seruā
dum presbyterū Episcopum secundū Christianam constitutionē
ordinaremus. Quod quia petitio tua iusta & optima videbatur, fa-
cere studuimus. Missis etiam ad nos muneribus Christianos, qui
apud vos captiui tenebantur, reuerentia beati Petri principis Apostolorum,
& amore nostro dimisisti, alios quoque captiuos te dimisurū promissisti. Hæc
denique bonitatem creator omnium Deus, sine quo nihil boni facere, immò C
nec cogitare possumus, cordi tuo inspirauit, ipse qui illuminat omnem homi-
nem ueniētē in hunc mundum, in hac intentione mentem tuā illuminauit.
Nam omnipotens Deus, qui omnes homines uult saluos facere, & neminem
perire, nihil est quod in nobis magis approbet, quàm ut homo post dilectio-
nē suā hominē diligat, & quod sibi non uult fieri, alij non faciat. Hanc itaque
charitatem nos & vos specialius nobis quàm ceteris gentibus debemus, qui
vnum Deum licet diuerso modo credimus, & cōfitemur, qui eum creatorem
seculorum, & gubernatorem huius mūdi quotidie laudamus, & veneramur.
Nam sicut Apostolus dicit, Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum. Sed
hanc tibi gratiam à Deo concessam plures nobilium Romanorū per nos co-
gnoscentes bonitatem, & virtutes tuas omninō admirantur, & prædicant. In-
ter quos duo familiares nostri Albericus & Cincius, & ab ipsa penē adole-
scentia in Romano palatio nobiscum enutriti, multum desiderantes in ami-
citiā & amorem tuum deuenire, & de his, quæ in partibus nostris placue-
rit tibi, libenter seruire, mittunt ad te homines suos, ut per eos intelligas quā-
tūm te prudentem & nobilem habeant, & quantum tibi seruire uelint & va-
leant. Quos magnificentix tuæ commendantes rogamus, ut eam charitatem,
quam tibi, tuisque omnibus semper impendere desideramus, eis pro amore
nostro, & recompensatione fidelitatis prædictorum virorum impendere stu-
deas. Scit enim Deus, quia purē ad honorem Dei te diligimus, & salutem &
honorem tuum in præsentī & in futura uita desideramus. Atque ut ipse Deus
in sinum beatitudinis sanctissimi Patriarchæ Abrahamæ post longa huius vitæ
spacia te perducatur, corde & ore rogamus.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

IN-

Ioan. 1.

1. Tim. 2.

Matth. 7.

Ephes. 2.

SVM MORVM PONTIFICVM. 701
INCIPIT LIBER QVARTVS
REGISTRI B. GREGORII VII.

Anno Dominica incarnationis Millesimo septuagesimo
sexto, Indictione decimaquarta.

EPISTOLA PRIMA.

QVÆRITVR de Henrici Regis perfidia, & malis, quæ Ecclesia ab eo patiebatur.
Monet ut eum ad ueram penitentiam prouocent. quod si audire noluerit, uiriliter illi
resistant. Eos uero, qui Regi adhaerent, si resipiscere uoluerint, ad Ecclesiam gremium
B admittant. Illos autem, qui à communionē Regis se non subtraxerint, uitandos esse de-
monstrat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus in Christo fratribus, Episcopis uidelicet, Abbatibus,
atque Sacerdotibus, Ducibus, etiam Principibus, atque mi-
litibus, omnibusque Christianam fidem & beati Petri
honorem reuera diligentibus in Romano Impe-
rio habitantibus, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.

Ratias agimus omnipotenti Deo, qui propter nimiam
charitatem suam, qua dilexit nos, proprio filio suo nō Rom. 8.
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quia
ultra meritum, ultra spem etiam bonorum hominum
Ecclesiam suam protegit, gubernat, & defendit. Sci-
tis enim fratres charissimi, quia hoc periculoſo tem-
pore, quando Antichristus in suis membris iam ope-
ratur, ubique uix aliquis solet inueniri, qui reuera &
Deum & honorem eius diligit, & eius præcepta seculari commodo, & gra-
tia terrenorum Principum præponat. Sed ille qui non repellit plebem suam,
& quotidie peccatores à sinistra in dexteram commutat, uos propitio, ac sere-
no uultu respexit, & contra suos inimicos ad salutem multarum gentium ere-
xit, ut magis uobis libeat in periculo transitorie uitæ consistere, quàm æterni
regis gloriam & honorem humanæ gratiæ postponere. Hæc itaque facientes,
non aure surda Apostolorum principem dicentem transitis: Genus electum, † f. auditis.
regale sacerdotium, obedire magis oportet Deo quàm hominibus. Nam ue-
stra fraternitas minimè ignorat, quanto tempore sancta Ecclesia inauditas
prauitates, & diuersas iniquitates Regis, & utinam Christiani, & uestri susti-
nuit, & quantæ ruinae, quantæque calamitati, ipso antiquo hoste auctore præ-
cedente, patuit. Cui nos fraterna dilectione, & amore patris & matris eius
ducti adhuc in diaconatu positi, admonitionis uerba transmifimus, & post-
quam ad officium sacerdotij (licet indigni) uenimus, ut resipisceret summo-
perè, & frequenter per viros religiosos procurauimus. Ipse uero quid contra
egerit.

† f. omnium.

† f. auditis.
1. Pet. 2.

Officium Papae.

Tit. 1.

Ezech. 30.
Jerem. 48.

1. Reg. 15.

egerit, & quomodo malum pro bono reddiderit, vel qualiter calcaneum suū **A**
 contra beatum Petrum erigendo, sanctam Ecclesiam, quam sibi omnipotens
 Deus cōmiserat, scindere procurauerit, vestra nouit charitas, & per omnia mun-
 di iam personuit climata. Sed quia nostri est officij hominēs, non vitia dili-
 gere, & prauis, vt resipiscant, resistere, & impietates, non homines abhorrere;
 auctoritate beati Petri Apostolorum principis monemus vos, & vt charissi-
 mos fratres rogamus, amodo studete illum de manu diaboli eruere, & ad
 veram penitentiam prouocare, vt eum possimus (Deo fauente) ad sinum cō-
 munitatis nostrae, quam conatus est scindere, fraterna ducti charitate re-
 uocare: ita tamen, vt nulla possit fraude recidua clade Christianam religio-
 nem confundere, & sanctam Ecclesiam pedibus suis conculcare. Quod si vos
 non audierit, & diabolum potius, quam Christum sequi elegerit, & eorum,
 qui pro simoniaca haeresi iam per longa tempora excommunicati sunt, confu-
 sionem vobis praetulerit, diuina inspirante potentia, simul inueniamus, simul **B**
 que statuamus, vt Dominum homini praeponeamus, vniuersali Ecclesiae iam
 iam penē labēti succurramus viriliter. Quicumque ex his resipuerit, qui pre-
 dictum Regem non erubuerunt omnipotenti Deo praeponeere, & Christianam
 legem si nō verbis, operibus tamen negare, sicut dicit Apostolus: Ore quidem
 fatentur Deum, factis autem negant; vos fratres mei, & confacerdotes illos
 auctoritate beati Petri suscipite, & ad gremium matris nostrae sanctae Eccle-
 siae reducite, vt mereamini gaudium in caelo Angelis Dei innouare. In omni-
 bus tamen (sicut decet charissimos filios) honorem pij patris vestri Apostolo-
 rum principis prae oculis habete. Quicumque autem Episcoporum, vel laico-
 rum timore vel gratia humana seducti à cōmunionem Regis se non substra-
 runt, sed ei fauentes, animam suam, & illius diabolo tradere non timuerunt,
 si non resipuerint, & condignam penitentiam egerint, nullam cum eis com-
 munionem, vel amicitiam habeatis. **C** Isti enim sunt qui animam suam & re-
 gis odio habent, & occidunt, & regnum, patriam, Christianamque religionē
 confundere nō erubescunt. Sicut enim nobis imminet quod per Prophetam
 dicitur: Si non annunciaueris iniquitatem suam, animam eius de ma-
 nu tua requiram, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, id est,
 verbum correctionis à prauē viuentium increpatione; ita illis imminet, si
 non obediuerint, ira diuini iudicij & ultio, testante Samuele, idololatriae sce-
 lus. Testis nobis est Deus, quia nulla nos commoda secularis respectus con-
 tra prauos Principes & impios sacerdotes impellit, sed cōsideratio nostri of-
 ficij, & potestas, qua quotidie angustamur Apostolicae sedis. Melius est enim
 nobis debitam mortem carnis per tyrannos, si oportuerit, subire, quam no-
 stro silentio, timore, vel commodo, Christianae legis destructioni consentire. **D**
 Sanctos quidem patres nostros dixisse scimus: Qui prauis hominibus sui con-
 sideratione officij non contradicit, consentit, & qui refecanda non aufert, cō-
 mittit. Omnipotens Deus, à quo cuncta bona procedunt, meritis Dominae no-
 strae caelestis Reginae, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli intercessione
 corda vestra confirmet, & custodiat, & Spiritus sui gratiam superinfundat:
 vt quae sunt ei placita facientes, mereamini sponsam eius, matrem videlicet
 nostram de faucibus luporum eripere, atque ad supernam illius gloriam, ab
 omnibus peccatis absoluti peruenire. Dat. Laurenti, viij. Kal. Augusti, Indi-
 ctione decimaquarta.

EPI-

A **OSTENDIT** quicumque Henrico Regi communicauerint, siue Episcopi siue lai-
 ci sint, excommunicatos esse. errare autem eos, qui asserunt Reges excommunicari non
 posse auctoritate & exemplis sanctorum Pontificum, immo Pontifices Regibus longē
 praestare demonstrat. asserit Episcopis licentiam se impartisse eos absolucendi, qui Regi
 communicauerant. Regem autem nisi sibi prius de eius penitentia constiterit, se non ab-
 soluturum. Moneri praeterea vult Episcopum Tullensem ab Archiepiscopo Treuerensi,
 ne in negocijs cuiusdam monasterij se interponat. Quaedam praeterea de Mathildi & Go-
 tifredo subiungit.

B **GREGORIVS EPISCOPVS SREVVVS SERVORVM DEI,**
 Herimanno Metensi Episcopo, salutem & Apo-
 stolicam benedictionem.



Vita interrogando à me valdē occupato requiris, & nuncium, qui
 me nimis impellat ad sui licentiam transmittis. Quocirca si non
 satis respondeo, patienter feras rogo. Qualiter itaque in corpore
 meo me habeā, vel qualiter Romani seu Normanni circa me suos
 mores ostendant, horum portitor tibi dicat. De alijs autem rebus, super qui-
 bus me interrogasti, vltinam beatus Petrus per me respondeat, qui sepe in me
 qualicumque suo famulo honoratur, vel iniuriam patitur. Episcopi namque
 qui sint excommunicati, sacerdotes, vel laici, non est opus vt à me quærat, quia
 indubitanter illi sunt, qui excommunicato Regi Henrico (si fas est dici
 Rex) communicare cognoscuntur. Non enim verentur humanam gratiā vel
 timorem Regis aeterni praepcepto praeponeere, neque timent suo fauore ad irā
 Dei omnipotentis eundem Regem impellere. **C** Ille quidem suis communi-
 cando familiaribus excommunicatis pro simoniaca haeresi, excommunicatio-
 nem incurrere non timuit, & vt alij secum communicādo excommunicentur,
 attrahere nō erubescit. De talibus quid restat vt sentiamus, nisi quod in psal-
 mis didicimus: Dixit inspiens in corde suo, non est Deus. & iterum: Omnes
 simul inutiles facti sunt in voluntatibus suis. Eis autem, qui dicunt Regem nō
 oportet excommunicari; licet pro magna fatuitate, nec etiam eis respondere
 debeamus, tamen ne impatienter illorum insipientiam praeterire videamur,
 ad sanctorum patrum dicta, vel facta illos mittimus, vt eos ad sanam doctri-
 nam reuocemus. Legat itaque quid beatus Petrus in ordinatione sancti Cle-
 mentis populo Christiano praepcepit de eo quem scirent non habere gratiam
 Pontificis. Adhuc cur Apostolus dicat: Habentes in promptu vlcisci om-
 nem inobedientiam. Et de quibus dicit: Cum huiusmodi nec cibum sumere. **D**
 Considerent cur Zacharias Papa Regem Francorum deposuerit, & omnes
 Francigenas à vinculo iuramenti, quod sibi fecerāt, absoluerit. In registro bea-
 ti Gregorij addiscant, quia in priuilegijs, quae quibusdam Ecclesijs fecit, Re-
 ges, & Duces contra sua dicta venientes, non solum excommunicauit, sed
 etiam vt dignitate careant, iudicauit. Nec praetermittant quod beatus Am-
 brosius non solum Regem, sed etiam reuera Imperatorem Theodosium mo-
 ribus & potestate non tantum excommunicauit, sed etiam ne praesumeret in
 loco sacerdotum in Ecclesia manere, interdixit. Sed fortē hoc volunt praedi-
 ctiviri subintelligere, quod quando Deus Ecclesiam suam ter beato Petro
 commisit dicens: Pasce oues meas, Reges exceperit. Cur non attendunt, vel
 potius

Psalm. 13.
Psalm. 53.1. Cor. 10.
1. Cor. 5.

Ioan. 21.

Matt. 16.

potius erubescendo contentur: quia ubi Deus beato Petro principaliter dedit potestatem ligandi & soluendi in caelo & in terra, nullum excepit, nihil ab eius potestate subtraxit. Nam qui se negat non posse Ecclesiam vinculo alligari, restat ut neget non posse ab eius potestate absolui. Et qui hoc impudenter negat, se à Christo omnino sequestrat. Quod si sancta sedes Apostolica diuinitus sibi collata principali potestate spiritualia decernens diiudicat, cur non & secularia? Reges quidem & Principes huius seculi, qui honorem suum & lucra temporalia iustitiae Dei praepouunt, eiusque honorem negligendo proprium quarunt, cuius sint membra, cuius adhæreant, vestra non ignorat charitas. Nam sicut illi, qui omni suae voluntati Deum praepouunt, eiusque praepcepto plusquam hominibus obediunt, membra sunt Christi; ita & illi, de quibus supra diximus, membra sunt Antichristi. Si ergo spiritualis viri cum oportet, iudicantur, cur non seculares amplius de suis prauis actibus constringuntur? Sed forte putant quod regia dignitas Episcopalem praecellat. ex eorum principijs colligere possunt, quantum à se utraque differunt. Illam quidem superbia humana reperijt, hanc diuina pietas instituit: illa vanam gloriam incessanter captat, hæc ad caelestem vitam semper aspirat. Et addiscant quid beatus Anastasius Papa Anastasio Imperatori de his dignitatibus scripserit, & quid beatus Ambrosius in suo pastorali inter has dignitates decreuerit: Honor iniquis & sublimitas Episcopalis si regum fulgore cõparet, & principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Hæc non ignoras Constantinus magnus Imperator non primum fessionis, sed vltimum inter Episcopos elegit locum. Sciuit enim quia superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam. Interea notum sit fraternitati tuae, quia litteris acceptis quorundam fratrum nostrorum Praesulum, & Ducum auctoritate Apostolicæ sedis licentiam dedimus his Episcopis excommunicatos à nobis absolueri, qui non timuerunt se à communione Regis abstinere. De ipso autem Rege omnino contradiximus, ut nullus eum praesumat absolueri, quousque illius certa penitentia, & sincera satisfactio nobis per idoneos testes fuerit notificata, ut simul inueniamus, qualiter si eum diuina pietas respexerit, ad honorem Dei, & illius salutem eum absoluamus. Non enim nos latet, quod sint aliqui vestrum, qui aliqua occasione quasi à nobis accepta, timore, vel humana gratia seducti praesumerent eum, si non contradiceremus, absolueri, vulnereque pro medicina vulnus adhibere: quibus si aliqui reuera Episcopi contradicerent, non eos iustitiam defendere, sed inimicitias exercere iudicarent. Episcoporum autem, qui excommunicato Regi communicare praesumunt, ordinatio, & consecratio apud Deum, teste beato Gregorio, sit execratio. Cum enim obedire Apostolicæ sedi, superbe contempnunt, scelus idololatriæ, teste Samuele, incurrunt. Nam si ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur, profecto esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit, increpare vitam carnalium recusat. Et si ille maledictus est, qui prohibet gladium suum à sanguine, id est praedicationis verbum à carnalis vitae interfectione, quantum amplius ille maledictus est, qui timore, vel fauore impellit animam fratris sui in æternam perditionem? Ut autem maledicti & excommunicati possint benedicere, & diuinam gratiam, quam non timent, operibus denegare, alicui largiri, in nullius sanctorum patrum praepcepto potest inueniri. Interea iubemus ut alloquamini venerabilem Archiepiscopum Treuerensem, fratrem videlicet nostrum, ut Tullensi Episcopo ne se intromittat de Abbatisa monasterii motis Romatici interdicit, & quicquid

Iac 4.

1. Reg. 15.

Ierem. 48.

quid contra eam statuit, vnà tecum irritum ducat. De Mathilda verò comuni nostra filia, & beati Petri fidei ancilla quod vis volo, sed in quo statu sit mansura, Deo gubernante, adhuc certum non teneo. Gotifredi autem quondam illius viri indubitanter scias, quod frequenter apud Dominum, licet peccator, habeam memoriam: quia non me illius inimicitia, vel aliqua impedit vanitas, sed motus fraterna dilectione tua, & Mathildæ deprecatione illius exopto salutem. Omnipotens Deus intercessione caelestis Reginae semper virginis Mariæ, & auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli à se illis concessa te nostrosque omnes fratres in quocumque sunt ordine, qui Christianam defendunt religionem, & Apostolicæ sedis dignitatem, à cunctis peccatis absoluat, vobisque augens fidem, spem, & charitatem in suæ legis defensione corroboret, ut mereamini ad æternam peruenire salutem. Dat. Tiburi, viij. Kal. Septembris, Indictione decimaquarta.

B EPISTOLA TERTIA.

Ut Regem Henricum in Synodo excommunicatum, & regia dignitate priuatum, si verè penituerit, benigne suscipiant, remotis ab eo prauis consiliarijs, bonis adhibitis eo etiam monito, ne Ecclesia libertatem impugnet. Interim ne quisquam Episcopus eum absoluat, quousque Apostolicæ sedis consensus accedat. Quod si verè non penituerit, eligant alium idoneum Regem, quem se confirmaturum ait; de consilio tamen Agnetis Imperatricis, cui se iureiurando obstrinxerant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus dilectis in Christo fratribus, & coepiscopis, Ducibus, Comitibus, vniuersis quoque fidem Christianam defendentibus, in regno videlicet Teutonico habitantibus, salutem & omnium peccatorum absolutionem per Apostolicam benedictionem.

S litteras quibus Henricus dictus Rex, in sancta Synodo iudicio sancti Spiritus excommunicatus est, diligenter perpenditis, quid de eo debeat fieri, indubitanter cognoscetis. Ex illis enim intelligitur cur sit anathematis vinculo alligatus, & à regia dignitate depositus, & quod omnis populus quondam sibi subiectus à vinculo iuramenti eidem promissi, sit absolutus. Sed quia nos contra eum non mouit (Deo teste) secularis superbia, nec vanæ mundi cupiditas, sed sanctæ Sedis & vniuersalis matris Ecclesiæ sollicitudo & disciplina; monemus vos in Domino Iesu, & rogamus sicut charissimos fratres, ut eum benigne, si ex toto corde ad Deum conuersus fuerit, suscipiatis, & circa eum non tantum iustitiam, quæ illum regnare prohibet, sed misericordiam, quæ multa delet scelera, ostendatis. Estote quæso memores humanæ conditionis, & communis fragilitatis: nec vos prætereat pia & nobilis memoria patris eius & matris, quibus non possunt nostra ætate ad Imperij gubernacula inueniri æquales. Sic tamē adhibite vulneribus eius oleum pietatis, ne vino disciplinae neglecto, cicatrices eius in peius (quod absit) putrescat, & honor sanctæ Ecclesiæ, Romanique Imperij nostra negligentia magnæ ruinæ patescat. Procul ab eo prauis remouean-

ueantur consiliarij, qui pro simoniaca hæresi excommunicati non eruberūt **A** Dominum suum propria lepra contaminare, & per diuersa crimina eum seducendo ad scindendum sanctam Ecclesiam prouocare, & in iram Dei & sancti Petri impellere. Adhibeantur illi consiliarij, qui non sua tantum, sed eum diligant, & seculari lucro per omnia Deum præponant. Non ultra putet sanctam Ecclesiam sibi subiectam vt ancillam, sed prælatam vt dominam. Non inflatus spiritu elationis consuetudines superbiæ contra libertatem sanctæ Ecclesiæ inuentas defendat, sed obseruet sanctorum patrum doctrinam, quæ pro salute nostra eos docuit potestas diuina. Quod si de his & alijs iure ab eo exigendis nos securos, modis quibus oportet reddiderit; statim volumus per vestros idoneos legatos de omnibus informari, vt quid debeat fieri communi consilio, Deo aspirante, valeat inueniri. Illud autem inter omnia ex parte beati Petri interdiximus, vt nullus vestrum eum præsumat ab excommunicatione absolueret, quousque eis quæ prædiximus, nobis indicatis, Apostolicæ sedis consensum, & iteratum responsum recipiatis. **B** De diuersorum quidem diuersis consilijs dubitamus, & humanam gratiam, vel timorē suspicioni habemus. Quod si exigentibus multorum peccatis (quod non optamus) ex corde non fuerit ad Deum conuersus, talis ad regni gubernacula (Deo fauente) inueniatur, qui ea, quæ prædiximus, & cetera quæ videntur Christianæ religioni, & totius Imperij salutari necessaria, secerta, ac indubitabili promissione obseruaturū promittat. Vt autē vestram electionem, si valdè oportet, vt fiat, Apostolica auctoritate firmemus, & nouā ordinationē nostris temporibus corroboremus, sicut à sanctis nostris patribus factū esse cognoscimus; negocium, personam, & mores eius quantocyus potestis nobis indicate, vt sancta & utili intentione incedentes mereamini, sicut nobis notæ causæ, Apostolicæ sedis fauorem per diuinam gratiam, & beati Petri Apostolorum principis per omnia benedictionem. De iuramento autem quod factum est charissimæ filiæ nostræ Agneti Imperatrici Augustæ, si filius eius ex hac vita antè ipsam migraret, non est opus adhuc dubitare, quia si nimia pietate circa filium ducta iustitiæ restiterit, vel iustitiæ fauens vt abijciatur à regno consenserit: quid restet, vos ipsi comprehendite. Hoc tamen videtur laudabile, postquam certū fuerit apud vos (vt omnino firmatum) quod eius filius à regno remoueat, consilium ab ea, & à nobis requiratur de inuenta persona ad regni gubernacula. Tunc aut nostro communi consilio assensum præbebit, aut Apostolicæ sedis auctoritas omnia vincula, quæ videntur iustitiæ contradicere, remouebit. De excommunicatis autem iam me vobis dedisse licentiam, qui fidem Christianā (vt decet Episcopos) defenditis, vt absoluatis recordor, & adhuc hoc idem confirmo, si reuera respuerint, & humiliter pænitentiam egerint. Dat. Laurenti, iij. Non. Septemb. Indictione incipiente decima quinta.

EPISTOLA QUARTA.

C V M non potuerit eorum petitioni, contradicentibus canonibus, satisfacere, in ordinando Archiepiscopo quodam iuvene ab eis electo, eiusdem iuuenis rogatu Abbatem sancti Melarij Archiepiscopum ordinasse ait, cui eos obedire monet.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, clero & populo Dolensi in Britannia, salutem & Apostolicam benedictionem.

M Istitis ad nos quemdam iuuenem, petentes vobis à nobis illum ordinari Pontificem: cui quidem petitioni, quoniam sacri canones contradicunt, assensum præbere nequaquam potuimus. Nos denique cognoscentes Ecclesiam vestram diu nequissimi peruasoris tyrannide oppressam, ex debito & nostri officii consideratione, Apostolico fulti præsidio, prout valemus in Domino, reformare cupimus. Quapropter eiusdem iuuenis rogatu, assensuque sociorū eius, sancti Melarij Abbatem Iuonem nomine, quem ad nos vestra legatione misistis, virum utique (vt vos bene nostis) prudētē, bonum, ornatum moribus, omni que religione dignū, vobis in patrem, & Archiepiscopum consecrauimus, monentes, & obsecrantes, vt sicut beati Petri Apostoli, nostri que illius licet indigni famuli gratiam optatis, sic ei vt patri & rectori per omnia obedientiam exhibeatis. Dat. Romæ, v. Kal. Octobris, Indictione incipiente decima quinta.

EPISTOLA V.

S C R I B I T se Abbatem sancti Melarij, non approbato ob iuuenilem ætatem à Dolensibus electo, in Dolensem Archiepiscopū consecrasse, & pallium eidem concessisse; ea tamen conditione, vt controuersa discutiatur, quæ cum Turonensi Archiepiscopo de subiectione & obedientia agebatur: usum tamen pallij illi confirmat. Præcipit vt ei tantquam Archiepiscopo obedientiam exhibeant, & ad bona Ecclesiæ recuperanda auxilium præstent.

C GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, omnibus Episcopis Britannia, salutem & Apostolicam benedictionem.

N O N ignorare vos credimus, qualiter Dolensis clerus & populus ad nos direxit iuuenem quemdam satis præclarum genere, vt audiuius, postulantes, vt eum illis in Episcopum ordinarem. Cuius causam (sicut oportuit) examinantes, honestos quidem mores pro modulo ætatis suæ, sed nondum satis maturos, aut instructos ad portandum Episcopale pondus in eo probauimus: propter quod onerare eum tam graui sarcina nec sibi nec nobis cautum fore peruidimus. Deo autem aspirante adiuuenimus in comitatu suo personam huic dignitati, ætate, scientia & morum grauitate multò magis congruam, videlicet Iuonem Abbatem sancti Melarij, quem licet inuitum, atque obedientia astrictum, cum multa petitione, & electione illius, & aliorum qui cum eo venerant, Episcopum ordinauimus. Honorem quoque, & usum pallij pro vestra & totius prouinciæ dilectione ei concessimus, eo quidem tenore, vt opportuno tempore nullatenus se exhibere recuset ad discutiendam querimoniā, quam contra nos Rodolphus Turonensis Archiepiscopus de subiectione sedis illius, & denegata sibi obedientia iā diu apud nostrā & antecessorū nostrorū facit audientiam. Quod si ratione & iustitia demonstrante, vt ei subiecta esse debeat, apparuerit; nos quidem sanctæ Turonensi Ecclesiæ ius suum conseruari, Epist. Tom. 3. Ooo & de-

& debitam subiectionem à Dolensi Ecclesia exhiberi volumus, & Apostolica A
 auctoritate censemus: vsum tamen pallij non minus huic, suisque successoribus
 donec eorum introitus, & vita probabilis fuerit, concedimus, atque firmamus.
 Sin verò ab huius subiectionis iugo eam absolutam esse legali defensione
 constiterit, quæcunque sibi dignitatis priuilegia de cetero competere
 visa fuerint, Apostolica non denegabit auctoritas; atque interim, vt ei sicut
 Archiepiscopo subiectionem, & obedientiam exhibeatis, præsentia auctoritate
 constituimus. Hoc itaque pacto eum consecratum, & ornatum ad Sedem
 non humano consilio, sed diuinitus ei assignatam, remittentes vobis,
 valdè commendatum esse volumus, vt sicut nos in eo charitatem vestram, &
 totius prouinciæ principatum honorauimus, ita & vos quam pro eo suscepi-
 mus sollicitudinem, & pietatis affectum nobiscum suscipiatis. Ipsum quidem
 cum omni honore & reuerentia suscipientes, & vt bona Ecclesiæ iam per mul-
 tos annos à sacrilegis dispersa peruasoribus recuperare valeat, adiuuantes: B
 quatenus illa sedes olim nobilis & potens ad gloriam pristini decoris (Deo
 opitulante) vestris reformatur studiis: vestrisque restituatur temporibus. Sic
 etenim sic fratres dilectissimi, vocauit nos Deus, & Pater Domini nostri Iesu
 Christi, vt si in corpore dilecti filii sui membrorum dignitatem obtinere cupi-
 mus ad inuicem, etiam fraternis affectibus, & officiis intimi amoris connexi-
 simus. Agite ergo vt vestra fraternitas erga hunc fratrem & Ecclesiam sibi
 commissam talis existat, quatenus & apud Dominum omnipotentem pro ve-
 stræ beatitudinis premio gloriemur, & inter tot huius seculi nequam con-
 fligentes turbines, de consolatione vestræ cooperationis non nos tantum,
 sed & mater vestra sancta & Apostolica lætetur Ecclesia. Dat. Romæ, v. Kal.
 Octob. Indictione decimaquinta.

EPISTOLA VI.

RESERIBIT si excommunicato Regi Traiectensis Episcopus scienter commu-
 nicavit, & sine satisfactione obierit, cum eo nec mortuo posse communicari: sin minus il-
 lum absoluit, & sacrificia pro eo fieri optat. Rogat postremò pro Ecclesiæ tranquillitate
 preces ad Deum effundi.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Henrico Leodicensi Episcopo, salutem & Apo-
 stolicam benedictionem.

Vide Lamb. an.
 1073.



Vòd de causa Vviglielmi Traiectensis Episcopi nos consuluisti, D
 prudentia tua non tam à nobis, quàm à còmuni sanctorum patrū
 sententia indubitanter expressum addiscere & intelligere potest;
 quorum statuta seruantes, aut defendentes, si quando iudicium
 de negociis Ecclesiasticis fecimus, vel facimus, non noua, aut nostra proferi-
 mus, sed ab eis per Spiritum sanctum prolata sequimur, & exercemus. Vide
 ergo, & diligenter attende quid eorum auctoritas in eos decreuerit, qui ad
 subuertendas sacras regulas, ad scindendam vnitatē corporis Christi, quod
 est Ecclesia, schismaticis, atque hereticis calliditatibus armati vltro còtra pa-
 tres insurgunt, aut scienter cum excommunicatis communicant: & non so-
 lum super hoc, de quo fraternitas tua quaesuit, sed super omnibus, qui in ea-
 dem causa tenentur, eorum quorum vestigia (Deo auctore) perpendamus,
 pro

A pro nobis responsa suscipe. Quòd si nullo schismate, quod contra sanctam,
 & Apostolicam Ecclesiam præsumptum contra vltimum quemlibet Ecce-
 siæ ministrum fieri nullatenus debuisset, ipse, aut quicumque sua sponte sub-
 scripsit, & Regi excommunicato scienter communicans sine penitentia & sa-
 tisfactione discessit, vel discesserit, ab illa sanctorum patrum sententia discre-
 pare non possumus, videlicet quibus viuis non còmunicauimus, nec mortuis.
 communicare audemus. Sin verò inuitus subscripsit, & Regi excommunicato
 iuxta prohibitionem sanctorum canonum non communicauerit, Apostolica
 auctoritate eum absoluiamus, & vt orationes, sacrificium, & elemosynæ pro
 eo Domino offerantur, non solum annuimus, sed & valdè desideramus. De
 cetero rogamus dilectionem tuam, vt sine intermissione orationem ad Do-
 minum facias, & in idipsum fratres quos possis, ac subditos inuites, atque cò-
 moneas: quatenus per misericordiam suam Ecclesiam diu & valdè laboran-
 tem respiciat, & quam inter tot & tantorum turbinum fluctus miserabiliter af-
 flictam, & penè conuassatam videt, ne penitus demergatur, eripiat, & ad lit-
 tus tranquillitatis pro sua pietate reducat. Dat. Romæ, v. Kal. Nouembris,
 Indictione decimaquinta.

Orationes, sa-
 crificia & ele-
 mosynæ pro de-
 functis.

EPISTOLA VII.

ET SI Ecclesia frequentes patiatur persecutiones à Normanis & Henrico Rege,
 sperat tamen se Henricum deuicturum, sicut antea Normanos deuicerat. Nunciat Teu-
 tonicis, nisi Rex resipuerit, alium Regem electuros, illosque in Domino excitat & con-
 firmat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 C Henrico, Arderico, Vvifredo fidelibus sanctæ Apostolicæ
 sedis legitimis filijs Mediolanensis Ecclesiæ,
 salutem & Apostolicam benedictionem.



Manifesta Apostoli sententia est, quòd omnes, qui piè volunt viuere a. Tim. 3.
 in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Quæ sententia cum Apo-
 lica sede ad nos quasi hereditario iure peruenit, cum hinc bona
 Ecclesiæ Normanni multoties periuri conantur auferre, ex altera
 parte simoniaci cum Henrico Rege eorum decreta sanctorum patrum cum
 omni religione moliantur euertere. Sed confidimus in Domino, qui super-
 biam Normannorum paulò ante sub manu nostra substravit, quòd aduersus
 Apostolicam sedem non diu præualebunt. Nos tamen sacrilegæ inuasionis
 eorum nunquam erimus consentiendo participes. De conspiratione autem
 D hæreticorum & Regis, quomodo à Catholicis Episcopis, & Ducibus, & mul-
 tis aliis in Teutonicis partibus apertè impugnetur, vos qui illis propè estis, la-
 tere nõ credimus. Ad tantum enim numerum fideles Romanæ Ecclesiæ per-
 uenerunt, vt nisi ad satisfactionem veniat Rex, alium Regem palàm dicant
 eligere, quibus nos fauere seruata iustitia promissimus, promissumque firmum
 tenebimus. Vos itaque confortamini in Domino, quoniam per misericordiã
 Dei prope est redemptio vestra, & ad tertium superandum non adhuc virtus
 Petro defecit, qui duos illos priores Vvidonem, & Gothifredum contra Ro-
 manam Ecclesiam calcitrantes, ab Episcopali sede deiecit. Dat. Romæ, ij.
 kal. Nouembris, Indictione decimaquinta.

Epist. Tom. 3.

Ooo 2 EPI-

Vt Senensem Episcopum, qui Henrico Regi communicauerat, & absolutionem petierat, omnes ipsius duo viciniores Episcopi conueniant, eiue penitentiam iniungant, qui peracta se eum absolutorum pollicetur. Interim si in periculum vitæ inciderit, et absolutionem impartitur.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Episcopis Tusciæ, Constantino Aretino, Rainerio Florentino, Leoni Pistoriensi, Anselmo Lucensi, Lanfranco Clusino, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non ignorare credimus fraternitatem vestram, qualiter comprouincialis vester Rodolphus Senensis Episcopus hoc in anno sine nostra licentia Regem excommunicatum adiens, contra omnem Ecclesiasticam auctoritatem cõmunicando cum eo eiusdem excommunicationis laqueum incurrerit. Qua de re quamquam eum propria accuset & reum iudicet conscientia, à nulla tamen in communione, sicut excommunicatum oportuerit, se abstinere curauit: sed omnia tam in ministerio, quàm exteriore conuersatione præsumens, peccati sui maculas in multos disperfit, & nihil in se quod ad delictum pertineat, habitu vel conuersatione demonstrans, à nobis per legatos suos ad satisfaciendum de culpa recipi postulat, & absolui. Quod quidem nos minimè faciendum esse iudicauimus, nisi prius eum pro reatus sui penitentia ad formam & habitudinem amissæ cõmunionis per aliquod tempus humiliatum fore cognosceremus. Proinde fraternitati vestræ scripsimus, admonentes, vt eum si potestis omnes, aut duo de vicinioribus in loco congruo quantocyus conueniatis, & iniungentes ei (prout vobis visum fuerit) penitentiam, vt in priuatum locum se recipiat, & sicut in sacris statutum est canonibus, à Christiana communione se absteineat, commoneatis. Ad quod si exhibere se prompta obediuntione non recusauerit, & qui culpam non cauit, ad faciendam penitentiam pro humana verecundia sibi non pepercerit; tunc demum requisita vel ipse, vel per legatos suos cum testimonio litterarum vestrarum Apostolica clementia, de eius absolutione quicquid (Deo donante) dignum fore peruiderimus, respondere & agere nõ denegabimus. Interim verò si ad periculũ vitæ diuino iudicio (quod nos non optamus) eum venire contigerit, & ad penitentiam (sicut supra diximus) humiliatus fuerit, auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & ea quã nos licet indigni per eos suscepimus, absolutus participationem & gratiam sacrosanctæ communionis accipiat. Dat. Romæ, Kal. Nouemb. Indictione decimaquinta.

EPISTOLA IX.

Si Aurelianensis Episcopus litteras Apostolicas, quibus Pontifex eum ad se venire præceperat, se non vidisse affirmauerit, eius gesta adhuc se æquanimiter laturum; minus ab omni Episcopali officio & communione corporis Domini suspendit. Præcipit vt Romam ad Concilium veniat, & ipsum Aurelianensem Episcopum, secum venire commoneat; aliosque clericos diuersa iura pretendentes.

GRE-

A GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richerio Senonensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non credimus latere fraternitatẽ tuã, quòd litteris nostris Raineriũ Aurelianensem Episcopum commonimus ad nos venire, quatenus de multis sibi obiectis, & maximè de cõfusione Aurelianensis Ecclesiæ responderet. Qui ita admonitionem nostram contempserit, vt neque ipse veniret, neque aliquã rationabilem absentationis suæ excusationem transmitteret, cuius vt inobedienciæ plenius culpam cognosceres, exemplar litterarum, quas olim sibi misimus, religioni tuæ ostendere curauimus: quas si sacramento firmauerit se non vidisse, neque suo ingenio quòd non viderit, remansisse, facta suã adhuc æquanimiter ferimus. Aliter autem, secundum tenorem huius conditionis iureiurando minimè facto, decernimus eum ab omni Episcopali officio esse suspensum, & à communione corporis & sanguinis Domini separatum, nisi fortè sibi mortis periculum superuenerit. Et quia non solum necessitas, & tribulatio illius Ecclesiæ, verum etiam multa alia regni vestri negocia exigunt, vt Romano concilio fraternitas tua interesse debeat, admonemus te, vt omni remota occasione ad proximam Synodum nostram venias, & iam dictum Aurelianensem Episcopum tecum venire commoneas. Volumus etiam vt & is qui nunc tenet decaniam, cum eodem Episcopo veniat. Sed & Ioschelimum qui iniuste se expoliatum, & plurima sua pro reparatione bonorũ Ecclesiæ expendisse deplorat, necnon Euerardum, & aliquos de clericis ostensuros tam decretum proprium Episcopi, quàm etiam venerandæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri priuilegium, venire præcipimus: quatenus vniuscuiusque rationem diligentissimè possimus inquirere, & quæ corrigenda sunt, ita (Deo auxiliante) corrigere, vt quisque iustitiam suam habeat, & Ecclesia omninò quiescat. Interim autem ad firmissimam, & inuiolabilem pacem eiusdem Ecclesiæ decernimus, vt illi qui nunc Decaniæ præest, vsque ad audientiam nostram eiusdem Decaniæ possessio relinquatur, Ioschelino verò quicquid ante initium huius litteris tenuit, sine contradictione tenere permittatur. Benedicto autè non solum præbendam suam, sed etiam ea quæ occasione huius discordiæ videtur perdidisse, in integrum restituenda fore iubemus. Dat. Romæ, iiii. Nonas Nouemb. Indictione decimaquinta.

EPISTOLA X.

RESPONDET clericos fornicarios Missas celebrare non debere, sed extra chorum esse pellendos. Quod vt fiat, præcipit, & Humberto cuidam Archidiacono fidem non esse adhibendam, qui in hæresim lapsus fuerat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Adilæ Flandrensi Comitissæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Reuertit ad aures nostras, quòd quidam vestrum dubitant, vtum nec ne Sacerdotes, ac Leuitæ, seu ceteri qui sacris altaribus administrant in fornicatione persistentes Missæ debeant celebrare officium. Quibus ex auctoritate sanctorum patrum respondemus, Epist. Tom. 3. Ooo 3 nullo

nullo modo ministros sacri altaris in fornicatione existentes Missæ debere celebrare officium; quin etiam extra choros esse pellendos, quousque pœnitentiæ dignos fructus exhibeant. Vnde Apostolica tibi auctoritate præcipimus, quatenus nullos eorum, qui in scelere perdurant, ad sacrum mysterium celebrandum suscipiatis, sed vndecumque poteritis tales ad Missas celebrandas acquiratis, qui castè Deo deseruiant: his talibus profus ab omnibus Ecclesiæ beneficijs procul expulsis: neque Huberti Archidiaconi verba suscipiatis, seu aliquibus suis sermonibus faueatis: quia (vt audiui) in hæresim lapsus est suis prauis contentionibus, & ab Huberto legato huius sanctæ Romanæ sedis apud monasteriolum publicè est conuictus. Dat. Romæ, iij. Idus Nouembris, Indictione decimaquinta.

EPISTOLA XI.

Vt persequatur simoniacos sacerdotes & fornicarios. Inuehitur in Episcopos, qui Apostolicæ sedi inobedientes erant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Roberto Comiti Flandrensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Reuertit ad Apostolicam sedem, quod in terra tuæ dominationis qui vocantur sacerdotes in fornicatione positi non erubescant cando Missam, tractare corpus & sanguinem Christi, non attendentes quæ infamia, quod uel scelus est, vno eodemque tempore corpus meretricis & corpus attingere Christi. Quapropter ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beati Petri Apostolorum principis te rogamus, ac tibi omnino præcipimus, vt vbi cumque potes huic sceleri resistere, & simoniacis contradicere, nullius ratio, vel gratia te possit retorquere. Qui enim dixit: Omnis qui audit, dicat veni; nulli alicuius ordinis excepit: & quicumque vult à patrefamilia denarium accipere, procuret in vinea Domini laborare. Hæc quidem vniuersalis mater præcepit his qui vocantur Episcopi, dicere sicut oportet, sed quales sint à fructibus eorum potestis cognoscere: quia non per ostium ingredientibus in ouile ouium, sed aliunde ascendentes fures sunt & latrones. Per ostium quippè ingreditur, id est per Christum, qui secundum sacros canones Episcopus constituitur. Nam quod in diuina scriptura dicitur: Sacerdotes mali ruina populi; in nostro tempore luce clarius comprobatur. Plurimi enim eorum qui vocantur Episcopi, non solum iustitiam non defendunt, sed etiam ne clarescat, multis modis occultare nituntur. Tales verò non Episcopi, sed Christi habet inimicos: & sicut illi non curant Apostolicæ sedi obedire, ita vos nullam eis obedientiam exhibete. Nam præpositis non obediens scelus est incurrere idololatriæ, iuxta verba Prophetæ Samuelis, quæ beatus Gregorius in ultimo libro moralium, vbi de obedientia loquitur, procurauit explanare. Hæc nostra verba, licet rustica, cum communi fidei nostro Ingelranno, qui diu nobiscum in sacro palatio mansit, vel cum alijs veritatis amatoribus frequenter legite, & omnes clericos & laicos, vt veritatem sciant & proferant, prouocare, vt bona fratribus vestris nunciantes inter Angelos sortem mereamini accipere, & cum electis in cælesti patria gaudeat. Dat. Romæ, iij. Id. Nouembris, Indictione decimaquinta.

EPI-

EPISTOLA XII.

Nunciatur Henricum Regem humillimam pœnitentiam egisse, seque omnium instantium supplicationibus eum absoluisse accepto fidelitatis iuramento. Mittit exemplar iuramentandi. In Germaniam se iturum pollicetur, hortatur interim vt in fide & in amore iustitiæ perseuerent.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus,
ceterisque Principibus regni Teutonicorum Christianam fidem defendentibus, salutem & Apostolicam benedictionem.



Voniam pro amore iustitiæ communem nobiscum in agone Christianæ militiæ causam & periculum suscepistis, qualiter Rex humiliatus ad pœnitentiam absolutionis veniam impetrauerit, & quomodo tota causa post introitum eius in Italiam hucusque deducta sit, vestræ dilectionis sincera charitate indicare curauimus, sicut constitutum fuit cum legatis, qui ad nos de vestris partibus missi sunt, in Logobardiam venimus circiter viginti dies ante terminum, in quo aliquis Ducum ad clusas nobis occurrere debuit, expectantes aduentum illorum, quatenus ad partes illas transire possemus. Verum cum iam decurso termino hoc nobis nunciaretur, his temporibus præ multis (quod nos quidem credimus) difficultatibus, ducatum nobis obuiam mitti non posse, nec aliunde copiam ad vos transire habere, non parua sollicitudine, quid potissimum nobis agendum foret, circumuenti sumus. Interim verò Regem aduentare certè cognouimus: qui etiam priusquam intrasset Italiam, supplices ad nos legatos præmittens, per omnia se satisfacturum Deo & sancto Petro, ac nobis obtulit, & ad emendationem vitæ suæ omnem se seruaturum obedientiam repro-misit, dummodo apud nos absolutionis, & Apostolicæ benedictionis gratiâ impetrare mereretur: quod cum diu multis cõsultationibus differentes, acriter eum de suis excessibus per omnes qui intercurrerant nuncios redargueremus, tandem per semetipsum nihil hostile, aut temerarium ostentans, ad oppidum Canusij, in quo morati sumus cum paucis aduenit, ibique per triduum ante portam castris deposito omni regio cultu miserabiliter, vt potè discalciatus, & lanceis indutus persistens, non prius cum multo fetu Apostolicæ miserationis auxilium & cõsolationem implorare destitit, quam omnes qui ibi aderant, & ad quos rumor ille peruenit, ad tantam pietatem, & compassionis misericordiam mouit, vt pro eo multis precibus, & lachrymis intercedentes, omnes quidem insolitam nostræ mentis duritiam mirarentur, nonnulli verò in nobis non Apostolicæ seueritatis grauitatem, sed quasi tyrannicæ feritatis crudelitatem esse clamarēt. Denique instantia compunctionis eius, & tanta omnium qui ibi aderant supplicatione deuicti, tandem eum relaxato, anathematis vinculo in communionis gratiam, & sinum sanctæ matris Ecclesiæ recepimus, acceptis ab eo securitatibus, quæ inferius scriptæ sunt, quarum etiam confirmationem per manus Abbatis Cluniacensis, & filiarum nostrarum Mathildis, & Comitissæ Adelaïæ, & aliorum principum, Episcoporum, & laicorum, qui nobis ad hoc vtilis visi sunt, recepimus. His itaque sic peractis,

Vide Lamb. Bertol. an. 1077. Leo Ostien. lib. 3. c. 48.

Pœnitentia Henrici Regis.

pœna clericorum concubinatorum.

Matt. 20.

1. Reg. 15.
B. Greg. lib. 35.
cap. 10.

peratis, ut ad pacem Ecclesiae & concordiam regni (sicut diu desiderauimus) A
omnia plenius, Deo adiuuante, coaptare possimus, ad partes vestras data pri-
mum opportunitate transire cupimus. Hoc enim dilectionem vestram in du-
bitatere scire volumus, quoniam sicut in descriptis securitatibus cognoscere po-
testis, ita adhuc totius negotii causa suspensa est, ut & aduentus noster, & co-
filiorum vestrorum vnanimitas permaximè necessaria esse videantur. Qua-
propter in ea fide, quam coepistis, & amore iustitiae omnes permanere stude-
tesciant nos non aliter Regi oblatos esse, nisi quòd puro sermone (sicut mi-
hi mos est) in his cum de nobis sperare dixerimus, in quibus eum ad salutem,
& honorem suum, aut cum iustitia, aut cum misericordia sine nostrae & illius
animae periculo adiuuare possimus.

Iusiurandum Henrici Regis Teutonicorum.

EGO Henricus Rex de murmuratione & dissensione, quam nunc ha-
bent contra me Archiepiscopi, & Episcopi, Duces, Comites, ceterique
Principes regni Teutonicorum, & alij, qui eos in eadem dissensionis cau-
sa sequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa Gregorius constitue-
rit, aut iustitiam secundum iudicium eius, aut concordiam secundum con-
siliu eius faciam, nisi certum impedimentum mihi, vel sibi obtiterit,
quo transacto ad peragendum idem paratus ero. Item si idem Dominus Pa-
pa Gregorius ultra montes, seu ad alias partes terrarum ire voluerit, secu-
rus erit ex mei parte, & eorum quos constringere potero, ab omni lesione
vita, & membrorum eius, seu captione, tam ipse, quam qui in eius condu-
ctu, & comitatu fuerint, seu qui ab illo mittuntur, vel ad eum de quibus-
cumque terrarum partibus venerint in eundo, & ibi morando, seu inde
redeundo, neque aliud aliquid impedimentum habebit ex meo consensu,
quod contra honorem suum sit: & si quis ei fecerit, cum bona fide secundum
posse meum, illum adiuuabo. Actum Canusie, V. Kalen. Feb. Indictione
decimaquinta.

EPISTOLA XIII.

NON debere eum conueniri de pallio concesso Episcopo Dolensi, cum id a se factum
sit, saluo Turonensis Ecclesiae iure, de quo exploratus se sententiam laturum esse affir-
mat cum aut ipse in Germaniam, ut destinauit, transierit, aut Archiepiscopus ipse vna
cum Dolensi Episcopo Romam vocatus acceperit. Interim quare id fecerit causam reddit. D

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rodulpho Turonensi Archiepiscopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Quod de consecratione Dolensis Episcopi, & concessio sibi honore
pallij aduersum nos conquereris, pro voluntate potius quam ra-
tione facere videris, qui nos in ea re Ecclesiae, cui (Deo volente)
praesse dinosceris, totius iustitiae locum reseruasse cognoscis. Cum
enim

SVMMORVM PONTIFICVM. 715

A enim audiuius Principes illius terrae contra antiquam & pessimam consue-
tudinem, pro reuerentia Dei omnipotentis, & Apostolicae auctoritatis, vlti-
mus in ordinandis Episcopis nec dominium inuestiturae tenere, nec pecuniae
commodum quærere velle, atque ob hoc ad Apostolicam misisse sedem, ut in
praefato loco iuxta sanctorum patrum statuta legalis ordinaretur Episcopus;
deuotioni eorum valde congaudendum, & petitionibus annuendum dignum duxi-
mus. Verum quam cautè nos Turonensi Ecclesiae & eius dignitati prouideri-
mus, in litteris illis, quas ad Britannicos Principes, & Episcopos misimus (quod
& te cognouisse putamus) aptissimè continetur. Qua propter fraternitas tua si-
ne omni murmuratione discussionem, & iustam diffinitionem huius causae ex-
pectare non reuet: quoniam & quod factum est, consideratione fecimus, &
quod faciendum diligenti inquisitione (sicut res magna & ambigua postulat)
pertractare & exequi volumus. Neque id in longum (Deo prouidente) prote-
labitur: quoniam si in partes regni Teutonicorum, prout destinauimus, hoc
in tempore transierimus, inde aut nosmetipsi ad vos pertransiemus, aut tales
qui hanc causam sincera exploratione discutiant, atque diffinant mittere
procurabimus. Quod si eo modo nostrae dispositionis consilium transigi non
posse contigerit, congruo tempore & te & Dolensem Episcopum ad praesen-
tiam sedis Apostolicae conuocabimus, & ibi causam vestram vtrinque dilige-
ter examinatum, prout sincera veritas, & iustitia exquiserit, ad irreuocabilem
(Deo fauente) finem perducemus. Dat. in Longobardia in loco qui dicitur
Carpineta. kal. Mart, Indictione decimaquinta.

EPISTOLA XIII.

N deinceps in Episcopum recipiant Robertum periurum & simoniacum, & ut aliū
legitimum pastorem eligant. Quod si quis non canonicè Episcopus factus sit, ipse, omnes
factores eius, & consentientes excommunicentur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vniuerso clero & populo Carnotensis Ecclesiae, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Vamquam id ipsum ad aures vestras peruenisse credamus, tamen
ut nulla inter vos diuersi rumoris, aut opinionis dissensio causam
Dei impedire valeat, per praesentem epistolam vobis notificare
dignum duximus, quod Robertus monachus, qui Ecclesiam ve-
stram nefanda ambitione occupauit, in terribili culpa periurii se obligauit,
cum Episcopatum illum haud dubiè à nostro legato commonitus (sicut su-
pra corpus beati Petri Apostolorum principis iurauerat) dimittere noluit, &
alia quae in eodem sacramento tenebatur, infregit. Vnde Apostolica vos au-
thoritate monemus, atque praecipimus, ut eum nullatenus deinceps pro Epi-
scopo, aut Domino habeatis, nec aliquam sibi obedientiam, vel seruitiū exhi-
beatis. Verum ne Ecclesia illa diutius sine pastore remaneat, vel introitus
eius simoniacae subreptioni vltius pateat, eadem auctoritate vobis praeci-
mus, ut praemissis orationibus, atque triduo ieiunio cum elemosynis, pro
nullius timore, vel gratia, pro nulla vquam occasione praetermittatis, quin
talem vobis in Episcopum eligatis, qui non aliundè sicut fur & latro, sed per
ostium intrans pastor ouium vocari & esse debeat. Illud enim scitote, quo-
niam

niam si quis ad sedem illam contra regulam sanctorum patrum aspirauerit, ipsum & omnes fautores eius, vel in ea re consentientes, Apostolica censura, & anathematis gladio feriemus, & à corpore totius Ecclesiae decedemus. Quapropter mementote, quod nemo pro vobis passus, nemo pro vobis mortuus est, nisi Christus, cuius libertatem, sicut dilecti filij Dei tenentes & defendentes, iugum iniquitatis, aut aliquod dominium ad perditionem animarum vestrarum vobis imponi nullatenus patiamini; scientes quod nunquam vobis in hac causa Apostolica deerit auctoritas, & defensio. Dat. Carpineta, iij. Non. Mart. Indictione decima quinta.

EPISTOLA XV.

VT in Roberti locum alium à clero & populo Carnotensi canonicè eligendū curent, & in Episcopum cōsecrent, & eundem Robertum ac Hugonem fratrem compellāt restituere quae Ecclesia abstulerant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richerio Senonensi Archiepiscopo & coepiscopis suffraganeis eius, excepto eo qui interdictus est, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Non ignorare credimus fraternitatem vestram, quibus de causis Robertum monachum aliquando dictum Carnotensem Episcopum ab Episcopali sede & officio, canonica & Apostolica censura priuauit, quamquam adhuc eandem sedem ad confusionem suam contra sacramentum, quod supra corpus beati Petri Apostolorum principis fecit, occupare non desierit. Verum quoniam Ecclesiam illam canonicè electionem in aliquam idoneam personam facere admonuimus; admonemus & vos, vt eidem electioni, eam quam oportet aut per vos, aut per idoneos nuncios vestros diligentiam adhibentes, quem electum canonicè cognoueritis, & manus imponere, & in Episcopum consecrare, nulla occasione recusetis: scientes quoniam si illud timore, aut gratia cuiusquam praetermiseritis, nos tamen inordinatum eum nullatenus relinquemus, & vos eo honore & dignitate, quam ignobiliter deferere non erubescitis, deinceps indignos fore iudicabimus. Praecipimus etiam ex diuina iustitia, & Apostolica auctoritate, vt eundem Robertum & fratrem eius Hugonem commoneatis, quatenus praefata Carnotensi Ecclesiae & clericis eius, quae abstulere, omnino restituant, & deinceps nullam eis iniustitiam facere praesumant. Quod si infra tres hebdomadas postquam hanc epistolam videritis, adimplere contempserit, vsque ad dignam satisfactionem, & emendationem eos à liminibus Ecclesiae veluti raptores, & sacrilegos exterminate. Dat. Carpineta, iij. Non. Mar. Indictione decima quinta.

EPISTOLA XVI.

SALVTEM & benedictionem tamquam excommunicatis illis non mittit. Praecipit vt coram Diensi Episcopo compareant, vt discutiatur causa, quae inter ipsos & Viennensem Archiepiscopum de iurisdictione cuiusdam loci vertebatur, eisque necnon Viennensi Episcopo in omnibus obsequentes se exhibeant, sin minus eorum contumaciam impunitam se non praetermissurum minatur.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Romanensibus clericis.



Vobis salutem & Apostolicam benedictionem vobis ex more non mittimus, propter excommunicationem, quam pro culpis vestris incurrere non timuistis, sicut sacra praecipit auctoritas, praetermittimus. Scribere tamen vobis, & admonere super his, quae ad correctionem vestram pertinent, ipsa Apostolica moderaminis mansuetudo, & consueta pietas à nobis exigit. Conqueritur enim aduersum nos confrater noster Vormundus venerabilis Viennensis Archiepiscopus, quod ei antiquam debitam potestatem loci vestri contradicere praesumpseritis, quam ab initio proprii iuris Viennensis Ecclesiae extitisse, & haecenus sub dispositione suorum antecessorum fuisse non ignoretis: indicans etiam vos hanc contradicendi sibi occasionem irrationabiliter, & callidè praetendere, vt idem locus iuris sancti Petri, & sub eius dominio nescio quibus auctoribus, vel cessionibus esse debeat. Vnde & vos causam istam multo cautius oportet attendere, & qualiter rectissime discutiatur prouidere, vt nec Apostolicae fedi, nec Viennensi Ecclesiae alicuius praedicti, aut incommoditatis grauamen videamur inferre. Nam sicut sanctae Romanae & Apostolicae Ecclesiae iura & dignitates suas conseruari cupimus, ita & membris eius, videlicet ceteris Ecclesijs ex huius prouidentia & auctoritate oportere, & dignissimum esse perpendimus. Quapropter Apostolica vos auctoritate monemus, atque praecipimus, vt ad discutiendam causam istam confratri nostro Hugoni venerabili Diensi Episcopo, cui & vicem nostram in aliis commisimus, sine omni contradictionis mora vos representetis; & quicquid ipse super hac re iustum fore prouiderit, atque iudicauerit, obedienter exequi nullatenus praetermittatis. Exhibentes etiam vos in omni obedientia & humilitate eidem vicario nostro, & praefato Viennensi Archiepiscopo ad satisfaciendum super his, quibus vos reprehensibiles, & merito corrigendos appellauerint. Videte ergo quam attentis auribus, & obedientibus animis nos in his omnibus audiatis: scientes quoniam si denuò ad nos vestrae inobedientiae, & temerariae resultationis contumacia perlata fuerit, inultam eam, & condigna seueritate impunitam nullatenus Apostolica dissimulabit auctoritas, & introitu Ecclesiae vestrae omnibus hominibus praesenti auctoritate prohibito, eam etiam quam praefati fratres nostri ultionis in vos sententiam & iudicium exercuerint, perurgenti in vos distributioneratum ac firmum esse censemus. Dat. apud castrum, quod dicitur Carpinum, xiiij. kal. Aprilis, Indictione decima quinta.

EPISTOLA XVII.

CAVSAM Dolenfis Episcopi propter eius scelera ab Episcopatu eiectionis, ita tractatam fuisse, vt accuratius tractari non posse videretur. Eius tamen precibus legatos destinasse, qui eam iterum in eadem Ecclesia pertractent, in quorum determinatione cum acquieturum non dubitat. Ad eius gloriam se paratum ostendit. cetera Huberto legato se in mandatis daturum, cui fidem adhibeat.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
 Vvilielmo Regi Anglorum, salutem & Aposto-
 licam benedictionem.



Aufam vnde nos in litteris vestris rogastis, ita iam ad extremum deductam esse putauimus, vt nihil in ea quod vltius retractandum esset, restare videretur. Nam cum in Dolensi Ecclesia Episcopum ordinauimus, ita hunc pro quo excellentia vestra interuenit, ad deiectionem suam ex proprijs facinoribus, & ad vltimū ex inobediētia se precipitasse non solum per clericos & religiosas personas illius Ecclesiae, sed etiam per legatum nostrum Leuzonem monachum intellexeramus, vt magis sibi de malis in Ecclesiam commissis, & corruptissima vita sua timēdum & plangendum, quam pro recuperatione Episcopatus proclamandum, aut quicquam sperandum fore iudicarem. Attamen ne deprecationem vestram sine ea qua oportet cura & benignitate suscepisse videamur. & si aliquis per subreptionem (quod non credimus) nos fefellit, ad inquirendum & corrigendum minus solliciti inueniamur; legatos nostros, videlicet confratrem nostrum Hugonem venerabilem Diensem Episcopum, & dilectum filium nostrum Hubertum sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconum, & ipsum etiā Leuzonem monachum, si ereptum ab infirmitate poterimus, illuc mittere decreuimus, qui causā diligētī inquisitione discutiāt, & si quid in ea dictante iustitia mutandum, vel emendandum fuerit, consequenti ratione, & auctoritate exequi studeant. Nusquā enim hoc negociū rectius, aut diligentius, quam in eadem Ecclesia pertractari posse videretur, vbi & hic & illi praesentes esse valeant, & vestri etiam interesse fideles: qui rationem & iustitiam plenē perco-
 gnitam certis assertionibus vobis indicare queant. Nec dubitamus equidem C
 quin vestra celsitudo diffinitioni iustitiae concorditer acquiescat: quoniam licet in vobis per misericordiam Dei multae & egregiae sunt virtutes, haec tamē est praecleara & famosissima, & quae gloriam vestram Deo praecipue commendat & hominibus, quod iustitiam, quam vos facere prompti estis, alijs etiā facientibus diligitis atque probatis. De cetero scitote eminentiam vestram, & saepe cognitam deuotionem eius nobis gratissimam fore, qui & vos ipsos, & quicquid ad gloriam sublimitatis vestrae Deo auctore proficere potest, semper in corde & visceribus nostris cum magno desiderio & affectu intimae charitatis amplectimur, & ad voluntatem vestram in omnibus, quae apud nos impetrare quaesieritis, quoad possumus, & secundum beneplacitum Dei, nos audere cognoscimus, lecti & annuere parati sumus. Quia verō praefatum filium nostrum Hubertum ad vos vsque dirigere destinauimus, plura vobis scribere non necessarium duximus: quoniam in omnibus, quae ex nostra D
 parte vobis refert, ipsum quasi certissimam epistolam nostram & verba nostra fideliter continentem fore, nec nos dubitamus, nec vestram excellentiam dubitare volumus. Deus autem omnipotens meritis & intercessionibus Apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum suorum, tibi & serenissimae reginae Mathildi uxori tuae, & clarissimis filiis vestris omnium peccatorū vestrorū indulgentiam & remissionē, & absolutionem tribuat; & cum vos de rebus mundanis eximi iusserit, ad aeternum regnum suum & veram gloriam transire faciat. Dat. Bibianelli, xij. Kal. Aprilis, Indictione decimaquinta.

EPI-

EPISTOLA XVIII.

A CONFIRMAT excommunicationis sententiam à Diensi Episcopo legato latā in Stephanum Aniciensis Ecclesiae inuasorem: ideo ab omni sacramento praestito eos absolvens, praecipit ne ei amplius obedientiam exhibeant, & vt alium pastorem eligant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Aniciensibus Canonicis.



Notum est vobis qualiter Stephanus Aniciensis Ecclesiae inuasor & simoniacus despecto sacramento, quod nobis super corpus sancti Petri de liberatione eiusdem Ecclesiae fecerat, eam occupare, & tyrannica oppressione affligere non cessat. Vnde scire vos volumus, quia sicut confrater noster Hugo Diensis Episcopus, cui vices nostras in Galliarum partibus agendas commisimus, illum excommunicauit, sic & nos excommunicauimus, & à gremio sanctae Ecclesiae separauimus. Quapropter Apostolica auctoritate praecipimus vobis, vt colla vestra de sub iugo eius excutientes, ne illi adhaerentes diabolo, cuius ipse membrum factus est, seruiatis: sed ab illo sicut ab excommunicato oportet, caueatis, & de excommunicatione, quam incurristis coram praedicto Diensi Episcopo satisficientes, ipsius consilio pastorem vobis secundum Dominum eligatis. Quod si feceritis, ab omni sacramento & obligatione, quam praefato simoniaci contra Dominum fecistis, ex parte sancti Petri vos absoluiimus. Si verō etiā nunc nostrae salutari iussioni recalcitrare praesumpseritis, pari vos anathemate condemnatos sciatis. Dat. Bibianello, x. Kal. Apr. Indictione decimaquinta.

EPISTOLA XIX.

C CONFIRMAT sententiam in Aniciensem Episcopum latam, vt in superiori epistola. excommunicat praeterea omnes, qui consilium ei dederint; vt in sua haeresi permaneat. prohibet quoque oblationes in eadem Ecclesia fieri quamdiu ab eo derineatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 vniuersis Galliarum Episcopis, & cunctis ordinibus sub
 eis constitutis, quibus pro merito debetur, salutem & Apostolicam benedictionem.



Notum esse volumus charitati vestrae, quod Stephanus Aniciensis Ecclesiae inuasor, & simoniacus iurauit nobis super corpus beati Petri, vt Ecclesiam ipsam dimitteret, & pastorem in ea secundum Dominum eligere atque constituere per fidem adiuuaret, quandocumque legatus Apostolicae sedis cū litteris nostris id eū facere per sacramentū moneret. Postea verō cōmonitus à cōfratre nostro Hugone Diensi Episcopo huius specialiter negocij litteras à nobis habente, quāuis eidē vices nostras in Galliarū partibus cōmissemus, Ecclesiam non cessat opprimere, & filios eius duplici contritione, corporali scilicet & spiritali cōterere. Vnde excommunicationem, quā praedictus legatus noster super eū fecit, nos cōfirmamus, ipsumq. & omnes qui deinceps cōsiliū ei dederint, vt in hac haeresi permaneat, ex parte Dei & sancti Petri anathematizamus, Ppp
 Epist. Tom. 3. donec

donec resipiscant. Contradicimus etiam, ut nullam pecuniam aliquis offerat in podio sanctae Mariae siue ad altaria, siue ad manus sacerdotum, donec Ecclesia liberetur à tam impiâ oppressione: quia oblationes fidelium praedicti Stephanum à Deo apostatate, atque contra eum faciunt superbire. Vobis autem fratres coepiscopi hanc excommunicationem atque contradictionem in parochiis vestris per diuersa loca recitare, & ex parte vestra confirmare Apostolica auctoritate praecipimus. Dat. Bibianello, x. Kal. Aprilis, Indictione decima quinta.

EPISTOLA XX.

VVALTERVM quendam ab Archiepiscopo Remensi excommunicatum, & à se sub cautela absolutum, ab Archiepiscopo, si culpa vacauerit, absolui iubet. Quod si ille facere noluerit, vult ut ipse absoluat: si vero in culpa fuerit, ad satisfactionem coarctet. Eodem quoque pacto Azzo quendam canonicum absoluat. Monachis sancti Lamberti, qui extraneo Abbati obedire noluerant, excommunicationis sententiam relaxet, & Cameracenses si hominem idem combusserint, quia simoniacos & fornicarios Missas celebrare non debere assererent, excommunicet, seque Ecclesiae fidelem ministrum exhibeat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Iosfredo Parisiensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

V Ir iste videlicet praesentium portitor Vualterus de Duaco ad nos veniens, multis supplicationibus nobis institit, quatenus ei per Apostolicam pietatis misericordiam consilium absolutionis nostro interuentu impenderemus apud confratrem nostrum Remensem Archiepiscopum, qui eum excommunicauerat: indicans nobis, quod de causa propter quam excommunicatus sit, multoties ad disceptationem & faciendam iustitiam ante excommunicationem & post excommunicationem se paratum obrulerit. Verum quia relationi suae sine legitima discussione credere non satis cautum, aut rationabile esse putauimus; diffinitam sententiam pro eius absolutione dare nolimus, eam solummodo misericordiam ex gratia & indulgentia Apostolorum Petri & Pauli, ad quorum limina veniebat, sibi concedentes, ut in eundo & redeundo sacrae communionis licentiam haberet usque in octauum diem postquam rediret ad patriam. Ceterum ne diutius aliqua indigna occasione sub excommunicationis nexibus teneatur, Apostolica te auctoritate monemus, ut fultus his litteris nostris, Archiepiscopum conuenire studeas, & perquisita, ac cognita mera huius negotii veritate, si iste aut pro sua innocentia, aut congruae satisfactionis exhibitione tibi absoluedus videbitur, continuo Archiepiscopum, ut eum sine contradictione absoluat, ex nostra parte commoneas; qui si aliqua hoc excusatione renuerit, tu ipse eum nostra vice absolueres nullatenus praetermittas. Si vero istum in culpa esse, & quod iustum fuerit exequi nosse contiterit, usque ad dignam satisfactionem sub excommunicationis vinculo coarctari debere decernimus. Praeterea Azzo quidam canonicus Ecclesiae sancti Amari de praenominato loco, pro quodam dicto, licet vero, nimis tamen leuiter, & irreuerenter prolato, à consortio fratrum se eiectum esse innotuit. Quae similiter Apostolicae miserationis clementiam pro sua reconciliatione implorante itidem tibi committimus, ut si alia eum culpa damnationi magis debita non accusat, pro hac in capitulo fratrum claustrali disciplina correctum, & penitentia castigatum in societatem

A tem fratrum ad proprium locum cum charitate recipi facias. est & alia causa, quam cum omni sollicitudine te suscipere & peragere volumus, videlicet duorum fratrum monasterij sancti Remigij, Roberti & Lamberti, qui se ab Archiepiscopo idcirco excommunicatos, & excommunicato quodam fratre eorum laico; omni miseria circumuentos esse dicunt: quoniam cuidam extraneo Abbati interuentu pecuniae, & omnino contra regulam sancti Benedicti, & auctoritatem sanctorum patrum indignè illis & praefato monasterio pro Abbate apposito, obedire, & sub eius regimine in eodem coenobio manere noluerint: nec in his omnibus quicquam eis profuisse pro confusione monasterij, & habenda iustae defensionis iuae licentia ad audientiam sedis Apostolicae proclamasse. Quod si ita est, quam grauiter Archiepiscopus in hac causa, maximè de contemptu Apostolicae auctoritatis se culpabilem fecerit, tu ipse perpendere potes. Quapropter de his & de multis alijs aptioris loci & temporis opportunitatem conueniendi, eum (Deo auxiliante) praestolantes, illud ad praesens tuae fraternitati committimus, & Apostolica auctoritate praecipimus, ut eum omni occasione remota, sententiam excommunicationis, quam in praefatos monachos protulit, relaxare commoneas, & eos deinceps sine omni infestatione, & periculo in pace manere dimittat, recognoscens, & superni iudicis iudicium timens, quod eis tanta mala sine deliberatione iustitiae sub appellatione Apostolicae sedis fecerit. Si vero eum in hac re pro sua magnitudine, & arbitrio contradicentem, & minus obedientem inueneris, tu ipse fultus nostra auctoritate eos absoluas, & Abbatem illum, qui praefatum monasterium sancti Remigij nefanda ambitione occupasse dicitur, ita commoneas, ut aut in partibus illis confratri nostro Hugoni venerabili Diensi Episcopo, cui vices nostras commisimus, aut alijs legatis nostris, si eos in Gallia Synodum celebraturos cognouerit, se representare pro reddenda ratione sui introitus nullatenus praetermittat, aut ad nos in proxima festiuitate omnium Sanctorum veniat; commonitis etiam fratribus eiusdem monasterij, qui aduersus eum de causa illicitae subreptionis suae in Abbatiam conueruntur, ut & ipsi secundum praescriptam terminationem ad discutiendum hoc negotium se praesentes exhibeant. Item relatum nobis est, Cameracenses hominem quendam flammis tradidisse, eo quod simoniacos & presbyteros fornicatores missas non debere celebrare, & quod illorum officium minimè suscipiendum foret, dicere ausus fuerit. Quod quia nobis valde terribile, & si verum est, omni rigore canonicae seueritatis vindicandum esse videtur; fraternitatem tuam sollicitè huius rei veritatem inquirere admonemus: & si eos ad tantam crudelitatem impias manus suas extendisse cognoueris, ab introitu & omni communionem Ecclesiae auctores pariter & complices huius sceleris separare non differas, & nobis huius rei certitudinem, necnon quicquid de superioribus causis effectum fuerit, per litteras tuas quam citissimè possis indicare stude. De cetero rogamus te, & multum admonemus, ut omnibus confratribus & coepiscopis tuis per totam Franciam ex Apostolica auctoritate significes, quatenus & illis sacerdotibus, qui à turpitudine fornicationis ce-
poena fornicariorum.
sare noluerint, omne officium sacris altaribus ministrandi penitus interdicas, & tu ipse in omni loco, & conuentu id predicare non cesses. Et si in hac re aut Episcopos tepidos, aut illos qui sacrorum ordinum nomen & officium indignè pro supra dictis criminibus usurpare praesumunt, rebelles esse cognoueris, omni populo, ne eorum ulterius officium suscipiat, ex parte B. Petri, & nostra Apostolica auctoritate vbique interdicas, ut vel hoc modo confusi ad emendationem

dationem vitæ suæ, & ad castitatem religiosæ continentia redire cogantur. **A**
Age ergò vt sancta & vniuersalis mater Ecclesia te fidelem ministrum, &
cooperatorem nostræ, immò Apostolicæ sollicitudinis, Deo adiuuante, co-
gnoscat, & nobis (quod valde desideramus) de libertate & fructu tui sacerdo-
talis officii ad præsens gaudere, & in posterum per misericordiam Dei confi-
denter sperare posse proueniat. Dat. Bibianello, viij. Kal. Aprilis. Indictione
decimaquinta.

EPISTOLA XXI.

*COMMITTIT ei causam inter Episcopum Leodiensem & Abbatem sancti
Laurentij, qui à dicto Episcopo de monasterio suo eiectus ad sedem Apostolicam ap-
pellauerat.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herimanno Metensi Episcopo, salutem & Apo-
stolicam benedictionem. **B**

Ræsentium portitor litterarum Vulpodo Abbas monasterii san-
cti Laurentii Leodii ad nos veniens, multis supplicationibus nos
exorauit, quatenus cum apud Episcopum Leodiensem, qui eum
de monasterio suo eiecerit, vt clementius in illum ageret, **A**osto-
licis interuentibus iuuaremus, tantum nobis de causa sua indicans, quòd de
obiectis sibi respondere paratus fuerit; sed legales respondendi, & expur-
gandi se inducias habere nullatenus potuerit, quamquam eas sub vocatio-
ne diuini nominis, & respectu beati Petri quaesierit. Episcopus autem prius
nobis in epistola sua quædam indigna de eius actibus indicauerat. **C** Vt igitur
in hac ambiguitate neutri quod iustum est, denegare videamur, fraterni-
tatem tuam rogamus, & Apostolica auctoritate, vt hanc causam suscipiat
admonemus, & eam diligenti inquisitione percognitam eo ordine, quo ca-
nonica instituta præcipiunt, tractari & diffiniri faciat, procurans equidem
vt iste cum tanto moderamine & sibi conseruata iustitia ad audientiam ad-
mittatur, quatenus non in cassum Apostolicam misericordiam, & eius sus-
fragia quaesisse videatur. Dat. Bibianello, viii. Id. Aprilis, Indictione deci-
maquinta.

EPISTOLA XXII.

*PRÆCIPIT vt congregata Synodo Episcoporum Franciæ, causa Cameracen-
sis electi discutatur, qui post sui legitimam electionem inuestituram ab Henrico Re-
ge acceperat, ignorans & Regem excommunicatum, & huiusmodi inuestituram à
Pontifice prohibitam. Quod si ita esse iureiurando affirmauerit, eius electionem confir-
mat: vultque vt in concilio causa nonnullarum Ecclesiarum definiatur, & Cluniacensis
Abbas ad Synodum vocetur pro Aruernensis Ecclesiæ causa, & inter cetera decretum
de non accipiendis inuestituris à laicis promulgetur.*

GRE-

A **GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,**
Hugoni venerabili Diensi Episcopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Erardus Cameracensis electus ad nos veniens, qualiter in ea-
dem Cameracensi Ecclesia ad locum regiminis assignatus sit,
prompta nobis confessione manifestauit, non denegans post
factam cleri & populi electionem donum Episcopatus ab He-
rico Rege se accepisse: defensionem autem proponens, & mul-
tum nobis offerens se neque decretum nostrum de prohibitione huiuscemo-
di acceptionis, nec ipsum Henricum Regem à nobis excommunicatum fuisse
aliqua certa manifestatione cognouisse. cui cum nos congruis rationibus
B ostenderemus quam graue esset etiam omni ignorantia eum excusante, san-
ctæ & Apostolicæ sedis synodale decretum transgredi, & huiusmodi partici-
patione cum homine excommunicato commaculari, ad satisfaciendum pro-
ptus, donum quod accepisse visus est, continuo in manus nostras refutauit, &
omnino causam suam nostro iudicio cum sui ipsius ad omnem voluntatem
nostram subiectione & obauditione reliquit. Pro cuius humiliatione, & ma-
ximè quoniam canonicam electionem in eo præcessisse audiimus, ad miseri-
cordiam moti sumus, & cõfissi in testimonio, quòd nonnulli confratrum nostro-
rum Episcoporum cum multis pro eo supplicationibus ad nos per epistolas suas
dixerunt, videlicet, quòd eius præcedens vita & cõuersatio multum honesta
& laudabilis fuerit, ad promotionem eius discretæ moderationis cõsideratione
assenfum præbere nõ indignum duximus. Attamen ne istud aliis quorum cau-
sa & conuersatio huic longè dissimilis & impar constiterit, ad exemplum, vel
C occasione quaerendæ misericordiae in posterum fore debuisset, illud confi-
ruimus, vt coram te, & confratre nostro Remensi Archiepiscopo, & aliis com-
prouincialibus Episcopis ita se per sacramentum purgare debeat, quòd ei an-
te acceptionem illam, & vt dicitur, inuestituram Episcopatus, Regem excom-
municatum fuisse, & illud decretum nostrum de prohibitione huiuscemodi
inuestiendi & accipiendi Ecclesias, neque per legatum nostrum, neque ab
aliqua persona, quæ se his statutis interfuisse, & eas audisse fateretur, signifi-
catum & indubitanter notificatum fuerit. Quapropter admonemus fraterni-
tatem tuam, vt concilium in partibus illis conuocare, & celebrare studeas,
maximè quidem cum consensu & consilio Regis Francorum, si fieri potest. Sin
autem aliqua occasione id consentire noluerit, in Lingonensi Ecclesia conue-
rum celebrandi consilii instituas, atque hoc cum consilio & prudenti dispo-
sitione fratris nostri Lingonensis Episcopi facias; sciens quoniam in omni-
D bus fidelem adiutorem, & cooperatorem non solum nobis, sed & ibi, & om-
nibus legatis nostris se deinceps fore promisit, & nos in eo multam spem ha-
bemus & fiduciam. Comes etiam Tebaldus per legatos suos eandem no-
bis promissionem fecit, vt si Rex legatos nostros recipere nollet, ipse cum sum-
ma deuotione reciperet, & eis omnem quam posset aptitudinem celebrandi
Synodum, & Ecclesiastica exquirendi negocia, locum, consiliũ, auxiliumque
pareat. Stude ergo vt præfatum confratrem nostrum Lingonensem Episcopum
cõuenias, & cõmuni cõsilio vbi vobis melius videbitur, Synodum instituite,
& conuocatis illuc Archiepiscopo Remensi, & ceteris quotquot possis Ar-
chiepiscopis, & Episcopis Franciæ, primò omnium causam supra memorati
Epist. Tom. 3. Ppp 3 Came-

A Cameracensis electi discutere studeas, videlicet, vt secundum præscriptam sacramenti determinationem se coram omnibus expurger: & insuper ne in mortem illius, qui in ignem proiectus est, consensit, in eodem se sacramento defendat. Quod si factum fuerit, præcedentem eius electionem confirmandam esse Apostolica moderatione decernimus, & te cum confratre nostro Remensi Archiepiscopo de eius cōsecratione, prout oportet, statuere volumus: nisi fortè alia sibi, quæ nos ignoramus, obstiterint; quæ tamen in prouidentia vestra examinanda relinquimus. Illud verò commune malum penè totius terræ, videlicet, quòd altaria venduntur, & quòd iste etiam in officio sui Archidiaconatus se fecisse nõ denegat, ne deinceps fiat, tã huic, quàm ceteris omnibus interdicto. De cetero admonemus dilectione tuã, vt reliquas causas & negocia, videlicet Catalaunensis Episcopi, Carnotensis Ecclesiæ, Anticistis, Aruernensis, necnon monasterii sancti Dionysij, & alia quæ necessaria Ecclesiasticæ religioni apparuerint pro cõmissa tibi vice nostra, quãtum Deo auxiliãte potueris, ita diligenter tractare, & ad finè perducere studeas, quatenus in eis nostra deinceps possit sollicitudo, & longa fatigatio subleuari. Volumus etiam, vt fratrem nostrum Hugonem venerabilem Cluniacensem Abbatem tecũ Synodo interesse ex nostra parte conuitare rogando & multum instando procures, cum propter alia multa, tum maximè, vt causa Aruernensis Ecclesiæ competenti & firma determinatione cum Dei & illius adiutorio finiatur. Confidimus enim in misericordia Dei, & conuersatione vitæ eius, quòd nullius deprecatio, nullius fauor aut gratia, nec aliqua prorsus personalis acceptio eum à tramite rectitudinis dimouere poterit. Si igitur diuina clementia huic nostræ dispositioni effectum dederit, inter cetera quæ tua fraternitas agenda suscepit, hoc attentissimè perpendat & exequi studeat, vt congregatis omnibus, & in conuentu residentibus, manifesta, & personanti denunciatione interdicit, vt pro conseruanda deinceps in promouendis Episcopis canonica & Apostolica auctoritate, nullus Metropolitanorũ, aut quouis Episcoporum alicui, qui à laica persona donum Episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manum audeat, nisi dignitatis suæ honore, officioque carere & ipse velit. Similiter etiam vt nulla potestas, aut aliqua persona de huiusmodi honoris donatione, vel acceptione vterius se intromittere debeat. Quod si præsumpserit, eadem sententia & animaduersionis censura, quam beatus Hadrianus Papa in octaua Synodo de huiusmodi præsumptoribus, & sacræ auctoritatis corruptoribus statuit, atque firmavit, se astrictum, ac ligatũ fore cognoscat. Quo capitulo scripto, atque in præsentia omnium lecto, ad collaudationem, & confirmationem eius vniuersum coetũ illius confessus admoneas. Eos autem qui post recensitam à nobis huius decreti auctoritatem, inuestituram Episcopatus per manus secularium Dominorum, & potestatum susceperunt, & qui eis in ordinationem manum imponere præsumpserunt, ad nos super hac re rationem reddituros venire Apostolica auctoritate commoneas, atque præcipias. Dat. iuxta Padũ, in loco qui dicitur Ficarolo, iiii. Id. Maij, Indictione decima quinta.

Ca. synod. can.
22.

EPISTOLA XXIII.

Vt ab Henrico & Rodulpho Regibus iter tutum petant, vt ad Teutonicorum partes se conferre possit. Quorum alter, qui id præstare noluerit, excommunicetur, & regni gubernaculis interdicitur; qui verò paruerit, in regia dignitate confirmetur.

GRE-

A GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Bernardo sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono, & Bernardo Massiliensi Abbati, salutem & Apostolicam benedictionem.



Raternitati vestræ notum esse non ambigimus: quia ideo ab Vrbe confisi de Dei misericordia, & adiutorio, beati Petri egressi sumus, vt ad Teutonicorum partes, composituri inter eos (ad honorem Dei & vtilitatem sanctæ Ecclesiæ) pacem transiremus. Sed quia defuerunt qui nos secundum quod dispositum erat, conducerent, impediti aduentu Regis in Italiam, in Longobardia inter inimicos Christianæ religionis non sine magno periculo remansimus, & adhuc (sicut desiderauimus) vltra montes proficisci nequiuimus. Quocirca monemus vos, & ex parte beati Petri præcipimus, vt fultis auctoritate huius nostri præcepti, nostraque vice ab eodem Apostolorũ principe accincti, vtrumque Regem, Henricum videlicet atque Rodulphum commoneatis, quatenus viam nobis illuc securè transeundi aperiant, & adiutorium atque ducatum per tales personas, de quibus vos benè confiditis, præbeant, vt iter nobis Christo protegente pateat. Desideramus enim cum consilio clericorum, atque laicorum eiusdem regni, qui dominum timent & diligunt, causam inter eos (Deo fauente) discutere; & cuius parti magis ad regni gubernacula iustitia fauet, demonstrare. Scitis enim quia nostri officii, & Apostolicæ sedis est prouidentia maiora Ecclesiarum negocia discutere, & dictare iustitia diffinire. Hoc autem quod inter eos agitur negotium tantæ grauitatis est, tantique periculi, vt si à nobis fuerit aliqua occasione neglectum, non solum illis & nobis, sed etiam vniuersali Ecclesiæ magnum & lamentabile pariat detrimentum. Quapropter si alterutrum prædictorum Regũ huic nostræ voluntati, ac deliberationi parere, & ad vestra monita locum dare renuerit, suamque superbiam, atque cupiditatis faces contra honorem Dei omnipotentis accendens, ad desolationem totius Romani Imperii anhelare temptauerit, omnibus modis, omni que ingenio vsque ad mortem, si oportet, nostra vice, immò beati Petri auctoritate ei resistite, & totius regni gubernacula contradicendo tam illum, quàm omnes sibi consentientes à participatione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, & à liminibus sanctæ Ecclesiæ separate. illud semper habentes in memoria: quia scelus idololatricæ incurrit, qui Apostolicæ sedi obedire contemnit, & quòd beatus Gregorius doctor sanctus & humillimus decreuit, Reges à sua dignitate cadere, si temerario ausu præsumerent contra Apostolicæ sedis iussa venire. Alteri autem qui nostræ iussioni humiliter paruerit, & obedientiam vniuersali matri (sicut decet Christianum Regem) exhibuerit, cõuocato consilio omnium clericorum, & laicorum quos aduocare poteritis, consilium & adiutorium in omnibus præbete, & in regia dignitate per auctoritatem beatorum Apostolorum Petri & Pauli nostra vice confirmate, omnibusque Episcopis, Abbatibus, clericis ac laicis in omni regno habitantibus, vt sibi fideliter (sicut oportet Regi) obediant, & deseruiant ex parte omnipotentis Dei præcipite. Dat. Carpinetæ, ij. Kal. Iun. Indictione decima quinta.

Lamb. in fine.

Lib. 2. epist. i. n. d. xj. pag. 100. in privilegio monasterii S. Medardi.

EPI-

EIVSDEM argumenti.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & vniuersis
Christi fidelibus clericis & laicis tam maioribus
quàm minoribus in regno Teutonicorum con-
sistentibus, salutem & Apostolicam
benedictionem.

Notum fieri vobis volumus fratres charissimi, quia legatis no-
stris, Bernardo videlicet sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidei filio **B**
& diacono, itemque Bernardo Abbati religioso Massiliensis
monasterii, præcipimus, ut vtrumque Regem, Henricum vi-
delicet & Rodolphum aut per se, aut per idoneos nuncios
admoneât, quatenus viâ mihi pro discutendo negotio, quod
peccatis facientibus inter eos ortum est, ad vos, Deo fauente, securè venien-
di præbeant. In magna enim tristitia & dolore cor nostrum fluctuat, si per vnius
hominis superbiam tot millia hominum Christianorum temporali & æter-
næ morti traduntur, & Christiana religio confunditur, Romanumque Impe-
rium ad perditionem perducitur. Vterque namque Rex à nobis, immò ab Apo-
stolica sede, cui licet indigni præsidemus, adiutorium requirit. Et nos de mi-
sericordia omnipotentis Dei, & adiutorio beati Petri confidentes, parati sumus
cum vestro consilio, qui Deum timetis, & Christianam fidem diligitis, equita-
tem causæ vtriusque discernere, & ei præbere auxilium, cui iustitia ad regni **C**
gubernacula fauere dinoscitur. Quapropter si alterutrum eorum superbia in-
flatus aliquo ingenio quominus ad vos venire possimus obstiterit, & de sua
iniustitia timens, iudicium sancti Spiritus refugerit, inobediens factus resiste-
do sanctæ & vniuersali matri Ecclesiæ; hunc velut membrum Antichristi, &
desolatorem Christianæ religionis contemnite, & sententiam, quam nostri
legati contra eum nostra vice dederint, cõseruate: scientes quia Deus super-
bis resistit, humilibus autem dat gratiam. Alteri verò qui humiliter se habue-
rit, & iudicium (decretum verò à Spiritu sancto per vos autem prolatum) non
cõtempserit (indubitanter enim credimus vbicumque duo, vel tres in nomi-
ne Domini congregati fuerint, præsentia eius illuminantur) illi inquam ser-
uitium & reuerentiã secundum quod nostri præfati legati decreuerint, exhi-
bite, annitentes & modis omnibus ei obsequentes, ut regiam dignitatem ho-
nestè possit obtinere, & sanctæ Ecclesiæ iam penè labenti succurrere. Nou-
enim à corde nostro debet excidere, quòd qui Apostolicæ sedi obedire con-
temnit, scelus idololatriæ incurrit, & quod beatus Gregorius doctor sanctus,
& humillimus Reges decreuit à suis dignitatibus cadere, & participatione
corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi carere, si præsumerent Apo-
stolicæ sedis decreta contemnere. Si enim cælestia & spiritualia sedes beati
Petri soluit & iudicat, quâto magis terrena & secularia? Scitis autem fratres
charissimi, quia ex quo tempore ab Vrbe exiimus, in magno periculo inter
inimicos Christianæ fidei mansimus: & tamen neutri prædictorum regum ne-
que terrore, neque amore flexi aliquod contra iustitiam adiutorium promi-
simus.

Ias. 4.

Matt. 18.

Loco supra cita-
to.

A simus. Magis enim volumus mortem (si hoc oportet) subire, quàm propria volũ-
tate deuicti, ut Ecclesia Dei ad cõfusionem veniat, consentire. Ad hoc enim
nos ordinatos, & in Apostolica sede constitutos esse cognoscimus, ut in hac
vita non quæ nostra, sed quæ Iesu Christi sunt quæramus, & per multos labo-
res patrum sequentes vestigia, ad futuram & æternam quietem, Deo mise-
rante, tendamus. Dat. Carpinetæ, ij. kal. Iunij, Indictione decima quinta.

EPISTOLA XXV.

CAVSAM assignat, cur epistole latorem apud se tamdiu detinuerit, eumque com-
mendat. Illius promotioni ad sacerdotium non aduersatur. Monet Regem nuper ele-
ctum commoneat, ut per legatos debitum obsequium sedi Apostolicæ præstet.

B GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Neemiæ Strigonenſi in Vngaria Archiepiscopo, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Non admirari te volumus, qua de causa fratrem istum, videli-
cet harum litterarum portitorem tamdiu nobiscum retinue-
rimus. Nã cum ad nos venit, in regnum Teutonicorum tran-
sire disposueramus, quatenus inter Regem Henricum & prin-
cipes terræ pacem & concordiam componere, Deo adiuuante,
possemus. Acceptis etiam per sacramentum ab eodẽ Hen-
rico rege securitatibus, quas ex parte illius ad profectiõem nostrã tunc oportere
putauimus, cuius rei exitum expectantes, interim hunc nobiscum manere
præcepimus, ut & certum huius negotii finem, & si qua alia necessaria vide-
rentur, vobis hoc reuertente mandarem. Ceterum, quia causa, sicut vobis **C**
notum esse credimus, ad grauissimam litem, & penè ad totius patriæ diuisio-
nem excreuit, neque nobis hoc in tempore transire opportunum esse vidimus,
diutius hunc tenere nolimus: scribentes per eum fraternitati tuæ, & multum
admonentes, ut ei apud te profit, quod cum tanta fatigatione & periculo &
Apostolicam quæsiuit misericordiam, & tam longam apud nos fecit moram.
Hoc enim scire te volumus, quoniam quandiu nobiscum fuit, quietum in il-
lo spiritum, & ad seruendum Deo deuotum esse cognouimus. Quapropter
secundum miseriam horum temporum, & ad comparationem earum perfo-
narum, quas pro infirmitate & necessitate toleramus, hunc quoque miseri-
corditer portandum esse non indignum duximus: siquidem ea quæ nobis de
sua manifestauit conscientia, & de quibus à se reprehendi confitetur, à sua
confessione, & relatione non discrepant. Quòd autem ad sacerdotii gradum
promoueri desiderat, & si nos ex imperij auctoritate non decernimus, respec-
tu tamen indulgentiæ non contradicimus, nec denegandum sibi esse iudica-
uimus: si quidem alia, quæ nos lateat, ordinationi suæ grauior causa non ob-
stiterit, & deinceps vitam & mores suos ad dignitatem tanti ministerij con-
gruè instituere, & perseveranter, Deo miserante, seruare voluerit. De cetero
admonemus fraternitatem tuã, ut Regem qui inter vos electus est, cum alijs
rui confratribus & principibus terræ alloquaris, notificantes & consulentes
sibi, ut apertius nobis suam voluntatem & erga reuerentiã sedis Apo-
stolicæ debitam per idoneos legatos denunciaret deuotionem: & ita de-
mum quod ad nos attinet, ad honorem Dei omnipotentis, & beati Petri Apo-
stolorum

stolorum principis benignè sibi respondebimus, & excellentiæ suæ ad suam A
& totius regni utilitatem sanctæ & Apostolicæ auctoritatis studium cum om-
ni charitate & benevolentia exhibere curabimus. Cetera verò quæ longum
erat in epistola, viua fideliter voce nunciabit, sicut in eius ore posuimus. Dat.
Carpinetæ, v. Id. Iunii, Indictione decima quinta.

EPISTOLA XXVI.

M I T T I T Gregorium legatum pro Ecclesiasticis causis tractandis, cui eos obedi-
re præcipit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dominico Patriarchæ Gradenfi, & ceteris Episcopis B
Venetiæ, salutem & Apostolicam
benedictionem.

A V diuimus in Ecclesiis vestris multa emerisse negocia, quæ vt sin-
cera exploratione discutiatur, & canonicè traditionis diffinitio-
ne terminentur, Ecclesiastica religionis ordo deposcit, & à nobis
tam vestra dilectio, quam officij nostri debita sollicitudo requi-
rit. Quamquam enim ex consideratione creditè nobis dispensationis debi-
tores simus vniuersis Ecclesiis, speciali tamen cura vobis & vestris causis
astringimur, cum propter singularem quandam coherentiam, quam ad san-
ctam Romanam & Apostolicam habetis Ecclesiam, tum propter vicinitatē;
quæ nūquam nos vel quæ apud vos sunt diu ignorare, vel quæ nos debemus
& possumus vestræ fraternitati denegare patitur. Quapropter misimus ad vos C
hunc dilectum filium nostrum Gregorium, & Diaconum sanctæ Romanæ
Ecclesiæ, quatenus vnà vobiscum de Ecclesiasticis causis, & Christianæ reli-
gionis sacrosanctis institutionibus, quæ necessaria sunt (Deo adiuuante) per-
tractans, nostra vice quæ corrigenda sunt, corrigat, quæ statuenda, cōstituat,
& Ecclesiastica libertatis atque iustitiæ diu, & in multis neglectas rationes,
& studia ad formam canonicæ & Apostolicæ disciplinæ reducere, & per au-
xilium diuinæ gratiæ efficaciter valeat confirmare: cui nos cum omni chari-
tate assistentes ita fauere, & vnanimiter assensum præbere, sicut fratres cha-
rissimos, admonemus: quatenus in illo appareat quantam reuerentiā in bea-
tum Petrum Apostolorum principem habeatis, de cuius domo & familia mit-
titur: quanta etiam de nostra dilectione vobis cura sit, qui eum de sinu nostro
misimus, vt potè per quem nostra apud vos sollicitudo, & à Domino Deo no-
bis concessa potestatis auctoritas vicaria dispensatione representatur, &
geritur. Dat. Carpinetæ, v. Id. Iunii, Indictione decima quinta. D

EPISTOLA XXVII.

Q V E R I T V R eos cum excommunicatis communicasse. mittit legatos, qui eos pera-
cta penitentia ab excommunicatione absoluant. monet vt eis obediant.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dominico Siluio Duci Venetiæ & populo Venetiæ,
salutem & Apostolicam benedictio-
nem, si obedierint.



Eminisse debetis quanta vobis apud sanctam & Apostolicam se-
dem multis iam temporibus & charitatis benevolentia, & hono-
rificentiæ gratia sit exhibita. Et nos quidem, teste conscientia no-
stra, non solum postquam ad Pontificatum venimus, sed & antea
pluribus annis vos & terram vestram valde dileximus, & non sine aliqua nō-
nullorum indignatione & inimicitia ad prouidendum honori vestro prom-
pti fuimus: multum gauisi pro dilectione, quam erga vniuersalem omnium
B fidelium matrem videlicet sanctam Romanam Ecclesiam habuistis, & liber-
rare quam ab antiqua stirpe Romanæ nobilitatis acceptam conseruastis. Ve-
rùm his temporibus (quod sine magno dolore nō dicimus) non solum nostros
exacerbastis affectus, sed omnipotentis Dei gratiam vobis proculdubio ni-
mium labefactastis: quoniam nescio quibus peccatis facientibus à statu recti-
tudinis excidistis, & vltro extra consortium membrorum Christi & Ecclesiæ
facti estis, sectantes & recipientes eos, qui pro suis sceleribus excommunica-
ti sunt, & exorbitantes à fide, & catholica sanctorum patrum vnitrate, doctri-
na & corroborata diuinitus auctoritate, per omnem inobedientiam & contu-
maciam, in laqueum diaboli ceciderunt, & ministri, immò serui Satanæ, à
quo captiui tenentur, facti sunt. Quocirca dolentes de periculo animarū ve-
strarum, & ad reconciliationem diuinæ gratiæ vos reuocare cupientes, misi-
mus ad vos hunc dilectum filium nostrum Gregorium & Diaconum sanctæ
C Romanæ Ecclesiæ, vt penitentiam agentes ab excommunicationis vinculo,
in quod participando cum excommunicatis prolapsi estis, possitis absolui, &
in communionem sanctæ matris Ecclesiæ Apostolica indulgentia & benedi-
ctione restitui. Quod cum factum fuerit, si nostra monita, immò verbum Dei
ea qua oportet veneratione suscipitis; volumus & Apostolica vos auctorita-
te monemus, vt cum omni charitate & obedientia sibi assistatis, quatenus cū
consilio confratris nostri Patriarchæ & aliorum Episcoporum illius prouin-
ciæ, necnon cum adiutorio Ducis & omnium vestrum de statu Ecclesiarum,
& Christianæ religionis ordine, ac dispensatione, quæ necessaria sunt, iuxta
formam à sanctis patribus traditam pertractare possit, ac Deo adiuuan-
te, nostra vice disponere. Dat. Carpinetæ, v. Id. Iunii, Indictione de-
cima quinta.

EPISTOLA XXVIII.

M O N E T illos pro pastoralis officij sui cura ad piè sancteque viuendum. præterea
commonet Hispania regnum antiquis constitutionibus iuris esse sancti Petri, quod
cum temporum iniuria & Saracenorum tyrannide memoria labi cœperit, & modo ipsi
Saracenos vicerint, legatos mittit, vt illis significant quantum beato Petro debeant,
& eorum debitum in memoriam illis reuocent.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Regibus, Comitibus, ceterisque Principibus Hispaniæ,
salutem & Apostolicam benedictionem.



Non ignorare credimus prudentiam vestram, quin sancta & Apostolica sedes princeps & vniuersalis mater sit omnium Ecclesiarum & gentium, quas diuina clementia ad agnitionem sui nominis in fide Domini, ac Saluatoris nostri Iesu Christi per Euangelicam & Apostolicam doctrinam venire præordinauit: quibus hanc curam & perpetuam debet exhibere sollicitudinem, vt sicut ad conseruandam Catholicæ fidei veritatem, ita quoque ad cognoscendam, & tenendam iustitiam documenta, & salutifera administraret monita. Ad cuius dispensationis officium, quando lecturidū voluntatem Dei, quamquam inuiti & indigni constituti sumus, creditum nobis ministerium valde pertimescimus, scientes quoniam & his qui propè, & his qui longè sunt, debitores sumus, nec apud supernum iudicem excusationis locum habere poterimus, si nostra taciturnitate eorum aut salus negligitur, aut culpa fouetur. Cuius rei tam in prophetis, quam euangelicis paginis multa nobis documenta, & cū terribilibus minis exempla proposita sunt, quæ egregius ille prædicator & Apostolus intuens ait: Necessitas euangelizandi mihi incumbit: Vt enim mihi, si non euangelizauero. Quapropter & nos dilectissimi, qui præsentem secundum desiderium nostrum verbo non possumus, saltem absentes per epistolam de salute vestra vos admonere curauimus. Scribentes vobis, sicut in vos affectum debite charitatis habemus, primum quidem, vt gratias agentes Deo, qui vos regenerauit in spem viuam, & incorruptibilem æternæ vitæ gloriam per Iesum Christum Dominum nostrum, semper illum timeatis, & ex toto corde diligatis, transferentes in illum omnem desiderium vestrum supra omnes diuitias & honores huius seculi, supra omnes non solum humanas, sed & angelicas creaturas, ambulantes coram illo in omni fide & deuotione, sicut electi filij, & in sortem hereditatis regni Dei per immensam gratiam bonitatis eius vocati, non detinentes, secundum secularem concupiscentiam, in iniustitia, quæ de veritate, & æquitate sua Deus vobis cognoscere dedit, vel daturus est, sed exhibentes vos fideles ministros ad faciendam iustitiam, ad tuendam libertatem Christianæ fidei & religionis in omni virtute, & administratione regie potestatis vestre ad laudem & gloriam nominis eius, qui vos multa gloria sublimauit. Nam (quod semper vobis cordi esse volumus) inquit, dilectoribus suis sapientia per Salomonem: Ego diligentes me diligo, honorificantes me honorabo: contemptoribus verò minatur, dicens: Qui autem me contempnunt, erunt ignobiles. Et Apostolus Paulus generalem futuri sententiam manifestans, ait, de iusto iudicio Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius: His quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem querunt, vitam æternam. His autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam operantis malum. Nolite ergo sublimè sapere, aut propter eminentiam præsentis gloriæ humanæ conditionis, quæ æqua est regum & pauperum, obliuisci. Sed (sicut idem Apostolus monet) humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. Nolite

1. Cor. 9.

Prou. 8.

Rom. 2.

A spem ponere in incerto diuitiarum huius seculi, sed in illo, de quo scriptum est: Per me enim reges regnant. & alibi: Quoniã data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: in quo & thesaurizate vobis diuitias honorum operum, construentes stabile fundamentum, & melioris atque indeficientis substantiæ possessionem, vbi vitam ducatis æternam. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, cuius artifex & conditor Deus. Et profecto vos ipsi scitis, & quotidie videtis, quàm fluxa & fragilis est vita mortalium, quàm fallax & deceptoriam spes præsentium. Semper enim volentes nolentesque ad finem currimus, & sub tã certo periculo, nunquam tamquam sit vicina mors, præuidere possumus: nec vnquam diu tenetur quicquid de præsentem vita, vel seculo quaritur, aut possidetur. Quamobrem pèsantes semper quæ sint nouissima vestra, quantaque cum amaritudine de præsentem seculo nequam exituri, & in putredinem terræ ac sordes pulueris reuerluri estis, quamque sub districto examine de factis vestris rationem reddituri sitis, contra futura pericula vos comunite. Arma vestra, opes, potentiam non ad secularè populum tantum, sed ad honorem & seruitium æterni regis vertite: commissa vobis regni gubernacula ita gerite, sic administrate, vt vestræ virtutis & rectitudinis studium omnipotenti Deo gratum iustitiæ possit esse sacrificium: quatenus & vos in ipso sperare possitis, qui dat salutem regibus, & potes est eripere de manu mortis, vt superinduat vos eminentiori claritate, & gaudiis vitæ perennis, & de caducis honoribus quos nunc habetis, transferat vos in regnum gloriæ æternæ suæ, vbi nec beatitudo finem, nec gloria corruptionem, nec dignitas habet cõparationem. Præterea notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non est liberum, vobis autem non solum ad futuram sed etiam ad præsentem gloriam valde necessarium, videlicet regnum Hispaniæ ex antiquis constitutionibus beato Petro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ in ius & proprietatem esse traditum. Quod nimirum hæcenus, & præteritorum temporum incommoda, & aliqua antecessorum nostrorum occultant negligentia. Nã postquam regnum illud à Saracenis & paganis peruasum est, & seruitium quod beato Petro inde solebat fieri, propter infidelitatem eorum, & tyrannidem detentum, ab usu nostrorum tot annis interceptum est: pariter etiam rerum & proprietatis memoria dilabi coepit. Verum quia diuina clementia concessa vobis in hostes illos, semperque concedenda victoria, terram in manus vestras tradidit, ulterius vos causam hanc ignorare nolumus, ne quod supernus arbiter & legum ac iustitiæ conditor de recuperanda & restituenda iustitia & honore sancti Petri, eiusque sanctæ & Apostolicæ sedis, vestræ gloriæ ad benemerendum contulit, aut nobis ex taciturnitate in negligentie culpam, aut vobis ex ignorantia (quod absit) ad detrimentum propositæ & diuinitus oblate retributionis obuেনiat. Cõfidimus enim in misericordia Dei, qui virtutem vobis dedit & victoriam, vt hanc etiam voluntatem vobis tribuat, quod cognita veritate potius statuta Christianorum Principum & exempla sequamini, quàm eorum impietatem, qui Christianum nomen magis cupiunt persequi, quàm venerari. Misimus autem ad vos confratrem nostrum Amatū venerabilem Ellorensem Episcopum, cui & vicem nostram ad partes illas dedimus, adiungentes sibi hunc Abbatem sancti Pontij, virum venerabilem, fide & morum honestate probatum, vt quod nos de insinuatione huius causæ vestræ celsitu dini succinctè scripsimus, ipsi vobis (si necesse sit) latius, apertiusque manifestent, & quantum ratio postulauerit, notitiam veritatis præsentem denunciatione, & certa assertionem demonstrant. Quorum consiliis in his

Epist. Tom. 3.

Q99 quæ

quæ ad Dominum pertinent, & salutis animarum uestrarum necessaria sunt indubitanter potestis credere, sicut nos in ipsis per studium religionis, & actuum suorum comprobauimus, & vos in eorum poteritis conuersatione perpendere. Igitur quod ad nos pertinet, aut prouidendum ex officio, aut satisfaciendo iustitiæ debito, Deo miserante, fecimus, quid uestræ causa salutis à vobis exigat, & quantum beato Petro Apostolorum principi debeatis indicauimus, ne ignorantia obstit, nec sub vana securitate labentis lucis, & temporis damnosa vobis (quod absit) subrepat negligentia. Vos autem quid uestrum sit, attendite, quid fides & Christiana deuotio uestri principatus ad imitationem piissimorum principum exequi debeat, prudenti consilio pertractate, disponite, atque statuite; & ita vos erga honorem beati Petri & sanctæ maris uestræ Romanæ Ecclesiæ promptos atque magnificos exhibete, ut uestra virtus & gloria, quæ Deo donatè illustri victoria pollet, Apostolicis intercessionibus clarior fiat & excelsior, & eorum vos semper benedictio muniat, auctoritas à peccatis absoluat, defensionibus & illesos ab omni periculo protegat, quorum potestate diuinitus illis tradita vniuersitas hominum tam in cælo, quam in terra ligatur & soluitur, & cælestis regni ianua cunctis aperitur & clauditur. Dat. Carpinetæ, iij. Kal. Iulii, Indictione decimaquinta.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

INCIPIT LIBER QVINTVS
REGISTRI B. GREGORII PAPÆ VII.

Anno ab incarnatione Domini Millesimo septuagesimo septimo, Indictione decimaquinta.

EPISTOLA PRIMA.

ARGVIT eos, quod contra sua monita, & post promissam satisfactionem, canonicatus ac præbendas emerent. Quare omnibus qui eas sic adepti fuerint, introitum maioris Ecclesiæ, & earum retentionem omnino interdicit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Canonicis sancti Martini Lucensis Ecclesiæ.



Meminisse debetis quotiens & cum quanta cura vos monuerimus apud vos manentes, ne terrena peritura comoda maioris, quam animas uestras æstimantes, ita vos ad obedientiam iustitiæ exhiberetis, ut ulterius sub excommunicationis vinculo, quod in acquirendis contra Apostolica decreta præbendis vos incurrisse manifestum erat, non permaneretis. Verum ut ipsa res indicat, substantiam uestræ licet iniquæ possessionis preciosiorè, quam vosmetipsos facitis, qui spretis admonitionibus nostris, & contempta Apostolica auctoritate, pro lucris temporalibus, & ex-

& explenda cupiditate uestra, sub maledicto anathematis post promissam nobis satisfactionem, reciduo ac deliberato præuaricationis crimine iacere non pertimescitis. Quapropter quoniam tantæ presumptionis contumaciam, & tam immanis auaritiæ culpam, nostra nec taciturnitate dissimulare, nec patientia non modò ad uestrum, sed ad illorum etiam cum quibus communicatis periculum, diutius fouere audemus; præsentis auctoritate omnibus qui inter vos contra Apostolica priuilegia beati Leonis Papæ canonicas pecunia adepti sunt, introitum maioris Ecclesiæ, videlicet sancti Martini, & eadem canonicas, vel præbendas ulterius retinendi licentiam & potestatem, ex parte omnipotentis Dei & beati Petri Apostolorum principis usque ad condignam satisfactionem interdiciamus. Dat. Florentiæ, iij. Id. Augusti, Indictione decimaquinta.

B

EPISTOLA II.

PRO suo pastoralis officio mittit legatum Episcopum Pisunum electum, qui vice sua, quæ ad religionem pertinent, exequatur, cui ut debitam obedientiam exhibeant, præcipit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Episcopis, clericis, consulibus maioribus & minoribus in Insula Corsica consistentibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

C



Quoniam propter multas occupationes ad peragendum nostræ sollicitudinis debitum singularum prouinciarum Ecclesias per nosmetipsos visitare non possumus, necessarium valde est, ut exigente ratione vel tempore aliquem modò ad illas partes mittere studeamus, per quem commissa nobis secundum voluntatem Dei repræsentetur auctoritas, & Dominici gregis salus, atque communis prouideatur utilitas. Scimus enim quoniam sine detrimento & magno animarum periculo esse non potest, cum illius diligentia, ad quem summa negotiorum, & curæ necessitas præcipue spectat, diu subditis, ac commissis sibi fratribus deest. Quapropter considerantes, & valde timentes, ne huiusmodi erga vos prouidentia tam diu prætermisum studium & nobis in negligentia culpam reputetur, & uestræ salutis (quod absit) perniciosum aut contrarium fuerit, data primò opportunitate, misimus ad vos hunc fratrem nostrum Landolphum Pisanae Ecclesiæ electum Episcopum, cui & vicem nostram in vobis commisimus, ut ea quæ ad ordinem sacre religionis pertinent, ritè exequens, iuxta Prophetæ dictum euellat, & destruat; ædificet, & plantet: cui vos obedire, & vnanimiter assistere volumus, admonentes, & Apostolica auctoritate præcipientes, ut eum cum omni charitate & honore suspicientes, talem sibi honorem & reuerentiam exhibeatis, qualem ex constitutione sanctorum patrum iis exhibere oportet, quos sancta & Apostolica sedes in partem suæ sollicitudinis assumendos, quibusque vicem Romani Pontificis committendam esse præuidet. Dat. Senæ, Kal. Septembris, Indictione incipiente prima.

Epist. Tom. 3.

Q99 2 EPI-

EPISTOLA III.

MONET *Ut in Ecclesia Volaterrana ab omnibus Episcopis electionem fieri procurarent, & eam sua vice confirment. quicquid actum fuerit sibi significant, & electum pro suscipienda consecratione ad se quam primum mittant.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rodulpho Senensi Episcopo, & Rainerio Florentino Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non ignorare vos credimus, quantum sollicitudinis, quantumque fatigationis habuerimus id agentes, ut in Volaterrana Ecclesia secundum Dominum, & auctoritatem canonum, utilis & idoneus eligeretur Episcopus. & quia secundum voluntatem Dei in personam Bonoisi Mantuani Archipresbyteri & nostra consilia, & voluntas eorum qui de illa Ecclesia sunt, convenit, Apostolica vos auctoritate monemus, ut eandem Ecclesiam adeuntes, qualiter generalis electio fiat ab omnibus, procuretis, & eam sicut moris ex antiqua sanctorum patrum traditione fuisse cognoscitis, nostra vice confirmetis. Quod factum & rem quam ordinatam facta fuerit, nobis sine dilatione certis litteris vestris indicate, & electum pro suscipienda consecratione, quanto citius ad nos cum solemnibus decretis cleri & populi destinare. Dat. Romae. XVI. Kal. Octobris, Indictione prima.

EPISTOLA IIII.

LARTATVR, quod in Insulam Corsicam, quae antiquitus iuris erat sancti Petri, ab inuasoribus vindicantes, ad Apostolicam sedis ditionem reuerti velint: in qua voluntate eos confirmat. paratissimum ad eam rem auxilium pollicetur. monet ut legato suo qui provinciae regimen suscipiet, fideliter obsequantur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Episcopis & viris nobiles, cunctisque tam maioribus, quam minoribus in Insula Corsica consistentibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Notis fratres & charissimi in Christo filij non solum vobis, sed multis gentibus manifestum esse, Insulam quam inhabitatis, nulli mortalium, nullique potestati, nisi sanctae Romanae Ecclesiae ex debito, vel iuris proprietate pertinere: & quod illi, qui eam haecenus violenter nihil seruitij, nihil fidelitatis, nihil ponitur subiectionis, aut obedienciae beato Petro exhibentes tenuerunt, semetipsos crimine sacrilegij, & animarum suarum graui periculo obligauerunt: cognoscetes autem per quosdam fideles nostros & vestros amicos vos ad honorem & iustitiam Apostolici principatus, sicut oportere cognoscitis, velle reuerti, & diu subiectam ab inuasoribus iustitiam beato Petro vestris temporibus, vestrisque studiis redhiberi, valde gauisus sumus: sciētes vobis hoc non solum ad praesentem, sed etiam ad futuram prouenire utilitatem & gloriam. Nec diffidere quidem, aut quicquam in hac causa vos dubitare oportet:

A oportet: quoniam si modum vestra voluntas firma, & erga beatum Petrum fides immota permanerit, habemus per misericordiam Dei in Tuscia multas comitum, & nobilium virorum copias ad vestrum adiutorium, si necesse fuerit, defensionemque paratas. Quapropter quod in hac re opportunissimum nobis visum est, misimus ad vos fratrem vestrum Landulfum Pisanum Ecclesiae Episcopum, cui etiam inter vos vicem nostram in spiritualibus commisimus, ut terram ex parte beati Petri & nostra vice suscipiat, & eam cum omni studio & diligentia regat, & de omnibus rebus, ac causis beato Petro & nobis per illum pertinentibus se intromittat: cui vos pro amore & reuerentia eiusdem beati Petri Apostolorum principis obedire, & fideliter in omnibus assistere volumus, & Apostolica auctoritate monemus: & ut magis securus, magisque ad omnia inter vos promptus esse valeat: fidelitatem quoque si postulauerit, praemissa tamen sancti Petri & nostra, nostrorumque successorum, non denegeris, nec alia qua occasione sibi facere recusetis. Dat. Romae, xvj. Kal. Octob. Indictione prima.

EPISTOLA V.

ILLVD se inter omnia praecipue desiderare scribit, ut in vnaquaque Ecclesia talis eligatur, qui nomine & officium pastoris habere dignus sit: circa legatos se misisse ad inquirendum diligenter de qualitatibus ab eis in Episcopum electi: quem si idoneum repererint, confirmant; sin minus, alius eligatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Aquilegensis Ecclesiae, salutem & Apostolicam benedictionem.

Antiqua & nota sacrae institutionis est regula, non ab hominibus, sed ab Iesu Christo Deo & Domino nostro plenissima lux sapientiae consideratione, & veritatis definitione sancita, ipso dicente in Euangelio: Qui intrat per ostium, pastor est ouium; qui autem non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, fur est & latro. Quapropter quod in Ecclesia diu peccatis facientibus neglectum, & nefanda consuetudine corruptum fuit & est, nos ad honorem Dei & salutem totius Christianitatis innovare & restaurare cupimus, videlicet, ut ad regendum populum Dei in vnaquaque Ecclesia exigente tempore, talis & eo ordine eligatur Episcopus, qui iuxta veritatis sententiam non fur & latro dici debeat, sed nomen & officium pastoris habere dignus existat. Haec quidem nostra voluntas, hoc nostrum est desiderium, hoc (miserante Deo) nostrum, quoad vixerimus, indefessum erit studium. Ceterum quod ad seruitium & debitam fidelitatem Regis pertinet, nequaquam contradicere, aut impedire volumus. Et ideo nihil noui, nihil nostris adinventionibus superinducere conamur: sed illud solummodo quaerimus, quod & omnium salus postulat, & necessitas, ut in ordinatione Episcoporum secundum communem sanctorum patrum intelligentiam, & approbationem, primo omnium Euangelica & canonica seruetur auctoritas. Quod autem nobis de electione apud vos facta significastis, gratanter accepimus, & si ita rite factum esse constiterit, ut in nullo vobis sacra contradicat auctoritas, teste conscientia nostra valde gaudemus, & omnipotenti Deo gratias agimus. Verum quia (sicut supra diximus) in huiusmodi causa non secundum arbitrium nostrum, sed per viam & doctrinam orthodoxorum patrum incedere oportet:

re cupimus; misimus ad vos hos legatos nostros harum litterarum portito **A** res, vt causam vndique diligenter inquirant; & si eum quem vos elegisse dicitis, vita, moribus & scientia ad apicem tantæ dignitatis idoneum, & regulariter assignatum esse perspexerint, electionem vestram (sicut iustum est) nostra vice confirmet. Sin autem in eo aliquid contrarium & dignum reprehensione, quominus ad Episcopale regimen peruenire debeat, inuenerint; amoto illo, talem studeatis eligere personam, quæ tanto honori & officio congruat, & quam nostra per eosdem legatos representata auctoritas approbare & confirmare debeat. Illud enim scitote, quod si legalem & canonicam electionem vos fecisse cognouerimus, omnia vobis & Ecclesie vestræ, quæ Apostolica debet & valet auctoritas, cum omni charitate præsidia exhibebimus: & si quis aliter ad sedem illam aspirare præsumperit, proculdubio non solum contra sed etiam contra omnes fautores suos gladium sancti Petri, & Apostolicæ animaduersionis iaculum districtè vibratum & emissum sentiet. **B** Dat. Romæ, xv. kal. Octobris, Indictione prima.

EPISTOLA VI.

MONET eos diligenter curent, vt electio Episcopi Aquilegensis, propter quam legatos mittit, canonicè fiat; schismaticis autem canonicæ electioni annitentibus, misericordiam pollicetur: si verò contra nitantur, aut si quis illam sedem occupet, graues minatur poenas.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Episcopis Aquilegensis Ecclesie suffraganeis, his
qui se verè fratres exhibuerunt, salutem & Apostolicam **C**
benedictionem: illis verò qui non solum
a charitate fraternitatis, sed ab unitate etiam
Ecclesie schismatica prauitate discesserunt,
debitæ sollicitudinis exhortationem.

Glerus & populus Aquilegensis Ecclesie legatis ad nos, litterisque directis, nunciauerunt nobis, defuncto nuper Sichardo Episcopo suo, se Archidiaconum eiusdem Ecclesie in locum illius regiminis elegisse, postulantes, vt & nos electioni eorum nostræ auctoritatis assensum, confirmationemque adhiberemus. Verum quia rem tanto perè perspicendam adhuc incognitam in prima auditione tam subito **D** approbare tutum non fuit; misimus illuc legatos nostros, vt causam & ordinem electionis subtili exploratione perquirant, & quicquid inde aut confirmandum, aut reprobandum est, diligenti circumspeditione faciant. Monemus igitur & vos, quorum quidem multum interest, vt in hac re vestræ sollicitudinis studium adhibeatis: quatenus, auxiliante Deo, talis sit, qui in culmine tantæ dignitatis præsidere debeat, vt vobis, qui ei manus imponere debetis, non tristitia aut periculo, sed gaudio & honori, & commissæ sibi plebi saluti esse valeat. Vobis autem qui nescio an timore, aut qua occasione seducti manus & linguas vestras nouo & inaudito schismate polluisistis, & ob hoc in laqueum anathe-

A anathematis incidistis, seorsum dicimus: quoniam si in præfata Aquilegensis Ecclesia aliquis dignus, & idoneus in Episcopum vobis sincera voluntate annitentibus electus fuerit, cum consilio illius, & eorum fratrum, qui in sinu sanctæ matris Ecclesie firmiter perstiterunt, quantam sub obtentu diuinæ gratiæ potuerimus, misericordiam vobis exhibere, & erratus vestri pondus, quantum (Deo solaciante) audere & posse dabitur, portare parati sumus. Sin autem vos contra hoc niti, & impedimenti obiectiones quærere, & inuenire cognouerimus, in eam autem partem consentire, vt contra diuinam & canonicam auctoritatem quispiam sibi sedis illius occupationem præsumat; proculdubio & ille dignam suæ iniquitatis mercedem inueniet, & de vobis sancta & Apostolica sedes, quanto prouocata grauius, tanto culparum rationes exiget districtius, iudicabit acerbius. Dat. Romæ, xv. kal. Oct. Indict. prima.

EPISTOLA VII.

SIGNIFICAT sollicitudinem suam de regni Teutonicorum perturbatione sedanda: qua de re ad omnes principes litteras misisse, vt tanto malo opem ferant, quæ cum an ad eos peruenerint nesciat. iterum exemplaria mittit vna cum sacramento Henrici Regis, qui eo contempso suos legatos capi permiserit. Hortatur eos ad Ecclesiasticam libertatem, & ad communem salutem defendendam.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vdoni Treuerensi Archiepiscopo, & eius coepiscopis
suffraganeis, salutem & Apostolicam
benedictionem.

De motu & perturbatione regni Teutonicorum quantam sollicitudinem, quantamque iam per longum tempus anxietate sustinuerimus, ille præ omnibus nouit, qui omnium secretorum cognitor est & inspector verus. Cui etiam sitales exaudire dignatur, multas supplicationes fecimus, & faciemus, communitis & exoratis multis fratribus & religiosis congregationibus ad studium earundem supplicationum, vt miseretur gentis illius, nec sineret eam in propria armari viscera, & ad ruinam domesticæ fortitudinis in bello configere: sed totius discordiæ causas sua potenti virtute compesceret, & sua moderatione sine funesto & luctuoso sine componeret. Litteras quoque iam ante tres menses & eo amplius illuc direximus, videlicet legatis nostris, Bernardo Diacono nostro, & item Bernardo religioso Massiliensi Abbati, quem captum esse audiimus, necnon & vniuersis principibus terræ tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis, in quibus quod nobis ad euitandam cædem, incendia & alia bellorum pericula optimum, & in tanti negotii definitione iustissimum videbatur, eos consulendo & hortando cum omni studio exequi admonuimus, & vt fortius insisterent, Apostolica auctoritate iniurimus. Verum quia nobis non satis compertum est, vtum ad vos pertenerint illæ litteræ, aut si perlatæ sint, ne fortè de earum veritate aliquid dubitatis, easdem vobis de nostris exemplaribus rescriptas mittere curauimus, admonentes vos, & per veram obedientiam præcipientes, modis omnibus operam detis, vt causa secundum sententiam earum litterarum pertractata finem habeat,

habeat, accipiat. Misimus etiam vobis sacramentum, quod Rex Henricus A nobis per fideles suos quosdam fecit, data quidem propria manu sua in manum Abbatis Cluniacensis, vt perlecto eo, cognoscatis quam rectè, quamque honestè pro suo nomine se erga nos habuerit: quippe à cuius fidelibus legati nostri postea capti sunt, videlicet Gerardus Hostiensis Episcopus in Longobardia, Bernardus Abbas Massiliensis in terra Teutonica; vnde cum nihil adhuc dignum fecisse cognouimus: Quamquam nos numquam eum in aliqua causa, Deo prouidente, hac occasione contrauenire, iustitiam circumuenire, aut grauare velimus, sicut etiam post cœptum negotium, numquam apud nos aut precibus, aut aliqua ostentatione amicitiarum, vel inimicitiarum obtinere potuit, vt quicquam pro eo præter quod iustum videretur, dicere vel censere vellemus. Atque in ea re, quoad uixerimus, incunctanter, Deo adiuuante, persistere nullo periculo vitæ, vel mortis deterrebimur. Agite ergo dilectissimi fratres, vt appareat quantum libertatem Ecclesiæ, & communem salutem omnium diligatis: scientes, quoniam si causa neglecta fuerit, & ad grauiorem (quod absit) exacerbationem venerit, nõ solum genti vestræ, & regno Teutonicorum, sed quoad fines Christianitatis sunt, damna, pericula, confusionem, & inæstimabiles miseriarum causas pariet. Dat. Romæ, ij. Kalen. Octobris, Indictione prima.

EPISTOLA VIII.

AURELIANENSIS Episcopi multa scelera perstringens, præcipit eis, vt ad examen illius actionum conuenientes, eum ad respondendum litteris conuocent: qui si vel venire noluerit, vel de obiectis non se purgauerit, depositum & priuatum illum declarent, quam sententiã iubet promulgari, & in eius locum Saxonem quemdã subrogari.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Richerio Senonensi Archiepiscopo, & Richardo Biturigeni,
eorumque suffraganeis, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Sicut quorundã vestrum nouit fraternitas, multis iam clamoribus, multisque litteris elaborauimus, vt Aurelianensis Ecclesia ad pristinum suæ nobilitatis statum reuocaretur. Sed peccatis (vt credimus) populi promerentibus, ita pseudoepiscoporum ibidem occupatio præualuit, quod adhuc omnino spinas confusionis suæ extirpare non potuimus. Quanta enim inobedientia Rainerius dictus eorũ Episcopus contra auctoritatem sedis Apostolicæ se armauerit, & in quantam confusionem, quantumque detrimentum Ecclesiam illam perduxerit, licet vos scire non dubitamus; quosdam tamen excessuum suorum religioni vestræ nominatim dicere procurauimus. Dicitur siquidem legitimam ætatem non habens contra decreta sanctorum patrum, sine idonea cleri & populi electione Ecclesiam iuuassisse. Dicitur etiã huic iniquitati illud addidisse, vt in promotione clericorum Archidiaconatus, & Abbatis per negotiationem vendendo, nullam honestatem, nullumque Dei timorem seruauerit. Super hoc etiam bis & ter fraterna charitate à nobis vocatus, non solum ad nos venire neglexit, sed etiam aliquem qui eum de obiectis legitimè excusaret, mittere contempsit, & à no-

A & à nobis interdictus, quinimo à communione corporis & sanguinis Domini separatus, officium Episcopale celebrare non timuit. Benedictum etiam deferentem litteras nostras in captione suorum ad contemptum Apostolicæ sedis, diu affici permisit. Quapropter iniquitatem eius deinceps nõ ferentes, Apostolica auctoritate vobis præcipimus, vt ad examinationem actuum suorum in locum quem magis aptum probaueritis, conueniatis; ad quem prius litteris vestris eum conuocetis, ibique de supradictis vobis respondeat; & si potest, se innocentem reddat. Quod si fortè in superbia sua permanet, infra quadraginta dies admonitionis venire contempserit, aut veniens de omnibus supradictis canonicè se non expurgauerit; iudicio sancti Spiritus, & auctoritate Apostolica sententiam damnationis, & depositionis sine omni spe restitutionis in eum promulgamus. Quam vos (sicut decet) sequentes, per aures circumstantis populi diffundite, & Sanzonem istum, de quo vos mihi scripsistis, qui beati Petri consilium & nostrum expetijt, in loco illius depositi secundum Deum subrogate. Dat. Romæ ij. Non. Octobris, Indictione prima.

EPISTOLA IX.

PRÆCIPIT vt intra quinquaginta dies ad locũ, quem Senonen. & alij Episcopi, quibus id commissit conueniat de obiectis criminibus se purgaturus. Quod si parere neglexerit, vel se non purgauerit, damnationis sententiam sine spe restitutionis in eum promulget.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Rainerio dicto Aurelianensi Episcopo.

Icet non aliàs nisi damnationis litteras ab Apostolica sede iam ex longo tempore inobedientia tua promeruerit; nos tamen ex radice infructuosæ mentis tuæ aliquid boni in vanum excutere temptantes, hanc nostram tibi curauimus mittere legationem, videlicet, vt in præsentia confratrum nostrorum Richerij Senonensis Archiepiscopi, & Richardi Biturigenis, necnon suffraganeorum suorum, & aliorum religiosorum, qui Deum timeant, responsurus de obiectis venias. Quibus litteras nostras misimus, vt ipsi in eo loco, quem magis habilem & aptum probauerint, conueniant, & causam tuam diligenter perquirant. Terminum autem examinandi huius negocij, infra quadraginta dies post receptionem litterarum nostrarum præfigimus. Et quia de obiiciendis tibi, cautum te, atque prouidum reddere volumus, ea tibi ante pertractationem negocij insinuamus. **D**iceris siquidem legitimam ætatem non habens, contra decreta sanctorum patrum, sine idonea cleri & populi electione te eis iniēcisse. Diceris etiam huic iniquitati illud addidisse, vt in promotiones clericorum Archidiaconatus & Abbatis per negotiationem vendendo, nullam honestatem, nullumque Dei timorem seruaueris. Super hoc etiam (vt nobis videtur) bis & ter fraterna charitate à nobis vocatus, non solum ad nos non venisti, sed etiam aliquem, qui te de obiectis iuste excusaret, mittere contempsisti. Suspendus etiam ab episcopali officio, & à communione corporis & sanguinis Domini; publicas missas celebrare non timuisti. Clericum etiam deferentem litteras nostras diu in captione tuorum ad contemptum Apostolicæ sedis diu affici permisi-

permisisti. Quapropter si cognoscis te super his omnibus inculpabilem, ad conuentum confratrum nostrorum adire, atque respondere nulla ratione permittas. Quod si in superbia tua permanens aut illuc venire contempseris, aut veniens de his omnibus canonicè te non expurgaueris; iudicio sancti Spiritus, & auctoritate Apostolicae sedis sententiam damnationis sine omni spe restitutionis in te promulgamus. Dat. Romae II. Non. Octob. Indict. prima.

EPISTOLA X.

COMMENDANS eius patris defuncti obseruantiam erga Romanam Ecclesiam, hortatur, vt orationibus & elemosinis illi suffragetur, atque eius in Romanam Ecclesiam obsequium imitetur & in regni administratione, praecipue in tuenda Ecclesia, cupit vt legatos ad se mittat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Regi Danorum, salutem & Apostolicam benedictionem.



Antea & vniuersalis mater nostra, Romana Ecclesia scilicet, quanta dilectionis & amoris instatia erga patris tui curam, & honoris sui sollicitudinem inuigilauerit, te plenè nosse, nec tui memoria excidisse dubitamus, videlicet cum ipse reminisci poteris, quam puram semper, & in omnibus seruitutis & debitae obedientiae reuerentiam circa beati Petri Apostoli honorem exhibuerit. Suis namque temporibus, vt Apostolica testatur Ecclesia, tam deuotum, tam fidum, tamque vnicum in amoris sui studio fuisse filium nouimus, vt penè in regibus nullus inueniretur secundus, & ni diabolico instinctu incentiuas vitiorum illecebras imitans, corporis sui fræna laxasset, inter optimè Deo placentes reges illum caelicas sedes inhabitare nequaquam dubitarem. Sed quoniam credimus, Apostolis quibus fidelis existit, opitulantis, Domini illum misericordia & gratuita pietate lamenta penitentiae ante vitam suam finem contrito corde arripuisse, veniam posse consequi non dubitamus, imò sui memores in orationibus nostris sibi concedi charitatis affectu rogamus, & te vt optimum decet filium, ei succurrere largis elemosinarum subsidiis & Ecclesiarum orationibus hortamur. Decet enim vt qui de sui corporalis & secularis regni, seu honoris haereditate, vt bonus pater reliquit, spiritualibus auxiliis (prout esse poterit) ne videatur fraudari; quatenus res, quae tibi decus paterni ministrant regni, manibus pauperum delatae, caelo patri conferant auxilium requiei. Nunc verò fili charissime Apostolica te inuitatione monemus, vt patris tui fidem & dilectionem, quam erga Apostolicam gessit Ecclesiam, corde prospicias, fide intendas, mente aduertas, & sic te filium beati Petri Apostoli exhibeas, quatenus sereno te vultu conspiciens, in haereditatem superni regni, in locum pie retributionis, vt dignam sobolem introducat. Si verò te deuotum prospexerit, profectò vocem pij sui magistri assumens dicet, Volo vt ubi ego sum, & hic sit tecum. Sic enim à Domino potestatem accepisse credimus, vt quem ligaret, ligatus, & quem solueret, in caelis esset solutus. & idcirco iterum, iterumque monemus, vt te ita dignum, acceptabilemque prout fragilitas humana permiserit, Domino cōcedente, omni annixu perficere satagas, vt tam praesentis, quam etiam futuri regni sublimitatem obtinere valeas. Quod si forte pater etiam tuus, diabolo

Suffragia pro defunctis.

10a. 17.

A diabolo suadente, aliqua incurrit animae detrimenta, caelum potius, immò caeli Dominum hortamur attendas, quam terram, & contra ea tui creatoris, inuincibilia arma corde quotidie puro exposcas: quatenus & profectu Apostolici filij lætemur, & tuis comparibus regibus incitamenta valeas praebere virtutum. Monemus insuper charissime, vt tibi commissi à Deo regni honorem omni industria, solertia, peritiaque custodias. Sit vita tua digna, sapientia referta, iustitiae & misericordiae condimento, saleque condita, vt de te vera sapientia, quae Deus est, dicere queat: Per me Rex iste regnat. Pauperum & pupillorum, ac viduarum adiutor indeficiens esto: sciens pro certo quoniam ex his operibus & condimentis amor tibi reconciliatur Dei. Audiuius insuper, nec dubitamus, quod Dei Ecclesia, quae mater & domina nostra est, sicut in multis aliis terrarum partibus, ita in vestris ab iniquis hominibus & diaboli membris cōprimatur, & non vt decet tueatur & veneretur. Ad cuius auxilium & tuitionem in omnibus & super omnia te inuigilare volumus, & paternè monemus. Nam talibus non resistere, quid aliud est quam fidem negare? Quapropter monemus & obsecramus, vt posthabito omni humano odio, inuidia postposita, etiam si incubuerit morte; eam erueri, protegere, fouere, tueri, & ab insidiantium faucibus luporum eripere pro posse labores: Sciens pro certo, quod nullam orationem, nullumque gratius sacrificium in supremi arbitri oculis poteris offerre. Votum insuper nostrum tale, Deo teste est, quod saepe velimus nuncios tuos videre, per quos possemus tui salutem, animamque videlicet & corporis plenius agnoscere, & te mutua vice (prout Deus concederet) Apostolicis institutionibus excitare. Omnipotens Deus à quo bona cuncta procedunt, meritis beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli te charissime filii custodiat, & sua virtute & pietate corroboret: quatenus sic in ipso temporalia administrare valeas, vt post huius vitae metam aeterni regni gloriam obtinere merearis. Dat. Romae, viij. Idus Nouembris, Indictione prima.

Prok. 8.

Regem nō tueri Ecclesiam, est fidem negare.

EPISTOLA XI.

CONFIRMAT excommunicationem ac depositionem ab eo factam cuiusdam iuuenis in Carnotensi Ecclesia intrusi. Ad quam regendam cum Abbas sanctae Euphemiae à Rege Francorum postularetur, praecipit, vt voluntate omnium diligenter perquisita, quicquid pro eius canonica electione, vel contra eam inuenerit, per litteras sibi significet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Dienfi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

D Vid de negotio Carnotensis Ecclesiae actum sit, tua relatione, remota omni ambiguitate (sicut oportuerat) cognouisse vellemus. Peruenit enim ad aures nostras te excommunicasse, & irrecuperabiliter deposuisse quendam iuuenem illum indignè appositum pro Episcopo: Quod quidem, si ita est, nobis multum placet, & praesenti auctoritate confirmamus. Ceterum fraternitati tuae notum esse volumus, Philippum Regem Francorum iterata postulationem missione ad nos direxisse pro Roberto Abbate monasterij sanctae Euphemiae de Calabria, qui & hoc in anno, cum in Longobardia eramus, per nos transfuit in Franciam, vt eum ad regimen Carnotensis Ecclesiae Episcopum probarem & ordinarem. Reuer-

EPISTOLAE

Reuersus est etiam ille idem Robertus Abbas ad nos, dicens se donum Episcopatus offerente Rege refutasse, nec quicquam inde sine nostro consilio facere voluisse, vel facturum esse: veneruntque cum eo duo clerici praefatae Ecclesiae referentes nobis, & multum affirmantes, penè omnium qui de eadem Ecclesia sunt maiorum & meliorum voluntates in hunc conuenisse; non tamen aliquam de eo electionem factam esse. Verum quia sanctorum patrum statuta sequi, & obseruare cupientes, nihil de eo, aut de promotione eius, sine electione Ecclesiae nobis probandum esse iudicauimus, nec in ipsum quod isti nobis de voluntate absentium referebant, satis constabat; prudentiam tuam admonemus, vt Ecclesiam illam aut per te; aut per fidelem & probatam tibi personam visitare studeas, & voluntatem omnium tam maiorum, quam minorum super hac re diligenti inquisitione cognoscas. Quod si causam ex omni parte diuina miseratione & dispensatione ita coaptare posse uideris, vt illorum in hunc, quem supra diximus, Abbatem voluntas libera, & consideratio prudens, electio canonica, & sanctorum patrum regulis consonans dinoscatur, quam citissime nobis certa litterarum tuarum significatione indicare procures: vt quae ad effectum huius dispensationis necessaria sunt, Deo auctore exequi & implere possimus. Sin autè aliter aliquid inueneris, quod & causa potior & ratio probabilior administret, itidem nobis notificare non differas: quatenus in quo oporteat nobis & Ecclesiae prouidere, ac salubriter (Deo adiuuante) quod officij nostri est, impendere valeamus.

EPISTOLA XII.

Vt alios nuncios mittat, per quos causa inter Spaletanum & Ragusanum Episcopos diligenter cognita, eius petitioni satisfacere possit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Michaeli Sclauorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.

C **O**gnoseat debita tuae deuotionis circa sedem Apostolicam reuerentia, Petrum apud vos dictum nostrum legatum adhuc nostram non aduenisse praesentiam: suas tamen misisse litteras, quae ita uestris dissonantes existunt, quod uestram causam, seu Ragusanae Ecclesiae penitus finire nequiuimus. Quapropter Petrum Antibarensem Episcopum, atque Ragusanum, siue alios idoneos nuncios ad nos mittere oportet, per quos, de lite, quae inter Spaletanum Archiepiscopum ac Ragusanum, iniustitia possit inquiri, ac canonicè diffiniri, cuius regni honor à nobis cognosci. Tunc uero re cognita, tuae petitioni iuste satisfacere, secundum quod cupimus, ualebimus, ac in dono vexilli, & in concessione pallij quasi charissimum beati Petri filium dictante rectitudine, audiemus. Dat. Romae v. Idus Ias. Indictione prima.

EPISTOLA XIII.

TEMERITATEM eorum in offendenda sancta Romana Ecclesia incusans, salutem ipsorum consulens, ad Synodum eos vocat, promittens eos securos fore, seque iustitiam vigorem temperaturum.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guiberto Rauennati Archiepiscopo, omnibusque suffraganeis eius, & uniuersis Episcopis & Abbatibus in Marchia Firmana, & Camerina, & in Pentapolim, & Aemilia, & Logobardia partibus constitutis.

S Alitem vobis cum Apostolica benedictione libenter mitteremus, si uestrae temeritati sanctorum patrum auctoritas non obstitisset. Quam grauitè enim ultra quam Christianos oporteret, beatum Petrum Apostolum, eiusque sanctam Romanam Ecclesiam, uestram utique omniumque fidelium matrem offensam, atque commotam reddidistis, Deus est testis, sanctorumque patrum regula, uestraque conscientia. Sed quoniam humanum est peccare, Dei que peccantibus conuersis veniam tribuere; ipsa quae eiusdem Dei & Domini sanguine fundata est Ecclesia, ad gremium suum redire vos adhuc ut mater expectat: nequaquam in uestra grassari desiderat nece, immò uestrae cupit saluti occurrere. Quapropter moti tam uestra, quam omnis gregis Christi nobis commisi salute, ex omnipotentis Dei parte & Romanae Ecclesiae uniuersalis uidelicet matris, Apostolica auctoritate monemus, & inuitamus vos, ut ad Synodum, quam (Deo auctore) in proximo uestrae Quadragesimae prima hebdomada celebraturi sumus, conueniatis: scientes vos securos fore ab omni laesione uitae & membrorum, rerumque uestrarum, & ab omni seculari iniuria, eorum scilicet, quos constringere poterimus. Sciatis etiam quod apud nos nullius unquam odium aut preces, seu turpis iactantia locum obtinere poterit, quò contra vos in aliquo iniustitiam exercere possit; immò rigorem iustitiae (prout possumus) temperantes, indulgere vobis quantum sine detrimento animarum uestrarum & nostro periculo poterimus, parati sumus. Desideramus enim potius (Deo teste) uestrae saluti & populi vobis crediti consulere, quam nostro seculari commodo in aliquo prouidere. Dat. Romae, v. Kalend. Feb. Indictione prima.

EPISTOLA XIII.

Vt Sanzone, qui confuratis omnibus sibi ab amulis obiectis criminibus coram Episcopis delegatis, dignum se Aurelianensi episcopatu, ad quem electus fuerat, demonstrauit, omnem honorem ac reuerentiam exhibeant, donec diffinitiuam sententiam, adhuc suspensam, declaret.

D GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Aurelianensis Ecclesiae, salutem & Apostolicam benedictionem.

Litteras à vobis delatas Apostolicam sedem accepisse non ignorare vos credimus, quibus electio episcopalis facta in Sanzone Ecclesiae uestrae clerico intimabatur: quibus, quoniam honestate eius iam pridem agnouimus, fide accomodare, assensumque praebere parati sumus. Sed quo nam instinctu, quo ue actu nescimus, inopinatae litterae nihil priorum sensus habentes, immò contrariae sentientes ad nostram praesentiam delatae sunt, nostram diffinitiuam sententiam, ne facere aliquid super hoc negotio praecipitate & inordinate uideamur, Ep ist. Tom. 3. Rrr deremur,

deremur quoad vsq. nobis, aut nunciū, seu litteras vestras mittatis, per quas **A** oīa eiufdē negocij acta plenius cognoscamus, suspēdere dignū duximus. Tñ vnū vos scire volumus, q̄ clericos illos, qui à vobis litteras nobis detulerāt, quiq̄ Sāzoni cōtraria sentiebant, vnā cū prænominato Sāzōne corā Episcoporū nostrorū prēsētia diligenter pericrutarī fecimus: quatenus vtriusq̄ue partis veritate percognita, quid improbandum abigeremus, quid ūe approbandum laudassemus. Tandem penē oīa, quae sui amuli sibi obiecerant, Sāzo ipse confutans, sibi magis fauere iustitiam nobis dignis assertionibus demonstrauit. Verūm quia nihil super hoc negocio, alijsq̄ue suis causis absq̄ue nostro Apostolico consensu, consilio ūe agere cupit, immō se suaq̄ue omnia sub tutela sedis Apostolicæ constituit; quantum sibi iustē subuenire (Deo cedente) possumus, nō denegamus. Interea Apostolica mansuetudine tā vos, quā ceteros vbicunq̄ue possessionē habet, monemus, & auctoritate præcipimus, vt omnē honorē, omnēq̄ reuerentiā sibi exhibere nō denegetis, ac eū cū **B** omnibus, quae sua sunt, tutē & sine omni molestia, seu inquietudine manere permittatis: sciētes quōd si aliter feceritis (q̄ nō credimus) ac ei honorē, reuerentiāq̄, subtraxeritis, & eū & quae sua sunt, quietē & securē manere minimē permiseritis, ita in vos sicut in hostes nostros, & Apostolicę sedis aduersarios vindictā, & Apostolicę vltionis gladiū exeremus. Nos verō cū prædicto viro Sāzōne (Deo iuuāte) tale cōsiliū adinueniemus, q̄ honor vestrę ecclesię & vtilitas in oībus melius q̄ solito vigeat. Dat. Romę. iiii. Kal. Feb. Ind. prima.

CONCILIVM.

Pontif. in Gregor. VII.

A Nno ab incarnatione Domini Millesimo septuagesimo octauo, Pontificatus verō Domini Gregorij Papae septimi, Anno quinto, Celebrauit ipse Dominus Gregorius Papa Synodum, vbi interfuerunt Archiepiscopi & **C** Episcopi diuersarū vrbiū ferē numero centum, necnon & Abbatū, ac diuersorū ordinū clericorū & laicorum innumerabilis multitudo. In qua Apostolica constituta corroborans, multa quae corrigenda erāt correxit, & quae corroborāda firmavit. Inter cetera nāque in fine synodalis absolutionis hoc annexuit, & perpetua memoria pro posteris scribenda mādauit, ita dicendo: Tedaldum dictū Archiepiscopū Mediolanensem, & Raennatē Guibertū inaudita heresi & superbia aduersus hanc sanctā Catholicā Ecclesiā se extollentes, ab episcopali omnino suspēdimus & sacerdotali officio, & olim **D** iā factū anathema super ipsos innouamus. Arnulphū Cremonēsem publicē corā nostra præsētia conuictū & consentem se simoniacū, ab omni episcopali officio absq̄ue spē recuperationis deponimus, & vsq̄ue ad dignā satisfactionē anathemate percutimus. Rolandū verō Taruensiensem, qui pro adipiscēdo episcopatus honore subdolos factus legatus inter regnū & sacerdotiū schisma facere nō abhorruit, vt amodō & vsq̄ue in seculū episcopali careat dignitate, Apostolica cēsura censemus, & vt nullus successorū nostrorū sua cōsecrationi aliquo modo cōsentiat, modis omnibus prohibemus, & perpetuo eū anathemate alligamus, nisi resipuerit, & dignē Deo satisfecerit. Ugonem Cardinalem tituli S. Clementis, tertio ab Apostolica sede dānatum,

A tum, eo quōd aspirator & socius factus heresi Cadoloi Parmensis Episcopi, & iterum constitutus legatus Apostolicę sedis, heretici & simoniaci, & ab Apostolica sede damnatis se coniunxit: & tertio factus apostata & heresiarcha, schismata & diuisiones, atque scissuras in Ecclesia Dei temptans, eam scindere fecit; ab omni sacerdotali officio priuamus, & tam ab ingressu & honore predictę Ecclesię, quā omnium Ecclesiarum sub perpetua & irremocabili sententia submouemus, & vsq̄ue ad satisfactionem anathemate percutimus. Renouamus etiam excommunicationem à predecessoribus nostris factam super Guifredum Archiepiscopum Narbonensem, & absq̄ue vlla recuperationis spē ab episcopali officio eum submouemus.

Hic fuerat creatus contra Alexandrii II. pleu-
dopapa. Pont. in
Alexan. II.**B**

De causa Regis.

E T quoniam lis & perturbatio regni in maximum sanctę Ecclesię periculum & detrimentum quotidie redūdare cernimus; placet nobis laborare pro viribus, quatenus idonei tam religione, quā etiā scientia pollētes nunciū ē latere Apostolicę sedis ad partes illas mittātur, qui omnes religiosos & iustitię amatores in Teutonici regni partibus commorantes clericalis & laicalis ordinis viros & ad hoc opus idoneos conuocent, cū quibus (Domini gratia præuenire) aut finem & pacem iustē componant, aut veritate percognita, cui parti magis iustitię faueat, ad plenum addiscere valeant: quatenus pars iniusta desistat, & Apostolica auctoritate munita, iustitię vigor & auctoritatis robur obtineat. Verūm quoniam nonnullos diabolico instinctu collectos tyrannidis suę facibus accensos, turpis lucri auaritia mancipatos discordiā potius quā pacē fieri & videre desiderantes, fore non ignoramus; statuimus vt nulla vnquam persona alicuius potentie suę Rex aut Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Comes, Marchio, siue miles aliqua presumptione, temerario ūe ausu, fraude, dolo ūe; seu aliqua perturbatione legatis nostris obistere & contraire, ne iustitiā & finem componāt, pertemptent. Quicumque autem temerario ausu (quod non optamus) huius nostrę constitutionis violator extiterit, legatisq̄ue nostris ad hanc pacem componendam euntibus prænominatis fraudem opponere temptauerit, vinculo eum anathematis alligamus: & non solum in **D** spiritu, verūm etiā & in corpore, & omni prosperitate huius vitę Apostolica potestate inuodamus, & victoriā eius in armis auferimus. vt sic saltem confundantur, & duplici confusione & contritione conterantur. Item. Rainerio verō Vizzoni filio inducias trium hebdomadarum damus. Quōd si in spacio isto coram præsētia nostra aut per se, aut per legatos suos iustitiā facere noluerit, eo quōd fratrem suum manu sua interemit, & multa periuria vt scelestus incurrere non abhorruit, & cognatam suam & pupillos, liberos vtiq̄ue fratris sui, castra eorum diripiēdo, & prædia contra periculum animę suę vexare non desinit.

Epist. Tom. 3.

Rrr 2 Tran-

Transacto prænominato termino anathemate eum alligando percutimus. **A**
 Et filium Comitum... datis, inducijs usque in palmas, simili excommuni-
 catione inmodamus: eò quod Lucensem Ecclesiam quietè manere sua diri-
 piendo minimè permittit. Excommunicamus omnes Normannos, qui in-
 uadere terram sancti Petri laborant, videlicet Marchiam Firmanam, Du-
 catum Spoletanum, & eos qui Beneuentum obsident, & qui inuadere &
 depredari nituntur Campaniam & Maritimam, atque Sabinos, necnon
 & qui temptant urbem Romanam confundere. Episcopos verò, qui acce-
 ptis epistolis nostris, aut cognitis, neque per se, neque per canonicam excusa-
 tionem ad presentem Synodum venerunt, ab episcopali suspendimus offi-
 cio. & quicumque eorum seu Episcopus, siue presbyter prædictis Norman-
 nis, donec excommunicati fuerint, diuinum officium fecerit, à sacerdotali of-
 ficio perpetuò submonemus. Abbati Farfensi octo similiter dierum indu-
 cias concedimus: post quem terminum, nisi ad emendationem venerit, ex-
 communicamus, & ei corpus & sanguinem Domini interdiciamus, Abba-
 tisque ordine in perpetuum carere eum censemus.

Et quoniam Dei iudicio nonnullos naufragio perire cognoscimus, &
 eos quasi legali iam iure, diabolico immò instinctu ab his, quibus misericor-
 diter subleuari & consolari deberent, depredari conspiciamus: statuimus,
 & sub anathematis vinculo (vt à prædecessoribus nostris statutum est) in-
 bebimus, vt quicumque naufragum quemlibet, & bona illius inuenerit, se-
 cure tam eum, quam omnia sua dimittat. Ordinationes verò illorum, qui **C**
 ab excommunicatis sunt ordinati, sanctorum patrum sequentes vestigia,
 irritas fieri censemus. Iterum sanctorum prædecessorum nostrorum sta-
 tuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate, aut sacramento constri-
 cti sunt, Apostolica auctoritate à sacramento absoluiamus, & ne sibi fide-
 litatem obseruent, omnibus modis prohibemus. Item. Et quoniam multos
 (peccatis nostris exigentibus) pro causa excommunicationis perire quoti-
 die cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim
 timore, partim etiam necessitate, deuii misericordia, anathematis sen-
 tentiam ad tempus (pro vt possumus) opportunè temperamus. Apostolica
 namque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet
 uxores, liberos, seruos, ancillas seu mancipia, necnon rusticos, & seruien-
 tes, & omnes alios, qui non ad eò curiales sunt, ut eorù consilio scelera per-
 petrentur. Et illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, seu il-
 los, qui communicant cum eis, qui cõmunicant excommunicatis. Quicumque
 autem aut orator, siue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum
 deuenerit, vbi non possit emere, vel non habet vnde emat, ab excommuni-
 catis accipiendi licentiã damus. Et si quis excommunicatis pro sustentatione
 nõ superbia, sed humanitatis causa aliquid dare voluerit, fieri non prohibe-
 mus. Actũ Roma, in Ecclesia Domini Saluatoris, v. Non. Mar. Ind. prima.

EPI-

A LEGATOS Apostolicos in Synodo Romana pro concilianda pace in regno Teuto-
 nico fuisse designatos ait, quos impedire si quis præsumat, eum excommunicat. Presen-
 tium portitorem hac de causa directum fuisse, vt cum Archiepiscopo Treuerensi de loco
 & tempore conuentus statuat, quò legati Apostolici securius ire possint.

B GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Archiepiscopis, Episcopis, Clericis, Ducibus, Principibus,
 Marchionibus, omnibusque maioribus & minoribus
 in Teutonico regno constitutis, exceptis his, qui
 canonica excommunicatione tenentur, salu-
 tem & Apostolicam benedictionem,
 si decretis Romanæ Ecclesiæ
 obedierint.



Notum vobis fieri volumus fratres charissimè, quòd in ea Syno-
 do, quam nuper Romæ celebrauimus, inter multa alia, quæ de
 statu sanctæ Ecclesiæ (Deo cooperante) peregrimus, de ruina &
 confusione nobilissimi regni vestri diligenter tractantes, hoc sa-
 lutiferum & opportunum pro reparatione pacis vestræ fore pu-
 tauimus, vt religiosi legati Apostolicæ sedis ad partes vestras dirigantur, qui
 Archiepiscopos, Episcopos, & religiosos clericos, necnon laicos ad id ido-
 neos, in loco qui vtrique parti habilis & congruus sit, conuenire cõmoneant,
 vt aut pacem (Deo auxiliante) inter vos componant, aut cui parti iustitia fa-
 ueat, veraciter addiscant. Nam in eadem Synodo diffinitum est, quòd nos **C**
 contra eam partem, quæ pacem fastu superbiæ refutauerit, & cui iustitia non
 fauerit, omni conamine, omnibusque modis potestate beati Petri in iurgam-
 mus. Et quia nonnullos de regno vestro intelleximus magis iurgium & di-
 scordiam, quam pacem diligere; ex parte omnipotentis Dei, & beatorum Apo-
 stolorum Petri & Pauli interdiciamus, vt nullus sit qui aliquo ingenio, aut stu-
 dio, seu violentia impediatis viros ad restaurandam regni vestri cõ-
 cordiam conuenire, aut conuenientes iustum & legalem huic discordiæ fi-
 nem imponere. Ad reprimenda etiam mala ingenia, & illicitos conatus iu-
 dicio sancti Spiritus, & auctoritate Apostolicæ sedis anathematizauimus, &
 anathematizamus, quicumque siue Rex siue Archiepiscopus, siue Episcopus,
 siue Dux, siue Marchio, siue alicuius dignitatis vel ordinis persona sit, præ-
 sumperit aliquo modo hanc salutiferam constitutionem perturbare, videli-
 cet qui operã dederit, ne prædictus conuentus fiat, aut concordia tantæ per-
 turbationis. Adicimus etiam eidem anathemati, vt quicumque huius iniqui-
 tatis præsumptor fuerit, non solum in anima, sed etiam in corpore, & in om-
 nibus rebus suis vindictam omnipotentis Dei sentiet, & in omni congressione
 belli nullas vires, nullumque in vita sua triumphum obtineat, sed duplici cõ-
 tritione prostratus semper vilescat, & confundatur: vt sic saltem ad pæniten-
 tiam redire addiscat. Presentium verò portitorem ad hoc vobis dirigimus,
 vt vnà cum venerabili fratre nostro Treuerensi Archiepiscopo, qui Henrico
 fauet, & altero, qui vtilis & religiosus ad hoc sit opus, Episcopus ex parte Ro-
 dulphi, locum & tempus prædicti conuentus statuatur: quatenus legati nostri,
 Epist. Tom. 3. Rrr 3 quos

quos praefati sumus, securius & certius ad vos venire, & quae omnipotenti A Deo placeant, ipso auxiliante, vobiscum valeant perficere. Dat. Romae, vij. Id. Mar. Indictione prima.

EPISTOLA XVI.

HORTATUR *ut pro componenda in regno Teutonicorum pace laboret; & notificato Pontificis de pace consilio, ad se veniat, ne legatos frustra & cum periculo mittat. monet ut cui iustitia fauet, ipse quoque faueat, atque alios idem facere doceat.*

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, B
Vdoni Treuerensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vanta nobis sollicitudo, quataq; tristitia sit de perturbatione, immo de dissidio regni vestri, olim clarissimi & potētissimi in coibus litteris, quas hoc in anno ad vos misimus, satis vobis declaratum esse putamus. Verum quia res de die in diē perniciosius implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altius in mente figitur. Proinde quicquid nobis super hac re ad praesens melius visum est, quod nostra providentia, vel auctoritate interuenire potuisset, maturare curauimus: quod tua fraternitas litteris quibus illud singulariter scriptum est, plenius cognoscet. Rogamus igitur, & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, vt secundum tenorem earundem litterarum, sine omni dilatione de causa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quam maioribus quoad potes quid a nobis delibetatum, & qualiter tibi iniunctum sit, notum facias, vt miserante Deo, & adiuantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis discordiae furorē aut penitus compescere, & (quod maxime optamus) ad plenam pacem reducere possimus, aut si illud peccatis impediētib; minimē obuenire poterit, saltem nos in tanto fratrum nostrorum periculo culpam negligentiae declinemus. Notificato autem consilio & decreto nostro, & requisitis vtriusque responsionibus, vt eam certitudinem & consensum inueniatis, ne in mittendis legatis, nobis dubitandum non sit; ordinatis & confirmatis omnibus, quae ad profectum quendū hoc negociū loco, tempore, vel ceteris conuenientijs necessaria sunt; volumus vt tu, & frater ille qui tecum huius rei mediator esse debuerit, confestim ad nos veniatis: quatenus cognitis securitatibus, & quae spes pacis esse debeat, legatos nostros tam sine periculo, quam sine desperatione fructus laboris & fatigationis eorum vobiscum mittere valeamus. Nec durum tibi sit frater subire quod imponimus; quoniam ex quo in Ecclesia locum sacerdotij & officium suscepisti, nihil Deo dignius, aut animae tuae salubrius fecisti, quam si in hac re nequitiam diabolicae fraudis elidere, & salutem tot millium hominum (opitulante Deo) consulere poteris: & si hoc fatigationi tuae pro voto non successerit, tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod iusta & perseveranti voluntate concipitur. Illud tamen a dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, vt

A vt etiam si illum alium, quem huius rei mediatorē te habere supra diximus, socium itineris habere non possis: tu tamen ad nos venire nullatenus praetermittas. Praecipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, vt cui iustitia fauet, tu omnino faueas, & hoc idem facere clericos & laicos, quos poteris ex parte nostra comoneas. Treua etiam a vobis prouisa vsque ad quindecim dies post conuentus solutionem illaesa seruetur. Volumus autem vt apud Regem diligenter procures, quatenus legati nostri qui in partibus illis sunt, Bernardus scilicet Diaconus sanctae Romanae Ecclesiae, & Bernardus Massiliensis Abbas, si voluerint, licenter & securē ad nos redire valeant. Dat. Romae, vij. Id. Mar. Indictione prima.

EPISTOLA XVII.

B **SIGNIFICAT** *se temperantiam potius, quam rigorem canonum secutum, causas Episcoporum Franciae & Burgundiae discussisse, & cum singulis mitius egisse, praecipue vero cum Manasse Remensi Archiepiscopo, cuius etiam iuramenti exemplar adicit.*

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,



Via consuetudo sanctae Romanae Ecclesiae, cui (Deo auctore) licet indigni deseruimus, est quaedam tolerare, quaedam etiam diffimulare; discretionis temperantiam potius quam rigorem canonum sequentes; causas Episcoporum Franciae, atque Burgundiae, qui suspensae, seu damnatae a legato nostro Vgone Diensi Episcopo fuerant, non sine graui labore discussimus. Denique Manassem Remensem Archiepiscopum, qui in multis accusatus fuerat, seseque a Synodis, ad quas Vgo Diensis Episcopus eum inuitauit, subtraxerat: quia sententia super eum data, non Romanae Ecclesiae grauitate, & solita mansuetudine videbatur, in proprium gradum, officiumque restituumus: ea quidem ratione, vt supra corpus sancti Petri iuraret hoc modo: *Ego Manasses Remensis Archiepiscopus pro superbia non dimisi quod non venerim ad Synodum Augustodunensem, ad quam me Diensis Episcopus vocauit: si vocatus nuncio vel litteris Apostolica sedis fuero, nullo malo ingenio, & nulla fraude me subtraham, sed veniens diffinitioni, & iudicio huius Ecclesiae fideliter obediam. Quod si Domino Papa Gregorio, vel successori suo placuerit me de obiectis ante legatum suum respondere, idem per omnia faciam. Thesaurus autem, ornamenta & praedia Remensis Ecclesiae mihi commissa ad honorem ipsius Ecclesiae fideliter tractabo, & ad resistendum iustitia ea non abalienabo.* Vgoni quoque Bifuntino Archiepiscopo, quia litterae, quibus inuitabatur ad Synodum, a clericis suis retentae, & non sibi ostensae fuerant, suspensio in eadem Synodo, Episcopale officium reddidimus, hac conditione quod debeat se de obiectis coram legato nostro, si ei visum fuerit cum suffraganeis, aut conuicinis Episcopis expurgare. Richerio vero Senonensi Archiepiscopo interdictum reddidimus officium. Promisit enim in manu nostra, quod siue per se, siue per nuncium suum causam, pro qua ad Synodum praefati legati nostri non venit, coram eodem legato debeat exponere, & in negociis Ecclesiasticis pro posse suo consilium & auxilium fideliter & humiliter sibi impendere, eiusque animum placare. Gotfredus autem Carnotensis Episcopus, quia non inuitatus & absens, iudicatus fuerat, Episcopali officio a nobis restitutus est: hoc quidem tenore, quod causa sua ante legatum

gatum nostrum debeat retractari, atque diffiniri. Richardus Biturigensis Archiepiscopus, quia irato animo, & non Synodali iudicio dimisit Ecclesiam suam, virgam & anulum recepit, promittens se de obiectis coram legato nostro satisfacere. Rodolphus Turonensis Archiepiscopus, quia legales accusatores non habuit, sacerdotali & episcopali officio restitutus est, etiam Episcopis, qui eum accusauerant, ab accusatione deficientibus. & quia causa sua ab antecessore nostro beatæ memoriæ Alexandro retractata & determinata fuerat, videbatur quod non sine certa accusatione deberet retractari. Nobis tamen visum fuit, quod legatus noster cum legato Diensis Episcopi Turonis debeat proficisci, & conuocare omnes suffraganeos Episcopos, nec non clerum & populum, & ex parte beati Petri illos commonere, ut qualiter electus fuerit vel ordinatus veraciter profiteantur: ut si claruerit eum de obiectis innocentem esse, quæstio accusationis suæ omnino deinceps sopiatur. Sin autem certissimè, & vnde dubitari non possit, contra eum testimonium datum fuerit, canonica sententia feriat. Actum Romæ, vij. Id. Mar. Indictione prima.

EPISTOLA XVIII.

EPISCOPALE officium exercendi facultatem illi concedit, dum opportuno tempore de obiectis sibi criminibus satisfaciatur, atque omnem venalitatem ab Ecclesia Dei eiiciatur, & in officio suo vigilans & studiosus appareat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
H. Spirensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Via in susceptione Spirensis Ecclesiæ verèpurte contra decretum Apostolicæ sedis virgam de manu Regis scienter, ac temerariè suscepisse; episcopale officium hæcenus te agere non concessimus. Quod si secundum legati tui verba decretum nostrum ante inuestituram pro certo non cognouisti, officium episcopale faciendi facultatem & licentiam tibi concedimus; eo tamen tenore, ut opportuno tempore nobis, vel legatis nostris de obiectis te satisfacturum representes. Et quia in Romanis concilijs, tam à nobis, quàm ab antecessoribus nostris promulgatas constitutiones non sicut decuit te seruasse comperimus, videlicet, ut omnem venalitatem de Ecclesia tuâ eijectives; negligentia non parua fraternitatem tuam arguere possumus. Vnde Apostolica auctoritate interdiximus, eiectionis illis qui in Ecclesia tua per pecuniam promoti sunt, ut neque Archidiaconatus, neque archipresbyteratus, neque aliquid, quod ad spiritualem curam videatur pertinere, pretio dari permittras: sed secundum Domini præceptum dicentis: Gratis accepistis, gratis date; te irreprehensibiliter habens, & clericos non castè viuentes, rigore pastoralis corrigès; sicut olim negligens & desidiosus fuisti, ita deinceps in administratione suscepti officij vigilans & studiosus appareas: quatenus in fine vitæ tuæ omnipotentem Dominum clementem, & misericordem operis tui reconditudo tibi faciat. Dat. Romæ, xiiij. Kal. Apr. Indictione prima.

Matt. 10.

EPI.

A

LEGATVM se mittere, ut diligenter & piè examinet, an Episcopus Rotomagensis pro sua ægritudine pastoralis moderamini præesse valeat: si autem infirma valetudo ita eum opprefferit, ut minus aptus tali muneri reperiat, omnino alius canonicè eligatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Regi Anglorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Bfficij nostri cura exigit, ut Ecclesiis pastoribus viduatis sollicitè subuenire properemus. Quia verò inter Reges, tum more honestatis qua nites, tum liberali prudentia qua muniris, te speciali dilectione amplectimur; dignum est, ut Ecclesiis, quæ sunt in regno diuina dispositione tibi commissæ, specialiter cauere studeamus. Vnde Rotomagensi Ecclesiæ, quam dudum pastore destitutam ægritudine impediante audiui, succurrere hoc modo disposuimus. Hubertum sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconum, quem experimento nobis & tibi fidelem didicimus, liberali gloria tuæ fili charissime mittimus, qui cum viris religiosis Episcopis, & Abbatibus eiusdem etiam Ecclesiæ fratribus prædictum Archiepiscopum adeat, diligenti & pia consideratione examinet, an pastoralis moderamini præesse, ut oportet, valeat. Si verò valetudine corporali sic iudicent destitutum, ut amodò episcopali non sit aptus regimini; prius ad monitionibus sibi persuadere non desistant, si oportuerit, etiam auctoritate Apostolica, ut suo consensu ordinetur Ecclesia. At si valetudo sic eum opprefferit, ut infensatum, & officij sui obliuiofum reddiderit, non dijudicans quanti sibi, & vniuersæ patriæ ægritudo sit detrimenti; præcipimus auctoritate Apostolica, virum tanto ponderi competentem, bene moratum, & sapientem, vniuersorum consensu canonice eligi, & in Archiepiscopum promoueri. Dat. Romæ, ij. Non. Aprilis, Indictione prima.

EPISTOLA XX.

INCREPAT quod patientia Romana Ecclesiæ abusus, scelus sceleri addendo, cuncta penè Ecclesiæ suæ ornamenta dilapidauerit: quam obrem illi præcipit, ut omnibus restitutis, ad Synodum in suis partibus celebrandam conueniat, & legatis de omnibus, quæ illi obiecta fuerunt, rationem reddat.

D **GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,**
Rainerio Aurelianensi.

Vanta in Deum & tui ordinis salutem commiseris, si sanæ mentis te velles ostendere, à tui memoria excidisse peiora operando, nequaquam monstrares. Decuerat te summoperè meditari quantà erga te patientiâ Romana ostendit Ecclesia, quæ dum ultra quàm oportuit, est misera, ipsius misericordia quodammodo versa est tuo opere in culpam. Qua quidem sic nimium impudens abuteris, ut cogas nos tuis agitatissimis stimulis, in te districta æquitatis censura insurgere. Inter cetera nãque

que quæ olim peruersa mente egisti, vt vulnus vulneri infligeres, sicut nobis A
insinuatum est, penè cuncta Ecclesiæ tibi commissa ornamenta, pallia videli-
cer, calices, turribula, planetas, & cetera sacra Deo, non ad vtilitatem Dei,
& præfata Ecclesiæ, non in adiutorium pauperum & captiuorum, sed ad libi-
tum tuum, & inanem gloriam, atque superbiam distaxisti. Quod quidem
quantum nos contristat, aduertere poteris. Nunc itaque Apostolica tibi au-
ctoritate præcipimus, vt omni excusatione semota, quicquid abstulisti, iussè
restituas, & restituis omnibus ad Synodum, quæ vestris in partibus celebra-
da erit, cõuenias, ibiq. coram legatis nostris, Vgone videlicet Diensi, & Vgo-
ne Abbate Cluniacensi, necnon & Rogerio subdiacono nostro, de his & aliis
quæ tibi intendantur, rationem canonicè exponas. Quòd si fortè de omnibus,
quæ tibi obiecta fuerint, canonicè te non expurgaueris, ac ablata, secundum
nostram iussionem non reddideris, iudicio sancti Spiritus, & auctoritate Apo-
stolica sententiam anathematis & depositionis, sine omni spe recuperationis B
in te promulgabimus. Dat. Romæ, viij. Kal. Maij, Indictione prima.

EPISTOLA XXI.

Vt legato, quem ad Regem Hispania mittit, auxilium præbeat. De Berengario sen-
tentiam suam fratres, quos cum legato mittit, nunciaturus scribit. tribulationes suas ex-
ponit, pro quibus misericordiam Domini implorari petit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vgoni Cluniacensi Abbati, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.

Diuersarum gentium concursione, & multorum negotiorum fati C
gatus meditatione, ei parum scribo, quem multum diligo.
Abbatem itaque, sicut Rex Hispaniæ rogauit, & vos consilium
dedistis, Deo auctore, Episcopum consecrauimus: & ad eun-
dem Regem sacerdotem Cardinalem Richardum, vicem no-
stram illi committentes, in Hispaniam dirigimus, cui vt præ-
beas auxilium, & idoneum socium, fraternitatem tuam rogamus. De Beren-
gario, vnde nobis scripistis, quid nobis videatur, vel quid disposuerimus, fra-
tres quos tibi remittimus cum prædicto Cardinali nostro nunciabunt. Vos
autem certa fide, immò & oratione Dei omnipotentis misericordiam implo-
rate, vt mentes nostras secundum suam voluntatem dirigat, & in magna tem-
pestate nos gubernas, ad portum suæ pietatis perducatur. Tot enim angustijs
premur, tantisque laboribus fatigamur, ut ij, qui nobiscum sunt, non so-
lùm pati nequeat, sed nec etiam videre possint. Et licet cælestis tuba clamet, D
vnde quisque secundum suum laborem mercedem recipiet, & bonus Rex ma-
nifestet: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolatio-
nes tuæ Domine lætificauerunt animam meam; tamen frequenter hæc vita
nobis est tædio, & mors carnis desiderio. Sed cum pauper Iesus ille pius cõso-
lator verus Deus & verus homo manum porrigit, valde tristem & afflictum
lætificat: dum verò memet dimittit, nimis me conturbat. In me quippe sem-
per morior, sed in eo interdum viuo; & cum viribus omninò deficio, ad illum
gemens clamo: si Moyse & Petro tantum pondus imponeres, credo quia illos
grauaret, Quid ergo de me, qui nihil ad eorum comparationem valeo, fiet?
Restat

Luc. 6. 10.
Psal. 93.

A Restat ergo vt aut tuipse cum tuo Petro Pontificatum regas, aut me succum-
bere, & eundem Pontificatum confundi cernas. Tunc ad illud recurro: Mife-
rere mihi Domine, quia infirmus sum. & illud: Tamquam prodigium factus
sum multis, & tu adiutor fortis. Nec illud obliuiscor: Potens est enim Deus
de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Omnipotens Deus qui per sanctum
officium quod committit peccatori, mira pietate peccatores iustificat, pote-
state beati Petri mihi valde indigno commissa, te, tibi que omnes fratres cre-
ditos à cunctis peccatis absoluat, & ad sinum Abrahæ Patriarchæ nostri læ-
tos perducatur. Dat. Romæ, Non. Maii, Indictione prima.

Psal. 6.
Psal. 70.
Matth. 3.

EPISTOLA XXII.

B MONET vt cum abbatibus & clericis Dolensis Ecclesiæ in Concilio adsint vni-
cum Diensi Episcopo & abbate Cluniacensi, quibus controuersia inter Euetium & aliū
quemdam de archiepiscopatu commissa est, ac curent, vt Anglorum Rex eò legatum suū
mittat, vt huiusmodi causa terminetur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Huberto subdiacono, & Teuzoni monacho, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Reruenit ad nos frater noster Euerius Dolensis Archiepiscopus,
exhibens se pro discutienda cõtrouersia, quæ de introitu eius
in episcopatum orta est, proclamante illo de expulsionem suam,
quasi iniusta, qui ante ordinationem huius candem sedem quã-
libet peruerso (vt dicitur) accessu ceperat, & nefaria con-
uersatione tenuerat. Ad quam exhibitionem se vocatum aie-
bat à confratre nostro Vgone Diensi Episcopo: quod & ipse qui tunc præfens
aderat, fatebatur: ac propterea se recusasse redire vobiscum, aut in aliquam
partem vertere, donec ab ore nostro quid sibi agendum foret, quo ue se ex-
hibendum intelligeret. Verum quia Diensis Episcopus (vt diximus) præ-
fens aderat, commissimus sibi negocium istud, vt in concilio, quo causam
Remensis Archiepiscopi, & aliorum Episcoporum Franciæ, adiuncto sibi
Abbate Cluniacensi tractaturus est, etiam hoc regulariter diffinire procurat.
Quapropter admonemus & vos, vt ibidem aut alter vestrum, aut ambo si fie-
ri possit, aditis, & Episcopos, ac religiosos Abbates illius parochiæ, necnon
clericos & laicos eiusdem Ecclesiæ, qui vtramlibet partem aut accusare, aut
defendere idonei videantur, adesse commoneatis. Procurantes etiam, vt
Anglorum Rex ex sua parte legatum illuc dirigat tam prudentem, quàm re-
ligiosam personam: quatenus causa ista sublato fauore partium, omni que
personali acceptione, ad effectum iustæ diffinitionis (Deo disponente) per-
ueniat: & quod ibi inde statutum, ac diffinitum fuerit, ita ab omnibus
consona voce, sententia que firmetur, vt calumniosæ proclamationis im-
probitas, & reiterandæ quæstionis omnis vndique occasio, omnis que peni-
tus licentia decidatur. Dat. Lateranis, xj. Kalend. Iunii, Indictione
prima.

EPI-

Vt omnes Episcopos & Abbates Britanniae, & clericos & laicos Dolenſis Eccleſiae ſcientia praſtites conuenire faci ant concilio celebrando, in quo inter cetera diſſimenda eſt cauſa inter Euetium ordinatum Archiepiſcopum, & quendam alium, qui ſe de eo iniuſte expulſum querebatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Oeli Gauſfredo Redonenſi, item Gauſfredo filio Eudo-
nis nobilibus Comitibus Britanniae, ſalu-
tem & Apoſtolicam bene-
dictionem.



Non ignorare vos credimus, quantam moleſtiam, quantamque perturbationem ſuſtineat Dolenſis Eccleſia, & confrater noſter Euetius Archiepiſcopus, quẽ ibi ordinauimus, ab illo qui prius ſedem occupans, ac remordente eum conſcientia ſua (vt dicitur) expoliata deſerens, nunc iniuſte ſe expulſum con- queritur. Qua de re cum praſatus Archiepiſcopus ſuam nobis exhiberet preſentiam: quoniam abſente illo, qui ſuper eum conqueritur, cauſam diſcutere nulla ratione potuimus; totum hoc negotium confratri noſtro Vgoni Dienſi Epifcopo, cui vicem noſtram dedimus, committere neceſſarium duximus, vt eo tempore & loco illud diligenti inqueſtione pertractare, ac diſſinire ſtudeat, vbi qui in hac cauſa vtrinque neceſſarij ſint, conuenire & intereſſe valeat: Statuimus enim praſatum confratrem & vicarium noſtrum celebrare conciliũ propter multa & magna negocia, quae in regno Francorũ emerſa Apoſtolicæ auctoritatis examinatione, atque iudicio indigent: vbi & hoc negotium (Deo auxiliante) diſſiniri volumus atque cenſemus. Quapropter multum rogamus & admonemus excellentiam veſtram, vt huic cauſae quantum poteſtis, operam detis, & Epifcopos, necnon religioſos Abbates terra illius, clericos quoque & laicos eiufdem Eccleſiae, qui idonei tam ſcientia, quam religione videantur, ad praſatum concilium, iuxta quod vobis ſignificatum fuerit, conuenire faciatis: quatenus (opitulante diuina clementia) per ſinceram explorationem, in hac cauſa Dei, quicquid iuſtitiae & populi requirat ſalus, euidenter appareat, & decifa penitus hac lite & querimonia, diu & nimium indignè lacerata, quam praſati ſumus Dolenſis Eccleſia, per miſericordiam Dei veſtro ſtudio, veſtraque iuuante & procurante potentia, receptis bonis ſuis, pacem etiam & tranquillitatem recipere, & in ſtatu ſuae incolumitatis venire & permanere valeat. Dat. Lateranis, xj. Kal. Iunij, Indictione prima.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

INCI-

A IN NOMINE DOMINI.
INCIPIT LIBER SEXTVS
REGISTRI B. GREGORII PAPÆ VII.

Anno Dominice incarnationis Milleſimo ſeptuageſimo octauo, Indictione ſecunda.



B EPISTOLA PRIMA.

MONET ne ſauent, ne ve communicent ijs, qui contra interdictionem Apoſtolicæ ſedis impedire conantur conuentum Epifcoporum & laicorum habendum coram legatis Apoſtolicis de iure Henrici & Rodulphi in Teutonicorum regno. Interim eos certiores facit ſe nullo modo iniuſte parti faurum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus clericis & laicis in regno Teutonico conſtitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.



Vae & quanta cura nobis fuerit & eſt, vt peſtilentia & clades & deſolatio à veſtro regno auferatur, & pax, honeſtas, & ſolitum decus vobis reddatur, in Synodo que hoc anno in Quadrageſima Romae celebrata fuit, declarauimus. Iudicio enim ſancti Spiritus decreuimus & praecipimus, vt in regno veſtro conuentus omnium Epifcoporum, & eorum laicorum, qui Deum timet, & inter vos pacem deſiderant, fieret; & coram noſtris legatis decerneretur, ſi Hérico vel Rodulpho, qui de regni gubernaculo inter ſe decertant, amplius iuſtitia faueret. Iniuſtior enim pars ratione deuicta, & beati Petri auctoritate conſtricta, facilius cederet, & ab interitu animarum & corporum (Deo propitiante) ceſſaret. Iuſtior verò pars amplius de Deo conſideret, & adiuta beati Petri poteſtate, & omnium iuſtitiam diligentium conſenſu de victoria omnino ſperaret, neque vtramque mortem timeret. Sed quia peruenit ad nos, quod inimici Dei & filij diaboli quidam apud nos contra interdictionem Apoſtolicæ ſedis praedictum conuentum procurarent in irritum ducere, & non iuſtitia, ſed ſuperbia, ac totius regni deſolatione ſuas cupiditates anhelent implere, & Chriſtianam religionem deſtruere; monemus vos, & ex parte beati Petri praecipimus; vt talibus nullũ adiutorium prebeat, neque illis comunicetis. In praedicta enim Synodo iam oēs ſunt excommunicationis & anathematis vinculo innodati, & vt nullã victoriã Epif. Tom. 3. S ſſ poſſini

Superiori libro
in Synodo epi.
16.

po sint obtinere, potestate beati Petri, sunt alligati, ut saltem coacti confundantur, & à morte animarum suarum, & desolatione patriæ vestrae reuocentur. Vos autem fratres charissimi de me nullo modo dubiteris, quod iniuste parti scienter aliquo modo faueam. Magis enim pro vestra salute desidero mortem subire, quam totius mundi gloriam ad vestrum interitum arripere. Quod si aliqui de falsitate cõfissi, litteris vel verbis, aliter vobis indicauerint, nullo modo illis acquiescatis. Deum enim timemus, & pro eius amore quotidie affligimur: & ideo superbiam & oblectamenta sæculi parumpendimus, quia citò apud eum consolari indubitanter credimus. Omnipotens & misericors Deus, qui ultra spem, ultra meritum miseretur, & consolatur nos in omni tribulatione nostra, aperiat cor vestrum in lege sua, & confirmet vos in præceptis suis, ut auctoritate beati Petri à cunctis peccatis absolutos vos ad cæleste regnum perducatur regnatos. Dat. Capuæ, Kalend. Iunij, Indictione prima.

a. Cor. 1.

EPISTOLA II.

OSTENDIT legatos Romanos esse non tantum qui Romæ nati vel educati, aut ad aliquam ibi dignitatem promoti sunt, sed omnes, quibus Romanus Pontifex vices suas committit. Quapropter cum arguit, quod Diensi Episcopo legato suo non obtemperauerit, priuilegia quoque prout necessitas vel utilitas exegerit posse commutari, monet ut coram legatis se de obiectis canonicè purget. Scribit per litteras suas mandasse, ut quæ ipse de nonnullis Episcopis conquirebatur indagarentur, & canonicè iudicarentur.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manasse Remensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vm vos ea à sede Apostolica flagitatis, quæ & honorem præfulatus vestri condeceant, & à præcedentium patrum auctoritatibus nequaquam dissentiant, fidentes petite, spe certissimi postulate: scientes omni ambiguitate remota nos petitionibus huiusmodi paratos annuere, cum quia vos fraterna dilectione in Christo amplectimur, tum etiam nihilominus, quia ad hæc quorundam fidelium nostrorum, qui vos diligunt, precibus & interuentionibus sedulis promouemur. Quocirca fraternitatem vestram rogatam, atque commonitam volumus, ne debeat grauius ferre, si studeamus ad tempus pro communi honestate, atque proficuo perita contra utilitatem Ecclesiæ denegare. Hæc autem omnia ad id præmissa noueritis, quia petitis in litteris vestris, ne aduersus priuilegium, quod ab hac Apostolica sede vos habere fatemini, cogamini nisi soli mihi, aut Romanis legatis super obiectis quibuslibet respondere. Quod si vos Romanos legatos intelligere videremini quoslibet cuiuslibet gentis, quibus Romanus Pontifex aliquam legationem iniungat, vel (quod maius est) vicem suam indulgeat, & laudaremus sane petita, & petitis libenter annueremus. Sed quia præmittendo Romanis, cõtinuò subiungitis, non vltimam tantis, ostenditis vos tantum eos velle Romanos habere legatos, qui vel Romæ nati, vel in Romana Ecclesia à paruulo educati, vel in eadem sint aliqua dignitate promoti, miramur nimium prudentiam vestram conuque perditam, ut precaremur benivolentiam nostram iura sedis Apostolicæ

A Apostolicæ debere imminuere, idque nobis in solius vestri negocijs non debere licere, quod in negocijs omnium prædecessores nostri sine omni contradictione & licitum & legitimum tenuere. Nostis enim & Osum Episcopum in Niceno, & Cyrillum in Ephesino concilio Romanorum vice (eisdem concedentibus) sanctos fuisse Pontificum. Syagrius quoque Augustodunensi Episcopo Lugdunensis Antistitis suffraganeo secundum Papam Gregorium celebrandi generalis in Gallia concilij vicem suam legatis indulgisse. Sed quid hæc de Episcopis loquimur, cum idem sanctus Papa monachum quemdam Hilarium nomine in Africæ partibus, litterarum suarum auctoritate solum vsque adeò suum fecerit esse vicarium, ut per eum ibidem concilium generale celebraretur, & quicquid Synodus sancta decerneret, ad finem exequente perduceretur? Ne igitur ad tantum velit culmen vestra fraternitas erigi, ut quæ in causis omnium Romanis Pontificibus rata fuerunt, & licita, in vestri solius causa irrita velitis, & illicita reddi. Ad id autem quod de priuilegio dicitis, breuiter interim respondemus, quod possunt quædam in priuilegijs pro re, pro persona, pro tempore, pro loco concedi, quæ iterum pro eisdem, si necessitas, vel utilitas maior exegerit, licenter valent commutari. Priuilegia siquidem non debent factorum patrum auctoritatem infringere, sed utilitati sanctæ Ecclesiæ prospicere. Inde est, quod Arelatensis Ecclesia, non solum à beato Gregorio doctore dulcissimo, sed etiam à pluribus eius sanctis antecessoribus, cum haberet vicem sedis Apostolicæ, ut omnes Episcopos totius regni Francorum, quod tunc latius extēdebat, ad concilium conuocaret, eosque in iudicio constrinxerit (sine cuius licentiâ nullis ex supradictis Episcopis longè à suo Episcopatu fas erat abire) post aliqua tempora pro quibusdam causis prædicta potestas & auctoritas cessauit, & suam vicem alijs quibus placuit, sedes Apostolica concessit. Remensis etiam cui præfides Ecclesia quodam tempore primati subiacuit, & ei ut magistro post Romanum Pontificem obediuit. Quod & de pluribus alijs Ecclesijs potestis inuenire, si sanctorum patrum dicta & acta procuratis diligenter inuestigare. Nec id dicimus, ut priuilegia vestræ Ecclesiæ contra rationem vel infringi velimus, vel imminui. De quibus vita comite suo tempore ore ad os ociosus collocaturi sumus. Sed interim dilectionem vestram ex parte beati Apostolorum principis Petri admonemus, ut quemadmodum vobis Romæ positus constituimus, coram Diensi Episcopo, & Cluniacensi Abbate, quibus in his vicem nostram commisimus, occasionebus cunctis, obstita culisque remotis super obiectis omnibus sitis respondere parati, legaliter satisfacere, canonicè purificari: ne si aliud à vobis (quod absit) agatur, tergiversatione & fugæ, & conscientia scelerum, non exactioni iustitiæ & Dequiratis à pluribus adscribatur. De Archiepiscopo autem Viennensi, quem conquerimini in diocesi vestra & deposuisse presbyteros, & eosdem iterum in gradum pristinum restituisse, & de Episcopis Laudunensi, & Sueffonensi suffraganeis vestris, qui Ambianensem Episcopum vobis inconsultis & nescientibus Romæ etiam positus consecrarunt, & de Manasse, qui vos & Ecclesiam vestram, quia malefactis non potest, maledictis infestare non cessat, & de ceteris omnibus super quibus conuentionem vobis collibuerit facere, misimus litteras nostras commemoratis confratribus nostris, Diensi videlicet Episcopo, & Cluniacensi Abbati, ut cuncta studeant diligenter inquirere, sollicitè discutere, discussa & indagata ad purum, iuste, legaliter, & canonicè iudicare. His nostris monitis obsecundantes per omnia, beatorum Apo-

Osum Cordubensem Episcopum legatum sedis Apostolicæ in Niceno concilio.
S. Greg. lib. 7. epist. Indict. 2. epist. 112.

S. Greg. epist. lib. 4. epist. 52.

stolorum Petri & Pauli benedictione in praesenti donemini, & in futuro a peccatorum vinculis absoluti omnium, ad eorum confortium, eisdem interuentoribus, prouchi mereamini. Dat. ad sanctum Germanum, xj. kal. Septembris, Indictione prima.

EPISTOLA III.

Ut querelis Remensis Archiepiscopi finem imponere procurent, eumque si paruerit, adiuuent; cui etiam litterarum supra scriptarum exemplar mittit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Diensi Episcopo, & Hugoni Cluniacensi Abbati,
salutem & Apostolicam benedictionem.



Via in sanctae Dei, cui diuina dispositione praesidemus, Ecclesiae regimine sollicitè nos vigilare oportet, vestris assiduis precibus, nobis ut diuinum obtineatis praesidium deposcimus. Quapropter vos summopere studium adhibere admonendo mandamus: quatenus inquiratis, & canonicè (prout potestis) finem imponere procurent negotijs vnde Remensis Archiepiscopus confrater noster suis litteris nobis conquestus est. Conqueritur enim de confratre nostro Archiepiscopo Viennensi Vvarmundo, qui in suo Archiepiscopatu presbyteros deposuit, & eosdem restituit. Quin etià conqueritur, quod duo suffraganei eiusdem Remensis, Laudunensis scilicet & Sueslonensis, postposita canonica auctoritate, Ambianensem ausierunt Episcopum consecrare, dum ipse esset nobiscum Romae, & de sententiam humiliter expectaret. Quod vos digna & solerti indagatione discutere & cognoscere omni modo studete, an ita se res habeat, ut praediximus nos suis litteris intellexisse, praesertim si idem Ambianensis contra Romanam Synodi, & Apostolicam sedis decretum de manu laici nefanda ambitione, & temerario ausu inuestituram suscipere praesumpsit, canonici rigoris seueritate taliter in eum vindicare & punire obnixè satagite, ut eius exempla ceteri imitari timeant. De Manasse autem, de quo similiter conqueritur, qui Oebali suorumque refugio, & auxilio illum & Ecclesiam fatigare non cessat, laborate ut ad pacem redeat, & ab inquietatione Ecclesiae & persecutione Archiepiscopi quiescat. Quod si forte in sua contumacia persistens obedire renuerit, nisi illum iustam excusationem habere cognoueritis, quod cuique vobis iustius videretur, facite. De alijs autem necessitatibus eundem Archiepiscopum (si tamen vobis obedierit) sicut dignum est adiuuate, eique commissam Ecclesiam auctoritate beati Petri (quod & de alijs Ecclesijs vos oportet agere) defendite. Ipse autem sicut ex suis cognouimus litteris, quas vobis direximus, inducias quaerit, ut subterfugiat; cui qualiter rescripsimus, vobis etiam per exemplar indicamus. Vos autem fratres mei charissimi viriliter & sapienter agite, vestraque omnia in charitate fiant, ut oppressi vos prudentes defensores inueniant, & opprimentes amatores iustitiae recognoscant. Omnipotens Deus Spiritum sanctum cordibus vestris infundat, vosque per viam sibi placitam perducatur, & ad societatem sanctorum patrum peruenire faciat. Dat. ad sanctum Germanum, xj. Kal. Septembris, Indictione prima.

EPI.

EPISTOLA III.

TEMERITATIS eum arguit, quod contra Romanam Ecclesiam auctoritatem verba iactauerit, monetque ut Veremboldi cuiusdam causam, qui se vni cum vxore iniuste ab eo excommunicatum conquestus fuerat, adhibitis Treueren. & Moten. Episcopis definiant; quem timore mortis se absoluisse ait, accepta sponse ab eo omnibus satisfaciendi. contemptores Synodi illos vocat, qui Synodum a se in Teutonicis partibus indictam impedimento fuerint, ne cogeretur.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Leodiensi Episcopo, salutem & Apostolicam
benedictionem, si contemptoribus Romanam Synodi habitae in praeterita Quadragesima non communicat.



Actis fraternitatis tuae litteris, non parum mirati sumus, non ea te qua decuit Apostolicam sedem pro reuerentia sibi scripsisse, sed nos de absolutione illius parochiani tui, qui olim ad nos venit, mordaci inuectione reprehendisse, tamquam Apostolicam sedis non esset auctoritas quoscunque & ubicunque vult ligare & absolueret. Vnde scias nos aduersus temeritatem tuam grauiter commotos fuisse, nisi Apostolicam sedis mansuetudo nos detineret, & nisi mens nostra de litteris olim super hoc negotio tibi transmissis quodammodo dubitaret. Solliciti etenim sumus, ne litterae illae fraude alicuius, aut falsitate immutarentur. Et ideo exemplar earum ad cognoscendam voluntatem nostram tibi ostendendum esse putauimus, ut si easdem esse, & non immutatas claruerit, intelligas te aut spiritu praesumptionis, aut ignorantia contra auctoritatem sanctae Romanae Ecclesiae verba iactasse, quasi imitando Orientales, qui contra beatum Papam Iulium obloqui praesumpserunt, eo quod ipse sanctissimum Athanasium Patriarcham sine assensu eorum absoluerat: tibi que deinceps caueas, ne huiusmodi contra nos temeritate rescribas; sed potius ad documenta sanctorum patrum, quae te loqui & scribere doceant, humiliter recurras, & secundum tenorem litterarum, quarum exemplar tibi transmittimus, praedicti hominis negotium ad finem perducere studeas. Vir iste Veremboldus nomine, conquestus est se iniuste a te excommunicatum cum vxore sua esse: vnde sibi vix fidem adhibere possumus. Tamen monemus prudentiam tuam, ut ad notitiam religiosorum confratrum nostrorum, Treuerensis scilicet Archiepiscopi, & Metensis Episcopi huius rei causam deferre facias, eorumque consilio & iudicio diffinire procures. De veste vero monachica, & velo imposito, & pecunia ablata eorumdem testimonio & iustitiam facere, & rationem ponere non recuses: quatenus sibi occasionem proclamandi auferas, & te ipsum ab omni accusatione protegas, iustitiae integritate, & canonica auctoritate seruata in omnibus. Contemptores quippe Synodi in praedicta nostra salutatione illos notamus, qui aliquo ingenio, vel violentia conati sunt impedire ne concilium, aut conuentus fieret in Teutonicis partibus: in quo solerti inquisitione recognosceretur vtrum Henrico, an Rodulpho magis iustitia faueret de gubernaculo regni. Praeterea scire vos volumus nos horum portitorem absoluisse ab excommunicatione timore mortis.

Epist. Tom. 3.

Sff 3 tis

tis, facta ab eo promissione in nostra manu se omnia facturum secundum vestram iussionem consilio praedictorum Episcoporum factam. Dat. in Burgo Aquapendentis, viij. Idus Octobris, Indictione secunda.

EPISTOLA V.

MONET ut Tullensem Episcopum adiuet, cui concessit, ut coram quatuor Episcopis, si propter regni commotionem se simul conuocare non possit, se expurget. cum arguit, quod bona Ecclesiae quibusdam militibus ad se defendendum largitus sit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Herimanno Metensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non dilectio tua frater charissime, quanto iam tempore Tullensis Episcopus fatigatus laborauerit, atque multis angustiis sudauerit pro repellenda ea quam sibi iniuste obiectam esse contendit infamia. Sed quia propter imminentem regni commotionem sex simul Episcopos ad expurgationem suam conuocare non potest, hoc ei paternae compatiens pietate concessimus, ut quatuor Episcopis ad praesens secum iurantibus expurgatus, episcopale officium per omnia faciat. De duobus autem qui statuto iudicio interesse debent, inducias usque ad Quadragesimam a nobis accepit. Vnde quia tu in eadem dioecesi positus es, monemus & exhortamur tuam mihi dulcissimam charitatem, & Apostolica tibi auctoritate praecipimus, ut si praefatum Tullensem Episcopum culpabilem indubitanter esse cognoueris, fraternam manum auxilij (ut iustum est) ei praebere non differas. Scriptum est enim: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & item: Si quis viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Praeterea peruenit ad nos quod propter instantem inimicorum tuorum infestationem tuae bona Ecclesiae largitus sis quibusdam militibus: & eo modo honoris tui dignitas quotidie (quod non optamus) minuatur atque decreseat. Proinde tuam volumus admonitam esse prudentiam, ne alicuius magnitudine tribulationis coactus ecclesiasticas cuiquam hereditates largiaris, unde multum te postea poeniteat, cum quod modo turbatus egeris, nullo modo emendare potueris. Oportet autem ut totam spem tuam in Domino ponas: certissimè sciens quia Dominus non derelinquit sperantes in se. Confidimus enim omnipotentem Dominum vestris, aliorumque religiosorum, quos in partibus vestris plures esse cognoscimus, orationibus placatum, pacem Ecclesiae suae cito esse datum. Dat. Surris, xj. kal. Nouemb. Indictione secunda.

Gal. 6.
1. Ioan. 3.

Pro. 29.

Pontif. in Gregor. VII.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Anno sexto Pontificatus Domini Gregorij Papae septimi, mensis Nouembrii, die decima septima, Indictione secunda, Roma. Ego Marro Gisleri filius, habitator in Ducatu Spoletano, pro redemptione animae meae & parentum meorum dono, trado, atque offero beato Petro Apostolorum principi, & super altare eius omnia quae mihi pertinent de Castro, quod vocatur Moricicla, positum inter Muri-

A Muricem & Clarignanum, quod coquisitum habeo per concambiationem à Litaldo & Hugone nepotibus Hugonis filij Ascari in plebe de Luzano, reseruato vsu fructu diebus vite meae, & Brutuli filij mei, & filiorum Brutuli, si masculi fuerint de legitimo coniugio procreati.

Anno ab incarnatione Domini Millesimo septuagesimo octauo, Pontificatus verò Domini Gregorij septimi Papae sexto, tertio decimo Kal. Decembris, Indictione secunda. Celebrata est Synodus Roma in Ecclesia sancti Saluatoris pro refectione sanctae Ecclesiae. In qua inter alia excommunicatus est Constantinopolitanus Imperator, alijque, qui subscripiti habentur. Iurauerunt quoque legati Henrici & Rodulphi quisque pro Domino suo, quod nullis dolis colloquium legatorum sedis Apostolicae in Teutonico regno habendum impediant. Constituta etiam sunt illic ad utilitatem sanctae Ecclesiae quaedam capitula, quae in sequentibus denotantur.

B De Teutonicis contradicendis ne praedia ecclesiastica à Regibus data, siue ab inuitis Episcopis, detineant.

Ut iterum excommunicentur illi, quorum culpa colloquium remansit.

Narbonensis Archiepiscopus iterum excommunicetur.

Et alij, qui ab Amato Episcopo sunt excommunicati.

Comes sancti Aegidij excommunicetur propter uxorem.

Et idem monasterium, si fuerit in potestate comitis.

Monasterium sancti Benedicti Montis Cassini defendatur ab omnibus Normannis.

C Ut contradicatur ne aliquis accipiat inuestituram Ecclesiarum de manibus laicorum.

Et ne praebendae vel officia ecclesiastica vendantur.

De consanguinitate.

De simoniacis.

De castitate clericorum.

De falsis ordinationibus.

De falsis penitentibus.

Qualiter vera penitentia detur.

De decimis à laicis iniuste detentis.

D De Patriarcha Aquileiensi.

De Patriarcha Gradeniensi.

De Imperatore Constantinopolitano.

De festiuitatibus Pontificum Romanorum celebrandis.

De abstinentia Sabbathi.

De Iudeis non praeposendis Christianis.

De sancti Petri hereditate occultata.

Ut nullus penitens suscipiatur sine litteris Episcopi sui, nisi forte fuerit Episco-

- Episcopus mortuus, vel excommunicatus.* **A**
Vt nullus Abbas decimas, & primitias sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitat, detineat.
Vt nullus Episcopus grauamen, seu seruire seruitium ex vsu Abbatibus imponat.
Vt sacerdotes sine licentia sui Episcopi, & monachi de notis monasterijs sine licentia suorum Abbatum non recipiantur.
Vt Episcopi qui consenserint fornicationem, vel incestum in suis parochijs, à suo officio suspendantur.
Vt omnes Episcopi firmamentum faciant, ne prœdia ecclesiastica vendât.
Vt nulli Episcopi prœdia Ecclesie in beneficium tribuant sine consensu Pa- **B**
pe, si de sua sunt consecratione. Ceteri autem sine consensu Archiepiscopi sui, & fratrum suorum hoc idem non presumant: si autem presumpserint, ab officio suo suspendantur, & quod venditum est vel datum beneficium, Ecclesie reddatur, omnino euacuata omni venditione, vel in beneficium traditione.
Vt omnes Episcopi artes litterarum in suis Ecclesijs doceri faciant, & ornamenta Ecclesie sine certa utilitate, aut graui necessitate, nullo modo, nulloque ingenio Ecclesijs subtrahant, ne periculum sacrilegij (quod absit) incurrant.
Vt annuncietur laicis cum quanta periculo anime sue decimas detinent, & Ecclesias possident. **C**
Vt qui certam partem in solenni Missa uolunt habere, aliquid procurent offerre.

Decreta in eadem Synodo facta.

- Q**uicumque militum, vel cuiuscunque ordinis, vel professionis persona prœdia ecclesiastica à quocunque Rege, seu seculari principe, vel ab Episcopis inuitis seu Abbatibus, aut ab aliquibus Ecclesiarum rectoribus susceperit, vel suscepit, vel inuasit, vel (etiam de rectorum, de priuato, seu vitioso eorum consensu tenuerit) nisi eadem prœdia Ecclesijs restituerit, excommunicationi subiaceat.
- S**i quis Normannorum, vel quorumlibet hominum prœdia monasterij sancti Benedicti Montis Cassini inuasit, vel quascunque res eiusdem monasterij iniuste abstulerit, & bis vel ter admonitus non emendauerit, excommunicationi subiaceat donec respiciat, & Ecclesie satisfaciat.
- Q**uoniam inuestituras Ecclesiarum contra statuta sanctorum patrum à laicis personis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbaciones in Ecclesia oriri, ex quibus Christiana religio conculcatur; decernimus, ut nullus clericorum inuestituram episcopatus, vel Abbat-

- A**tie, vel Ecclesie de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicae personae uiri, vel femine suscipiat. Quod si presumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se usque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiacere.
- S**i quis prebendas, Archidiaconatus, preposituras, vel aliqua officia ecclesiastica vendiderit, vel aliter quam statuta sanctorum patrum precipiunt, ordinauerit, ab officio suspendatur. Dignum est enim, ut sicut gratis Episcopatum accepit, ita membra eiusdem Episcopatus gratis distribuatur.
- O**rdinationes quae interueniente pretio vel precibus, vel obsequio alicuius personae ea intentione impenso, vel quae non communi consensu cleri & populi secundum canonicas sanctiones fiunt, & ab his, ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, infirmas & irritas esse diiudicamus: quoniam qui taliter ordinantur, non per ostium, id est per Christum intrant, sed (ut ipsa veritas testatur) fures sunt & latrones. Ioan. 10.
- F**alsas penitencias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad penitentiam uenerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se ueram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam uitam ualeat peruenire, nisi arma deponat, ulteriusque non ferat nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia, vel negotium derelinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, bonaque quae iniuste abstulit, restituat. Ne tamen desperet, interim quicquid boni facere poterit, hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad penitentiam.
- D**ecimas quas in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. siue enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi Ecclesie reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & eterne damnationis periculum incurrere.
- Q**uia dies Sabbathi apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus, ut quicumque se Christiana religionis participem esse desiderat, ab esu carniū eadem die, nisi maiori festiuitate interueniente, vel infirmitate impediēte abstineat.
- V**t nullus Abbas decimas & primitias, & reliqua quae secundum statuta canonum ad Episcopos pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitat, detineat, Apostolica sanctione

ne firmamus.

A Nullus Episcopus grauumen, seu seruale seruitium ex usu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat. Interdictum sacerdotale officium, pretio interueniente, restituat. Quod si fecerit, officij sui periculum subeat.

B Si quis praedia beati Petri Apostolorum principis ubicunque posita in proprietatem suam usurpauerit, vel sciens occultata non propalauerit, vel debitum seruitium exinde beato Petro non exhibuerit; recognoscat se iram Dei, et sanctorum Apostolorum velut sacri legum incurere. Quicumque autem in hoc crimine deprehensus fuerit, eandem hereditatem beati Petri legitime restituat, & poenam quadrupli de proprijs bonis persoluat.

B Si quis Episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel crimen incestus in sua parochia, precibus, vel pretio interueniente, consenserit, vel commissum sibi que compertum auctoritate sui officij non impugnaverit, ab officio suspendatur.

C Ut omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & duci ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: Non apparebit in conspectu meo vacuus. Etenim in collectis sanctorum patrum liquidum apparet, quod omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum patrum debent.

Exo. 13.

Desiderantur
in illa alicui de
creta, quorum
tantum tituli ha-
bentur.

EPISTOLA VI.

C DECLARAT ex suo praecepto concordiam factam inter Episcopum Taurinensem & Abbatem sancti Michaelis, & quibus conditionibus se in eos ulturum ait, qui non acquieuerint, & iniustam causam defenderint.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI

D Notum tam praesentibus quam posteris fieri volumus causam Cumberti Taurinensis Episcopi, & Abbatis sancti Michaelis, qualiter finiendam esse posuimus. Venientes enim ante nostram praesentiam, post plura annorum curricula, quibus conquesti sunt alter aduersus alterum, ex voluntate acquiescentes, & obediens nostro iussui, pacem inter se nobis praecipientibus fecerunt. Quibus ex auctoritate Apostolica interdiximus, ne alter alteri occasionem discordiae ulterius praebere. Sed Episcopus Abbati & praedicto monasterio emendet quae ei abtulit, nisi quantum Abbas ei condonauerit. Similiter & Abbas Episcopo faciat. Et hoc in existimatione Astensis Episcopi, & Episcopi Aquisgranensis, necnon & Abbatis Fructuariensis. Si autem Episcopus voluerit & potuerit probare illud monasterium in proprietate & allodio sui Episcopij esse constructum, in sequenti Synodo uterque se praesentent, & in eo iustam & legalem diffinitionem accipiant. Si vero aliquo impedimento cessauerint, legatos suos dirigant: quatenus eis ipsi

A ipsi reportetur qualiter & quando finem eorum negotio imponamus. Quod si Episcopus contra veritatem cognouerit idem monasterium non esse constructum in allodio sui Episcopatus, vel Abbas perpenderit, quod Episcopus circa hoc negotium iustam & veram habeat rationem, sine aliqua disceptatione, vel controversia ei, qui veritatem & iustitiam habuerit, acquiescat: proculdubio scientes quia in eum qui iniustam causam habens defendere temptauerit, vel aliquod patrociniū, vel potentiam sperans, iniustum negotium agitare ausus fuerit, grauius & seuerissimè puniemus. Dat. Romae, viij. Kal. Decembris, Indictione secunda.

EPISTOLA VII.

B Ut Robertum Flandrensem comitem ab Apostolica sedis legato & Lingonensi Episcopo excommunicatum, si non canonicè id factum repererit, vel si satisfacere voluerit, absoluat. Quod si ipse facere nequieuerit, per religiosas id efficiat personas.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Diensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Via ex pastoralis officij susceptione oportet nos magnam sollicitudinem habere de salute omnium filiorum Ecclesiae, debemus quatenus emendare si quid nouerimus aliter gestum esse quam conuenit rectitudini Ecclesiasticae. Proinde notificamus dilectioni tuae, nobis per aliquos, & maxime per Ingelrannum Flandrensem clericum innotuisse, Robertum Flandrensem Comitem ab Huberto legato nostro, & Hugone Lingonensi Episcopo per machinationes inimicorum suorum excommunicatum esse. Quod quia non debemus (si verum est) ferre, rogando mandamus fraternitati tuae, ut si tibi molestum non est, ad illas partes festines accedere: & si inueneris eum non canonicè excommunicatum, absoluas eum ex beati Petri Apostolorum principis & nostra parte. Sin autem (quod non optamus) canonicè, & tamen voluerit satisfacere, iterum ne differas eum ouili Dominico reconciliare: quia ipse summus pastor ouem perditam propriis humeris voluit ad gregem reportare. Si autem tibi possibile non est id per te ipsum agere, mitte personas religiosas pro te, quae praedicta praedicto modo valeant finire. Dat. Romae, vij. Kalend. Decembris, Indictione secunda.

Luc. 15.

EPISTOLA VIII.

D QUANDAM Villam cum omnibus ad eam pertinentibus, clericis sanctae Mariae, & sancti Audomari restituendam praecipit. Quod si iusta ratione ad suam Ecclesiam pertinere crediderint, Hugonem Diensem Episcopum legatum ad eam quadraginta dierum spatio, quo elapso, si obedire minus voluerint, ingressum Ecclesiae & Christianam communionem, donec resipiscant, interdicit.

GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
Huberto & clericis, & omnibus Comitibus de castro sancti
Pauli Vuidoni & Hugoni, salutem & Apostoli-
cam benedictionem, si obedierint.



Lerici sanctae Mariae & sancti Audomari adeuntes Apostolicam
sedem, conquesti sunt de vobis, quod iam multo tempore sibi &
suae Ecclesiae aufertis quandam villam Reseca nominatam cum
omnibus ad eam pertinentibus; atque cum multoties de hoc in
prouincialibus Synodis coram Episcopo vestro, & ad vltimum coram Hu-
gone Dienfi coepiscopo & confratre nostro Apostolicae Ecclesiae legato in
Pictauiensi concilio querelam fecissent, atque ille ex auctoritate nostra prece-
pisset, ut coram Episcopo vestro, aut proclamata Ecclesiae praefata & cleri-
cis redderetis, aut quod vestra iure esse debeant, rationem diceretis, Epi-
scopusque vester tres terminos vobis & ad vltimum prouincialem Syno-
dum statuisset, ut vtrumlibet ageretis; vos tamen neutrum sicut numquam,
ita quoque nec tunc facere voluistis. Vnde ex auctoritate Dei, & sancti Pe-
tri Apostolorum principis praecipimus vobis, ut si ita est, praedictas res praedi-
ctae Ecclesiae & clericis eius sine dilatione canonicè restituatis. Aut si ita non
est, & iusta ratione pro certo scitis ad vestram Ecclesiam eas pertinere debe-
re, infra quadraginta dies, postquam litteras nostras videritis, vel si eas vi-
dere vitaueritis, postquam eas missas vobis cognoueritis, Hugonem praefatum
coepiscopum & fratrem nostrum ad diem Ingelranno & fratribus eius a vo-
bis ante denominatum, atque praenunciatum adeatis: ut vtriusque partibus
coram positus, ipse legitimum finem faciat huius contentationis. Quod et si
istud agere nolueritis infra praescriptos dies, finitis eis, contradicimus vobis,
& Vuidoni, Hugoni & Eustachio comitibus, Oilardo quoque subde-
fenfori praefatae possessionis, omnibusque vobis amodo auxilium & consen-
sum ad hoc sacrilegium praebituris, velut sacrilegis & raptoribus, omnem pe-
nitentiam Ecclesiae ingressum, & Christianam communionem, atque gratiam bea-
ti Petri Apostolorum principis & in vita & morte, nisi forte poenitentiam ege-
ritis, & iniuste rapta Ecclesiae praefatae canonicè restitueritis. Si autem (quod
absit) ab omnibus Christianis post haec omnia, diabolica infecti malitia, in
excommunicatione praescripta incorrigibiliter perseuerare malueritis; praeci-
pimus defensoribus, & patronis praedictae Ecclesiae, ut eidem & clericis eius
praefatas res restituere omnibus modis satagant. Dat. Romae, vij. Kal. De-
cembris, Indictione secunda.

EPISTOLA IX.

*Ut canonici de Castro sancti Pauli, nisi ut in superiori epistola mandauit, litteris
Apostolicis obedierint, omnis Ecclesia ingressus interdicatur: laici etiam non obedi-
entes excommunicentur. Mathildam praeterea vult moneri ut quam terram maritus eius
Ecclesia dederat, tradendam curet & qui decimas Ecclesiae subtrahunt, moneri ut red-
dant, sin minus, damnationi subiaceant.*

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Archidiaconibus Taruennensis Ecclesiae, Irnolpho &
Huberto, & canonicis, si canonicè vixerint, salu-
tem & Apostolicam benedictionem.



Lericos de castro sancti Pauli (de quibus canonici sanctae Mariae
& sancti Audomari per Ingelranno & alios fratres eius nobis
sunt conquesti) ad ciuitatem Taruennam ex auctoritate nostra om-
nes conuocare, & litteras nostras eis legite, quae vobis dabuntur ex
nostra parte. Quod si noluerint venire, vel venientes litteris nostris non obedi-
re, omnem Ecclesiae ingressum, & quod in litteris nostris eis contradicatur, con-
tradicate: & insuper quicquid de Ecclesia Taruennensi possidet clericali ex-
hibitione. Laicis quoque in litteris nostris nominatis, & quicumque alij praefatis
clericis post litteras nostras visas, vel notificatas non obedientibus, con-
sensum, auxiliumque ut in rapina & sacrilegio perseuerent, praebuerint, no-
tificate quod in praescripta positi sint excommunicatione. Mathildem viduam
Arnulphi aduocati, quae terram quam maritus suus moriens dedit Ecclesiae
sanctae Mariae, & quam ipse promisit morienti se liberam facere, admonete
adhuc, ut quod promisit, perficiat; sin autem, in praefata damnatione quam-
diu non fecerit, maneat. Rengerium Adam, Bereuoldum, & ceteros qui sub-
trahunt decimas nouarum terrarum praefatae Ecclesiae admonete ut reddant,
& satisfaciant. Quod si noluerint, quousque respiciant, praedictae damnationi
subiaceant. Et hoc etiam addimus, ut nullus accipiat de manu omnium praeli-
batorum oblationem aliquam siue in vita, siue in morte, quousque canonicè
quod peccauerunt, emendent. Dat. Romae, vij. Kal. Decemb. Ind. secunda.

EPISTOLA X.

*MONET Episcopo Rauennati ob plurima flagitia in Romana Synodo deposito nul-
lam deinceps obedientiam praesent: qui vero ausus fuerit Apostolicis praecipis repu-
gnare, anathemate damnetur.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Rauennatibus maioribus & minoribus, qui bea-
tum Petrum, eiusque filium, sanctum videlicet Apollinarium
diligunt, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vam fideliter, quamque humiliter B. Petro nepe Apostolorum prin-
cipi Rauennas Ecclesia semper adhaeserit, quantamque matri suae,
sanctae videlicet Romanae Ecclesiae obedientiam in omnibus ex-
hibuerit, vestra fraternitas optimè nouit. Ille autem qui nunc Ec-
clesiae Rauennatis Episcopus esse dicitur, quomodo eam olim tam ditissimam,
quam etiam religiosissimam, tyrannica depraedatione deuastrauerit, & in religiosae
vitae exemplo corruerit, & vos patiendo, videndoque sensit, & nos certo expe-
rimento didicimus. Sed quia his malis, alijsque quampluribus flagitijs irreti-
tus, atque pollutus, ne argui possit atque conuinci, superbiae factu elatus, contra
Apostolorum principem calcaneum erexit, & in inobedientia, quae sceleri com-
paratur idololatriae, perseuerat; eum sine spe recuperationis, Spiritus sancti iudicio,
Apostolicae sedis auctoritate, in sancta Romana Synodo esse depositum praeci-
pimus. Epist. Tom. 3. Ttt sentium

entium in dicijs indubitanter cognoscite. Quapropter ut nullā ei deinceps A
que Episcopo debetur obediētiam exhibeatis, oībus vobis beati Petri Apo-
stolorum principis auctoritate præcipimus. Siqui verò ex cōmunicationis cō-
tagione vulnerati, his salutiferis ausi fuerint repugnare præceptis, eos velut
putrida mēbra à toto corpore Christi, quod est Ecclesia Catholica, anathe-
matis gladio rescamur atque proiicimus. Vobis autem Deū diligētibus &
beato Petro obedientibus, ex auctoritate eiusdem Apostolorum principis,
omnium peccatorum remissionem largimur. Dat. Romæ, vij. Kal. Decem-
bris, Indictione secunda.

EPISTOLA XI.

ARGVIT eos inobediētiam, præcipit ut secundum priuilegium antecessorum Pon-
tificum, communem regularemque vitam degant: sin minus, Ecclesiæ præbendam in
manu Episcopi reddant. Quod si neutrum facere neglexerint, omnium Ecclesiarum in-
troitum eis prohibet. B

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clericis sancti Martini Lucensis Ecclesiæ, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Vm apud vos essemus, sæpissimè vos per nos, & per confratres no-
stros admonuimus, ut secundum priuilegium antecessorum no-
storum, sancti videlicet Leonis Papæ & Victoris, quod ipsorum
tunc canonicorum vestra Ecclesiæ rogatu ipsi Ecclesiæ fecerūt,
cōmunem regularemque vitam duceretis: sed vos que vestra sunt, quarētes,
non quæ Iesu Christi, nostras admonitiones neglexistis. Cūque tantæ ne-
gligentia & inobediētia, quæ scelus idololatriæ à sanctis patribus dicitur,
meritò iure vos sententia iudicialis ferire deberet; Episcopi tamen vestri, & C
& quorundam fratrum vestrorum precibus Apostolica mansuetudo solita
pietate, ut filios vsque ad festiuitatem omnium Sanctorum, deinde etiam in-
teruentu eiusdem Episcopi, vsque ad Synodum clementer vos sustinuit. Ad
quā præcepimus, ut aliquos mitteretis de vobis, qui de vestra nobis obediē-
tia responderent. Quod quia minimè factum, ut decuerat, iam nunc æquita-
tis non possumus differre censuram. Proinde per veram obediētiam moneo,
ut communē vitam viuatis, sicut S. Leo Papa Ecclesiæ nostræ instituit, & sicut
Romana Ecclesia intelligit, id est, ut oīa Ecclesiæ bona in cōmunem utilita-
tē redigātur, & cōmuniter, sicut supradictū est, expēdātur. Aut si id facere re-
cusatis, Ecclesiæ præbendam in manu Episcopi ad Ecclesiæ utilitatē reddatis.
Quod si neutrum horum (quod absit) facere recusatis; ex auctoritate Dei oīpo-
tentis & SS. Apostolorū Petri & Pauli, oīum Ecclesiarū introitū vobis vsq. D
ad emendationem congruam prohibemus. Dat. Romæ, iij. kal. Dec. Ind. ij.

EPISTOLA XII.

PISANÆ Ecclesiæ Episcopatum cum omni iure ei confirmat, & tam ea, quæ an-
tiquitus collata, quam quæ modo à Mathilda, & quæ in futurum ab alijs conferentur,
concedet. Vicem suam ei atque successoribus committit in Insula Corsica, & pro labore,
quem primus in ea restituenda ad Romanæ Ecclesiæ dominium suscipiet medietatē, duo-
bus verò eius successoribus quartam partem omnium reddituum largitur arces tamē sub di-
tione Romanæ Ecclesiæ reseruat, quorum custodes illis, si necessitas exegerit, iure obediē-
tiae.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilecto in Christo fratri Landulpho Pisano Episco-
po, suisque successoribus.



Vperna miserationis respectu ad hoc vniuersalis Ecclesiæ
curam suscepimus, & Apostolici moderaminis sollicitudinē
gerimus, ut iustis precantium votis, attenta benignitate fa-
ueamus, & libramine æquitatis omnibus in necessitate po-
sitis, quantum Deo donāte possumus, subuenire debeamus.
Vnde postulante te frater Landulpho ut Ecclesiam, cui Deo
volente, præesse dinosceris, eiusque bona ab aduersariorum impetu, & infe-
statione, nostræ Apostolicæ auctoritatis munimine tueremur; inclinati iustis
precibus tuis, cōcessione præsentis priuilegij, confirmamus tibi Episcopatū
prædictæ Pisanæ Ecclesiæ cum omni iure, suisque pertinentiis. Et quia Pisa-
na Ecclesia, quæ in præficiendis sibi pastoribus à constitutionibus sanctorum
patrum deuiauerat, tandem pro restitutione antiquæ libertatis suæ, salubre
consilium matris suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ suscepit, ita ut te non aliunde,
sed per ostium, quod Christus intrantem gaudeat, te nobis ordinanti-
bus habere pastorem; indulgemus, concedimus, atque firmamus sibi tam
ea quæ ab antiquis temporibus iuste collata sunt, quam ea quæ diuina pie-
tas per serenissimam filiam nostram Mathildim pro remedio animæ matris
suæ in eadem Ecclesia sepultæ, concedere dignata est, videlicet locum qui
dicitur Schannelum cum castellis & pertinentijs suis, & alia quæ in futu-
rum (Deo auctore) à fidelibus legaliter conferenda sunt. Præterea fidei
& religionis tuæ gratum in te fructum exuberare cognoscentes, committi-
mus tibi, tuisque successoribus vicem nostram in Corsica Insula: si tam en ipsi
consensu Romani Pontificis, & electione Pisani populi ita canonicè intra-
uerint, sicut te constat intrasse: ut secundum quod Deustibi tradidit, quæ
ad Christianam religionē pertinere videntur, vigilanti studio Episcopos,
clericos, populūque eiusdem insulæ doceas, atque morum honestate con-
firmes iuxta propheticum sermonem, ut euellas & destruas, ædifices & plan-
tes. Quæ nimirum insula à iure & dominio sanctæ Romanæ Ecclesiæ per quo-
rundam prauorum hominum inuasionem subtracta, ut prudentiæ tuæ studio
exclusis inuasoribus, secundum antiquum morem ad dominium eiusdē Ro-
manæ Ecclesiæ reuocetur; concedimus tibi, per quem Pisana Ecclesia ad an-
tiquum sui decorem reducta est, & qui prius in restitutione prædictæ insulæ
elaboraturus es, medietatem, omnium reddituum, & totius pretij medietate-
tem, quæ de placitis acquireretur. Duobus verò successoribus tuis quar-
tam partem reddituum, & totius pretij quæ de placitis acquireretur. Ita
tamen ut arces, & quæque munita loca per te acquirenda in potestate
nostra & successorum nostrorum permaneant, eo tenore ut si necessitas
exegerit, custodes eorumdem locorum tibi, successoribusque tuis, sal-
uo iure & honore Romanæ Ecclesiæ obediant. Dignum quippe est, ut si ad
imperium & cōsensum sanctæ Romanæ Ecclesiæ pastorem secundum Do-
minum susceperint dignitatem, habeant ex largitione Apostolicæ sedis tem-
poralium rerum sustentationem & decorem. Hoc etiam addendum esse cen-
suimus, ut in agendis placitis noster semper intersit. Actum Romæ,
ij. Kal. Decembris, Indictione secunda.

Epist. Tom. 3.

Ttt 2 EPI-

CONFIRMAT eum in fide, & quia propter locorum distantiam & lingua ignorantiam, non potest mittere viros qui eum in lege Domini erudiant. Rogat ut iuniores & nobiles e regno suo ad Apostolicam sedem mittat, qui diuini legibus edocti, Apostolica sedis mandata ad eum ferre, & predicare possint. Fratribus praeterea Regis Danorum diuisionem regni cupientibus, nullo pacto opem ferat, sed curet potius, ut Rex fratres suos cum charitate suscipiat. Ad bona piaque opera illum hortatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Olafo Noruecchorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.



Iceter ex vniuersali cura sanctae & Apostolicae sedis, cui diuina misericordiae praesidemus, debitores simus omnibus, qui Christi fidem colunt; de vobis tamen, qui quasi in extremo orbis terrarum positi estis, tanto nos maioris sollicitudinis ratio, necessitasque circumstat, quanto vos eorum, qui in Christiana religione vos instruant, minorē copiam, & necessaria minus solatia habere cognoscimus. Quapropter oblata opportunitate scripsimus vobis ad confortandam aliquo modo gloriam vestram in fide, quae est in Christo Iesu, qui secundum propositum voluntatis aeterni Patris Dei cooperante Spiritu sancto, pro salute mundi homo factus est, de intemerata Virgine natus, mundum reconcilians Deo per mortē suā, delēs peccata nostra, per redemptionē, quae est in sanguine ipsius, & deuicta morte in semetipso, conuiuificauit, ac resuscitauit & nos in spem viuā, in hereditatem immarcescibilem, incontaminatam, incorruptam. In quo sicut confidimus in misericordia eius, vobis parata est aeterna salus & vita; si tamen in illo spem firmam vsque ad finem tenueritis: credentes (sicut dicit Apostolus Paulus: Quoniam in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Propter quod seruite ei cū omni timore & humilitate, memores quōd Psalmista dicat: Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentibus. Sitque semper in ore, sit semper in corde vestro, quōd hunc versiculum paucis interpositis sequitur: & anima mea illi viuet, & semina meum seruiet ipsi. Norum autē vobis esse volumus, quoniam desiderium nostrum est, si quo modo possemus ad vos aliquos de fratribus mittere; qui fideles & docti essent ad erudiendum vos in omni scientia & doctrina in Christo Iesu: ut secundum Euangelicam & Apostolicam doctrinam decenter instructi in nullo vacillantes essetis, sed radicati atque fundati super stabile fundamentū, quod est Christus Iesus, abundatius, atque perfectius in virtute Dei cresceretis, & secundum operationem fructū fidei aeterna retributione dignū redderetis. Quod quia nobis, tum propter longinquitatem terrarum, & maximē propter ignorantias linguas valde difficile est; rogamus vos (sicut & Regi Danorum denunciauimus) ut de iunioribus, & nobilibus terrae vestrae ad Apostolicam aulam mittatis: quatenus sub alis Apostolorum Petri & Pauli sacris ac diuinis legibus diligenter edocti Apostolicae sedis ad vos mandata referre, non quasi ignoti, sed cogniti, & quae Christianae religionis ordo postulauerit apud vos non quasi rudes, aut ignari, sed linguā ac scientia moribusque prudentes dignē Deo praedicare, & efficaciter, ipso adiuuante, excolere valeant. Relatum quoque nobis est, fratres Regis Danorum ad vestram

1. Pet. 1.

Coloss. 2.

Psalm. 118.

Ephes. 3.

se

A se contulisse excellentiam, ut vestris viribus, copiisque nitentes: quatenus cum illis regnum diuidat, fratrem cogere intendant. Quae quidem res quantum ad regni detrimentum, quantum ad confusionem populi Christiani, quantumque ad destructionem Ecclesiarum, quibus quotidie vicina Paganorum crudelitas inhiat, & totius terrae desolationem attingat, per semetipsam nos veritas, quae Christus est, in Euangelio docet, cum dicit: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Unde eminentiam vestram id summoperē cauere monemus, ut nullius umquam persuasionem in hac parte cuiquam assensum praebatis, vel adiutorium: ne peccatum hoc (quod absit) in vos retorqueatur, neu de dissidio regni illius contra vos & regnum vestrum diuina indignatio cocitetur. Hoc autem vos procurare libenter volumus, atque consulimus, ut praefatus Rex Danorum fratres suos in regnum cum charitate suscipiat: & ita eis de reliquis bonis & honoribus, ubi potest, distribuatur, ut nec illos indigna angustet necessitas, nec regni status labefactetur aut dignitas. De cetero semper cogitate de spe vocationis vestrae, & attenti ad ea, quae Dominus in Euangelio dicit: Quia venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno caelorum. Nolite tardare, currite, festinate. De vltimis finibus estis: sed si curritis, si festinatis, primis patribus in regno sociati eritis. Sit cursus vester fides, amor & desiderium. Sit iter vestrum, mundi gloriam assidue meditari esse caducam, & ideo cum amaritudine potius quam delectatione tenendam. Sit vestrae potentiae vsus & exercitatio, subuenire oppressis, defendere viduas, iudicare pupillis, iustitiam non solum diligere, sed etiam tota virtute defendere. His namque vestigiis, hoc thesauro, his opibus, de terreno ad caeleste regnum, de fluxo & fragili ad certum & perenne gaudium, de caduca & transitoria ad aeternam & semper permanuram peruenitur gloriam. Deus autem omnipotens, qui diues & copiosus est in misericordia, meritis & auctoritate Apostolorum Petri & Pauli & nostra per illos nobis, licet indignis, diuinitus concessa, absoluat te & omnes fideles tuos ab omnibus peccatis vestris, & dirigat vos in omnem voluntatem suam, ut in hac vita vos promereri faciat quod in aeterna beatitudine multipliciter vobis adaucta corona retribuatur. Dat. Romae, xvij. Kal. Ian. Indictione secunda.

Luc. 11.

Mat. 8.

EPISTOLA XIII.

NVLAM contra se murmurationis causam fore ostendit, si diligenter perpendat quae in Synodo statuta sunt. Si fidei corde Deo adhaerit, victoriam eum adepturum.

D

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vulfoni Duci, salutem & Apostolicam benedictionem.



I diligenter secundum aequitatem pontificalis officii, non secundum propriam voluntatem perpenditis quae agimus, quae dicimus de communi negotio, immo maxima perturbatione regni vestri, non contra nos murmurabitis, sed per viam patrum nostrorum nos incedere (Deo duce) meritis beati Petri Apostoli cognoscetis. Perpendite quod sanctus Spiritus per nos licet indignos dignatus est in sancta Synodo hoc in an-

Epist. Tom. 3.

Tit. 3 no

no Romæ in Quadragesimacelebrata statuere, & cognosce itaque oīpotenti Deo & beato Petro semper grates, & non contra nos murmurando, sed beato Petro gratias referendo meliora sperate. Mihi credite fratres charissimi, quia qui de falsitate & calliditate, nō de iustitia & simplicitate confidunt, omnino decident, & hos beati Petri gladius deuorando confundet. Quid autem sit actum in Quadragesimali Synodo, siue in ea, quam in mense Nouemb. fecimus, vestri fideles qui interfuerunt, & nostræ litteræ vobis misse indicare possunt. Vos autem de iustitia confidentes, & de beati Petri adiutorio præsumentes, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, quia si fidei corde & stabili Deo adheeritis, citò vobis victoria & pax ardebit. Omnipotens Deus meritis beatæ Mariæ cælorum Reginae, per auctoritatem beati Petri Apostolorum principis mihi valde indigno commissam, te tuosque omnes socios, qui iustitiam amatis, & beati Petri sedē diligitis à cunctis peccatis absoluat, & ad vitam æternam perducatur. Dat. Romæ, iij. kal. Ian. Indictione secunda.

Epist. 6.

EPISTOLA XV.

ABSENTIAM sui Abbatis vt æquo ferant animo hortatur, quem illis citò remissurum affirmat. Eorum monasterium, sicut Cluniacense, Apostolicæ sedi vnire desiderat. reliqua harum litterarum portitori dicenda reliquit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
charissimis fratribus in monasterio Mafsilienfi commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.



Contristauit vos, immò beatus Petrus commouit, turbauit, & ipse sanabit. Filius namque illius Abbas vester venit ad nos, & pro eius amore factus est obediens vsque ad corporis captionem; & quia paratus fuit, si oporteret, mori, & ex hoc habebit retributionem. Sed sicut scitis fratres mei, rari sunt boni, qui etiam Deo in pace seruiant, sed rarissimi, qui pro illius amore persecutiones nontimeant, vel qui se contra inimicos Dei indubitanter opponant. Proinde Christiana religio (heu pro dolor) penè deperijt, & impiorum superbia nimis accreuit. Prædictus autem pater noster reuera Apostolorum principem diligens, in eius acie nobis adhæsit, & adiutorium, Christo gubernante, nobis impedit, non surda aure intendens quod dicit Apostolus: Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum. Sed quia charitas licet ratio vos consoletur, ad dolorem vos impellit, eo quòd tantum patrem, tamque vobis dulcem quasi longo tempore amiseritis; rogamus vos ex parte omnipotentis Dei, & amore beati Petri, patienter supportate nos: quia citò (Deo adiuuante) eum vobis lætum remittemus: & ex hoc auctoritate beati Petri Apostolorum principis nobis valde indignis commissam, indulgentiam omnium peccatorum vestrorum promittimus, & absolutionem cum benedictione concedimus. Confidimus namque de nimia pietate Altissimi, & de ineffabili clementia Reginae cælestis: quia beatus Petrus & Paulus locum vestrum amplius solito custodient, & tuebuntur, qui pro illorum seruitio damnus & incommodus habere videtur. Desideramus enim locum

1. Cor. 1.

A locum beati Pauli & vestrum ita vnire, vt sicut iam ex longo tempore cluniacus, Apostolicæ sedi specialiter adhæreat, & speciali Ecclesiæ huius adiutorio & benedictione congaudeat. Moueat vos fratres charissimi summa dilectio Christi, vt nos sicut vos ipsos diligatis, & manū adiutorij in magna tēpestas possitis porrigatis, illud semper præ oculis habentes: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quod autem minus scripsimus, horum portitori dicenda reliquimus. Omnipotens Deus à quo cuncta bona procedunt, meritis & intercessione Dei genitricis & virginis per auctoritatem beatis Petro & Paulo Apostolorum principibus concessam, vos respiciat, vosque semper innouet & custodiat, vobisque quod sit noui canticum indicet, & in sancta iubilatione inflammet: vt perfectè sciatis humanam fragilitatem deslere, & ineffabilem Dei benignitatem cognoscere, vt in eius amore semper crescentes ad eius certam noticiam, & mirabilem ætiti am cælesti matre ducente mereamini peruenire. Dat. iij. Non. Ian. Indictione secunda.

Gal. 6.

EPISTOLA XVI.

AMPLECTITVR deuotionis eius affectum erga sedem Apostolicam, vtque in eo persistat hortatur, & inter Raimundi filios pacem conciliet: quod si minus consequi possit, saltem inducias fieri curet, interim eis denunciatis alterum eorum, per quem sternerit ne pax sequatur, excommunicandum fore: alterum vero, qui Apostolicæ sedi obediens, ad obtinendam hereditatem paternam inuandam. Præterea vt Narbonensis Episcopi eius fratris salutem consulat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilecto in Christo fratri Berengario Gerundenfi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Icut per filiū nostrū Mafsiliensem Abbatem didicimus, paratū esse te dicis in obedientia & fidelitate beati Petri firmissimo animo, & constanti persistere, & secundum præceptum nostrum vitam tuam deinceps, moreque componere; cupiſque & desideras præ ceteris, qui in partibus vestris sunt, nobis familiariter adhærere. Sed & nos ad suscipiendum tantæ deuotionis affectum, sinum paternæ dilectionis extendimus, & modis omnibus pio circa nos amori tuo fauemus: ita planè, vt & tu (sicut promittis) in amore sancti Petri, & sollicitudine Ecclesiasticæ religionis, & pacis Christianæ semper excreſcas, dignumque te Apostolica familiaritate ex obedientia sincerissima reddas. Itaque in primis negotium tibi, de quo multum curamus, iniungimus. Comperimus enim quòd inter filios Raimundi Berengarij per vanitatem & superbiam, & maximè per consilium impiorum, nimirum ex inuidia diaboli discordia oritur. Et ego inde nimis contristor, tum pro amore patris eorum, qui me fati ex quo cognouit, dilexit; tum etiā quia super Christianam gentem, que in partibus illis magno impiorum Sarracenorum odio laborare dinoscitur, graue sentio periculum imminere. Vnde præcipimus tibi, vt adiunctis tecum religiosis vicinis tuis Abbatibus, scilicet Tumeriense, Ripollense, & sancti Cucufati, & quoscunque alios Deum timentes clericos laicosque poteris inuenire, pacem inter illos reformare & componere studeas.

deas. Quod si acquiescere monitis vestris fortasse noluerint, ostensis eis praesentibus litteris ad tenendam eos treugam firmissimam usque ad determinatum tempus ex auctoritate nostra constringite, infra quod nos tales illic ex latere nostro nuncios dirigamus, qui causam litis eorum ita iuste definiant, ut non se ad gratiam alicuius nec praemio, nec favore desectant. Porro hoc illis debes firmiter inculcare: quia si nobis inobedientes exstiterint, & in fraterno odio remanere, diabolo instigante, maluerint, illi quidem excusius culpa, vel superbia pax ista remaserit, gratiam sancti Petri auferimus, cumque sicut membrum diaboli, & desolatorem Christianae religionis cum omnibus fautoribus suis festinabimus a communione Christianae societatis abscindere: ita ut nullam deinceps victoriam in bello, nullam prosperitatem habere possit in saeculo. Alteri vero qui humiliter paci consenserit, debitamque obedientiam Apostolicae sedi exhibuerit, statuemus ex gratia sancti Petri inexpugnabile Apostolici fauoris auxilium, eumque, sicut filium sanctae Romanae Ecclesiae concedet, ad obtinendam hereditatem, dignitatemque, paternam modis omnibus procurabimus adiuuare, & omnibus Christianis in partibus illis ut ei faueant, eumque ad obtinendum principatum adiuuentur Apostolica auctoritate praecipiemus. Quicquid autem de hoc a te inter eos diffinitum fuerit, quanto citius nobis litteris intimare, immo si opportunum fuerit, te ipsum nobis representare curabis. Praeterea de fratre tuo Narbonensi, magis quam hactenus fueris, volo te esse sollicitum: quia ego satis de perditione illius doleo, & miror si tu illum, cui gemina germanitate cohaeres, ad salutem non studes reducere: cum scias, quia pro sola vel carnali, vel spiritali affinitate alicuius, Christianus homo in tanti periculo articuli seipsum debet apponere. Age ergo & fraterna charitate succensus, illum ex nostrae fiducia admonitionis aggredere; commemorans illi, & praeteritos longaeuatae aetatis excessus, & propinquum iam sibi diuinae ultionis imminere iudicium, si forte possis eum ab ipso mortis aeternae limine reuocare: & de salute fratris non solum cordis gaudium, verum etiam maximum aeternae retributionis a diuina largitate praemium promereri. Dat. Romae, iiii. Non. Ian. Indictione secunda.

EPISTOLA XVII.

QUERITUR quod optimum Principem & Ecclesiae defensorem in monachum receperit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
N. venerabili Cluniacensi Abbati, & charissimo fratri,
salutem & Apostolicam benedictionem.

SI Romani ad vestras partes, sicut vestrae ad nos saepe veniunt, frequentius tibi litteris, seu verbis qualiter circa nos geruntur quae terrena sunt vel caelestia indicaremus. Sed quia dum satis intendis aulicos nutrire, de rusticis parum tibi est curae, ultra haec debes ad memoriam reducere, quia pauper noster & pius Redemptor sic in caelo Angelos pascebat, ut in terris peccatores non solum non despiceret, sed etiam cum eis cibum ferneret. Cur frater charissime non perpendis, non consideras in quanto periculo, in quanta miseria sancta versatur Ecclesia? Vbi sunt qui se sponte pro amore Dei

A Dei opponant periculis, resistent impijs, & pro iustitia & veritate non timeant mortem subire? Ecce qui Deum videntur timere vel amare, de bello Christi fugiunt, salutem fratrum postponunt, & seipsum tantum amantes quietem requirunt. Fugiunt pastores, fugiunt & canes gregum defensores. Inuadunt oues Christi nullo contradicente lupi, latrones. Tulisti, vel recepisti ducem in Cluniacensem quietem, & fecisti ut centum millia Christianorum careant custode. Quod si nostra exhortatio apud te parum valuit, & Apostolicae sedis praecipuum in te obedientiam non inuenit, cur gemitus pauperum, lacrymarum viduarum, deuastatio Ecclesiarum, clamor orphanorum, dolor & murmur sacerdotum & monachorum te non terruerit, ut illud quod Apostolus dicit, non postponeres, videlicet: Charitas non quaerit sua sunt quaerit, & illud in corde (ut soles) haberes: Qui diligit proximum, legem impleuit. Quid tibi dicent beatus Benedictus, & Gregorius, quorum alter praecipit, ut per annum probetur nouitius, alter vero prohibet, ut ante triennium miles non efficiatur monachus. Haec idem dicimus, quia quod vix aliquis Princeps bonus inuenitur, dolemus. Monachi vero, Deo miserante, sacerdotes & milites, & non pauci pauperes per diuersa loca, qui Deum timent, reperiuntur. Principes autem Deum timentes, & amantes in toto Occidente aliqui inueniuntur. Omittimus iam de hac re tibi scribere: Quia confido de misericordia Dei, Charitas Christi, quae in te solet habitare, me vindicando, cor tuum transfodiet, & quantum mihi dolor esse debeat de bono principe ablato matri suae ostendet. Quod si non illo peior ei successit in regimine, possumus habere consolationem. Praeterea monemus fraternitatem tuam, ut in talibus cautius te habeas, omnibusque virtutibus dilectionem Dei & proximi praeponas. Haec etiam te compellant, ut manum orationis nobis porrigas, omnesque fratres tibi creditos ad hoc prouocare studeas, ut merearis de virtute in virtutem proficere, & ad perfectionem summam charitatis peruenire. Dat. Romae, iiii. Non. Ian. Indictione secunda.

Anno ab incarnatione sempiterni Principis Millesimo septuagesimo nono, mense Februarii, Indictione secunda, Pontificatus vero Domini Gregorii vniuersalis Pontificis septimi anno sexto. Ad honorem Dei, & edificationem sanctae Ecclesiae, salutem quoque tam corporum, quam animarum, ex precepto sedis Apostolicae conuenerunt finitimi, & diuersarum regionum, prouinciarum Archiepiscopi, Episcopi, religiosaque persona, ut sanctam Synodum celebrarent. Omnibus igitur in Ecclesia Saluatoris congregatis, habitus est sermo de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, multis haec, nonnullis illa prius sentientibus. Maxima siquidem pars panem & vinum per sacrae orationis verba, & sacerdotis consecrationem, Spiritu sancto inuisibiliter operante, conuerti substantialiter in corpus Dominicum de Virgine natum, quod est in Cruce pependit, & in sanguinem, qui de eius latere militis effusus est lancea, asserbat, atque auctoritatibus Orthodoxorum sanctorum patrum tam Graecorum, quam Latinorum modis omnibus defendebat. Quidam vero cecitate nimia & longa percussa figuram tantum substantiale illud corpus in dextra Patris sedens esse, seque & alios

Philipp. 2.
Rom. 13.

Pontif & Berthold. an. 1079.

Et alios decipientes quibusdā cauillationibus conabantur astruere. **U**t ubi cepit res agi, prius etiam quā tertia die ventum fuerit in Synodo, defecit contra veritatē niti pars altera, nempe sancti Spiritus ignis emolumenta palearum consumens, & fulgore suo falsam lucem diuerberando obtenebrans, nobis caliginem vertit in lucem. Denique Berengarius huius erroris magister post longo tempore dogmatizatam impietatem errasse se coram concilio frequenti confessus, veniamque postulans & orans ex Apostolica clementia meruit: iurauitque sicut in consequentibus continetur.

Iusiurandum Berengarij Turonensis presbyteri.

Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, quae ponuntur in altari per mysterium sacrae orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conueri in veram & propriam, ac viuificatricem carnem & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in Cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris, & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantū per signum et virtutem sacramenti, sed in proprietate nature & veritate substantiae; sicut in hoc Breui continetur, & ego legi & vos intelligitis. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adiuuet, & haec sancta Dei Evangelia. Tunc Dominus Papa praecipit Berengario ex auctoritate Dei omnipotentis & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ut de corpore & sanguine Domini nunquam ulterius cum aliquo disputare, vel aliquem docere praesumeret, excepta causa reducendi ad fidem hanc eos qui per eam doctrinam ab ea recesserant.

His itaque pie & feliciter actis, inter multas proclamationes conquesti sunt legati Regis Rodulphi super Henrico, quod nulli loco, nullaeque personae parcens religionem transalpinam contereret & conculcasset. Neminem debitus honor, vel reuerentia, vel dignitas tueretur, & ceu vilia mancipia non modo sacerdotes, sed etiam Episcopi, Archiepiscopi que caperentur, vinculisque manciparentur, partimque trucidarentur. Deceuerunt ergo quamplures concilij in illius tyranidem gladium Apostolicū debere euaginari. Sed distulit Apostolica mansuetudo. Iurauerunt igitur legati Henrici Regis illud quod in sequentibus scriptum reperitur.

Sacramentum nunciorum Henrici Regis.

Legati domini mei Regis ad vos venient infra terminum Ascensionis Domini, exceptis legitimis sonis, id est morte, vel graui infirmitate, vel captione absque dolo, qui legatos Romane sedis secure ducent, & re-

Aducent, & dominus Rex obediens erit illis in omnibus secundum iustitiam, & iudicium illorum: & haec omnia obseruabit absque dolo, nisi quantum ex iussione vestra remanserit. & haec iuro ex praeccepto domini mei Regis Henrici.

Item iusiurandum nunciorum Rodulphi Regis.

Idemque Rodulphi, quod sequitur.

Si colloquium ex vestro praeccepto constitutum fuerit in partibus Teutoniciis, loco & tempore à vobis definito, ante praesentiam vestram, vel legatorum vestrorum, dominus noster Rex Rodolphus vel ipse veniet, vel Episcopus, & fideles suos mittet, paratusque erit iudicium quod sancta Romana Ecclesia decreuerit de causa regni subire, nulloq. malo ingenio conuentum à vobis, siue legatis vestris constitutum impediet, & postquam certum inde vestrum nuncium videbit de pace in regno constituenda & confirmanda, studebit ut legatio vestra prouenire ad pacem regni & concordiam possit. Haec omnia obseruabuntur, nisi quantum ex vestra certa licentia remanserit, vel ex impedimento legitimo, scilicet morte, vel graui infirmitate, vel captione sine dolo.

Sacramentum Archiepiscopi Aquilegiensis.

Iurauit itē eodē tempore Archiepiscopus Aquilegiensis Henricus secundū haec verba: Ab hac hora & in antea fidelis ero B. Petro & Papae Gregorio, suisque successoribus, qui per meliores Cardinales intrauerint. Non ero in consilio, neque in facto, ut vitam aut membra, aut Papatum perdant, aut capti sint mala captione. Ad Synodum ad quam me vocabunt vel per se, vel per suos nuncios, vel per suas litteras veniam, & canonicè obediām, aut si non potero, legatos meos mittam. Papatum Romanum & regalia sancti Petri adiutor ero ad retinendum & defendendum, saluo meo ordine. Consilium verò quod mihi crediderint per se, aut per nuncios suos, siue per litteras nulli pandam me sciente ad eorum damnum, legatis Romanum eundo & redeundo honorificè tractabo, & in necessitatibus suis adiuuabo. His quos nominatim excommunicauerint, scienter non communicabo: Romanam Ecclesiam per secularem militiam fideliter adiuuabo, cum inuitatus fuero. Haec omnia obseruabo, nisi quantum sua certa licentia remanserit.

Excommunicati sunt in eadem Synodo sine spe recuperationis Archiepiscopus Narbonensis, Thealdus dictus Archiepiscopus Mediolanensis, Sigifredus dictus Episcopus Bononiensis. Rolandus Taruisiensis, Item Episcopi Firmanus, & Camerinus. Hi omnes cum sequacibus suis tam clericis quàm etiam laicis.

Sacramentum Regiensis Episcopi.

A

Ego Gundulphus Regiensem Episcopatum contra interdictum vestrum, aut vestri legati octo diebus non tenebo, neque aliquo inueniā studio, quo vestra legationi resistatur. Sic me Deus adiuet, & haec sancta Dei Evangelia.

EPISTOLA XVIII.

ARGVIT quod Abbatem ad Synodum venientem ceperit. iubet eum dimittat. Quamobrem cum ab Episcopali officio suspendit, quousque Romam veniat, si non paruerit, Ecclesia introitum interdicit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Eurardo Parmensi Episcopo.

B

Iu est quod te pura & sincera charitate dileximus; sed quod Abbatem ad nos venientem, & ad sanctam Synodum properantem cepisti, non æquam vicem dilectioni nostræ reddidisti. Magnum quidem facinus & officio tuo indignum, cuius nescio iussu, vel in finctu contra talem virum præsumpsisti: qui siquid tibi deberet, tamen qui ad nos veniebat, teneri nō meruit. Quapropter Apostolica auctoritate præcipimus tibi, vt si nondum dimisisti eum, acceptis his litteris, continuò cum honore perducere facias ad Mathildim. Interim verò ab Episcopali officio propter hoc quod illū remoratus es, abstineas vsque quo ad nos ipse venias. Sin autem (quod non speramus) neque his mandatis nostris, vt dimittas scilicet, obtemperare volueris, Ecclesiae introitum omninò tibi ex parte beati Petri interdici mus. Dat. in Synodo xvj. kal. Mart. Indictione secunda.

EPISTOLA XIX.

IN Synodo definitum asserit, quod nisi triginta dierum spatio bona Ecclesiae Babembe regensis reddiderint, excommunicationi subiaceant.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Haremanno, Vdelrico, Frederico, Mazelino Heroldo, Vvirintoni, Goteboldo militibus Babenberg. Ecclesiae.

Intelleximus iam diu, quod vos scilicet Haremanne & Vdelrice accepistis bona ipsius Ecclesiae pro introitu Babembergenis Episcopi He. . . iam depositi, quodque vos Frederice, Mazeline, Herolde, Vvirinto, post illius excommunicationem ab hac sede bona eiusdem Ecclesiae ab eo similiter accepistis. Intelleximus etiam te Gotebolde, quando captus tenebatur Episcopus, iam memoratae Ecclesiae bona de manu Regis accepisse. Sciatis igitur, in eo concilio quod nuper celebravimus, ita definitum esse, vt nisi infra terminum viginti dierum, postquam hæc legationis nostrae verba ad vestras aures peruenerint, res iam dictae Ecclesiae, quas iniuste detinetis, aut reddideritis, aut de manu Episcopi acceperitis, periculo excommunicationis subiaceatis. Si verò respiscentes ad Episco-

D

A Episcopum veneritis, & sæpè nominata bona restitueritis, liceat Episcopo vos excommunicationis vinculo soluere. Dat. in Synodo, xij. Kal. Mart. Indictione secunda.

EPISTOLA XX.

PRAECLARAS virtutes, quibus præditus erat, denigrare eum asserit, dum consanguineam suam vxorem habet. suadet vt à tanto facinore abstineat, Episcopos & Ecclesiam veneretur.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Centullo Comiti, salutem & Apostolicam
benedictionem.

B

Vdiuimus de te per tales, quibus fidem habemus, ea quæ Christianum Principem bonis omnibus debeant commendare, quia sis videlicet amator iustitiæ, defensor pauperum, & propagator pacis. Vnde te in dilectionem & gratiam sicut filium Ecclesiae Romanæ suscipimus, & vt in bonis ceptis de die in diem proficere studeas, admontemus. Tamen reprehensibile quoddam in te esse cognouimus, quia scilicet consanguineam tuam habes vxorem: & inde nimis cauendum tibi, scilicet ne ex occasione culpæ istius cetera quæcunque agis bona, dispareant. Age ergo & secundum consilium Amati Episcopi Elorensis, & Bernardi Massiliensis Abbatis (siquidem ad vestras partes poterit peruenire) prædictum reatum emendare, & pænitentiam inde agere stude, ne pro hoc animam tuam perdas, & nobilem feminam, quæ sub tutela tua est commissa, confundere stude, & Episcopis quasi patribus tuis reuerentiam & obedientiam exhibe. Scias quod pro hoc te & in hoc sæculo maiorem gloriam, & in futuro vitam promereri perpetuam. Si facultas tibi esset veniendi ad nos, desideramus te videre, ac plenius de animæ tuæ salute instruere. Dat. Romæ, v. Idus Mar. Indictione secunda.

Partes boni
Petitip.

EPISTOLA XXI.

REPREHENDIT eos nulla penè cura moueri suam Ecclesiam pastore esse destitutam. propterea Vvaticensem Episcopum mittit, vt aut Episcopum eligant, aut promittant se in pastorem suscepturos quemcumque ipse ad eos miserit. cetera, quæ dicenda fuerint, Episcopo iniunxisse significat.

D

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
vniuerso clero & populo Arelatensis Ecclesiae, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Voniam sublata pastorali custodia, gregi non parua pericula imminere perpeditimus; multa pro vobis solitudine angimur, multo dolore compungimur, quod Ecclesiam vestram tam diu vigiliantia pastoris & regimine idonei gubernatoris destitutam esse cognoscimus. Quod in hac re minus quàm oportet vos esse sollicitos, immò

Epist. Tom. 3.

V u u quasi

quasi propriae salutis oblitos, nulla penè cura vel affectione permotos deprehendimus, maioris nobis tristitiæ causa consistit: quoniam perniciosius ferè nihil est, quàm contra mala vrgentia nulla ratione confurgere, & sua saluti in supremo discrimine aut nescire, aut nolle consulere. His itaque curis ac tantæ desolationis vestrae causa stimulante, misimus ad vos fratrem nostrum videlicet Leodegarium Vuapicensem Episcopum, quatenus cum illius consilio, aut talem personam secundum Deum eligatis, quam vicarius noster Hugo Diensis Episcopus litteris suis nobis commendet, aut si apud vos (quod credimus) tanto regimini digna inueniri persona non potest, in manu fratris nostri Leodegarii Vuapicensis Episcopi firmetis vos illum suscipere in pastorem, quem consecratum, & honore pallij insignitum vobis ex parte sancti Petri miserimus. Cogitare enim debetis, quoniam secundum electionem gratiæ Dei de numero ouium Christi estis, & nequaquam secure viuetis, nisi qui eius vice vobis præstet, & contra incurfus callidi insidiatoris assidua circumspeditione, auxiliante Deo, vos muniat, habeatis. Agite ergo, ne quis vos ad prospiciendum de honore Ecclesiæ vestrae, & communi salutis animarum vestrarum impedire valeat, & ne visitatio legationis nostræ frustra ad vos facta esse videatur, per quam vobis charitas nostra representatur & auctoritas: scientes quoniam quicquid ex vtroque (Deo auctore) debemus & possumus, ad profectum vestrum vobis exhibere promptam & indefessam voluntatè gerimus. Cetera quæ dicenda sunt, fratri nostro Leodegario iniunximus: cuius legationi, quantum ad hoc pertinet negocium, ita volo vt credatis, ac si à nobis viva voce in auribus vestris diceretur. Dat. Romæ, Kal. Mar. Indictione secunda.

EPISTOLA XXII.

RESPONDIT super coniugio Theodorici Ducis, & super eius intrusione de componenda inter se & Henrici Regis pace, & de Duce excommunicato à Metensi Episcopo.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilectæ in Christo filiæ Mathildi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoniam animi nostri voluntatem super ea rescire cupiens, misisti nobis, quod Theodoricus Dux optaret sibi coniugio copulare quondam vxorè Marchionis Petroni, mandamus tibi: ille enim non est adeò notus nobis, nec illa nobis ita commissa, vt aliquid inde agere velimus. De eodem Duce item significasti, quod si placeret nobis, de componenda pace inter nos & Henricum Regem, se intrmitteret. Super hoc itaque respondemus. Legatus Regis in præsentia vniuersalis Synodi iurauit ex præcepto domini sui, eum nostris mandatis per omnia obtemperaturum. Ea quoque de causa & spe nos iam misisse legatos nostros, credo tuam scientiam non latere. Excommunicatum verò iam sæpè dictum Duce ab Episcopo Metensi, quia non ignoras, nos sententiæ in illum prolatae noueris assensum dedisse, & eum firmauisse, nisi infra viginti dies postquam mandata nostra rescinerit, iussis nostris obedierit, & nisi ciuitatem & bona sancti Stephani, quæ iniuste inuasit, libera dimiserit, & Ecclesiæ satisfecerit. Dat. Romæ, v. Nonas Mart. Indictione secunda.

EPI-

EPISTOLA XXIII.

ECCLESIAE eorum arumnis consuleve desiderana, Sanzonem, quem in Episcopum optauerant, se libenter suscepisse: ne tamen Rainerio Episcopo adhuc superstitie, quem illi inutilem esse asserabant, præiudicium faciat, legatos se missurum ait, qui rem inspiciant, vt ipse deinde electionem confirmare possit. Interim nullus Ecclesiæ bona distrahat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Aurelianensis Ecclesiæ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sciatis incunstanter, quod de Ecclesiæ vestrae ærumnis & angustijs, quam specialiter dileximus, & quæ vna ex nobilissimis Gallie Ecclesijs quondam fuit, & adhuc erit, Deo fauente, nos valde dolemus. Et quia illi qualiter subuenire debeamus, solliciti sumus, & vt ad pristinum decus & gloriam redeat, nos impense operamur. De Sanzone item filio nostro, quæ vobis in Episcopum optatis, noueritis quia libenter eum suscepimus, & paterno amore tractauimus. Sed quia Rainerius dictus Episcopus, & Ecclesiæ vestrae (vt dicitur) inutilis, nondum ex toto constat ab ea separatus, ne videamur alicui præiudicium facere, ne ob alicuius amicitiam fortè quis suspicetur nos contra iustitiam facere velle; legatos nostros ad vos mittere disposuimus, qui veritate discussa diligenter & probata, de eo possint ex auctoritate nostra, immò beati Petri (prout iustitia distauerit) sententiam dare. Postea verò electionem vestram secundum Deum confirmare, & quibus modis oportere videbitur, corroborare secundum canonicam instituta curabimus. Interim verò res eiusdem Ecclesiæ tam vobis quàm omnibus apud quos vbique reperuntur, ex parte beati Petri monendo præcipimus, vt nemo distrahere, vel demoliri præsumat, videlicet, prædia, & ornamenta, quæ illi pertinere noscuntur. Quod si quis contra hæc nostra præcepta temerariè conari temptauerit, sciat se gratiam beati Petri amissurum, & anathematis gladium, nisi resipuerit, incursum. Dat. Romæ, iij. Non. Mar. Indictione secunda.

EPISTOLA XXIV.

CAUSAM inter Abbates sanctæ Crucis, & sancti Seueri diligenter & Diensi Episcopo terminandam committit: decernens interim, quod in lite est, ex integro Abbatiæ sanctæ Crucis restituendum esse.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Amato Elorensi Episcopo in Vuasconia, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ozelinus Archiepiscopus Burdegallensis cõfrater noster veniens ad limina Apostolorum, duxit nobis ad memoriã, qualiter olim actum sit de discordia monasterii sanctæ Crucis & sancti Seueri, quid ue diffinitionis in Romana Ecclesia susceperit. Nã & litteras olim à nobis super hac re Abbati S. Seueri transmissas inuenimus, & Abbatem secundum tenorem earum inobedientem fuisse cognouimus. Vnde ne præiudicium sibi

Epist. Tom. 3.

Vuua 2 aliqua

aliqua pars fieri suspicetur, censuimus causam illam ante te & confratrem nostrum Hugonem Diensem Episcopum diligenter esse retractandam: ita ut vterque auditores, legitimum, Deo auxiliante, huic negotio finem imponatis. Ad iudicandum etiam, ut illud quod in lite est, ex integro Abbatia sanctae crucis restituatur, quatenus possessione sibi reddita canonicis & legale sit quod acturi estis, & in executione iudicij nostri irreprehensibiles appareatis. Quod si ille inobediens fuerit, & memoratae Ecclesiae inuestituram Abbatiae sanctae crucis non restituerit, illum sicut rebellem a communione corporis & sanguinis Domini merito separate. Dat. Romae, viij. idus Mart. Indictione II.

EPISTOLA XXV.

DIENSI & Olorensi Episcopis commississe significat, quid agendum foret in controversia inter eum & Abbatem sanctae Crucis: quare praecipit, ut illis pareat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Arnaldo Abbati sancti Seueri, salutem & Apostol. benedict.

Nost recessionem tuam proximè factam, scias nos litteras quasdam reperisse, in quibus inobedientiam tuam liquidò deprehendimus. Proinde notum tibi fit, nos eam causam scilicet, quae inter te & Abbatem sanctae crucis esse dinoscitur, diligentius discutiendam fratribus & coepiscopis Hugoni Diensi, & Amato Olorensi legatis nostris commississe: & quicquid isti de ea restituerint iudicantes, hoc deinceps vobis esse ratum, firmumque tenendum. At tamen interim ut illam possessionem, scilicet Ecclesiam sanctae Mariae de Solaco, de qua lis inter vos orta est, Abbatiae sanctae Crucis ex integro restituas, Apostolica tibi auctoritate praecipimus, & ut quietè donec ad iudicium veniat, possidere permittas, ex parte beati Petri iubeo monemus. Indignum quippe est, & a canonicis institutis nimis alienum ducimus, causam quae ventilanda est, ad examen debere deduci, nisi de rebus in lite positis, ille, qui vim patitur, prius fuerit reuertitus. Iuxta ergo quod & monuimus & praecipimus, iterum inculcare curauimus, ne te ulterius super hac re, sicut haecenus inobedientem reperire valeamus. Quod si inobedientia tua auribus nostris iterum fuerit delata, scias indubitanter te iram beati Petri & nostram incurrisse, & dignae animaduersionis sententiam in periculum ordinis tui prouocasse. Dat. Romae, viij. Idus Martij, Indictione secunda.

EPISTOLA XXVI.

MANDAT ut Lambertum, quem ipsi contra sua mandata male tractauerant, suscipiant, eique ablata restituant. nisi paruerint, eos puniturum minatur.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Fulcardo Infulanae congregationis preposito, caeterisque eiusdem congregationis canonicis tam minoribus, quam maioribus, licet aliter meritis, salutem & Apostol. bened.

Non modicum offendistis nos super iniuria & expoliatione rerum Lambertii filij nostri a vobis illata, imò in persona sua nobis facta, praecipue cum per Ingelrannum nostrum vobis mandauerimus, ut ei nullam iniuriam inferretis propter obedientiam quam sibi iniunximus. Manda-

A Madamus ergo vobis, & Apostolica auctoritate praecipimus, sicut canonicis specialiter munitis priuilegiis beati Petri, quatenus hunc filium nostrum Lambertum fratrem & concanonicum vestrum cum omni beneuolentia, & dilectione suscipiatis, & sua sibi integrè restituatis: remittentes vobis ipso eodem interueniente, quicquid in eo & nobis deliquistis, eo videlicet tenore, ne deinceps contra nostra, & sanctorum canonum decreta agere praesumatis. Quod si facere neglexeritis (quod absit) rursumque clamor ad nos, seu ad vicarium nostrum venerabilem virum Hugonem Diensem Episcopum venerit, & gratiam beati Petri & nostram perdetis: & nos ulterius nullo modo patiemur inultos: sed sicut dignum fuerit, gladio beati Petri contemptum nostrum vindicabimus. Dat. Romae, ij. Idus Martij, Indictione secunda.

EPISTOLA XXVII.

B *PRACIPIT ut amoto Gualterio, quem in abbatem contra excommunicationem elegerant, qui in Concilio depositus fuerat, Viennensem Archiepiscopum in abbatem suspiciant. Pro eorum autem inobedientia coram Diensi Episcopo compareant, eisque obediatis: sin minus, excommunicationem in eos latam se confirmaturum ait.*

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Monachis Dolensis Monasterij.

Noueritis Gualterium, quem vobis in Abbatem contra excommunicationem Apostolicae sedis constituistis, collaudatione Romani Concilij a nobis irrecuperabiliter esse depositum: & si de administratione Abbatiae vestrae se ulterius, cognitis his litteris, intrumiserit, omnino excommunicandum. Quapropter Apostolica vobis auctoritate praecipimus, ut confratrem nostrum Vormundum Viennensem Archiepiscopum, quem vobis in Abbatem (Deo annuente) ordinauimus, sine omni contradictione suscipiatis, & ei sicut patri & Abbati per omnia toto cordis affectu obediatis: & quia non modicum pro inobedientia vestra incurristis delictum, praecipimus vobis, ut Dominica prima post Pentecosten, scilicet in octauis coram Vicario nostro Hugone Diense Episcopo satisfacturi, Valentiae videlicet urbi vos repraesentetis, & quod ipse vobis praeeperit, obedienter teneatis. Quod si spiritu superbiae his nostris litteris inobedientes fueritis, excommunicationem a praefato Vicario nostro super vos factam ab illo die nos confirmasse indubitater sciatis. Dat. Romae, viij. Kal. Apr. Indictione II.

EPISTOLA XXVIII.

Eiusdem argumenti.

D **GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,**
Rodulpho, Odoni, Epponi, Vmbaldo, Euerardo, Bozoni, Girardo, Adelardo, & caeteris principibus Byturicae regionis, salutem & Apostolicam benedictionem, si obediuerint.

Nram temeritatem & insolentiam praesumptionis vestrae, quod contra fas & excommunicationem Apostolicam vobis delatam, Abbatiam Dolensem, quam in tutelam haecenus habuistis, imò etiam ad cumulum detrimenti tam animarum vestrarum quam corporum.

corporum abiecto eo quem manibus propriis, Deo volente, vobis in Abbatem consecrauimus, Gualterium inuasorē irrecuperabiliter deposuimus, & ei res Ecclesiae, suisque fautoribus sub excommunicatione interdiximus. Confratri autem nostro Vuormando Viennensi Archiepiscopo Abbatiam Dolensem concessimus, immo reddidimus. Vos ergo monemus, & Apostolica auctoritate praecipimus, vt abiecto inuasoris pradiſti dominio, Abbati vestro, iure canonico Vuormando Viennensi Archiepiscopo sincera mente & puro corde obediatis. Quod si rebelles Deo & beato Petro in his deinceps fueritis, à Dominica prima post Pentecosten, scilicet in octauis, cum Dolensibus monachis, nisi satisfecerint, corā vicario nostro Hugone Diensi Episcopo Valentiae vos excommunicationi subiacebitis. Si autem patri vestro spirituali confratri nostro Vuormundo Viennensi Archiepiscopo obedientiam & auxilium exhibueritis; gratiam Dei & B. Petri percipietis. Te autem Rodulphe, quia in his plus ceteris tibi à Deo concessa est potestas, rogamus te & praecipimus, vt eum in abbatiam sine simulatione & dolo restituas, & totius irae siue discordiae oblitus, ei vt filius charissimus cohareas: quatenus gratiam Dei, & peccatorum tuorum indulgentiam ab ipso cui data est potestas ligandi atque soluendi percipias. Dat. Romae, xiiij. kal. Apr. Indictione secunda.

EPISTOLA XXIX.

REGIS deuotionem erga sedem Apostolicam laudat. Comites quosdam ac milites Ecclesiae fideles iniuste in exilium relegatos, commendat. Ad Ecclesiarum defensionem hortatur, legatosque ad se mittere iubet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, C
Ladislao Vngarorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sicut fidelium tuorum crebra relatione cognouimus, idemque ipsum nostris attestantibus ratum habemus, excellentia tua ad seruendum beato Petro, quemadmodum religiosa potestas debet, & ad obediendum nobis vt liberalem filium decet, toto affectu & cordis intentione parata est. Vnde nimirum deuotionem mentis tuae super hoc studio non indignè laudamus, eique sincerè congratulamur, quod quidem optimorum Regum sequendo vestigia illustrat, seruando tam in moribus normam iustitiae, quam etiam lineam nobilitatis in sanguine. Igitur quia de celsitudinis tuae liberalitate & obedientia satis confidimus, ad quiddam nostrae vniuersali sollicitudini congruens, quod honori quoque tuo non parum concordat, inuitare te non dubitamus: quatenus in eo & illa quae de te verbis solis credita sunt esse vera, facti indicio pateant, & nobis sit aperte firmior causa, qua te praeter ceteris regiae dignitatis amplius, specialiusque diligere merito debeamus. Itaque Comites illos vel . . . videlicet D. . . & C. . . eorumque milites, quos beato Petro fideles, iustitiaeque fautores iniusta (vt accepimus) sententia in exilium expulit; tibi commendatos esse ex parte nostra optamus. Et quia haecenus illis subuenire ex industria propria claritudo tua curauit, sentiāt sibi nunc ob fidelitatem B. Petri nostram, commendationem solatij, auxiliijque munus copiosius accessisse. De cetero prudentiam tuam

tuam monemus, vt viam iustitiae semper studeas irreflexo calle tenere, viduas & orphanos & peregrinos paterna pietate rueri, Ecclesias non modo non laedere, sed etiam ab arrogantium & inuasorum petulantia & temeritate defendere, necnon & alia quae rectè intelliges, procures diligenter seruare. Illud quoque nihilominus scire te volumus, quosdam nomine tuo, legatos ad nos olim venisse, quibus item nos istud iniunximus, vt dilectioni tuae suggererēt; quatenus alios destinare, quod certiores efficeremur, censeret. Verum nobis adhuc in incerto manet, an ad te mandata nostra perlata sint, an aliquos postea miseris. liquet autem neminem à te legatum ad nos post inde venisse. Quare decreuimus ad te iterum idem repetendo scribere, itidemque de Comitibus, quod iam postulauimus, iterando inculcare: quo & nuncios, si nondum misisti, non vterius mittere negligas, & prae nominatis omnibus praesidij manū familiaris, prouiusque in cunctis porrigere studeas.

B Omnipotens & misericors Deus, à quo bona cuncta procedunt, per merita & intercessionem beatæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, & beatorum Petri & Pauli, gressus tuos per viam deducens iustitiae, constanter dirigat vsque ad finem; & sic huius vitæ temporalia regni gubernacula faciat temperare, quatenus aeterna promerendo valeas adipisci. Dat. Romae xij. Kal. Aprilis, Indictione secunda.

EPISTOLA XXX.

ARCVIT quod se non visitauerit à tempore assumptionis suae, cuius causam cum Regem esse nouerit, hortatur vt eum moneat, ne quid iniustum contra Romanam Ecclesiam praesumat, si seque ad se quantocivus veniat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, C
Lanfranco Cantuariorum Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod ex illo tempore, quo sacerdotale summæ Sedis iugum cervici nostrae, licet indigni suscepimus, venire ad nos non multum curauit fraternitas tua; quanto minus hoc de dilectione tua sperare potuimus, eo amplius stupentes miramur: & nisi Apostolica mansuetudo, necnon & amoris pignus antiquum nos hucusque detinisset; profectò nos hoc grauius ferre iam dudum tibi cõstitisset. Verum sicut certissimè compertum habemus, aduentum tuum, vel metus Regis, eius scilicet quem inter ceteros illius dignitatis specialius semper dileximus, vel maxime tua culpa nobis negauit; & te quidem si vel prisca amoris memoria superesset, vel debita matri Romanae Ecclesiae dilectio in mente remaneret, non debuit aliquis aut mundanae potestatis terror, aut cuiusquam personae superstitiosus amor à conspectu nostro retrahere. Illum verò si contra Apostolicam sedem nouus arrogantiae tumor nunc erigit, siue contra nos vlla libido, seu procacitas iactat, tanto grauius feremus, quāto eum dilectione nostra indignum se fecisse constiterit. Quod tamen ne illi accidat religio tua poterit hoc modo vitare, si ei diligenter aperiendo, & constanter admonendo consilium dederis, ne contra matrem omnium Romanam Ecclesiam quid iniustum praesumat, neve quid à religiosa potestate alienum petulanter audeat, & neque tuam, neque alicuius deuotionem ab Apostolicae sedis visitatione

tione vltius coërcere attemptet. Igitur decet fraternitatem tuam negligentiae suae excessus sapienter corrigere, atque ad Apostolicam sedem quantocyus properare, teque ipsum nostris obtutibus, vt optamus, vtque saepe mandauimus, praesentare: quatenus nos de his, & de aliis negociis praesentialiter conferre, atque vtilitas Ecclesiae de nostro colloquio augmentum valeat, Deo fauente, percipere. Dat. Romae viij. Kal. Ap. Ind. secunda.

EPISTOLA XXXI.

PRÆCIPIT vt bona monasterij S. Petri sub excommunicationis poena restituat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Principibus, clericis,
laicis que in Prouincia commorantibus, exceptis his,
qui excommunicationi subiacent, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Notum vobis omnibus esse putamus, quod monasterium sancti Petri situm in loco, qui Mons maior dicitur, sanctae Romanae Ecclesiae speciali quodam iure subiectum est, & Apostolicae sedis priuilegiis ex tempore longo munitum. Vnde quia nobis pro suscepti regiminis sollicitudine imminet Ecclesiis omnibus prouidere, illis praecipue debemus vigilanter prospicere, quae Romanae Apostolicaeque sedi quodam modo vicinius haerent, & eius tutela maxime sperant defendi. Quapropter, quoniam audiuius aliquos vestrum bona memorati monasterij contra ius & honestum sacrilega manu inuasisse, distrahere, atque diripere; paterno affectu monemus, & Apostolica auctoritate praecipimus, vt quicumque res illius monasterij vi tenere inuasas noscuntur, digna cum satisfactione emendare festinent, ac nemo deinceps contra animae suae salutem bona ipsius Ecclesiae violenter attrahere praesumat. Quicumque ergo his salubribus mandatis nostris contraire, & bona Ecclesiae (sicut dictum est) sacrilego ausu contra interdictum nostrum detinere tentauerit, admonitus semel, atque iterum & tertio, per conuenientes inducias, si emendare contempserit, iram & furorem omnipotentis Dei contra se per excommunicationem Apostolicam prouocabit. Obedientibus vero Apostolica auctoritate & beati Petri, nobis licet indignis concessa potestate, peccatorum suorum veniam indulgemus. Dat. Romae ij. Kal. Ap. Ind. secunda.

EPISTOLA XXXII.

RORGONIS bona ad Hugonem eius germanum spectantia, ablata, sub excommunicationis poena restitui mandat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hemberto Pictauiensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Erueit ad aures nostras, quod bona Rorgonis de Coëquo, quae mortuo ipso, in potestatem germani scilicet Hugonis nostri fidelis & filij iure debent concedere, Hugo Delezini iniuste praesumpsit inuadere. Vnde quia praenominatum Hugonem clericum nostrum,

Astrum, & res ipsius in tutelam Apostolicae sedis suscepimus, fraternitati tuae inuitando praecipimus, vt super his curam vice nostra gerens, Duci Guilielmo haec eadem significando suggeras; quatenus in hac etiam re quantum beato Petro sit fidelis, ostendat. Verum in primis volumus, vt dilectio tua studeat memoratum Lerziniacensem ex parte nostra cum iam dicto Duce conuenire, necnon illum de temeritate sua redarguendo de satisfactione monere. Quod si admonitus semel, iterum, ac tertio per competentes inducias in pertinacia sua durauerit, & mandatis nostris inobediens, iustitiae parere contempserit, Apostolica auctoritate praecipimus, vt eum quousque respiciens ablata restituat, vinculo anathematis illiges: quod idem postmodum nos firmaturos non dubites. Dat. Romae, Idibus Aprilis, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXIII.

VT bona, quae Matifconensis Ecclesia quiete possederat, ab ipso ablata, aut restituat aut cambio compenset: sin minus, Diensi Episcopo & Abbati sancti Pauli lis inter eos terminanda committitur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni Cluniacensi Abbati, salutem, & Apostolicam benedictionem.



Andericus Matifconensis frater, & coepiscopus noster ad Apostolorum limina veniens, conquestus est apud nos, Ecclesiae suae iura a te sibi auferri, quae praedecessorum suorum temporibus etiam simoniacorum quiete visa est possidere. Nos ergo dignum esse & competes adjudicauimus, vt quae bona temporibus irreligiosorum, Ecclesia sine molestia tenuit, eisdem sub pastore religioso in Romana Ecclesia ordinato, priuari absque ratione non debeat. Quapropter dilectionem tuam monemus, vt res illas, super quibus praedicta Matifconensis Ecclesia queritur, si visque ad supramemorati fratris nostri tempus possedit, deinceps quoque aut quiete retinere permittas, aut concubium competes reddere studeas. Quod si inter vos hanc causam non potestis ipsi componere, volumus fratrem nostrum Diensem Episcopum & sancti Pauli Abbatem negotio huic interesse: quatenus eorum adhibita diligentia sine lis inuenire rectum & congruum valeat, ac vltius inter vos dissensio nulla remaneat. Sine concordia namque neque religio sitate dicimus quicquam valere, neque aliud opus, & si bonum videatur, aliquid esse. Dat. Romae, Decimo octauo Kal. Maia, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXIV.

CONFIRMAT primatus dignitatem Lugdunensi Ecclesia super quatuor prouincias concessam, dummodo simoniace Archiepiscopus electus non fuerit.

PRIVILEGIUM LVGDVNEN. ECCLESIAE.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Gebuino Lugdunen. Archiepiscopo.



Ntiqua sanctorum Patrum, quibus licet indigni & longe meritis impares in administratione huius Sedis succedimus, vestigia in quantum diuina dignatio permittit, imitari desiderantes, ius quod vnique Ecclesiarum pro merito & dignitate sui ipsi contulerunt, nos ex eorum successionis consideratione decet illud sum

sum & immutabile conseruare, & munimine decretorum nostrorum ad perpetuam stabilitatem corroborare. Quapropter, quia dilectissime in Christo frater Gebuisse postulasti à nobis, quatenus dignitatem ab antecessoribus nostris concessam Ecclesiae, cui, Deo auctore, praesse dinoscere, confirmaremus, & quaeque sua ab infestatione hostili Apostolicae sedis defensione tueremur; inclinati precibus tuis confirmamus primatum super quatuor prouincias Lugdunensi Ecclesiae tuae, & per eam tibi tuisque successoribus; his tantum, qui nullo interueniente munere electi, vel promoti fuerint; videlicet à manu, ab obsequio, & à lingua. A manu, ut nullum pretium prorsus à se, vel ab aliquo tribuatur. Ab obsequio, ut nihil inde seruitij faciat, sicut quidam intentione Ecclesiae praelationis potentibus personis solent deferre. A lingua, ut neque per se, neque per submissam personam preces effundat. Sed neque his, qui per saecularem potestatem ad hanc dignitatem peruenerint, videlicet dono, vel confirmatione alicuius personae, quae sanctae religioni videatur obuiare, & contra puram & authenticam sanctorum patrum auctoritatem venire. Sed his nimirum hanc dignitatem concedendam esse sancimus, qui pura & sincera electione tibi successerint, & ita per ostium intrauerint, sicut fraternitatem tuam cognouimus intrasse. His uero qui aliter intrauerint, videlicet qui iuxta Dominicam sententiam, non per ostium, sed aliunde ut fures & latrones ascenderint, non solum primatum huius dignitatis non concedimus; uerum etiam omni honore ecclesiastici regiminis indignos & alienos fore adjudicamus. Prouincias autem illas, quas uobis confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem, ut haec uidelicet prouinciae condignam obedientiam Lugdunensi Ecclesiae exhibeant; & honorem quem Romani Pontifices reddendum esse scriptis propriis praefixerunt, humiliter & deuote persoluant; salua in omnibus Apostolicae sedis reuerentia & auctoritate. Praeterea iuxta tenorem postulationis tuae Ecclesiae tuae huiusmodi priuilegia praesenti auctoritatis nostrae decreto indulgemus, concedimus, atque firmamus: statuentes nullum Regum, & reliqua usque in finem, sicut in priuilegio constat, quod est in capite huius libelli. Data Romae xij. Kal. Maias, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXV.

Ut Archiepiscopo Lugdunensi super eos ex antiqua patrum auctoritate primati à se confirmato obedientiam praesent. Rationem & originem diuersorum in Ecclesia graduum declarat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Fratribus & Coepiscopis Rothomagensi, Turonensi, & Senonensi, salutem & Apostolicam benedictionem.



Icut nouit fraternitas uestra, sedes Apostolica, cui licet indigni, Deo auctore, praesidemus, diuina gratia inspirante, Spiritu sancto edocta, per diuersas prouincias & regna praesules, Archiepiscopos, & primates ordinauit: cuius constitutione & auctoritate Lugdunensis Ecclesia primatum super quatuor prouincias, uidelicet Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem, per annorum longam

ga

A ga curricula obtinuisse cognoscitur. Sanctorum igitur patrum nos in quantum, Deo fauente, ualemus, exempla sequi cupientes, Ecclesiae memoratae primatum, quem ipsi decretis suis constituerunt atque sanxerunt, eorum freti potestate subinde confirmare studemus. Ad hoc enim diuina dispensationis prouiso gradus, & diuersos constituit ordines esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex diuersitate connexio, & recte officiorum gigneretur administratio singulorum. Neque enim uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiae ordo seruaret. Quia uero creatura in una, eademque aequalitate gubernari, vel uiuere non potest, caelestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sint Angeli, sint Archangeli, liquet, quia non aequales sunt, sed in potestate & ordine (sicut nosti) differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax & charitas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordia in altera Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus ad quem possit recurrere praepositus. Prouincia autem multo ante Christi aduentum tempore diuisa sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemente praedecessore nostro ipsa diuisio est renouata; & in capite prouinciarum, ubi dudum primates legis erant saeculi, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates comorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulae Imperatorum vel Regum confugere non poterant, vel quibus permittum non erat, confugiebant pro oppressoribus, vel iniustitias suis, ipsosque appellabant quotiens opus erat, sicut in lege eorum praecipuum erat. Ipsi quoque ciuitatibus, uel locis celebrioribus Patriarchas, uel Primates, qui unam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinae & Ecclesiasticae poni, & esse iussunt, ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, ut ipsi nomine Primatum fruerebantur & non alii. Reliquae uero Metropolitanarum ciuitates, quae minores iudices habebant, licet maiorum comitum essent, haberent tamen Metropolitanos suos, qui praedictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus saeculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerebantur. Et licet singulae Metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos Metropolitanos habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos iudices habebant saeculares: Primates tamen (ut praefixum est) tunc & nunc habere iustae sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negotia conueniant, ut ibidem quibus necesse eleuentur, & iuste restituantur, & hi qui iniuste opprimuntur iuste reformentur, atque fulciantur, Episcoporumque causa, & summorum negotiorum iudicia, salua Apostolicae sedis auctoritate, iustissime terminentur. Quapropter Apostolica uobis auctoritate praecipimus, ut saepe dicta Lugdunensi Ecclesiae honorem & reuerentiam à maioribus nostris de Ecclesiis uestris praefixam ita uos exhibere humiliter & deuote procuretis, quemadmodum uobis à suffraganeis uestris reddi debere non dubitatis. Omnipotens & misericors Deus pacis, iustitiaeque serenus inspector cordi uestro clementer inspirare dignetur, ut per uiam equitatis, concordiaeque firmos gradus mihi in hoc saeculo tendere taliter studeatis, quatenus pro temporalibus aeterna sumpturi ad caelestis Hierusalem fines mereamini peruenire. Dat. Romae, xij. Kal. Maii, Indictione secunda.

EPI-

Species simonie
Quid à manu.
Quia ab obsequio,
Quid à lingua.

Ioan. 10.

EPISTOLAE
EPISTOLA XXXVI.

A

P R A E C I P I T *ut sicut eorum decanus beneficia sine consensu fratrum acquisita renunciauerat in suis manibus; sic hi, qui vel contra excommunicationem, vel pretio beneficia obtinuerant, in manibus sui Archiepiscopi renuncient.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Canon icis Lugdunensis Ecclesiae, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vidam vestrum ad nos cum Archiepiscopo suo venientes postquam de Ecclesiae vestrae statu & utilitate nos consuluerunt, sine Apostolica benedictione recesserunt. Quod quidem licet merito indignè tulerimus, tamen Apostolica mansuetudine dissimulamus, & dum cupimus saluti vestrae consulere, illorum excessus omitimus insequi. De filio verò nostro vestraeque Decano Ecclesiae B... notificamus dilectioni vestrae, quod prudenti ac salubri consilio ductus obedientias Ecclesiae, ceteraque beneficia, quae sine communi consensu fratrum acquisierat, in manus nostras spontè renunciauit, & se ulterius non intromissurum promisit. Ad cuius formam tam his qui furtim se subdixerunt, quam etiam Abbatibus, vel cuiuscunque clericalis ordinis omnibus Ecclesiae vestrae quicunque obedientias, vel Ecclesiae dispensationes pretij pactione, vel contra excommunicationem Landerici Matisconensis Episcopi, quam in capitulo vestro fecit, adepti sunt, Apostolica auctoritate praecipimus, ut in manus fratris nostri Gebuini Archiepiscopi vestri refutare sine dilatione procurent. Volumus siquidem, ut nobilitatem, qua inter omnes Gallicanas Ecclesias, vestra hucusque resplenduit in religionis exemplo, nunc quoque vigilanter custodiat, & ut gloriam, quam hactenus praeter ceteris illis habuit in dignitate, nunc augere incipiat in forma religionis. Nouerit autem dilectio vestra, quonia si nostris salubribus iussis obtemperantes hactenus male habita censueritis iuste dimittere, ita vobis prouidebimus in utroque, ut & temporalibus commodis non destituamini, & erroris veniam de diuina misericordia consequi valeatis. Quod si quis contra salutem propriam animo indurato postquam ad notitiam eius haec nostra praepcepta peruenerint, ultra viginti dies eis inobediens fuerit, illi omnium Ecclesiarum ingressum, & corporis & sanguinis Domini communionem, quousque resipiscat, Apostolica interdicius auctoritate. Dat. Romae, xij. Kal. Maij, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXVII.

D

A R G V I T *quod beato Petro fidem non seruauerit, nouercam suam nubere coegerit, Episcopum ad Apostolorum limina venientem spoliauerit, & Ecclesiam sancti Benedicti depradatus sit. monet ut his delictis satisficiat.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Iordano † Capuano Principi.

† Iordanis meminit Leo O-
stien. lib. 3. cap.
46. & alibi.



Sicut nonnulli nouerunt, olim te nos admodum dileximus, & honorem tuum tam in praesenti saeculo adaugere, quam & in futuro seruare studuimus hactenus. Existimauimus enim te (ut nobilem deceret filium) fidem beato Petro seruaturum, & decus ipsius in cum

ois

A ctis pro viribus tuis adaugurum. Verum longè nos fefellit opinio, & qui de te nihil tale pridem quiuimus credere, nunc aduertimus de hac perfidia tua multo non fuisse mentitos. Ecce enim dudum nouercam tuam & dominam contra ius & fas de Ecclesia trahere inuitam & reclamantem, eamque nubere nolentem nuptiis tradere violentissime praesumpisti: Episcopum ad Apostolorum limina venientem nuper ausus es impedire, & quod ferebat, more praedonum auferre. Nouissime Ecclesiam beati Benedicti sacrilego ausu intrare, depradari, & violare non timuisti: & qui bona Ecclesiarum (quonia ferè cuncta quae tenes, earum sunt) defendere debueras, tu potissime temerator ipsarum & dilaniator existis. Quapropter ex parte beati Petri monemur te, ut si ipse iram, & beati Benedicti indignationem non vis incurere, super his omnibus nobis iustitiam facias. Quod si contempseris, ad Dominum omnipotentem nos reclamabimus: de cuius misericordia confidimus, quod dabit nobis consilium, quid in tantam arrogantiam, & immoderatam superbiam tuam facere debeamus. Dat. Romae, xi. Kal. Maii, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXVIII.

V S V M *pallij praeter alias solennitates in priuilegio contentas, in duobus alijs festiuitatibus, ipsi tantum, non successoribus, concedit pro meritis eius.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico carissimo in Christo fratri, & coepiscopo Aquilegiensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

C **V**ae dilectio fraternitatis per legatum suum humiliter exorauit, quatenus sibi praeter eas solennitates, quae in priuilegio Ecclesiae vestrae continentur, in beati Vdalrici confessoris Christi, atque Pontificis, sed & in beatae Aphrae martyris festiuitatibus vsu pallij concederentur: cuius Ecclesiastici honoris excellentia sicut prauis & inobediens iuste denegatur, ita bonis & morum honestate praeditis, Apostolica moderatione pro meritis quandoque supereroganda fore videtur. Proinde quia te sincerè dilectionis erga nos affectum habere confidimus, quia legatos nostros Albanensem videlicet Episcopum, & Paduensem benignè tractasse, & fideliter (sicut oportuit) adiuuasse dinosceris. Postremo quia pro componenda pace multum desudasse probatis, petitionem tuam libenter accepimus. Huius igitur tibi praepcepti auctoritate concedimus, ut in solennijs beati Vdalrici Confessoris atque Pontificis, & beatae Aphrae martyris in Misfarum celebritate pallio vtendi licentiam habeas. Quod tamen tibi in tua vita, non loco tuo concessum esse cognoscas. Dat. Romae, xvi. Kal. Iulij, Indictione secunda.

EPISTOLA XXXIX.

D **E** Pergamensis Ecclesiae electo multa ad se crimina perlata refert, quae omnia ipso adhortante emendari vult: sin minus illum Apostolica auctoritate ab eo diligenter de obiectis examinari, absolui vel condemnari. De his, qui a simoniacis nescienter & sine venalitate ordinati sunt, quid sentiendum statuit.

Epist. Tom. 3.

Xxx GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, A
Rainaldo Cumano Episcopo, salutē & Apostolicā benedict.

Va nobis frater charissime missis litteris curavit intimare dilectio, Arnulphum Pergamensis Ecclesie electum nostro libenter & cōsilio credere & praecepto obedire. Nos equidem vestrae charitatis (sicut nostis) experientia indubitanter credimus. Verum tamē multa de praedicto viro ad nostram ex quorundam relatione peruenere notitia, quae si vera (quod absit) esse constiterit, nos valde contristant, & in eo nō leui sunt vitioe plectenda. Cōqueritur enim quidam Gorzo miles eius, & signifer cum duobus fratribus, atque coheredibus suis, castellū quod dicitur Rocha de Glizione, quod hactenus utpotē proprii iuris sine omni contradictione tenuerunt, atque possederunt; nūc tam sibi, quā cōsortibus suis a supradicto Arnulpho violēter, & quod dictu nefas est, fraudulenter esse subreptum, cui tamē militi prius cuiusdā quasi securitatis & foederis tamquam ad tollendum suspicionis metū quaedam fertur callidē sacramenta praebuisse, & postposito Dei timore, cupiditatis perfidiam incurrisse. Nec tali contētus facinore B. . . presbyterum praefati Gorzi clericū depradari, & suis (ut asferit) omnibus spoliare nō metuit. Praeterea pestiferas simoniacae haerēsis nūdinas exercere, & inter cetera Archidiaconatū Pergamensis Ecclesiae quinquaginta librarum pretio vendidisse perhibetur. Hūc accedit, quod seruos Dei, quos ut religiosum virum decet, tueri, & in cunctis adiuuare deberet, e contrario infestare, & molestare conatur. Tua igitur fraternitatis sollicitudo corripiendo, siue exhortando studeat atque prouideat: quatenus saepedictus electus haec omnia emendare festinet, & tam coram Deo, quā corā hominibus bonum testimoniū habere procuret. Si verō vel omnia haec, vel quaedam fortasse negare voluerit, volumus atque praecipimus, ut apto tēpore & loco nostrae vicis auctoritate eū de obiectis diligētī examinatione discutias, & remota omni occasione, quod iustitia dictauerit, modis oībus exequaris. Quod autē M. . . presbyter filius noster interrogare curavit, quid de his qui a simoniacis nescienter, & sine pretio ordinati sunt, Apostolicę sedis misericors censura decernat; hoc obseruare te volumus, eos qui ante tēpus Nicolai Papę sine venalitate a simoniacis ad aliquē gradū promoti sunt, si tamē vita eorū irreprehensibilis esse probatur. per manus impositionē cōfirmatos in suis ordinibus permanere & ministrare posse. Dat. Romę, xi. kal. Iul. Ind. secūda.

EPISTOLA XL.

Vt Ecclesiam sancti Sepulchri, quā Simoni regendam committit, liberam dimittat. Quod si quid iuris in ea se putet habere, se coram legato in Concilio rationem dicturus praesentet, alioquin sententiam excommunicationis a legato in eū latam se confirmaturū.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Bofoni.

Ecclēsiā sancti Sepulchri de Nouo vico, quae iuris Ecclesiae Hierosolymitanæ & cēsualis eius esse dicitur, huic nostro clerico Simoni regendam cōmendauimus: quā ab omni molestia, & calūniosa omnium hominum infestatione liberam esse volentes, sub tutela nostra esse decernimus. Quapropter quoniā te illam tyrannicē inuasisse audiimus, te praesenti pagina commonemus, ut si Deū, & sanctos Apostolos

Astolostibi vis habere propitios, ab inuasionē praedictae Ecclesiae de cetero cessare penitus debeas, nullamque vltius praefato Simoni molestiam, vel clericis ibi Deo seruentibus inferre praesumas: sed (ut dictum est) libera ab omni perturbatione secura sanctae Hierosolymitanae Ecclesiae, cui fidelium illam deuouit intentio (Deo propitio) ex nostra auctoritate in perpetuum conferuetur. Quod si aliquid iustitiae in supradicta Ecclesia te habere confidis, ante legatum nostrum Diensem Episcopum in concilio, quod proximē celebraturus est, te praesentare debebis; sciens hoc, quod in nullo contra iustitiam te volumus praegravare. Si autem monita nostra, immō Dei verba (quod absit) audire contemnens, ab illicita & interdicta inuasionē supradictae Ecclesiae te cohibere nolueris; excommunicationē quam in te pro ipsa Ecclesia legatus noster Hugo Diensis Episcopus in cōcilio Pictauiensi iaculatus est, auctoritate Apostolica confirmamus. Dat. La teranis, iiii. Kal. Iulias, Indictione secunda.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

IN NOMINE DOMINI.

INCIPIIT LIBER SEPTIMVS
REGISTRI D. GREGORII PAPAE SEPTIMI

Anno Dominica incarnationis Millesimo septuagesimo nono, Pontificatus verō Domini Gregorij anno septimo, Indictione tertia.

EPISTOLA PRIMA.

Increpans eius moram, reditum properare iubet. significat se Zeuzoni non commisisse, ut aduersus Angliam Regem verba faceret. Vult Regem moneat, ut debitum honorem Ecclesiae reddat. Rotomagensis Archiepiscopi sacerdotis filij promotionem nō approbat, nec quae ipse Hubertus cum Lingorensi Episcopo egerat, quae Diensi Episcopo terminanda committit. monet ut duos ex Anglia & Normannia prouincijs Episcopos ad Synodum venire curet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto in Christo filio Huberto sanctae Romanae Ecclesiae subdiacono, salutem & Apostolicam benedictionem.

Miramur nimium, & nobis admodum displicere cognoueris, te tātas moras hactenus habuisse, & ad Apostolicam sedem tam diu distulisse reuerti. Neque verō alicuius rei excusatio te satis reddere potest purgatum: excepto si vel causa infirmitatis, vel quod nō paruerit aditus redeundi, dimiseris. Nam pecunias sine honore tributas quanti pretij habeam, tu ipse optimē potuisti dudum perpendere. Quapropter scis quia propter multa volumus tuam praesentiam, reditum tuum quantum potes maturare procura. Significasti autem nobis Zeuzo-
Epist. Tom. 3. X x x 2 nem

nem quasi ex parte nostra legatum aduersus Anglicum Regem verba fecisse, quæ noueris ex nobis mandata non esse. Verum multa sunt unde sancta Romana Ecclesia aduersus eum queri potest. Nemo enim omnium Regum etiam Paganorum contra Apostolicam sedem hoc præsumpsit temptare, quod is non erubuit facere, scilicet ut Episcopos, Archiepiscopos ab Apostolorum liminibus vllus tam irreuerentis & impudentis animi prohiberet. Vnde volumus ut eum nostra vice prudentia tua studeat admonere, quatenus honorem quem sibi à subditis suis grauer ferret non exhiberi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ non tantoperè labore imminuere, & debitas gratias agendo, gratiam beati Petri procuret acquirere. Nos enim amicitia nostræ pristinae circa eum memores, & Apostolicam mansuetudinem quantum (Deo auctore) possumus, imitantes hucusque illius culpæ pepercimus: qui si his & similibus quæ tibi nota sunt, modum non imposuerit; omnino sciat se iram beati Petri in se grauerit prouocaturum. Audiuimus etiam Romanensem Archiepiscopum sacerdotis filium esse. Quod si verum deprehenditur, noueris promotioni illius nos assensum nequaquam tribuere. De eo autem quod in Flandria cum Lingonensi Episcopo non ex monitis nostris intelleximus te fecisse, scias & contra rationem & iniuste fuisse præsumptum, cum nos in partibus illis Diensi Episcopo præcipue sollicitudinis nostræ vicem de omnibus commiserimus. Quamobrem monemus, ut ipsum quantocyus procuret adire, & cum eo rationem facti ponere; quatenus in ea re ipse, quod corrigendum fuerit, corrigat, & quod confirmandum corroboret. Præterea monemus te, ut ex parte beati Petri præcipias, & inuites tam Anglicos, quàm Normannicos ex vnoquoque Archiepiscopatu, vel duos Episcopos ad Romanam Synodum, quâ in Quadragesima (Deo auctore) sumus celebraturi, venire. Qui si fortè murmurauerint, & ad eum terminum se dixerint interesse non posse, vel post Pascha studeant Apostolicæ sedi se præsentare. Dat. Romæ, ix. Kal. Octobris, Indict. tertia.

EPISTOLA II.

CONTRA clericos infestos suis Episcopis confirmat decreta summorum Pontificum, ab ordinibus ac præbendis eos in perpetuum submouens, & monens clericum ac populum, ne illis communicent, ne ue auxilium præbeant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Lucensi clero & populo, exceptis his qui communicant atque consentiunt excommunicatis, salutem & Apostolicam benedictionem.



Lericorum vestræ Ecclesiæ diligenter causam examinantes, diuque in ea laborantes, nullam in eis rationem, atque veritatem, sicut decet Christianos, inuenimus. Quorum mirabilem & inauditam superbiam, licet sine audientia secundum Synodalem sententiam, quam in se prouocauerant, punire debuerimus: mansuetudinis tamen spiritu res eorum audiendas esse dignum duximus, ut saltem confusos, & conuictos ad sanum consilium, sensumque humilitatis reuocaremus. Nam si in eis aliquod humilitatis signum mens nostra

nostra perpendisset, sine aliqua à nobis misericordia non recessissent. Quibus in superbia sua perdurantibus, auctoritas beatorum martyrum atque Pontificum Fabiani & Stephani coram nobis allata est; quam nos per omnia huic negotio conuenire cernentes, eos ut rebelles & inobedientes eiusdem auctoritatis sententia damnauimus, quam litteris nostris inserendam esse existimauimus, ut quantis sint facinoribus irretiti, quantis ue contumelijs digni liquidò pateat. FABIANVS. Statuimus ut si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eo quod criminari temptauerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum iudicium submorus à clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ suæ deseruiat, & infamis absque vlla restitutionis spe permaneat. STEPHANVS PAPA. Clericus, qui Episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradendi seruendus. Hanc itaque in eos promulgantes sententiam, existimauimus, ut saltem terrore tantæ auctoritatis ad humilitatem conuerterentur. Sed ipsi dati in reprobum sensum, & demersi in diabolicæ cæcitatæ puteum, à communione sanctæ Ecclesiæ separati & excommunicati recesserunt. Vnde nos prædictorum sanctorum statuta firmantes, ex auctoritate beati Petri eos ab ordinibus, & præbendis Ecclesiæ sancti Martini in perpetuum submouemus, & decernimus, ita ut nullum deinceps inter canonicos eiusdem Ecclesiæ locum teneant, aut præbendarum aliquod solatium, seu spem in posterum habeant. Vos itaque dilectissimi filij admonemus, immò Apostolica auctoritate interdiciamus, aut scelerosis contumaciæ actibus eorum non communicetis, neque consilium, ut auxilium contra Dominum impendatis, sed ut ipsi illæsi & immunes à damnatione eorum permaneatis, illique ad pœnitentiam confundantur, infra ambitum ciuitatis vestræ eos cohabitare non permittatis: & ut tota prouincia eorum præsentia & contagione mundetur, operam detis. Quod nisi feceritis, & eos magis quàm iustitiam & salutem animarum vestrarum dilexeritis, totius excommunicationis eorum in vos periculum inducetis, & iram Dei in præsentia, & in futura vita sine dubio sentietis: eos verò qui illis ne in superbia sua permaneant, & confundantur, restiterint; gratia beati Petri remunerandos censemus, & promittimus. Dat. Romæ, Kalend. Octobris, Indictione tertia.

EPISTOLA III.

EXCVSAT se de quibusdam sibi obiectis, in legatos culpam reijciens, siquid contra Apostolica mandata aut vi aut dolo egerint eosque ad perseuerantiam hortatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus fidelibus sancti Petri in Teutonico regno commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Reuertit ad nos, quod quidam ex vobis de me dubitant tamquam in instanti modo necessitate vsus sim sæculari leuitate. Qua certe in causa nullus vestrum præter instantiam præriorum maiores me & patitur angustias, & suffert iniurias. Quotquot enim latini sunt, omnes causam Henrici præter admodum paucos laudant,

ac defendunt, & perniciæ duritiæ ac impietatis circa eum me redar- **A**
guunt. Quibus Dei gratia omnibus sic restitimus hætenus, vt in neutram
adhuc partem nisi secundum iustitiam & æquitatem secundum nostrum in-
tellectum declinaremus. Nam si legati nostri aliquid contra quod illis im-
posuimus, egerunt, dolemus: quod ipsi tamen (sicut comperimus) tum violen-
ter coacti, tum dolo decepti fecerunt. Nos verò iniunximus eis, vt locum, ac
terminum communiter statuerent opportunum, ad quæ sapientes nostros, &
idoneos legatos propter discutiendam causam vestram dirigeremus, atque
vt in sedes suas Episcopos restituerent, & abstinere ab excommunicatis do-
cerent. Siquid contra hæc vel decepti, vel coacti fecerunt, non laudo. Scia-
tis indubitanter quoniam (Deo gubernante) nemo hominum, siue amore, si-
ue timore, aut per aliquam cupiditatem potuit me vnumquam, aut amodò po-
terit seducere à recta semita iustitiæ. Vos itaque si reuera, & in charitate nõ
ficta fideles Dei, atque sancti Petri estis, nolite in tribulationibus deficere, **B**
verum vt boni æmulatores in incepta fidelitate immobiles perdurate: quo-
niam qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Præsentiarum mo-
dò nihil vobis aliud de prædicto negotio mandare possumus, quia nuncij
nostri nondum sunt reuersi: quibus vtique venientibus (secundum quod ab
ipsis intellexerimus, vobis quanto cyus possumus, veraciter indicabimus.
Dat. Romæ, kal. Octobris, Indictione tertia.

EPISTOLA IIII.

*Vt Regem Dalmatia Apostolica auctoritate constitutum infestare desistat, mo-
net siquid aduersus eum habeat, ab Apostolica sede iudicium exspectat, alioquin excom-
municacionis sententiam, cum omnibus suis fautoribus incursumus.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvezelino nobili militi, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.

Scias nos de prudentia tua multum mirari, vt quite esse dudum **B**
Petro & nobis fidelem promiseris, contra eum quem in Dalma-
tia Regem auctoritas Apostolica constituit, tu modò coneris in-
furgere. Quapropter nobilitatem tuam monemus, & ex parte **B**
Petri præcipimus, vt aduersum iam dictum Regem deinceps arma capere
non præsumas: sciens quicquid in illum ausus fueris, proculdubio te in Apo-
stolicam sedem facturum. Si verò aduersus ipsum aliquid te forrè dicis ha-
bere, à nobis iudicium debes exspectare, & expectare iustitiam potius quàm
contra eum ad iniuriã sedis Apostolicæ manus tuas armare. Quòd si te **D**
meritaris tuæ non pæniterit, sed contra mandatum nostrum contumaciter
ire temptaueris, scias indubitanter, quia gladium beati Petri in audaciam
tuam euaginabimus, & eodem pertinaciam tuam, & omnium qui tibi in
ea re fauerint, nisi resipiscas, multabimus. Si verò obediens (sicut Christia-
num decet) prudenter extiteris, gratiam beati Petri, & Apostolicæ sedis
benedictionem sicut obtemperans filius consequeris. Dat. Romæ, iij. Non.
Octobris, Indictione tertia.

EPI-

EPISTOLA V.

GRATVLATVR ei fidem & Christianæ religionis cultum, & quòd sanctam
Romanam Ecclesiam matrem agnoscens eius documenta sibi exposcat. Hortatur ad
maiores in dies profectum, vt suo exemplo subditos ad saniora consilia prouocet. Cupit
aliquem prudentem clericum ab eo ad se mitti, qui & illius gentis mores sibi exponat,
& rediens Apostolica sedis mandata ad eum perferat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Acono Regi Danorum, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.

Sincero charitatis affectu dilectioni tuæ congratulamur, quia
licet in vltimis terrarum finibus positus; ea tamen quæ ad
Christianæ religionis cultum pertinere noscuntur, vigilan-
ter studeas inquirere, & quòd sanctam Romanam Ecclesiam
matrem tuam, & vniuersorum recognoscens, ipsius documē-
ta tibi exoptas, & exposcis. Volumus etiã atque monemus
in his studijs & desiderijs deuotio tua persistens, & quantum pietas diuina
præstiterit, crescens, nullatenus à proposito recto deficiat, sed ad meliora
quotidiè sicut prudentem virum, & regiam decet constantiam, roboretur.
Anima duertere siquidem debet excellentia tua, quòd quanto pluribus su-
pereminet ac dominatur, tanto magis sibi subditos potest exemplo suo, aut
ad deterius (quod absit) infestare, aut ad sanum consilium ignauos etiam
prouocare. Intueri quoque prudentiam tuã necesse est, temporalis vitæ gau-
dia quàm sint caduca, quàm fugitina, quæ & si vita diu crederetur mansura,
tamen sæpè multis aduersis ex improviso surgentibus secura stare non pos-
sunt. Vade summo perè curare oportet, vt ad illa quæ transire nesciunt, & ha-
bentem deserere nequeunt, gressus tuos constanter dirigas, & affectum men-
tis intendas. Cuperemus nimium certè de vestris aliquem prudentem cle-
ricum ad nos venire, qui & vestre gentis mores, seu continentias sciret nobis
pleniter intimare, & Apostolicæ sedis documenta, siue madata plenius eru-
ditus ad vos posset perferre. Dat. Romæ, Idibus Octobris.

EPISTOLA VI.

GRATVLATVR de eius fide & obedientia erga Apostolicam sedem. Hortatur
ad perseverantiam boni operis. Mittit clauicula auream, in qua de catenis bea-
ti Petri continetur, & legatum suum ei commendat, plura suo nomine relatu-
rum.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
charissimo in Christo filio Alfonso glorioso Regi Hispa-
niarum, salutem & Apostolicam benedictionem

Simpotenti Deo laudes & gratias agimus, qui gloriam vestram
gratia suæ visitationis illustrans, beato Petro Apostolorum prin-
cipi fide ac deuotione coniunxit, cui omnes Principatus & Po-
testates orbis terrarum subiiciens, ius ligandi atque soluendi in
caelo

caelo & in terra contradidit. Qua de re & vobis meritò gaudendum est, A
 quoniam eò ampliora vobis parata sunt præmia, quò diuina dignatio cor-
 rectionem regni vestri, quod diu in errore perstitit, usque ad vestra refer-
 uauit tempora, vt veritatem Dei & iustitiam, qua illi qui vos præcesserunt
 rectores & principes, & vniuersus populus tot annis tum cæcitate ignoran-
 tiæ, tum obstinata temeritate caruerant, vestra mereretur suscipere subli-
 mis humilitas, & fidelis obedientia. Verùm quia omne opus bonum non tã
 ab incœptu, quàm ex fine suo retributionis debitum spectat; excellentiã ve-
 stram paterna charitate monemus, vt quod à legatis nostris de religione fi-
 dei, & Ecclesiastici ordinis accepistis, & adhuc (Deo auctore) accepturi estis,
 firmiter teneatis: quia sicut certa spes salutis est his qui in obseruatione fidei
 & doctrinæ huius sanctæ Apostolicæ sedis permanent, ita illis qui ab eius
 concordia & vnitæ exorbitauerint, haud dubiæ damnationis terror immi-
 net. Et quidem de vobis benè speramus: quoniam relatione dilecti filij no-
 stri Richardi Cardinalis presbyteri sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quem nunc B
 secundò ad vos mittimus, bonam voluntatem vos habere intelleximus. Sed
 quoniam deuota corda semper admonitione gaudent, & ipsæ etiam virtutes
 exercitio indigent, hortamur eminentiam vestram, vt ab hac terrena & ca-
 duca dignitate ad illam, quæ cælestis & æterna est, mentem leuet: hac vtã-
 tur sicut transitoria, & citò peritura; illam appetat, quæ æternitatem pariter
 habet & gloriæ plenitudinem. Attendere enim & sollicitè pensare debetis,
 quoniam quotidie ad finem vitæ volentes nolentesque properatis, & quic-
 quid diuitiarum honoris, potentiæ nunc attridet, vicina mors quum mini-
 mè putatur, rapiet, & omnia tenebris & amaritudine claudet. Quæ ergo
 in illis spes, quæ gloria, quæ delectatio aut desiderium esse debet, quæ se
 amantes decipiunt, sequentes fugiunt, habentes derelinquunt? Quanto au-
 tem in his quisque minus delectatur, minusque elatione super se rapitur, tã-
 C
 tò securius ad ea quæ vera sunt bona deducitur. Cuius rei exemplum ipse
 Dominus ac Saluator noster Iesus Christus apertè monstrauit, cum oblatũ
 sibi ab hominibus regnum pia humilitate respuit, nec speciem quidem ter-
 renæ sublimitatis in oculis hominum gerere voluit, qui in hunc mundum,
 vt nos ad regnum cæleste reduceret, venit. Quapropter sicut charissimum fi-
 lium vos admonemus, vt hæc sedulò vobiscum cogitantes, corã illo vos exhi-
 beatis humilem, qui vos constituit valde sublimem, & inter omnia & præ om-
 nibus Deo placere studentes, commissã vobis regni gubernacula ita admi-
 nistrare cum Dei adiutorio procuretis: quatenus vestra eminentia nullum
 futuræ abiectiois, aut infortunij casum sentiat, sed ad coronam incorrupti-
 bilis regni, & solium æternæ gloriæ transeat. Vt autè nostra exhortatio cor-
 di vestro altius imprimatur, ex more Sanctorum misimus vobis clauiculam D
 auream, in qua de catenis beati Petri benedictio continetur: quatenus per
 eius præsentia patrocina vberiora eius erga vos beneficia sentiat, & in
 amore ipsius de die in diem feruentius accendami, promerentes, vt omni-
 potens Deus, qui illum admirabili potentia à nexibus ferreis liberauit, eius
 meritis & intercessionibus vos ab omnium peccatorum vestrorum vinculis
 absoluat, & ad gaudia æterna perducatur. Ad hæc commendamus vobis hunc
 dilectum filium nostrũ, quem (sicut supradiximus) nunc secundò ad vos mit-
 timus, vt eum sicut nos audiatis, & in omnibus sibi fauorem exhibeatis: qua-
 tenus non fiat inanis cursus & labor illius apud vos, sed pro commissã sibi le-
 gatione ea, quæ de Ecclesiasticis causis tractanda inuenit, efficaciter exe-
 qui,

Ioan. 6.

catenæ B. petri.

A qui, & ad statum rectitudinis (Deo adiuuante) perducere valeat. Cetera
 verò quæ hic minus continentur, in eius ore posuimus, cui vos in nullo cre-
 dere dubitetis, per quem nostram vobis auctoritatem representari cognosci-
 tis. Dat. Romæ, xvij. Kal. Nouemb. Indictione tertia.

EPISTOLA VII.

CONSTITUIT eum Abbatem Massiliensem à fratribus postulatum. Hortatur
 ad onus fideliter suscipiendum. Desiderare se ait, monasterium sancti Pauli & mo-
 nasterium Massiliense vniue: & post monasteriorum eius rectam dispositionem, lega-
 tionem suam in Hispaniam persequi iubet.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

B Richardo Cardinali in legatione Hispaniæ consti tuto,
 salutem & Apostolicam benedictionem.



Nanimitas fratrum Massiliensium in litteris suis sanctæ memorię
 fratris tui memoras obitum, nouo me dolore fauciauit, petes in-
 super cõtemplatione amoris sancti fratris tui, teque velut ipsum
 alterum futurum sperans, vt tibi te cõcederem in Abbatẽ, quod
 & feci. Volo ergo vt fratres tuos, nullo modo pertinaciter resistendo contri-
 stes, sed voluntati Dei, & sanctorum fratrum facile acquiescas. Volumus etiã
 atque monemus, vt in quantum potes spes tantorum fratrum de te vana nõ
 fiat, sed spiritum sanctum fratris tui viriliter induas, secularia ac iuuenilia
 desideria vt mortem fugias, sanctæ regulæ medullitus te astringas, ne occa-
 sione tuæ iuuentutis monasterium sanctum (quod auertat Deus) patiatur ali-
 C quod detrimentum religionis. Notum autem tibi facio, quia desiderium mi-
 hi est monasterium beati Pauli Apostoli, & monasterium Massiliense tanta
 charitatis vnione constringere, vt & illud semper pro amore beatissimi Pau-
 li ex Apostolica auctoritate succrescat, & beatissimi Pauli monasteriũ ad
 sanctam religionẽ ex illius monasterij religione proficiat. Postquam autem
 (Deo auctore) monasteria tua bene composueris, legationem tibi commif-
 sam ad Hispanias perficere non moreris. Dat. Romæ, iij. Non. Nouemb
 Indictione tertia.

EPISTOLA VIII.

D OLET de obitu eorum Abbatis, quorum monasterium quemadmodum Clunia-
 cense Apostolica sedi vnit. Electionem Richardi Cardinalis in Abbatem ab eis fa-
 ctam confirmat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

dilectis in Christo Massiliensis congregationis fratribus,
 salutem & Apostolicam benedictionem.



On dubitamus fraternitatis vestræ dilectionem mœroris & tristi-
 tiæ plenam super venerandi patris sui excessu vehementi dolore
 constringi; de cuius transitu profectò memini maius incommo-
 dum quàm nobis, aut æquè magnum euenisse putamus, qui ta-
 lem,

lem, tantumque adiutorem nobis è latere subductum sentimus. Intelleximus siquidem in ipsius prudentia & consilio, si vita aliquandiu comes maneret, plurimum utilitatis (Deo fauente) non solum in Trásalpinis, verum etiá in Italiae partibus cum multorum salute sanctæ Romanæ Ecclesiæ perueniturum. Vnde nos quoque tanti culminis onus, quod ultra vires est, sustinentes, eiusmodi solatio sublato, cum neminem, aut vix paucos suffragatores similes inueniamus, quanto mentis angore teneamur, liquidò quidem potestis & ipsi perpendere. Verum quia omnipotentis Dei inestimabilis prouidentia omnia iuste & sapienter disponit, iudicia eius nimirum recta, consilia ipsius æquitatis & misericordiæ plena nobis sunt fratres æquanimiter ferenda. Et quoniã memoratus pater vester (quod viuendo promeruit) obeundo incunctanter est Abrahæ sinu receptus; nos dulci illius memoria à vobis stricti, præcipuè etiam diuino amore monente, locum vestrum specialiter diligere, iuuare, & ab omnibus violentijs sicut Ecclesiæ Romanæ specialiter hærentem, defendere decreuimus; & quemadmodum Cluniacense monasterium longo iam tempore sedis Apostolicæ cõstat esse vnitum; ita quoque vestrum deinceps; vt eidem sedis similiter hæreat in perpetuum volumus atque sancimus. Audiuimus autem quòd charitas vestra filium nostrum & presbyterum Cardinalem Richardum loco germani ipsius in Abbatem velit eligere; quam denique electionem nos approbamus, & Apostolica auctoritate firmamus: in hoc itè vobis obnoxij, & quasi vinculis geminatis annexi, quòd sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium rectorem vobis appetitis. Oportere igitur arbitramur omnium bonorum dispensatorem exorare, quatenus ipsum eum saluti vestræ ita vigilantem prouisorum efficiat, vt is pro salubri cura & talentis multiplicatis æternæ hæreditatis dona percipiat, & præmia beata reportans matrem suam lætificet. Dat. Romæ, v. Non. Nouembris, Indiçtione tertia.

EPISTOLA IX.

Vt cuiusdam Bonifacij coniugium cum muliere germano suo defuncto olim desponsata prohibeat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
fratribus & coepiscopis, Astensi, Taurinensi, & electo
Aquensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Reuenit ad nos quòd Bonifacius Marchio germanus Mainfredi, & Anselmi nuper interemptorum eiusdem Anselmi desponsatam conatur sibi in coniugium copulare. Quod quàm sit flagitij plenum, quàm à Christianæ religionis legibus alienum, nemo, qui sacros canones nouit, potest ambigere. Quapropter dilectioni vestræ præcipimus, vt illum nostra vice conuenientes, commoneatis: quatenus contra sanctorum patrum statuta tali tamquam nefario connubio desistat vltèrius operam dare. Quòd si se ad hoc perpetrandum iuramento putat astrictum teneri, perniciosæ obligationis stultum pactum non obseruandum, sed in irritum deuocandum esse censemus, & vobis taliter habendum mandamus. Sin verò contra salutem suam animo indurato in placito tam nefando perfliterit, & salubribus monitis sicut Christianum decet, obtemperare contempserit,

A tempserit, vos in eum primi canonicam sententiam promulgate, quam nos exinde (Deo auctore) firmabimus, & Apostolica potestate roborabimus: ne ceteri hoc exemplo ducti, aut in deteriora labantur, aut similia sibi licet refortè existiment. Dat. Romæ, iij. Non. Nouemb. Indiçtione tertia.

EPISTOLA X.

Queritur de falsa penitentia consuetudine, quæ inter cetera vitia tunc temporis in Ecclesia inoleuerat; cui malo vt remedium afferat, mittit eò legatum Olorensem Episcopum, vt eo Præside in Synodo congreganda de ea re diligenter pertractetur. Interim ipse quæ vera sit penitentia exponit.

B GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Episcopis, Sacerdotibus, Principibus, alijsque omnibus in
Britannia commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem, si obdierint.



Sacerdotalis culminis dignitas tum imperitia, tum negligentia sacerdotum (sicut vestra dilectio nouit) ex longo iam tempore peccatis exigentibus fuit collapsa. Ex qua quidem re quasi ex pestifera radice innumera mala exorta sunt, ad eò vt vsque ad hæc nostra tēpora iter cetera, quæ malè pullulãt vitia, falsæ nihilominus penitentia consuetudo inoleuerit. Quapropter, quia nobis pro officii nostri cõsideratione & sollicitudinis magnitudine imminet hæc & huiusmodi quãtùm possumus (Deo largiente) corrigere: volumus, atq. Apostolica auctoritate præcipimus, vt legatum nostrum, Amatam videlicet Olorensem Episcopum; cui vicem nostram in partibus vestris commisimus, studeat vestra fraternitas reuerenter conuocare, & vt illo agente; synodale concilium congregetur, vbi cum alijs, quæ ad salutem pertinent animarum, tum etiã de penitentia consultatione diligentius pertractetur. Qua in re hoc summo operè vos cauere oportet, aliosque monere debetis: quia si quis in homicidium, adulterium, periurium, vel aliquid huiusmodi lapsus in aliquo talium criminum permanserit, aut negociationi, quæ vix agi sine peccato potest, operam dederit, aut arma militaria portauerit, excepto si pro tuèda iustitia sua vel domini, vel amici; seu etiam pauperum, nec non pro defendendis Ecclesijs, nec tamen sine religiosorum virorum consilio sumpserit, qui æternæ salutis consilium dare sapienter nouerunt, aut aliena bona iniuste possederit, aut in odium proximi sui exarserit, veræ penitentia fructum facere nullatenus potest. Infructuosam enim penitentiam dicimus, quæ ita accipitur, vt in eadem culpa, vel simili, deteriori, vel parum minori permaneat. Vnde quisquis dignè vult penitere, necesse est vt ad fidei recurrat originem, & quod in baptismo promisit, diabolo scilicet pompisq. illius abrenunciare, & in Deum credere, videlicet recta de eo sentiendò mãdatis ipsius obedire; sollicitus sit vigilanter custodire. Quicumque ergo taliter penituerit, quoniam aliter simulatio dici potest, non penitentia, illi peccatorum suorum remissionem Apostolica freti potestate largimur. insuper æternæ beatitudinis gaudia de omnipotentis Dei misericordia confisi promittimus. Dat. Romæ, viij. Kal. Decembris, Indiçtione tertia.

EPI-

MONET. Ut Ecclesias ab iniuriosis defendat. Diuinū officium in Sclauonicam linguam verti prohibet. legatos quos petierat se missurum promittit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvratizlao Boemorum Duci, salutem & Aposto-
licam benedictionem.

Nivismodi salutationis nostrae consuetudinem, scilicet Apostolicę benedictionis, tam tibi mittentes, non sine hæsitacione modò seruauimus, propterea. quòd videris excommunicatis ipse communicare: quicumque enim bona Ecclesiarum inuadunt, id est sine certa licentia Episcoporum, vel Abbatum diripiunt, vel aliqua persona accipiunt, non solum ab Apostolica sede hoc tempore, verum etiam à multis sanctis patribus, sicut in scripturis eorum reperimus. Verum utcumque se res habeat, saluti tuę internę providere non modò ex antiqua tui dilectione mouemur, verum etiam ex suscepti honoris, immò laboris intuitu profectò compellimur, eò magis quòd multorum profectui tua sublimitas esse potest exemplū. Neque enim hoc tibi relinquitur vel dicere vel cogitare. Meum nõ est alienam vitam, vel mores in spiritualibus exquirere, siue distingere. Proculdubio namque tantorum reus existis, quantorū vias ab interitus precipitio poteras volens reflectere. Illud quoque vigili mente pertractes oportet, ne honorem tuum diuino honori, siue pecuniam præponas iustitię, ne tui quòd in te cinerē à subdito tibi consimili fieri nõ sine graui animaduersione patereris, in creatorem tuum, & omnium præsumi & quanimiter feras. Indubitanter etenim non Dei, sed diaboli membra, & falsi Christiani conuincuntur, qui suas iniurias persequuntur vsque ad sanguinem, & Dei cõtumelias negligunt vsque ad obliuionem. Diuitias autem potentia tuã quas habet, non ob meritum das, sed ob sollicitudinem putare debet sibi commissas. Denique nõ tantum secularibus oneri videtur inopia, quantum spirituales viros grauant diuitiæ, simul etiam diffusa potestas. Perpendunt quippè, si ille cui vna ouis sub necis suę conditione committitur, non solum centum eodem pacto non cuperet recipere, verum etiam illa ne aliquo casu dispareat, haud sine timore sollicitus est obseruare, quòd sibi tantò sit irremissius vigilandum, magisque timendum, quanto super plures curam, seu potestatem acceperit. His ita perspectis, ad maiorem te mentis vigilantiam præsentis sæculi fugacitas inuitat, & cum illud quod in hac luce magis diligitur, vita scilicet præsens ad occasum furti festinet, profectò quòd magis ad districti examinis diem propinquas, eò amplius ad æterna præmeditanda & adipiscenda te sana ratio mittit. Hęc itaque nostra monita, siue mandata volumus, immò iubemus, vt ante suę mentis oculos excellentia tua sapius ponat, & crebrius legendo, audiendo meditetur, nõ quòd elegantius scripta nequeas in Sãctorum paginis inuenire, sed quia hęc ad te specialiter ex nobis, immò ex beato Petro missa sunt, & ista frequētius recogitando poteris Deo propitiatore ad potiora cognoscenda exurgere. Quia verò nobilitas tua postulat, quòd secundum Sclauonicam linguam apud vos diuinum celebrari annueremus officium; scias nos huic petitioni tuę nequaquam posse fauere. Ex hoc nempè sæpe volentibus liquet non immeritò sacram scripturam omnipo-

A omnipotenti Deo placuisse quibusdam locis esse occultam, ne si ad liquidū, cunctis pateret, forè vilesceret, & subiaceret despectui, aut prauè intellecta, à mediocribus in errorem induceret. Neque enim ad excusationem iuuat, quod quidam religiosi viri hoc quod simpliciter populus quærit, patienter tulerunt, seu incorrectum dimiserunt, eum primitiua Ecclesia multa dissimulauerit, quæ à sanctis patribus postmodum firmata Christianitate, & religione crescente, subtili examinatione correctæ sunt. Vnde ne id fiat quod à vestris imprudenter exposcitur, auctoritate beati Petri inhiemus, teque ad honorem omnipotentis Dei huic vanæ temeritati viribus totis resistere precipimus. De legato autem nostro, quem mitti ad se tua deuotio poposcit, noveris item nos preces tuas ad præsens commodè efficere minimè potuisse: tamen in hoc anno diuina fauente clementia, tales procurabimus inuenire personas, quæ & negociis vestris valeant utiliter deputari, & necessitudines vestras plenius cognoscentes, ad notitiam nostram deducere. Vt ergo tutè, possimus ad vos legatos nostros dirigere, necesse arbitramur & volumus, vt filium nostrum Fredericum, & hunc Felicem ad nos iterum studeas aut horum alterum mittere; quatenus ita possint quos destinabimus, securè venire. Dat. Romæ, iiii. Non. Ian. Indictione tertia.

EPISTOLA XII.

EVVS excusationem nullatenus admittens, ad Lugdunense concilium eum aliis vocatum venire præcipit coram legatis Apostolicis obiectis criminibus, respondurum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Manasse Remensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Miramur fraternitatis tuę prudentiam ad hoc tot occasiones inuenire, vt in infamia sua & Ecclesię suę tempore longo permaneat, & quod opinioni relinquitur iudiciū subterfugere videatur, cum magis ad hoc profectò eam decuerit laborare, vt suspicionem tantum reatus à se, & Ecclesiã sua excluderet. In præterito siquidem anno ad argumentum excusationis tuę quendam nobis obtulisti auctoritatē, te videlicet non alicuius, sed nostrę tantum præsentis subdendum fore iudicio: vnde vt etiam nunc apparet, in litterarum nostrarū exemplaribus dignissimè reprehensus es. Nunc verò immemor promissionis tuę, qua Romæ te supra corpus B. Petri obligasti, aliam excusationem obtendis, timore videlicet dissidētis regni, ad Lugdunense concilium, ad quod vocatus es, venire non posse. In qua re quantum excusatio tua nutet, liquidò valet perpendi. Nã neque legatus Romanę Ecclesię in negotio tuo contemnendus fuit, qui (sicut noscitur fraternitas tua) maximis & præcipuis conciliis videlicet Nicęno, & Chalcedonensi, aliisque multis præfuit, & huiusmodi quæstionibus certum diffinitionis terminum dedit; neque illud nunc assumendum tibi fuit, te Lugdunum non posse venire, cum omnia viæ illius pericula si qua sunt, tutissimis, & securissimis ductoribus posses transire, Lugdunensi scilicet Archiepiscopo, & Lingonensi Episcopo, qui fraterna te charitate tractarent, & sine omni formidine ad prænominatum perduceret locum. Ad quem nimirum locum spontè, & sine inuiratione aliqua accedendum fuit, vt si immunis es à culpa,

culpa, collaudatione Synodali infamiae tuae silentium daretur, & non solum **A** per Diensem, sed per confratrem nostrum Albanensem Episcopum, & per Abbatem Cluniacensem, quem eidem Synodo interesse speramus, res tua diligentius retractaretur: quod si aliqua nimis dura in te daretur sententia, iustitiae moderamine utentes, non solum contra te non agerent, verum etiam pro te laborante praeproperè dictum vel factum corrigerent. Quod si fortè ad praedictum concilium non iueris, aurem debitae obedientiae matri tuae Romanae Ecclesiae diu te supportanti non inclinaueris. Si quid contra te Diensis cum consensu religiosorum fratrum nostrorum egerit, non solum sententiam in te prolatam non imitabimus, verum etiam Apostolica auctoritate firmabimus. Quod si fraternitati tuae videbitur prolatæ sententiae rationabiliter posse obuiari, volumus te magis coram vicario nostro, Dieni videlicet Episcopo, aliisque, religiosis in patria illa, ubi accusatorum, & defensorum maior copia inuenitur, rationes tuas exponere, quam Romam per tot labores, & difficultates, ubi utrunque deest, frustra spe iudicij quaerere. Interea fraternitatem tuam ex parte omnipotentis Dei per auctoritatem beati Petri monemus, ut si te in hac causa culpabilem cognoscis, potius quam aliquo saeculari ingenio te excusandum existimes, studeas animam tuam per dignos poenitentiae fructus liberare. Dat. Romae, iij. Nonas Ianuarij, Indictione tertia.

EPISTOLA XIII.

Ut Arnulphum Comitem, qui Episcopum Leodicensem ad sedem Apostolicam venientem depradatus est, & iurare compulit, se res ablatas nunquam repetiturum, conventu habito ad poenitentiam, & satisfactionem cogat; alioquin Ecclesiae introitum & corporis ac sanguinis Domini communionem interdicit: nisi intra quindecim dies resipuerit, anathematis gladio in a cum suis fautoribus eum feriat. Vltoribus Episcopi iniuriarum peccatorum veniam pollicetur, Episcopum a coaecto iuramento absolvens.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Theoderico Viridunensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Revenit ad nos fratris & coepiscopi nostri Henrici Leodicensis grauis calamitas, quem ad Apostolorum limina venientem, Arnulphus Comes, rebus suis omnibus, quas secum ferebat expoliatum, ad augmentum nequitiae, post suorum ereptionem compulit gladijs iurare, quod ablata nunquam repeteret, & quod a nobis super tali tantoque facinore sibi veniam impetraret. Quod immane flagitium ut cognouimus, profectò vehementer doluimus, cum propter impeditam fratris nostri deuotionem, tum propter illius detestabilem audaciam; quae nisi digna animaduersione vindicata fuerit, restat ut eiusisque similibus, si qua deteriora sunt & possunt perpetrandi concedatur occasio: verumtamen, ne fortè iudicemur potius irae consulere, quam parere iustitiae; volumus, atque Apostolica auctoritate praecipimus ut fraternitas tua quoscunque potest Episcopos, Abbates, Saecerdotes, & clericos studeat adunare, & conuentu habito super hac re, illum improbum ad poenitentiam & satisfactionem inuitare. Quod si in malitia sua perdurans aut poenitentiam agere, aut ablata noluerit dignam cum

A cum satisfactione restituere, Ecclesiae introitum, & corporis & sanguinis Dominici participatione tua ei fraternitas interdicit: datisque sibi quindecim dierum inducijs, si infra illud spatium non poenituerit, & ad emedationem sceleris sui non venerit, anathematis eum gladio, fulta praepcepto auctoritatis Apostolicae feriat: quod certè nos exinde omnibus modis firmabimus. Ac postmodum quidem volumus, atque iubemus, ut in illum dilectio tua quibus valebit modis insurgat. Quicumque enim illius nefandae praesumptioni auxiliu, aut assensum dederit, sciat se gratiam Dei, & beati Petri proculdubio amissurum. Quicumque verò praedicti confratris nostri, immò beati Petri iniurias pro viribus suis vlcisci contenderit, ei nos Apostolicam benedictionem tribuimus, & de diuinæ pietatis munere confisi, peccatorum suorum veniam pollicemur. Nolumus etiam prudentiam tuam ignorare, nos saepe dictum coepiscopum ab illius malitiose coacti iuramenti conditione absoluisse, sanctaeque Ecclesiae contumeliam vindicandi licentiam ipsi dedisse: quem ut in omnibus pro posse studeas adiuuare, iterum iterumque monemus atque rogamus. Dat. Romae, iij. Kal. Febr. Indictione tertia.

EPISTOLA XIII.

DOLET de contumelia illi ab Arnulpho illata, absoluitque eum a iuramento violentè praestito, ac mandat ut contra Arnulphum insurgens, eius sceleris poenas sumat, significat se Viridunensi Episcopo praepesisse, ut illum in ea re adiuuet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Henrico Leodicensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cognita tuae fraternitatis aduersitate & contumelia, tibi, immò beato Petro illata, nimirum valde dolere sumus coacti. De iuramenti verò iniustissima obligatione dilectioni tuae sic respondemus, non debere existimari eam vltis iuramenti vinculis posse teneri, quae tam nefandissime coacta iurauerit. Vnde & Apostolica te auctoritate absoluius, ut non tuae, vel alicuius conscientiae ob hoc videaris innexus, aut debitor esse. Insuper etiam eadem freti potestate, fraternitati tuae licentiam damus, immò hortamur, ut contra iniurias beato Petro illatas, nisi praesumptor ille poenituerit, dignèque satisfecerit, quibus viribus potest, insurgat, atque illum omnibus modis infestet, & de eo tanti sceleris poenas (Deo opitulante) petat & sumat. Indignum namque nobis videtur, exemplumque ceteris improbis audendi peiora futurum, si hoc flagitium iste impune susceperit. Vnde etiam fratri nostro Viridunensi Episcopo, aliisque beati Petri fidelibus summoperè praecipimus, ut dilectionem tuam vnanimiter adiuuantes eum ut tyrannum, & Christianae religionis conculcatorem impugnent, & armis tam carnalibus quam spiritualibus vndique & vbique quantum possunt, insequentes coarctent. Dat. Romae, iij. Kal. Febr. Indictione tertia.

Anno ab incarnatione Domini Millesimo octuagesimo, Pontificatus vero Domini Gregorij septimi Papa, Anno septimo, Indictione tertia. Celebravit ipse Dominus Papa Synodum Romae, ubi interfuerunt Archiepi-

Pontifical. & Bertol. confiat, anno 1080.

chiepiscopi, & Episcopi diuersarum vrbiū, necnon & Abbatum, ac diuer-
 forū ordinum clericorum & laicorum innumerabilis multitudo. In qua
 Apostolica constituta corroborans, multa quae corrigenda erant, correxit;
 & quae corroboranda, firmavit. Inter cetera namque in sine synodalis ab-
 solutionis, haec annexuit, & perpetuae memoriae pro posteris scribenda
 mandauit, ita dicendo: Sequentes statuta sanctorum patrum, sicut in
 prioribus concilijs, quae Deo miserante, celebrauimus, de ordinatione Ec-
 clesiasticarum dignitatum statuimus, ita & nunc Apostolica auctoritate
 decernimus, ac confirmamus, ut si quis deinceps Episcopatum vel Abba-
 tiā de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter Episcopos,
 vel Abbates habeatur, nec vlla ei ut Episcopo, seu Abbati audientia cōce-
 diatur. Insuper etiam ei gratiam sancti Petri, & introitum Ecclesiae in-
 terdicimus, quo usque locum quem sub crimine tam ambitionis, quam ino-
 bedientiae (quod est scelus idololatriae) cepit, resipiscendo non deserit. Simi-
 liter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus.

1. Reg. 15.

Item si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum,
 vel quilibet secularium potestatum, aut personarum inuestituram Epi-
 scopatum, vel alicuius Ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, in de-
 sententiae vinculo se obstrictum esse sciat. Insuper etiam nisi resipiscat, &
 Ecclesiae propriam libertatem dimittat, diuinae animaduersionis ultionē
 in hac praesenti vita, tam in corpore suo, quam ceteris rebus suis sentiat, ut
 in aduentu Domini Spiritus saluus fiat.

1. Cor. 5.

Item sententiam depositionis, & excommunicationis iam plerumque
 datam in Tedaldum Mediolanensem dictum Archiepiscopum, & Gui-
 bertum Rauennatem, & Rolandum Taruissensem confirmamus, & cor-
 roboramus. Et Petrum olim Rothomensem Episcopum, nunc autem Nar-
 bonensēs Ecclesiae inuasorem parī sententia damnamus.

Item si quis Normannorum terras sancti Petri, videlicet illam partem
 Firmāe Marchiae, quae nondum peruisa est, & Ducatum Spoletanum,
 & Campaniam, necnon Maritimas, atque Sabinum, & Comitatum Tibur-
 tinum, necnon monasterium sancti Benedicti Montis Cassini, & terras si-
 bi pertinentes, in super etiam Beneuentum inuadere, vel depraedari presump-
 serit, gratiam sancti Petri, & introitum Ecclesiae ei usque ad satisfactio-
 nem interdiciamus. Verum tamen si quis illorum aduersus habitatores, ha-
 rum terrarum aliquam iustam causam habuerit, prius a nobis, vel a recto-
 ribus, seu ministris, inibi constitutis iustitiam requirat, quae si ei denegata
 fuerit, concedimus, ut pro recuperatione suarum rerum de terra illa acci-
 piat, non tamen ultra modum, nec more praedonum, sed ut decet Christia-
 num, & eum qui sua magis querit recipere, quam aliena diripere, & qui
 timet gratiam Dei amittere, & maledictionem beati Petri incurrere.

3. Ioh. 10.
 1. Cor. 10.
 1. Tim. 2.

Præterea

A Præterea admonemus omnes, qui aeternae damnationis poenas euadere,
 & vere beatitudinis gloriam cupiunt intrare, ut a falsis sibi caueant pe-
 nitentijs. Sicut enim falsum baptisma non lauat originale peccatum,
 ita post baptismum falsa penitentia non delet nefas commissum. Ideoq; val-
 de necessarium est, ut qui se aliquod graue crimen commisisse cognoscit,
 animam suam prudentibus & religiosis viris committat, ut per veram
 penitentiam certam peccatorum suorum consequatur veniam. Haec est
 enim vera penitentia, ut post commissum alicuius grauioris criminis,
 ut potest meditati homicidij, & sponte commissi, seu periurij pro cupiditate
 honoris, aut pecuniae facti, vel aliorum his similium ita se vnusquisque ad
 Dominum conuertat, ut relictis omnibus iniquitatibus suis, deinde in
 fructibus bonae operationis permaneat. Sic enim Dominus per Prophetam
 docet: Si conuersus fuerit impius ab omnibus iniquitatibus suis, & cu-
 stodiuerit vniuersa mandata mea, vita viuet, & non morietur. In qui-
 bus verbis manifeste datur intelligi, quoniam qui aliena bona diripuit,
 & ea cum possit reddere, vel emendare, noluerit: vel qui arma contra
 iustitiam portauerit, aut odium in corde retinet, vel qui huiusmodi ne-
 gociationibus, aut officijs implicitus fuerit, quae sine fraude, sine falsi-
 tate, sine inuidia, sine deceptione fratrum exercere non possit, nec ad
 Dominum conuersus, nec de perpetratis facinoribus veram peniten-
 tiam facere credendus est. Unde inter omnia vos hortamur, atque mo-
 nemus, ut in accipiendis penitentijs non ad illos curratis, in quibus
 nec religiosa vita, nec est consulendi scientia, qui animas hominum ma-
 gis ad interitum, quam ad salutem ducunt, teste veritate, quae ait: Si
 cecus cecum ducat, ambo in foueam cadunt; sed ad eos qui religione &
 scripturarum doctrina instructi viam veritatis & salutis vobis ostende-
 re valeant. Item.

Ezech. 18.

Matth. 15.

De electione Pontificum.

Q Votiēs defuncto pastore alicuius Ecclesiae alius est ei canonicè sub-
 rogandus, instantia visitatoris Episcopi, qui ei ab Apostolica, vel
 Metropolitana sede directus est, clerus & populus, remota omni
 D seculari ambitione, timore, atque gratia, Apostolicae sedis vel Metropolita-
 ni sui consensu pastorem sibi secundum Deum eligat. Quod si corruptus ali-
 quo vitio aliter agere praesumpserit, electionis perperam factae omni fructu
 carebit, & de cetero nullam electionis potestatem habebit, electionis ve-
 rò potestas omnis in deliberatione sedis Apostolicae siue Metropolitanani sui
 consistat. Si enim is ad quem consecratio pertinet, non ritè consecrando,
 teste beato Leone, gratiam benedictionis amittit, consequenter is qui ad
 prauam electionem declinauerit, eligendi potestate priuatur.

Epist. Tom. 3.

Yyy 3 Item

Item excommunicatio Regis Henrici.

A

Beate Petre Princeps Apostolorum, & tu beate Paule Doctor gentium dignamini, queso, aures vestras ad me inclinare, meque clementer exaudire. Quia veritatis estis discipuli & amatores, adiuuate, ut veritatem vobis dicam, omni remota falsitate, quam omnino detestamini, ut fratres mei melius mihi acquiescant, & sciant & intelligant, quia ex vestra fiducia post Dominum & matrem eius semper Virginem Mariam prauis & iniquis resisto; vestris autem fidelibus auxilium praesto. Vos enim scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi, & inuitus ultra montes cum Domino Papa Gregorio abij, sed magis inuitus cum Domino meo Papa Leone ad vestram specialem Ecclesiam redij, in qua utcumq. vobis deseruiui. Deinde valde inuitus cum multo dolore & gemitu ac planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus.

Esa. 58.

Psal. 2.

Nec ideo dico quia non ego vos, sed vos elegistis me, & grauissimum pondus vestra Ecclesie supra me posuistis: & quia super montem excelsum me iussistis ascendere, & clamare atque annunciare populo Dei scelera eorum, & filijs Ecclesie peccata eorum, membra diaboli contra me coeperunt insurgere, & usque ad sanguinem presumpserunt in me manus suas iniicere. Astiterunt enim Reges terrae & Principes seculares, & ecclesiastici, aulici, & vulgares conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus vos Christos eius, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis iugum ipsorum, & ut me omnino morte, vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter quos specialiter Henricus, quem dicunt Regem Henrici Imperatoris filium, contra vestram calcaneum erexit Ecclesiam, facta cum multis Episcopis Ultramontanis & Italicis conspiratione, annitens me deiiciensdo eam sibi subiugare: cuius superbia vestra resistit auctoritas, eamque nostra destruxit potestas: qui confusus & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem ab excommunicatione quaesuit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de sua vita emendatione, solam ei communionem reddidi; non tamen in regno, a quo eum in Romana Synodo deposueram, instauravi, nec fidelitatem omnium qui sibi iurauerant, vel erant iuraturi, a qua omnes absolui in eadem Synodo, ut sibi seruaretur, precepi.

Et hec ideo detinui, ut inter eum & Episcopos, vel Principes Ultramontanos, qui ei causa iussionis vestrae Ecclesie restiterant, iustitiam facerem, vel pacem componerem, sicut ipse Henricus iuramento per duos Episcopos mihi promisit.

Predicti autem Episcopi & Principes Ultramontani, audientes illum non ser-

A seruare mihi quod promiserat, quasi desperati de eo sine meo consilio, vobis testibus, elegerunt sibi Rodolphum Ducem in Regem. Qui Rex Rodolphus festinater ad me misso nuncio, indicauit se coactum regni gubernacula suscepisse: tamen sese paratum mihi omnia modis obedire: & ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem mihi semper misit sermonem, adiciens etiam filio suo obside, & fidelis sui Ducis Berthaldi filio quod promittebat firmare.

Interea Henricus cepit me precari, ut illum contra predictum Rodolphum adiuuarem; cui respondi, me libenter facere, audita viriusque partis ratione, ut sciram cui iustitia magis faueret. Ille vero putans suis viribus eum posse deuincere, meam contempsit responsionem. Postquam autem persensit se non posse (sicut sperauit) agere, duo Episcopi Virdunensis videlicet & Oseburgensis de consentaneis suis Romam venerunt, & in Synodo ex parte Henrici me ut ei iustitiam facerem, rogauerunt: quod & nuncij Rodulphi fieri laudauerunt. Tandem, aspirante Deo, sicut credo, statui in eadem Synodo, in partibus Ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur, aut cui amplius iustitia faueret, cognosceretur. Ego enim (sicut vos mihi testes estis patres & domini) usque hodie nullam partem disposui adiuuare, nisi eam cui plus iustitia faueret. Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, tibi iustitia suum locum seruaret, excommunicauit & anathemate alligauit oes personas siue Regis, siue Ducis, aut Episcopi, seu alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret ut non fieret. Predictus autem Henricus cum suis fautoribus non timens periculum inobedientie, quod est scelus idololatria, colloquium

1. Reg. 15.

C impediendo excommunicationem incurrit, & seipsum anathematis vinculo alligauit, magnamque multitudinem Christianorum morti tradi, & Ecclesias fecit dissipari, & totum penes Teutonicorum regnum desolationi dedit. Quapropter confidens de iudicio & misericordia Dei, eiusque piissime matris semper Virginis Mariae, fultus vestra auctoritate, se penominatum Henricum, quem Regem dicunt, omnesque fautores eius excommunicationi subijcio, & anathematis vinculis alligo: & iterum regnum Teutonicorum, & Italiae ex parte omnipotentis Dei, & vestra interdicens ei, omnem potestatem & dignitatem illi regiam tollo, & ut nullus Christianorum ei sicut Regi obediat, interdico, omnesque qui ei iurauerunt, vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absoluo. Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli, nullas vires, nullamque in vita sua victoriam obtineat. Ut autem Rodolphus regnum Teutonicorum regat & defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in Regem, ad vestram fidelitatem ex parte vestra dono largior, & concedo omnibus sibi fideliter adherentibus absolutionem omnium peccatorum, vestramque benedi-

benedictionem in hac vita, & in futura vestra fretus fiducia largior. *scilicet* A
cut enim Henricus pro sua superbia, inobedientia & falsitate à regni di-
gnitate iuste abijcitur, ita Rodulpho pro sua humilitate, obedientia, & ve-
ritate, potestas & dignitas regni conceditur.

Mat. 18.

Agite nunc, quæso, Patres & Principes sanctissimi, ut omnis mundus
intelligat & cognoscat, quia si potestis in celo ligare & soluere, potestis
in terra Imperia, Regna, Principatus, Ducatus, Marchias, Comitatus, &
omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuique & concedere.
Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus fre-
quenter tulistis prauis & indignis, & religiosi viris dedistis. Si enim
spiritualia iudicatis, quid de secularibus vos posse credendum est? & si
Angelos dominantes omnibus superbis principibus iudicabitis, quid de
illorum seruis facere potestis? Addiscant nunc Reges & omnes seculi prin-
cipes quanti vos estis, quid potestis, & timeant paruipendere iussionem
Ecclesie vestre, & in prædicto Henrico tam citò iudicium vestrum exer-
cete, ut omnes sciant quia non fortuito, sed vestra potestate cadet, confun-
detur utinam ad penitentiam, ut spiritus sit saluus in die Domini. Acta
Romæ, Nonis Mar. Iudictione tertia.

I. cor. 5.

EPISTOLA XV.

CONTROVERSIAM inter Ecclesiam Turonensem & Dolensem per legatos Apo-
stolicæ sedis auditis utriusque partis iuribus vult diffiniri.

Diffinitio Synodalis inter Archiepiscopum Turonensem &
Episcopum Dolensem de pallio.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORVM DEI,
omnibus Episcopis Britanniae, clero, & populo in Tu-
ronensi Prouincia constitutis.



Notum esse volumus, controuersiam inter Ecclesiam vestram
& Dolensem pestiferè ortam, multum nobis in Romana Sy-
nodo laborem ingessisse: sed tamen, Deo miserante, post ló-
gam discussionem, quàm iustius potuimus, hanc quæ sub-
scribitur diffinitionem inuenisse. Archiepiscopus siquidem
vester Ecclesiam Turonensem ius suum in Britannia perdi-
disse conquerens, Romanorum Pontificum auctoritatem in medium duxit,
quæ perspicue probat Britanniam Turonensi Ecclesie quemadmodum spi-
rituali matri, & Metropoli suæ subiectionem & reuerentiam debere. Dolens
is verò Episcopus non solum auctoritatem audientiae nostrae non exhibuit,
verum etiam ipsa verba sua ad defensionem prolata, nulla certitudine, cui
fides danda esset, fulta videbantur. Tamen quia in patria sua quandam au-
toritatem se reliquisse assereret, visum nobis fuit, ut ad retractandum ne-
gocium

SUMMORVM PONTIFICVM.

A gocium illud induciæ darentur, & pro hac; alijsque causis legati Apostoli-
cæ sedis dirigerentur: ut auditis utriusque partis rationibus, si cognouerint
Britannos auctoritatem authenticam Apostolicæ sedis, videlicet eorū Pon-
tificum, quorum ordinatio & vita digna & legalis fuerit, habere, per quam
possint se à subiectione prædictæ Turonensis Ecclesie subtrahere, quieti dein
ceps permaneant in sua libertate. Quòd si contigerit eos huius auctoritatis,
quam modo diximus, non posse habere defensionem; sopita deinceps, & in
æternum omni controuersia Turonensem Ecclesiam matrem & Metropo-
lim suam recognoscant, & eam quæ decet Metropolitanum, Archiepiscopo
vestro subiectionem & obedientiam exhibeant: referuato Dolensi Episco-
po pallij vsu: ita tamen ut nullus successorum suorum aliquo in tempore ad
hanc dignitatem aspiret, sed (sicut supradiximus) tam ipsi videlicet in Eccle-
sia Dolensi constituendi, quàm etiam ceteri Britanniae Episcopi magisterio
Turonensis Archiepiscopi in perpetuum subditi permaneant. Dat. Romæ
viij. Idus Martias, Iudictione tertia.

EPISTOLA XVI.

EIVS contumaciam accusans, precipit, ut quandoque vocatus fuerit coram
Dienfi Episcopo Apostolicæ sedis legato, omnino se præsentet, de multis sibi obiectis cri-
minibus se ipsum purgaturus. Eius canonicis, qui quandam villam usurauerant, diui-
num officium interdicit, & ab eo interdici vult.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORVM DEI,
Huberto Taruannentium Episcopo.



Q uod salutem & Apostolicam benedictionem tibi nò mandamus,
ea maxime causa est, quod in registro nostro legitur te ab Hu-
huius sanctæ sedis legato apud monasterium hæreticum pu-
blice cõuictum, & postea antequam esses ab hac infamia expur-
gatus, audiuimus simoniacè Episcopum factum. Deinde quòd Apostolicæ
sedis præcepta super te & super canonicos tuos, de castro sancti Pauli pro-
mulgata pro quadam villa Kessaga nominata, quam cum suis pertinentijs
canonici sanctæ Mariæ & sancti Audomarici in præsentia nostra con-
questi sunt sibi & suæ Ecclesie auferri, prout ipsi iterum conqueruntur, peni-
tus despexisti. Ac propterea excommunicationem, quæ in nostro registro
scripta est, tu cum eis incurrendo sine respectu Dei & Apostolicæ reueren-
tiæ diuinum officium, sicut audiuimus, celebrare præsumpsisti. Pro quibus
& alijs pluribus à fratre nostro Hu. Dienfi Episcopo semel & iterum ad cõ-
cilium vocatus, & postea à nobis ad Synodum Romanam inuitatus, vti ex-
purgares, quia non venisti, nec canonicè excusasti, nisi Apostolicæ pietatis
mansuetudo nos dispensatoriè ad tempus sustineret, sententiam iustæ depo-
sitionis tua inobedientia, quæ verè est idololatricæ, iam dudum suscepisset. Sed
tamen adhuc tibi paterno parcetes affectu, quia diutius tot & tanta, quæ de
te dicta sunt, ferre nullo modo honestè possumus, Apostolicæ auctoritate
præcipimus, ut ubi, & quando prædictus frater noster Hu. Dienfi Episco-
pus te vocauerit, de his, vel alijs satisfactorius, omni occasione postposita ita
paratus, & circumspectus aduenias, ut si te innocentem, & falso accusatum
scis cum Dei auxilio, & conscientiae puritate ab omnibus obiectis & obij-
ciendis

813 EPISTOLAE

ciendis canonicè expurgari possis. Præterea omne diuinum officium omni-
bus canonicis de castro sancti Pauli, te solo interim vsque ad audientiã ex-
cepto, interdiciamus: & ipsis & locis eorum quousque præfatam villam cum
Ecclesia & aliis suis pertinentijs canonicè Ecclesiæ sanctæ Mariæ & sancti
Audomari restituerint, & coram Hu. . Diensi Episcopo de inobedientia, &
excõmunicatione satisfecerint: & nisi tu statim visa præceptione nostra præ-
dictis canonicis tuis & omnibus locis eorum, & præcipuè vbi canonici de-
nominati sunt, omne diuinum officium interdixeris, omne officium tuum au-
thoritate Apostolica interdictum noueris. Dat. Romæ, vij. kalend. Aprilis,
Indictione tertia.

EPISTOLA XVII.

MANDAT *Ut duo monasteria, quæ Lemouicensis Episcopus Ecclesia suæ ab ipsis
subtrahita conquestus fuerat vsque ad aduentum Apostolicæ sedis legati eidem Episco-
po restituant. Quod si quid in eare iuris se credant habere, coram legato ostendant.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dolensibus monachis, salutem & Apostolicam
benedictionem.



Rater & coepiscopus noster Lemouicensis conquestus est nobis
in Synodo, quam nuper Romæ (Deo opitulante) celebrauimus,
quod vestra fraternitas Ecclesiæ suæ duo monasteria subtrahit.
Testatus est etiam ipse frater & coepiscopus noster, atque lega-
tus noster H. . Diensis Episcopus, quod vos pro hac causa ad duo concilia,
scilicet vt inter uos & prælibatum Episcopum exinde iustitiæ finem compo-
neret, admonuit. Sed vt ipse asserit, nullam iustitiam, seu obedientiam exhi-
bere voluistis. Quapropter Synodalis conuentus decreuit, vt præfata mona-
stera in potestate Lemouicensis Ecclesiæ redire debeant, & sine contradi-
ctione vestra, seu vestrorum, vsque ad aduentum legati nostri quietè ab ipsa
Ecclesia possideantur. Nos itaque iuxta fratrum nostrorum consensum at-
que consilium, quod supra liberatum est, confirmantes, mandamus vobis,
atque præcipimus, vt vsque ad præfixum terminum permittatis prædictam
Ecclesiam Lemouicensem ipsa monasteria retinere. Si verò in eis aliquid
iustitiæ vos habere confiditis, legati nostri aduentum expectantes, causam
vestram illi opporuno loco & tempore vbi possit Lemouicensis Episcopus
intèrse, repræsentate. Antè cuius audientiam causa vestra diligentius ven-
tilata & plenius cognita, iustitiæ finem inueniat, & inter vos omni lite sopi-
ta, quisque vestrum suo iure contentus, iniuriam facere desinat. Dat. Romæ,
Kal. Aprilis, Indictione tertia.

EPISTOLA XVIII.

ARGVENS eum inobedientia, præcipit *vt Pezauensem Abbatem cogat Aure-
lianensium Abbatem restituere quãdam Ecclesiam illi monasterio ab Apostolica sede con-
cessam, contumaci Ecclesiæ introitu interdicto*

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vvilielmo Auxiensis Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Iramur prudentiam tuam ita se Apostolicæ sedi inobedientem ex-
hibuisse, vt negocium quod tibi vicarii nostri cõmiserunt, ad exe-
quendum tu non curans parere, contempseris ad effectum perdu-
cere. Siquidem iniuncta tibi est ab eis cura iustitiam faciendi Pe-
tro Abbati Aureliacensi cõnobij iuris huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ de
Dodone Abbate Pezanense, qui ex longo tempore inuasam detinet Eccle-
siam iuris itidem beati Petri, sed præfato monasterio Aureliacensi concessam,
quæ nominatur sancta Maria Dalmiraci. Quæ in re quantam beato
Petro reuerentiam habueris, in hoc euidenter apparet, quod & inuasor Ec-
clesiam calumniosè adhuc occupare non desinit, & prædictus Abbas Aure-
liacensis Apostolicas aures ob id interpellare compellitur, præsertim cum
supranominatus Pezanensis conuictus, & a legatis nostris Stephano Cardi-
nale, & Gerardo Hostiensis coepiscopo adjudicatus debere illam Ecclesiã
reddere, quia non fecerit, excommunicationem incurrerit. Quapropter dile-
ctionem tuam monemus, & Apostolica auctoritate præcipimus, vt sapèdi-
ctum Pezanensem Abbatem cogas Aureliacensi præfixam Ecclesiam vn-
de lis est, restituere, & condigna satisfactione ipsum sibi placabilem redde-
re. Quod si fortè spiritu superbiæ induratus acquiescere noluerit, & mona-
stero illi quod inuasum est, officium diuinum, & inuasori nostra auctori-
tate omnis Ecclesiæ interdicas introitum. Nam non inter religiosos mona-
chos, sed nec inter laicos debet annumerari, qui sacrilegium perpetrare nõ
timet. Dat. Romæ, ii. Idus Aprilis, Indictione tertia.

EPISTOLA XIX.

PRÆCIPIT *vt beneficia Aureliacensi cõnobio ablata restituantur, & obse-
quium atque fidelitas à vicecomite exhibeatur Abbati, quem se obligasse significat, ne
illi militi ultra vnum mansum de possessione Ecclesiæ daret. Confirmat monasterij
Viacensis refutationem à Principe in manu Abbatis consensu Episcopi & clericor-
um factam.*

D GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus in Bituricensi, necnon Narbonensi seu Burde-
galensi prouincijs constitutis, exceptis his, qui
Apostolica excommunicatione tenen-
tur, salutem & Apostolicam
benedictionem.



Lamor Abbatis Aureliacensis cõnobii, quod proprii iuris beati
Petri concessione, fundatoris scilicet beati Geraldii esse dinosci-
tur, auribus nostris insonuit, videlicet super quibusdam personis,
qui iniuste detinent beneficia prædicti monasterii à prædecesso-
ribus suis sub fidelitate & dominio pro defensione Ecclesiæ sibi & suis ante-
cessori-

cessoribus olim concessa. Praecipue conqueritur super Berengario Carlatensi vicecomite, qui propria cupiditate ductus, debitum seruitium & fidelitatem Abbati exhibere negat, nisi beneficium, quod immerito detinet, adhuc etiam de iure Ecclesiae augeatur. Proinde Apostolica auctoritate praecipimus, quatenus omnis qui beneficium praefatae Ecclesiae ad hoc aliquando suscepisse cognoscitur, subiectionem & fidelitatem Abbati persoluat, & seruitium pro beneficio largiri non denegat, & ab exactioe illicitae augmentationis desistat. Aliter enim inuasor & sacrilegus esse comprobatur. Nos vero detrimentum supra dicti coenobii agnoscentes, Abbatem sub promissione fidei suae in manu nostra obligauimus, ut nulli militum liceat illi ultra vnum mansum de possessione Ecclesiae dare sub hac vel alia occasione, neque alicui alteri personae, nisi communis utilitas fratrum regulariter degentium postulauerit, & Apostolicae aequitati renunciare ausus fuerit. Monasterium autem Maurizicense cum omnibus sibi adiacentibus, & Ecclesias scilicet Dalmairaci & Montis Saluii, & ceteras, necnon terras & possessiones in quacunque supra scriptarum provinciarum ablatas, seu malis consuetudinibus oppressas monasterio Areliaensi scriptis, siue testibus olim iuste concessas, Apostolica auctoritate praecipimus restitui, & sine inquietudine aliqua permitti. Monasterium quidem Viacense in manu Abbatis refutatum a Principibus ipsius terrae consensu Episcopi & clericorum sibi suisque successoribus concedimus, & confirmamus, & fautoribus refutationis Apostolicam benedictionem largimur; & eos qui Ecclesias, siue praedia praefati monasterii iniuste detinent, absque ulla dilatione reddi iubemus. Qui ergo his mandatis nostris spiritu superbiae acquiescere noluerit, praecipueque Berengarius, si obedire contempserit, gratiam beati Petri amittet, & iram omnipotentis Dei incurret. Obtemperantibus autem gratiam Dei, & Apostolicam benedictionem de misericordia diuina confisi largimur. Dat. Romae, ij. Idus Apr. Indictione tertia.

EPISTOLA XX.

DEPOSITIONIS sententiam a legato contra eum in Lugdunensi Concilio prolatam se confirmasse autem licentiam, tamen adhuc se expurgandi coram quibusdam Episcopis indulget, dummodo interim eius accusatorum res in integrum restituantur; & Remensem Ecclesiam relinquat, & in alium locum secedat, clericosque in ea secum Deo seruire permittat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Manasse Remensi.

Sciat fraternitas tua, quod depositionis sententiam a legato nostro Dienfi Episcopo in Lugdunensi concilio religiosorum virorum consilio prolatam, & nos dictante iustitia in Romana Synodo Apostolica auctoritate firmauimus. Sed tamen contra morem Romanae Ecclesiae nimia (ut ita dixerim) misericordia ductus, adiunctis tibi Sueffionensi, Laudunensi, Cameracensi, Catalaunensi Episcopis, vel eorum similibus cum alijs duobus, quorum testimonio eoque confidamus, si de iustitia confidis, & eos habere poteris usque ad festiuitatem sancti Michaelis purgandi licentiam tibi indulgemus; ea videlicet conditione, ut Manasse, & Brunoni, & ceteris, qui pro iustitia contra te loquuti fuisse videntur, rebus suis in integrum

Agrum restitutus usque ad Ascensionem Domini proximam Remensem Ecclesiam a tua occupatione extoro liberam deseras, & Cluniacum, aut Casam Dei cum vno clerico & duobus laicis tuis stipendijs religiosè victurus secundas. Quod si facere volueris, praedicto Dienfi Episcopo praenunciare procures, ut in eius praesentia sacramento confirmes, de rebus praedictae Ecclesiae te nihil interim distracturum, nisi quantum tibi, & praedictis locis competentè suffecerit. Clericos autem, qui tanto tempore pro iustitia exilium passi sunt, in Ecclesia securè Deo seruire permittas: Et quoniam laboriosum tibi fuerit ad nos usque venire; concedimus, ut coram Dienfi Episcopo & Abbate Cluniacensi, aut si Abbatem deesse contigerit, coram Amato praedicto modo cum praedictis testibus de infamia te expures. Quod si huic nostrae dispensationis praeepto obedire contempseris, scias quoniam iniquitatem tuam ulterius portare non possumus, & depositionis sententiam, non solum immutabiliter permanuram; sed etiam nullam tibi audientiam in posterum relinquendam. Dat. Romae, xv. Kal. Maij, Indictione tertia.

EPISTOLA XXI.

HORTATUR ad perseverantiam in obedientia Apostolicae sedis, & ad imitandum Regis patris, quem valde commendat, virtutes. monet ut curet, ne temporis calamitates in sacerdotum culpas, quibus honorem exhibendum esse docet, eius subditi transferant, nec in mulieres eandem ob causam sauiant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Acono Regi Danorum, Episcopis, Principibus, clero & populo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Voniam vestrae dilectionis amor Deo, & beato Petro pronam obedientiam, debitamque reuerentiam (in quantum potuimus intelligere) studuit hactenus propensius exhibere; non dubium habemus, quin idcirco vobis triumphum & gloriam praeter ceteris gratia diuina contulerit. Quod si in eodem studio perseverando vestrae deuotionis affectus in finem permanere curauerit, pro certo & eam quam nunc habetis gloriam retinere, & ampliore (Domino auxiliante) valebitis deinceps adipisci. Te itaque specialiter filii charissime, cui regni curam prouidentia diuina commisit, paterno moneamus affectu, ut excellentissimi patris tui regias probitates, & virtutes egregias imitari satagas: eius quidem praecipui mores in tantum ceteris Regibus panituerunt, ut cunctis posthabitis, nec ipso etiam Imperatore Henrico, qui sanctae Romanae Ecclesiae propinquius haeret, excepto, singulari amore illum nobis amplectendum iudicauerimus: de cuius nos obitu vehementer, nimiumque dolentes, ut ipsum tibi proponas exemplum, volumus, hortamur, iterumque monemus: quatenus inde possis ornamenta virtutum propagando educere, unde videris nobilissimi sanguinis lineam trahere. Denique cogitare debes, & vigilanter perpendere haec terrena quam caduca & friuola sint, quam incessanter ad occasum cuncta festinent: ut eis confidere nulla stabilitas suadeat, ut in illis habedis timor horribilis lateat: sicque fugitiuis perspicaciter agnitis, & sapienter despectis, poteris ad illa stabilia & sempiterna mentis acumen extendere, quae ad sefe obtinenda animum tuum inuitent, & ad quae concupiscenda bonorum te exempla accendunt. Inter ceteras ergo virtutes, quas animo tuo imitandas censueris,

A censueris, Ecclesiarum defensionem in mente tua volumus eminere, sacer-
 dotalis ordinis reuerentiam proximum locum tenere, ac deinde iustitiam
 & misericordiam in cunctis te iudiciis discretè seruare. Illud interea non
 praterendum, sed magnoperè Apostolica interdictione prohibendum vi-
 derur, quod de gente uestra nobis innotuit, scilicet, vos intemperiem tempo-
 rum, corruptiones aëris, quascunque molestias corporum ad sacerdotum
 culpas transferre. Quod quàm graue peccatū sit, ex eo liquidò potestis ad-
 uertere, quòd Iudæis etiam sacerdotibus ipse Saluator noster lepra puratos
 eis mittendo, honorem exhibuerit, ceterisq; seruandum esse quæ illi dixif-
 sent, præcepit; cum profectò uestri qualescunque habeantur, tamen illis lon-
 gè sint meliores. Quapropter Apostolica auctoritate præcipimus, vt hanc
 pestiferam consuetudinem de regno uestro funditus extirpantes, presbyte-
 ris & clericis honore & reuerentia dignis tantam contumeliam contra fa-
 lutem uestram ulterius non præsumatis inferre; volentes eis occultas diui-
 ni iudicij causas imponere. Præterea in mulieres ob eandem causam simili
 immanitate barbari ritus damnatas, quicquam impietatis faciendi vobis
 fas esse nolite putare, sed potius discite diuinæ vltionis sententiam dignè
 poenitendo auertere, quàm in illas insontes frustra feraliter sauiendo, iram
 Domini multo magis prouocare. Si enim in his flagitiis duraueritis, pro-
 culdubio uestra felicitas in calamitatem verteretur, & quibus victis hucusque
 soliti fuistis dominari, eorum nimirum iugum ferre superati, nec resistere va-
 lentes cogemini. Si verò nobis, immò beato Petro in his obediens fueritis,
 sicut de clementia diuina confidimus, & peccatorum uestrorum veniam,
 & Apostolicam benedictionem poteritis consequi. Dat. Romæ xiiij. Kal.
 Maias, Indictione tertia.

EPISTOLA XXII.

EPISCOPALE officium à legato Apostolico interdictum reddit; Abbatem Ioh-
 helem absoluit; Rainaldum inuasorem & periurum deponit; in cuius locum Ioh-
 helem predictum restitui mandat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Arnaldo Cenomanensi Episcopo, salutem & Apo-
 stolicam benedictionem.



Episcopale officium, quod tibi legatus noster interdixerat, iustitia
 dictante, reddimus: Abbatem Iohalem absolimus. Rainaldum
 inuasorem, quia per ambitionem periurauit, deponimus, vt nec
 in illo quod cupiuit, nec in alio monasterio ulterius Abbas exi-
 stat. Quapropter volumus, vt iam dictum Rainaldum cedere facias, & Ioh-
 helem in loco suo Abbatem restituas. Dat. Romæ octauo Kal. Maias, In-
 dictione tertia.

EPISTOLA XXIII.

SVVM in eum amorem testatus ad debitam obedientiam sedi Apostolicæ præstan-
 dam hortatur.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Guillelmo Regi Anglorum, salutem & Apostoli-
 cam benedictionem.



Notum esse tibi credo, excellentissime fili, priusquam ad Ponti-
 ficale culmen ascenderè, quanto semper te sincerè dilectionis
 affectu amaui, qualem etià me tuis negociis, & quàm efficacè
 exhibui: insuper, vt ad regale fastigium cresceres, quanto stu-
 dio laboraui. Qua pro re à quibusdā fratribus magnam penè
 infamià pertuli summurmurantibus, quòd ad tanta homicidia perpetrāda
 tanto fauore meā operam impendissem. Deus verò in mea cōscientia testis
 erat, quàm recto id animo feceram, sperans per gratiam Dei, & non inaniter
 conūdens de virtutibus bonis, quæ in te erant: quia quanto ad sublimiora
 proficeres, tanto te apud Deum & sanctam Ecclesiā (sicut & nunc, Deo gra-
 tias, res est) ex bono meliorem exhiberes. Itaque nunc tamquā dilectissimo
 filio, & fideli S. Petri & nostro (sicut in familiari colloquio facerè) cōsiliū no-
 strū, & quid te postmodū facere deceat paucis aperio. Quā enim cōplacuit
 ei qui exaltat humiles, vt sancta mater nostra Ecclesia ad regimen Aposto-
 licæ sedis inuitū satis, ac renitentè, Deo teste, me raperet, continuò nefanda
 mala, quæ à pessimis filiis suis patitur, officij mei (quo mihi clamare & nū-
 quā cessare iniunctū est) necessitate cōpulsus, amore quoque, ac timore cō-
 iunctus, dissimulare nō potui. Amore quidè, quia S. Petrus à puero in do-
 mo sua dulciter nutrierat; & quia charitas Dñi Dei nostri me quasi aliquēd
 estimās, tanti pastoris vicarium ad gerendā sanctā matrem nostrā elegerat.
 Timore autè, quia terribiliter diuina lex intonat, dicēs: Maledictus homo,
 q̄ parit gladio suo à sanguine, id est, q̄ doctrinā subtrahit ab occisione car-
 nalis vitæ, Nunc igitur charissime, & in Christo semper amplectende fili,
 cum & matrem tuā nimīū tribulari cōspicias, & inuitabilis nos succurrēdi
 necessitas vrgeat, talem te volo, & multū pro honore tuo, & salute in vera &
 nō ficta charitate moneo ad omnē obedientiā præbeas, vt sicut, cooperante
 Deo, gemma principū esse meruisti; ita regula iustitiæ & obedientiæ forma
 cunctis terrē Principibus esse merearis: tot p̄culdubio in futura gloria prin-
 cipū princeps futurus, quot vsq; in finē sæculi, exēplo tuæ obediētis prin-
 ces saluabuntur: & si quidā illorū saluari noluerint, tibi tñ retributio nulla-
 renus minuetur. Nō solū autè, sed & in hoc mundo tibi & hæredibus tuis,
 victoria, honor, potentia, sublimitas amplius cęlitus tribuetur. Exemplū tibi
 te ipsum propone. Sicut n. velles ab eo quē ex misero & pauperrimo seruo
 potentissimū Regem fecisset, nō immeritò honorari, sic & tu quē ex seruo
 peccati misero, & pauperculo (ita quippè omnes nascimur) potētissimū
 Regem Deus gratis fecit; honoratorē tuum, protectorem atque adiutorem
 tuū omnipotentē Iesum honorare semper studiosè festina. Nec ab hoc im-
 pediat te pessimorū principū turba. Nequitia n. multorū est, virtus autem
 paucorum. Gloriosus est probato militi mulis fugientibus in prælio stare.
 Preciosior illa est gemma, quæ rarius inuenitur. Immo quātomagis potētes
 huius sæculi superbia sua, & impiis actibus excaecati corruunt in profundum,
 tanto magis te qui præ illis multū Deo charus inuentus es, pie humiliando
 decet erigi, & obediendo sublimari, vt sit; sicut scriptum est: Impius impiè
 agat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & iustus iustificetur ad-
 huc. Plura tibi adhuc exhortando scriberem; sed quia tales misisti, qui me
 Epist. Tom. 3.

Zzz 2 satis

fatis de tua prudentia, honestate, iustitia simul cum filio nostro Huberto A
lætificauerunt, sapienti viro satis esse dictum iudicavi: sperans, quia omni-
potens Deus, supra quàm dicimus, in te & per te ad honorem suum digna-
bitur operari. Quæ verò in litteris minus sunt, legatis tuis viua tibi voce di-
cenda commisimus. Ipse autem omnipotens Deus & pater noster hoc tuo
cordi charissime fili ita inspirare, atque plantare misericorditer dignetur;
quatenus & in hoc sæculo meritò virtutum tuarum regnum tuum, & poten-
tiam auget, & in futuro cum sanctis Regibus ad regna super cælestia inex-
cogitabiliter meliora feliciter introducat, Amen. Cenomanensi Episcopo
tuis precibus iustitia dictante fauentes officium episcopale reddidimus. Ab-
batem quoque monasterij sancti Petri, quod est Cenomanni, absoluius.
Dat. Romæ octauo Kal. Maij Indictione tertia.

EPISTOLA XXIII.

APPROBAT quòd curam monasterij sancti Saluatoris susceperit, eumque vi-
carium suum constituit ad procurandum, ut ibi Abbas canonicè ordinetur. Prohibet
principibus secularibus, ne in eo loco quicquam iuris habeant. Privilegium ab Alex-
andro II. olim deceptione indicto concessum Euerardo abrogat. Constantiensis Ecclesia
præsede à Romana Ecclesia discordante, concedit, ut Abbas à quocumque religioso Epi-
scopo, quæ ad episcopale officium pertinent, suscipiat, vel ad Apostolicam sedem recurrat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vuilelmo Abbati Hirsaugiensis monasterij, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Voniam peruenit ad nos, quòd religio tua curam monasterij san-
cti Saluatoris iuris Apostolicæ sedis, cui etiam duodecim aurei,
quorum viginti unciam faciunt, ex eodem monasterio annis sin-
gulis persolui debent, sicut in villa Scaphula in episcopatu Con-
stantiensi, obsecrante Comite Burcardo, virisque religiosis hortantibus, eo
dumtaxat tenore susceperit, ut prædictus Comes, qui sibi in præfato mona-
sterio quasdã quasi proprias conditiones vendicabat, dimissa, atque renun-
ciata omni seculari potestate, locum ipsum liberum esse permitteret, sicut diu
dilectionis tuæ probantes, quod factum est Apostolica auctoritate firmamus;
& quia per te locus ille (sicut audiimus) ad religionis statum, Domino mi-
serante, cepit assurgere, nos in quantum valemus, perpetuum illic sancti-
tatis stabilitatem prouidere cupientes, fraternitati tuæ super coenobium il-
lud sollicitudinis nostræ vicem committimus, scilicet ut fratres ibi discipli-
nis regulariter instruere, mores eorum, vitamque competenter instruendo ea
quæ ad animatum salutem pertinent, vigilanter prouidere, ac maximè ut
inibi Abbas secundum Deum ordinetur, procures. Præterea ut præfati
monasterij fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius &
propensius exequi, ac omnipotenti Domino debite deuotionis obsequium
instantèr & gratanter exoluere, volumus & Apostolica auctoritate præci-
pimus, ut nullus Sacerdotum, Regum, vel Ducum, aut Comitum, seu qua-
libet magna, aut parua persona præsumat sibi in eo loco aliquas pro-
prietatis conditiones, non hæreditarij iuris, non aduocatiæ, non inue-
stituræ, non cuiuslibet potestatis, quæ libertati monasterij noceat, vendi-
care,

A care, non ornamenta Ecclesiæ, siue possessiones inuadere, minuere, vel
alienare: sed ita sit ab omni sæculari potestate securus, & Romanæ sedis li-
berrate quietus, sicut constat Cluniacense monasterium, & Massiliense ma-
nere: Abbas autem aduocatum quem voluerit, eligat. Quòd si is postmodum
non fuerit utilis monasterio, eo remoto alium constituat. Privilegium au-
tem quod bonæ memoriæ prædecessor noster Alexander contra sanctorum
Patrum statuta aliqua subreptione, vel deceptione inductus eidem loco fe-
cit, in quo Euerardo Comiti, eiusque posteris aduocatiæ & præficiendi
Abbatis potestatem, & totius rei administrationem concessit, nos canonici-
cæ correctionis sententia per Apostolicam functionem videntes infirma-
mus, infringimus, atque cassamus; & ne per hoc alicuius temeraria cupidi-
tas in audaciam suæ perditionis erumpat, Apostolica auctoritate in irri-
tum deuocamus. Si quis ergo contra hoc salubre præceptum nostrum per-
tinaciter ire tentauerit, gratiam beati Petri se non dubitet amissurum; ad-
monitusque semel, bis, & tertio per competentes inducias, si non resipuerit,
& si delictum suum emendare contempserit, sciat se diuino anathemate in-
nodatum, & à corporis & sanguinis Dominici communionem alienum. Illud
etiam ad Romanæ libertatis munus confirmandum subiungentes adijci-
mus, ut si aliquo tempore Constantiensi Ecclesiæ præsidens ab Apostolica
sede discordauerit, eiq; inobediens fuerit, (quod confirmante Samuele pec-
catorum ariolandi, & idololatriæ scelus est, dicente quoque beato Ambrosio:
Hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non concordat) liceat Ab-
bati sibi, suisque à quocumque religioso Episcopo placuerit ordinationes,
consecrationes, & quæ ad episcopale officium pertinent, expectere atque sus-
cipere, vel ad Apostolicam sedem recurrere. Observatores autem huius no-
stri præcepti, remissionem omnium peccatorum suorum & gratiam bonam à
Domino consequantur. Actum Lateranis; viij. Idus Maij, Indictione tertia.

EPISTOLA XXV.

HORTATUR ut Dei honorem suo præponat honori, Deumque totis viribus inte-
gro corde diligit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Guilielmo Regi Anglorum, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.



Redimus prudentiam vestrã non latere, omnibus aliis excellentio-
res Apostolicam & regiã dignitates huic mundo ad eius regimi-
na omnipotentem Deum distribuisse. Sicut enim ad mundi pul-
chritudinẽ oculis carneis diuersis temporibus representadã Solẽ
& Lunã oibus aliis eminentiora disposuit luminaria, sic ne creatura quã sui
benignitas ad imaginem suã in hoc mundo creauerat, in erronea & mortife-
ra traheretur pericula, prouidit, ut Apostolica & regiã dignitate per diuer-
sa regeretur officia. Quas tamen maioritatis & minoritatis distantia religio
sic se mouet Christiana, ut cura & dispensatione Apostolica dignitas post
Deũ gubernetur regia. Quod licet fili charissime tua non ignoret vigilantia,
tamen ut pro salute tua indissolubiler menti tuę sit alligatum, diuina testa-
tur scriptura, Apostolicã & Põtificalem dignitatẽ Reges Christianos, cate-
Epist. Tom. 3. Zzz 3 rosque Rom. 14.

rosque omnes ante diuinum tribunal representaturam, & pro eorum delictis rationem Deo reddituram. Si ergo iusto iudici, & qui mentiri nescit, creaturarum omnium creatori tremendo iudicio te sum representaturus, iudicet diligens sapientia tua, an debeam, vel possim saluti tuae non diligentissime cauere, & tu mihi ad salutem tuam, ut uiuentium possideas terram, debeas vel possis sinemora non obedire. Prouideas ergo, ut pro te incessanter insistas, si te diligis, Deum, honorasque; Dei tibi tuoque proponere honori. Deum munda mente totis viribus integro corde diligere. Crede mihi, si Deum puram mentem ut audis, & ut Scriptura precipit, dilexeris, si Dei honorem (ut debes) in omnibus tuo proposueris, qui fidei nescit diligere, qui potens est etiam te proponere, hic & in futuro te amplexabitur, & regnum tuum omnipotenti suo brachio dilatabit. Dat. Romae, viij. Idus Maij, Indictione tertia.

Mar. 12.

EPISTOLA XXVI.

EIVS fidem commendat. munera, quae offert, nulla alia se expetere ait, quam vitam castam, rerum suarum in pauperes erogationem, & proximi dilectionem.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Mathildi Reginae Anglorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ngenuitatis vestrae lectis litteris quam fideli mente Deo obedias, quam dilectione fidelibus suis adhaereas, intelleximus. Nos quoque quomodo mentis tuae memoria praesentes contineat, ex amplitudinis tuae promissionibus non minus percipimus: quibus designastis, ut quicquid de vestris vellemus, si notum vobis fieret, sine mora susciperemus. Quod filia charissima, qua suscepimus dilectione, & quae munera a te optamus, sic intelligas. Quod enim aurum, quae gemmae, quae mundi huius preciosa mihi a te magis sunt expectanda, quam vita casta, rerum tuarum in pauperes distributio, Dei & proximi dilectio? Haec & his similia a te munera optamus; ut integra & simplici diligas nobilitatem tuam precamur: dilecta obtineas: habita nunquam derelinquas. His armis & similibus virum tuum armare, quum Deus tibi opportunitatem dederit, ne desistas. Cetera quae dimisimus, per Hubertum filium & fidelem communem mandamus. Dat. Romae, viij. Idus Maij, Indictione tertia.

EPISTOLA XXVII.

MONET ut patris monitis acquiescat, eiq. in omnibus honoris exhibens obediatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Roberto filio Regis Anglorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Erti rumores tuorum morum, & tuae prudentiae & liberalitatis, qui usque ad nos peruenerunt, partim dilectione parentum, partim tua nos laetificauerunt. Qui vero contra quorundam prauorum consilio aures nostras molestauerunt, ut priores hilarem, sic finistri

Astri nos reddidere tristem. Nunc vero quia per Hubertum filium nostrum audiimus te paternis consilijs acquiescere, prauorum vero omnino dimittere, laetamur. Insuper monemus & paternè precamur, ut menti tuae semper sit infixum: quia quam forti manu, quam diuulgata gloria, quicquid pater tuus possideat, ab ore inimicorum extraxerit; sciens tamen se non in perpetuum viuere, sed ad hoc tam viriliter insistere, ut haeredi alicui suo dimitteret. Caueas ergo fili dilectissime, admonemus, ne abhinc prauorum consilijs acquiescas, quibus patrem offendas, & matrem contristeris. Sint tibi indissolubiliter infixae praecipua & monita diuina. Honora patrem & matrem, ut sis longaeuus super terram. Et illud: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Si vero ex honore patris & matris longior tibi tribuitur vita; econtra si dehonestas, quid tribuatur, liceat videas. Si autem ex maledictis mortem filio diuina scriptura intonat, multo certius ex malefactis certiore mortem insinuat. Quid ergo restat, si membrum Christi vis viuere, & in mundo isto honestè conuersari? Prauorum consilia ex officio nostro praecipimus penitus dimittas. Patris voluntati in omnibus acquiescas. Dat. Romae, viij. Idus Maij, Indictione tertia.

Deut. 5.
Exo. 21.

EPISTOLA XXVIII.

VULT ut quendam conuictum haereticum exquirat, & examinet; si resipiscen-tem inuenerit, in nullo laesum dimittat: sin minus per penitentiam ad sanam doctrinam reducere curet; si obstinatum, ex Archiepiscopatu expellat. Utque eius causam una cum Abbate Montis Casini, & quibusdam Episcopis diffinat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Fratri & coepiscopo Beneuentano R. . . salutem & Apostolicam benedictionem.

Raternitati tuae notum facimus, praesentium latorem Ioannem presbyterum, virum, quidem (sicut ex professione tua cognouimus) Orthodoxum, nobis ex parte Sunadenis Archiepiscopi Armeni conuictum esse super quodam nefario, quem nos ex ore suo conuictum haereticum adiudicauimus: quod is ob hanc impietatem de Armenia expulsum graue contra Armeniam eiusdem haereticum signat Latinæ Apostolicæ Catholicæque Ecclesiae suspicionem: immo vero iudicium. Vnde nos illius Ecclesiae Armenorum, scilicet fidem (sicut ex huius verbis didicimus) comprobantes, dilectioni tuae monendo praecipimus, ut praefatum haereticum, qui manus nostras iudicium suae perfidiae formidans, suffugit, diligenter exquiras, & solerter examines. Si igitur illum resipuisse, & ad Catholicam fidem rediisse intelligentiae tuae constiterit; sanè edoctum, & confirmatum, ac in nullo laesum dimittas incoluam. Si vero nondum ad matris Ecclesiae gremium, & rectam fidem de sui erroris grauitate conuersus fuerit, ad sanæ doctrinae consilium per penitentiae tramitem eum reducere commonendo procures. Quod si veris rationibus, & saluberrimis monitis tuis diabolico spiritu induratus acquiescere, & sinceris intellectibus fidei consentire noluerit, ne rabies illius ignaros latere, & sic incautos valeat laedere; iubemus ut eum facias perfidiae nota in aperto signari, ac deinde ex toto Archiepiscopatu tuo ipsum expulsum, haereticum eius cunctis detegendo ubique, quantum potes, ut apostatam,

statam, & Christianae unitatis inimicum non desinas persequi. Vt autem eum inuenire, repertumque citius possis agnoscere, nomen ipsius Macharum, & loci in quo moratur, Frigentium subiungimus. Hoc etiam tibi praecipimus, ut iunctus religioso Abbati Montis Cassini, cunctisque tuis coepiscopis praefati haeretici causam discutias, discussamque diffinias. Insuper ferrum, quod nos sibi portare contradiximus, ulterius ferre interdicito, ne hac hypocrisis incautas mentes amplius decipiat. Pecuniam vero, quam tanta fraude acquisiuit, nostro praeecepto sibi auferas, pauperibusque distribuas.

EXPLICIT LIBER SEPTIMVS.

IN NOMINE DOMINI.

INCIPIT LIBER OCTAVVS

REGESTRI GREGORII SEPTIMI PAPAE.

Anno Dominicae Incarnationis Millesimo octuagesimo, Pontificatus vero Domini Gregorij anno septimo, Indictione tertia.

EPISTOLA PRIMA.

DOLET quod audierit Armeniorum Ecclesiam a rectitudine Catholicae fidei in quibusdam deuisse. Quod an ita sit, ab eo scire cupit; & quid ipse de his, & de omnibus ad fidem pertinentibus sentiat, sibi per litteras & nuncios vult significari, & an quatuor generalia Concilia recipiat. Monet ut credat quod Catholica credit Ecclesia. Non desistere a sacrificando in Ecclesia sua azyma Graecorum calumnias significat, quibus etiam grauiore iniuria Romanam Ecclesiam in hoc persequuntur, nihil facientem: quorum tamen fermentum nec reprobatur nec vituperatur. Et oratur ut extremi iudicii diem praeculis habeat. Deumque precatur, ut eum in concordia fidelium unitate custodiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

G... dilecto in Christo fratri Simandensi Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vniuersae sedis specula, cui (Deo auctore) licet indigni praesidemus, ac vniuersalis Ecclesiae sollicitudo, quam ipsius disponente providentia, gerimus, compellit nos sicut de illorum, qui se a Christi corpore separant, perditione vehementer dolere; ita quoque de eorum qui recta sentiunt, & unitatem fidei seruare noscuntur salutari consensu, ineffabili laetitia congratulari. Proinde quoniam vestram scilicet Armeniorum Ecclesiam a rectitudine fidei, quam ab Apostolis & sanctis patribus traditam vniuer-

A vniuersalis Ecclesia tenet, in quasdam prauas exorbitasse sententias, nobis relatum est; profecto nimium paterni affectus compassione doluimus. Quorundam siquidem relatione didicimus, in celebrandis sacrificiorum salutiferis sacramentis aqua vino penitus apud vos non admisceri, cum nemo Christianus, qui sacra nouit Euangelia, dubitet esse latere Domini aquam cum sanguine emanasse. Audiuimus etiam quod contra morem sanctae Ecclesiae vestrae non ex balsamo sancti chrisma, sed ex butyro conficiat, & quod Dioscorum Alexandrinum haeresiarum ob perfidiae suae duritiam in concilio Chalcedonensi depositum atque damnatum veneretur, & approbet. Haec autem licet praesentium portitor tuus legatus ita esse coram nobis negauerit, tamen ex fraternitate tua scire firmiter cupientes, volumus ut per hunc eundem Ioannem presbyterum & de istis rebus quid sentias, & de ceteris sibi haeritas, ad nos procures cum sigillo tuo rescribere, ac deinceps dilectionis tuae litteras ad Apostolicam sedem frequenter dirigere. Volumus etiam charitatem tuam litteris suis significare, utrum vestra recipiat quod Ecclesia vniuersalis amplectitur, fidem scilicet quatuor Conciliorum, quae a sanctis patribus comprobata a Romanis Pontificibus Siluestro, Leone, aliisque Apostolica sunt auctoritate firmata. Inter quos nihilominus beatissimus Gregorius Papa doctor egregius maioribus Ecclesiae Alexandrinae, Antiochena, aliisque in epistola sua sese eam tenere his verbis testatus est: Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor, Nicenum scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur, Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur, Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Dioscori, prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his, velut in quadrato lapide sanctae fidei structura confluit. Et cuiuslibet vitae atque actionis existat, **C** quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quinque quoque Concilium pariter veneror, in quo epistola, quae Ibe dicitur, erroris plena reprobatur, Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata resutantur. Cunctas vero, quas praefata veneranda Concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis praesumit aut solueret quos ligant; aut religare quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. His itaque sanctissimi viri, praecipuique doctoris verbis diligenter declaratis, prudentiam tuam charitatis affectu commonendam censuimus, ut clausulam quam in illa laude subiungitis: sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, istam videlicet: Qui crucifixus est pro nobis; quoniam nulla Orientalium, praeter vestram, sed nec sancta Romana habet Ecclesia, nos totius scandali occasionem, prauique intellectus suspicionem vitantes, superaddere de cetero omittatis. Si enim vas electio- **D** nis beatissimus Paulus de sumendis cibis melius sibi esse non manducare, neque bibere, quam ut frater scandalizaretur, asseruit, considerare debetis quam graue, & periculosum sit, ubi saniori intellectu vitari potest, fratribus de fide scandalum generare. Quapropter fraternitas tua Ecclesiae cuius sibi cura commissa est, tenendum putet, & credat sufficere, quod Catholica in orbem

S. Gregorius ep.
lib. 1. ep. 24.

1. Cor. 8.

Luc. 12.

Tit. 1.

orbem terrarum diffusa Ecclesia Spiritu sancto illustrante edocta sentire cognoscitur, & tenere declaratur. De reliquo, quia cognouimus Ecclesiam vestram azyma sacrificare, & ob hoc à Græcis dumtaxat imperitis quasi de hæresi reprehendi; volumus vos de temeraria garrulitate illorum multum mirari, sed nec ab instituto desistere: scientes eorum procacitatem non modò vobis hanc velut calumniam obijcere, verùm etiam simili de causa grauiori verò iniuria hucusque contra sanctam Romanam Ecclesiam insurgere, quæ per beatum Petrum, quasi quodam priuilegio ab ipsis fidei primordijs, à sanctis patribus omnium mater Ecclesiarum astringitur, & ita vsque in finem semper habebitur: in qua nullus vniquam hæreticus præfuisse dinoscitur, nec vniquam præficiendum, præsertim Domino promittente, cõfidimus. Ait enim Dominus Iesus: Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua. Et illi quidem suũ fermentatum commendantes, reprehensionis in nos leuissima verba contumaciter iaculari non desinunt. Nos verò azymũ nostrũ inexpugnabili secundũ Dominum ratione defendentes, ipsorũ fermētātũ nec vituperamus, nec reprobamus, sequentes Apostolũ dicentẽ: Mundis esse omnia munda: sed ad detegendam, & contemnendam Græcorum temeritatẽ nunc ista sufficiant. Dilectioni verò tuæ iterum inculcando mandamus; vt de supra scriptis, & de alijs, quæ ad fidem pertinere cernuntur, qualiter teneas, per memoratum presbyterum, aut per alium idoneum nunciunt tuas ad nos litteras mittere studeas. Insuper etiam, licet solertiam tuam benedictam credamus, ex debito tamen eam charitatis affectu paucis monemus; quatenus districti examinis diem semper præ oculis habens, commissã sibi sollicitudinis sarcinam cogitet; & quanto illum sine dilatione celeriter approximare considerat, tanto de reddenda pecuniæ ratione propensius vigilare non negligat: quò seuerus foenerator, idemque rigidus arbiter non de malè inoffo talento quid deputet pœnis, inueniat, sed de multiplicato lucro aridens vos ad fructum beatæ retributionis percipiendũ inuiter. Omnipotens Deus, cuius est quicquid rectè sapiamus sentimus; & credimus; ipse mentẽ tuã fraternitatis vberius illuminando per sani intellectus tramitem dirigat, & te in concordia fidelium vnitate conseruans ita gubernet, atque custodiat, vt & subiectos tibi populos efficaciter de diuina scientia possis instruere, & cũ ipsis sempiternam gloriam ingredi, pro eius verò valeas præmia summa percipere. Dat. octauo Idus Iulij.

Iuramentum Roberti Ducis.

Ego Robertus Dei gratia, & sancti Petri, Apulia, & Calabria & Sicilia Dux ab hac hora, & deinceps ero fidelis sancte Romanae Ecclesie, & Apostolicae sedi, & tibi Domino meo Gregorio vniuersali Papæ. In consilio vel facto, vnde vitam, aut membrum perdas, vel captus sis mala captione, non ero. Consilium quod mihi credideris, & contradixeris ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum damnum me sciente. Sancte Romanae Ecclesie tibi que adiutor ero ad tenendum, acquirendum, & defendendum regalia sancti Petri, eiusque possessiones pro meo posse contra omnes homines, excepta parte Firmana, Marchia, & Salerno, atque Amalphi, vnde adhuc facta non est diffinitio, & adiuuabo te, vt secure, & hono-

A & honorificè teneas Papatum Romanum. Terram sancti Petri, quam nunc tenes, vel habiturus es, postquam sciuerò tuæ esse potestatis, nec inuadere nec acquirere quaram, nec etiam depreddari præsumam absque tua, tuorumque successorum, qui ad honorem sancti Petri ordinati fuerint, certa licentia, præter illã quam tu mihi concedes, vel tui concessuri sunt successores. Pensionem de terra sancti Petri, quam ego teneo, aut tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, vt illam annualiter sancta Romana habeat Ecclesia. Omnes quoque Ecclesias, quæ in mea persistunt dominatione cum illarum possessionibus dimittam in tua potestate, & defensor ero illarũ ad fidelitatẽ sancte Romanae Ecclesie. Et si tu, vel tui successores ante me ex hac vita migraueritis, secundũ quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus, Clericis Romanis & laicis, adiuuabo vt Papa eligatur, & ordinetur ad honorem sancti Petri. Hec omnia supra scripta obseruabo sancte Romanae Ecclesie, & tibi cum recta fide; & hanc fidelitatem obseruabo tuis successoribus ad honorem sancti Petri ordinatis, qui mihi, si mea culpa non remanserit, firmauerint inuestituram à te mihi concessam. Actum Ciproani, ij. Kal. Iulij.

Inuestitura Domini Gregorij Papæ, qua Robertum Ducem inuestiuit.

Ego Gregorius Papa inuestio te Roberte Dux de terra, quam tibi concesserunt antecessores mei sancte memoria Nicolaus & Alexander. De illa autem terra, quam iniuste tenes, sicut est Salernus, & Amalphia, & pars Marchia Firmana, nunc te patienter sustineo, in confidentia Dei omnipotentis, & tuæ bonitatis, vt tu postea exinde ad honorem Dei & sancti Petri ita te habeas, sicut & te agere, & me suscipere decet sine periculo anime tuæ & meæ. Actum vt supra.

Constitutio reddendi census in die Resurrectionis Domini, duodecim videlicet denariorum Papiensis monetæ de tota Apulia, Calabria & Sicilia.

Ego Robertus Dei gratia, & sancti Petri, Apulia, & Calabria, & Sicilia Dux ad confirmationem traditionis, & ad recognitionem fidelitatis de omni terra, quam ego teneo proprie sub dominio meo, & quam adhuc nulli vltromontanorum ita concessi vt teneat, promitto me annualiter pro vnoquoque iugo bouum pensionem, duodecim scilicet denarios Papiensis monetæ persoliturum B. Petro, & tibi Domino meo Gregorio Papæ, & omnibus successoribus tuis, aut tuis, aut successorum tuorum nuncijs. Huius autem pensionariæ redditionis erit semper terminus finito quoque anno sancte Resurrectionis dies Dominicus. Sub hac verò conditione huius

huius persoluedae pensionis obligo me & meos siue heredes, siue successores tibi Domino meo Gregorio Papa, & successoribus tuis.

EPISTOLA II.

PERSTRINGIT scelus Roberti monachi simoniaci, quem iubet ab Abbate suo corrigi, & ab introitu Ecclesiae, & omni Ecclesiastico ministerio separari. Regem quoque illius fraude deceptum moneri vult, nisi resipuerit excommunicandum fore, & omnes fideles in partibus Hispaniae fore sollicitandos. Monet etiam Abbatem curare, ut sui monachi in Hispania partibus dispersi ad proprium monasterium redeant, & nullam ibidem ordinationem vires habituram significat, nisi quae legati Apostolici auctoritate fuerit comprobata.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Hugoni venerabili Cluniacensi Abbati, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Vanta impietas à monasterio vestro per Roberti monachi vestri praesumptionem exierit, ex litteris Richardi legati nostri, Abbatis videlicet Massiliensis, potes cognoscere. Qui nimirum Robertus Simonis Magi imitator factus, quanta potuit malignitatis astutia aduersus beati Petri auctoritatem non timuit insurgere, & centum millia hominum, qui laboris nostri diligentia ad viam veritatis redire coeperant, per suggestionem suam in pristinum errorem reducere. Cuius iniquitati non solum te consensisse non credimus, verum etiam pro immanitate sceleris nobiscum tristari, & ad exercendam debitam ultionem animum habere intelligimus, praesertim cum fidei nostrae antiquum praebes experimentum, de honore sanctae Romanae Ecclesiae idem nobiscum sentire, & ad executionem iustitiae, quae frigiditate charitate iam penè terris excessit, libertatem rectitudinis reseruasse. Ab hac utique animi concepta certitudine nullus rumor, nulla suggestio poterit nos diuellere: sed neque illi, qui de multis aduersus vos negociis murmurant, ante tempus fraternae colloquutionis ad suspicandum aliud poterunt nobis scandalum generare. Nam (ut de alijs taceamus) penè omnes, qui nobiscum sunt fratres, nisi freno rationis nostrae retinerentur, amorem ab eis loco vestro exhibitum in grauem inimicitiam conuertissent. Quapropter salutem vestram sicut nostram diligentes monemus, ut subditos vestros corrigentes, huiusmodi murmurationis occasionem religionem vestram diligentibus nobis non praebatis. Specialiter autem admonemus, ut R. . . illum qui supradictae iniquitatis auctor extitit, qui diabolica suggestionem Hispanensi Ecclesiae tantum periculum inuexit, ab introitu Ecclesiae, & ab omni ministerio rerum vestrarum separetis, donec ad vos redeat, & temeritatis suae dignam ultionem suscipiat. Regem quoque illius fraude deceptum diligenter litteris tuis intelligere facias, beati Petri iram & indignationem, atque si non resipuerit, grauissimam aduersus se, & regnum suum ultionem prouocasse, quod legatum Romanae Ecclesiae indecenter tractauit, & falsitati potius quam veritati credidit. De quibus dignè Deo & beato Petro satisfactorius, sicut legatum nostrum dehonestauit, ita se sibi per debitam humilitatem, & condignam reuerentiam commendabilem faciat, ac deuotum.

Signi-

A Significare etiam te sibi dignum ducimus, nos eum si culpam suam non correxerit, esse excommunicaturos, & quotquot sunt in partibus Hispaniae fideles sancti Petri ad confusionem suam sollicitaturos. Qui si minus praecipioni nostrae obedirent, non grauem existimaremus laborem nos ad Hispaniam proficisci, & aduersum eum, quemadmodum Christianae religionis inimicum dura & aspera moliri. Tui etiam studii sit, ut monachi in eisdem partibus iniuste dispersi ad proprium redeant monasterium: & nulla ibidem ordinatio vires obtineat, nisi quae legati nostri fuerit auctoritate probata. Volumus etiam, ut alteram epistolam nostram Regi praedicto deferri praecipias. Dat. Ciperani, v. Kal. Iul. Indictione tertia.

EPISTOLA III.

B MONET ut remotis malis consiliarijs, legati Apostolici salutaribus monitis acquiescens de emendatione sua se & Dei Ecclesiam laetificet. Illicitum connubium cum uxoris suae sanguinea inuitum respuat, & ne se ab incesta mulieris amore abripi sinat. Robertum monachum seductorem, ac regni perturbatorem debitas temeritatis ac sceleris poenas daturum significat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilectissimo in Christo filio Regi Adolpho, salutem &
Apostolicam benedictionem, si obedierit.

D ICI non potest, fili charissime, quantum nos, referente filio nostro Apostolicae sedis legato Richardo, nobis cognita praecleara tua obedientia laetificauerat. Tu enim coram Deo semper in visceribus nostris eras, tu apud homines maximum nobis exemplum egregiae virtutis eras, de te apud alios Reges gloriabamur, te verè Christianum Regem, & ideo verè Regem nos habere in parte Domini Iesu contra membra diaboli gaudebamus. Vnde & bona tua flagrantia multas iam regiones asperferat, & velut sol quidam in Occiduis natus Orientem versus caelestis luminis radios emittebat. At nunc comperto, quod diabolus tuae salutis & omnium, qui per te saluandi erant, more suo inuidens, per membrum suum quendam Robertum pseudomonachum, & per antiquam adiutricem suam perditam feminam vitiles animos tuos à recto itinere deturbauit, quantum de te primo fueramus gauisi, tantum nunc confundimur, erubescimus, contristamur. Quapropter ut cognoscas quantum circa te pie solliciti sumus, per bonitatem & gloriam Christi, te paterna voce monemus & contestamur, remoue à te quantocyus consiliarios falsitatis. Corruptum quippe mores bonos colloquia praua. Acquiesce autem per omnia legato nostro fratri Richardo, quem nisi prudentem, & religiosum cognouisset, nostras ei vices nullatenus commisisset. Non te à salutaribus monitis atque institutis nostris incestae mulieris amor abripiat, quia mulieres apostatare faciunt sapientes. Ipsum quippe Regem sapientissimum Salomonem incestus mulierum turpiter amor deiecit, & florentissimum regnum Israel Dei iudicio penè totum de manu posteritatis eius abruptum. Proinde per Dominum nostrum Iesum Christum, & per potentiam aduentus eius, necnon & ex auctoritate beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli iterum monemus atque praecipimus, ne te ipsum despicias, ne in gloria tua maculam po-

Epist. Tom. 3.

A a a nas,

nas, ne posteritatem carnis tuae inutilem, & reprobam facias: vires resume. **A**
 Illicitum connubium, quod cum uxoris tuae consanguinea inisti, penitus respue. De tua emendatione nos & totam Ecclesiam Dei cito letifica, ne si inobediens (quod avertat Deus) esse malueris, iram Dei omnipotentis incurras, & nos (quod valde inuiti dolentesque dicimus) beati Petri gladii super te euaginare cogamur. Praedictum sane nefandissimum Robertum monachum seductorem tui, & perturbatorem regni ab introitu Ecclesiae separatum, intra claustra monasterij Cluniacensis in penitentiam retrudi cernimus. Sed Abbas Cluniacensis nos imitando id faciet. Eadem enim via, eodem sensu, eodem spiritu ambulamus. Deus autem omnipotens nos de tua correctione cito exhilarare dignetur fili charissime.

EPISTOLA III.

CONSOLATUR eum de hostium persecutoribus, ad patientiam hortatur, promittens se interim curaturum, ut Robertus pseudomonachus sui sceleris poenas luat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Richardo charissimo filio, salutem & Apostolicam benedictionem.

Via missis litteris significasti nobis, antiquum hostem opus tuum ad utilitatem Christianam ex parte directum per membra sua non praeter solitum impedisse, ac per hoc fraternitatem tuam tristitiam nimiam incurrisse; nos quoque tibi merito compatiētes, eodem tecum afficimur mœrore. Sed quum memoriae reducitur quanta & qualia Apostoli, successores etiam eorum in aedificatione fundamenti Ecclesiae partim à paganis, partim à falsis Christianis sint passi, de misericordia Domini consiliū resumimus vires, victoriae triumphum plenissima fiducia de eodem hoste proculdubio, ut nostri priores, expectantes. Patientia, atque perseverantia in praesentiarum religioni tuae omnino sunt necessariae, sciendum ab Apostolo: Non coronari nisi qui legitime certauerit, debita praemissa hortatione nos tamen studio tuo in nullo deerimus. Cluniacensi Abbati mittendo querelae tuae litteras vnā cum nostris, quatenus Robertum pseudomonachum quamcitiū ad monasterium redire compellat, eundem ab ingressu Ecclesiae coerceat, & tam grauis penitentiae squalore diutino afficiat, quod in prauo contra te, immo contra Deum commisso opere, multiplicationem sentiat penitentiae.

EPISTOLA V.

QUERITVR de quorundam Episcoporum presumptione contra Romanam Ecclesiam, quos tamen ut alios similes tum Alexandri Papa, cum suo tempore, confusos remansisse narrat. Sed postea obdurato corde, qui ad sensum redire debuerant, de nouo aduersus eandem conspirasse, & Rauennatem Episcopum haeresiarcham constituisse. Quare sperans eorum superbiam praecipit ruituram, & quietem sanctae Ecclesiae confusis hostibus dilatandam fore; hortatur eos, ut laboranti Ecclesiae orationibus succurrant.

GRE.

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 dilectis in Christo fratribus & coepiscopis per principatus & Apuliam & Calabriam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Raternitatem vestram credimus non latere, quod plures satanae discipuli, qui falso nomine per diuersas regiones censentur Episcopi, diabolica inflammati superbia, sanctam Romanam Ecclesiam conati sunt confundere, sed per auxilium omnipotentis Dei, & auctoritatem beati Petri iniqua eorum praesumptio, sicut eis verecundiam & confusionem, ita Apostolica sedi gloriam contrulit, & exaltationem. Si quidem à minimo vsque ad maximum, videlicet H. qui vertex Regem, qui vertex & auctor pestiferi consilij fuisse probatur, per plurima corporum &

Banimarum pericula persensit quantas beati Petri auctoritas ad vilescedam eorum iniquitatem vires obtineat. Scitis enim quia tempore Domini nostri Papae A. . . quid idem H. . . iniuria Ecclesiae beati Petri per Cadulum inferre excogitauerit, & in quantum quamque turpissimam, mundo teste, confusionis fontem cum eodem Cadulo cadere meruit, & quanto honore, quantisque triumphis in exercitatione illius certaminis R. P. nostra profecerit. Scitis etiam quam detestandis conspirationibus ante annos tres, praecipue Longobardorum Episcopi se aduersum hos eodem H. . . principante armauerunt, & quod per defensionem beati Petri illasi & incolumes non sine magna nostra, nostrorumque fidelium honoris exaltatione remansimus. Illis verò priorem arbitrantibus non sufficeret sibi confusionem, à planta pedis usque ad verticem Apostolicae vitionis quantum feruerit gladius, adhuc plaga incurabilis praestat indicium. Sed in his omnibus obduratas meretricum more frontes gerentes, & impudentia sua iram sibi iusti iudicij thesaurizantes, qui respectu contumeliae suae ad sensum redire debuerant, patrem suum secuti, qui dixit Ponam se dem meam ab Aquilone, & ero similis Al-

Ctissimo, pristinae conspirationem aduersus Dominum, & sanctam vniuersalem Ecclesiam conati sunt innouare, & hominem sacrilegum, & sanctae Romanae Ecclesiae periurum, necnon per vniuersum R. . . orbem nefandissimis sceleribus denotatum Vv. . . dicimus sanctae Rauennatis Ecclesiae deuastatorem, Antichristum sibi & Haeresiarcham constitueret. In quo nimirum satanae conuentu illi interfuere, quorum est vita detestabilis, & ordinatio haereticae immensitate multimodi criminis: Siquidem ad hanc insaniam illa demum eos desperatio traxit, quod neque praecipis, neque seruitiorum, aut munerum promissionibus scelerum suorum veniam apud nos maluere impetrare, nisi forte vellent iudicio Ecclesiastico, nostraeque censurae se, mediante misericordia, sicut decet officium nostrum, submittere. Hos itaque nullis rationibus fultos, immo omnium criminum conscientia perditissimos, tanto magis vilipendimus, quanto ipsi se altiora concendisse confidunt. Per misericordiam quippe Dei, & orationem beati Petri, quae Simonem Magum, eorum vti que magistrum ad altiora tendentem mirabiliter deiecit, speramus ruinam eorum non diu remoraturam, & quietem sanctae Ecclesiae, viētis & confusis hostibus suis, more solito gloriosissime dilatandam. Vos itaque dilectissimi fratres innocentiam communis matris vestrae sanctae Romanae Ecclesiae perpēdentes, & quantum diabolus membra sua ad inferendam praefatae Romanae Ecclesiae iniquitatem exerceat, considerantes

Epist. Tom. 3.

Aaaa 2 sicut

sicut decet, & officij vestri debitum exigit, orationibus, alijsque modis, quibus laboranti mari succurrendum est, operam, studiumque impendite, quatenus appareat vos legitimos eius filios esse, ipsiusque contumeliam, partita nobiscum laboris diligentia, ex corde sentire. Quod si fueritis socii compassionis eritis (auxiliante Deo) laetitiae participes, & consolationis. Cetera quae non inferimus, legatis nostris, quibus sicut nobis, credere potestis, referenda commisimus. Dat. Cicani, xij. kalen. Augusti.

Zonar. annal. tom. 3.

EPISTOLA VI.

Michaeli Imperatori Constantinopolitano, de Imperatoris dignitate, inuisione, & Apostolica sedis, ac Roberti Ducis auxilium imploranti subueniendi precibus, qui apud eum militare voluerit, ut ei fideliter inserviant, mandata Episcopis, ut eos militas moneant, ut rectam fidem erga eum seruent, timorem & amorem Dei praeculis habeant, & in bonis operibus perseuerent, sicque ab peccatis absoluant.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI

Fratribus & coepiscopis in Apulia & Calabria commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Norum esse prudentiae vestrae non dubitamus, gloriosissimum Imperatorem Constantinopolitanum, Michaelem videlicet, ab Imperiali excellentiae culmine indignè potius & malitiosè, quam auctè, aut rationabiliter esse deiectum, qui auxilium B. Petri, neque non filii nostri gloriosissimi Ducis Roberti flagitaturus Italiam petiit. Quapropter nos licet indigni, sedis ipsius curam gerentes, compassionis visceribus moti, precibus illius, nec non eiusdem Ducis annuendum esse censuimus, & à fidelibus beati Petri subueniendum sibi fore putauimus. Igitur quia inter cetera multimoda suffragia, istud non minus profuturum memorati Principes existimant, scilicet, ut milites auxiliares, recta fide, non dissimulatis animis ire constanter in adiutorium & defensionem praefati Imperatoris debeant, Apostolica auctoritate praecipimus, quatenus illi, qui militiae in ipsius intrare stauerint, in contrariam partem proditoria tergiversatione transire non audeant, verum (quod Christianae religionis honor, & debitum postulat) ei praesidium fideliter impendant. Dilectioni quoque vestrae nihilominus praecipiendo mandamus, ut eos qui cum eodem Duce, & praedicto Imperatore transfugerunt, diligentissime (ut vestrum officium exigit) moneatis, condignam penitentiam agere, & rectam fidem (sicut decet Christianos) circa illos seruare, in omnibus actibus suis timorem Dei & amorem praeculis habere, & in bonis operibus perseuerare, sicque illos fulti nostra auctoritate, immò beati Petri potestate, à peccatis absoluite. Dat. viii. Kalend. Augusti.

EPISTOLA VII.

MVLCOVM Principum auxilium promissum, sibi praesidio esse significans, se Romanam armata manu venturum ait, & eam Ecclesiam de manibus impiorum inueniat. Quare hortatur, ut eorum impiorum superbiam & conatus, una secum contemnant. Unde sanctae Ecclesiae pacem diuina clementia stabiliendam fore sperent.

GRE-

A GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Fratribus & coepiscopis Christianam religionem defendentibus, ceterisque clericalis ac laicalis ordinis sancti Petri fidelibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Norum sit dilectioni vestrae nos tam per nos ipsos, quam & per legatos nostros cum Duce R... & Iordane, ceterisque potentioribus Normannorum Principibus fuisse locutos, qui profectò vnanimiter promittunt se (sicut iurati sunt) ad defensionem sanctae Romanae Ecclesiae, nostrisque honoris contra omnes mortales auxilium impensuros. Id ipsum quoque nobis, & qui circa Urbem longè, lateque sunt, & in Tusciam, ceterisque regionibus Principes firmiter pollicentur. Vnde post Kal. Septembris, postquam tempus frigescere coeperit, cupientes sanctam Ratiōnatem Ecclesiam de manibus impijs eripere, & patri suo beato Petro restituere, partes illas armata manu (sicut de Domino speramus) petemus, ac per ipsius auxiliū nos cum liberaturos haud dubiè credimus. Quapropter nos nauaciam impiorū, eorumque qui in nos, immò in B. Petrū se erexerūt, machinationes pro nihilo ducentes, volumus, atque hortamur vos, superbiā conatusque illorum aequè nobiscum contemnere, tantò de ruina eorum detiores, quantò eos ad altiora niti ascendere cernitis. Talibus namque Propheta imprecans ait: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendat semper; aperte declarans, quia audax impietas eò magis casui vicinior extat, quò amplius se ascendisse existimat. Vos ergo qui Deum timeatis, & beati Petri fidelitatem tenetis, de misericordia Domini nullatenus haesitantes prorsus sperate, & nefandorum perturbationem merita ruina citò sedandam, & sanctae Ecclesiae pacem, & securitatem (sicut de diuina clementia confidentes promittimus) proximè stabiliendam.

EPISTOLA VIII.

GRATVLATVR de B. Matthaei Apostoli corporis inuentione. Hortatur Episcopum, ut reliquias debita veneratione prosequatur, ac moneat Ducem R... & eius conuicium, ut tam insigni patrono reuerentiam & honorem decènter exhibeant, & ipsius opem promereri contendunt.

D GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Fratrī & coepiscopo Salernitano Alphano, salutem & Apostolicam benedictionem.

Diuina pietatis respectui gratias ingentes referimus, cuius dignatio thesaurum magnum, totique mundo profuturum nostris temporibus misericorditer reuelauit. Non immeritò tuae quoque dilectioni gratulamur, quae tanta laetitiae caelitus reuera ostensa participes nos efficere sollicitè procurauit. Credimus siquidè & incunctanter afferimus de tanti corporis inuentione, nò solum ipsum B. Matthaeū Apostolus, verum etiā ceteros coapostolos cū sanctis oibus, ipsisque celestibus spiritibus, & gloriofa Dei genitrice Maria mortalibus eò gaudere, atque ipsorum omnium studia circa humanū genus hoc tēpore, quàm alijs multò ppèriora, multūq. esse vberatiora. Si n. ceteris tēporibus sanctorū nos patrocinia pia nò deserūt, Epist. Tom. 3. Aaaa 3 cer-

certissime tunc potissimum speranda sunt eorum auxilia, quum sanctissima A eorum corpora nobis quasi rediuiua diuino nutu manifestantur: & sicut per corporei aspectus intuitum tanquam fides cernitur, spes iam tenetur; ita eorum beneficia tunc erga deuotos renouari, vberiusque redundare credendum est. Vnde & iam sancta vniuersalis Ecclesia dudum magnis turbinibus, variisque tempestatum procellis impulsam, clamorem suum a Domino exauditum non dubiter, sed ad quieti littoris securitatem alacres oculos e vicino intendens, beati Matthæi Apostoli prædictum iuxta contempletur: quoniam iam nunc non dubie agit in portu, cui suam præsentiam ostendit gubernator antiquus. Quapropter de tanti thesauri reuelatione tua fraternitas exultet in Domino; & beatissimas reliquias debite venerationis obsequiis dignis amplectens gloriosum Ducem R. ipsiusque nobilissimam coniugem horretur & moneat, quatenus tam insigni patrono, qui se eis demonstrare dignatus est, reuerentiam & honorem decenter exhibentes, ipsius gratiam & auxilium sibi, suisque promereri nisibus summæ deuotionis contendant. Dat. Romæ, xiiij. Kal. Octobris.

EPISTOLA IX.

CALAMITATVM Ecclesie causam peccatis adscribit, sed patientia & spe opus esse ostendit. Hortatur itaque primum sacerdotes, vt subditorum actiones corrigant, deinde ceteros omnes, vt fiduciam in Domino constituent. sperat tamen nonnullos ad gremium matris Ecclesie conuersos iri.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

omnibus Archiepiscopis, Episcopis, diuersique ordinis, ac C potestatis clericis & laicis in Teutonico regno morantibus, illis duntaxat qui sanctæ Romanæ Ecclesie fideliter obediunt, salutem & Apostolicam benedictionem.



Voniã nihil in terra sine causa fit, sicut Sapientis verba testantur, quod dudum sancta Ecclesia fluctuum, procellarumque mole concutitur, quodque tyrannicæ percussiois hætenus rabiem patitur, non nisi peccatis nostris exigentibus euenire credendum est. Nã iudicia quidem Dei verissime omnia iusta sunt. Sed inter hæc omnia charissimi dispositionis diuinæ patientiæ virtus habenda est, & spei certitudo ad cælestis misericordiæ respectum firmiter est extendenda; cuius manus nec ad exaltandam fidelium humilitatem imbecillis, nec ad deiciendam hostilis elationis superbiam inuenitur inualida. Quod si culpam morbis penitentia medicamen adhibuerimus, & excessus, ac negligentias nostras ipsi districte corrigendo, ad iustitiæ formam mores nostros instituerimus; profecto superbia virtute auxiliante, & inimicorum rabies cito peribit, & diu desiderata pax, atque securitas Ecclesie sancta recipiet. Quare vobis specialiter, qui in sacerdotalis regiminis apice præsidetis, nunc loquimur, ad quorum sollicitudine subditorum vita pertinere dinoscitur, & quos de commissi regis cura in verum examine ratione reddere conuenit, vt subditorum actus, & conuersatione nulla gratia, vel timore prepediente, diligenter inspiciatis, & discrete correptionis acie,

Psal. 18.

A acie, quæ amputanda sunt refecare, secundum quod a matre vestra sancta Romana Ecclesia accepistis, non negligatis, illud propheticum in memoria semper habere. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. De cerero dilectione omnium vestrum monemus, atque hortamur, fiduciam vestram in Domino, & in potentia virtutis eius constituite: quoniam fini appropinquauit aduersariorum malitia, ita vt qui desperantes, in Dominum & sanctam Romanam omnium matrem Ecclesiam se exulerunt, temeritatis poenas, haud multum tardante merita ruina persoluant. Nonnulli tamen (quod de cunctis optaremus) per misericordiam Dei, de errore suo, & iniquitatis via penitentes, ad gremium matris conuertentur Ecclesie. Dat. x. Kal. Octobris.

EPISTOLA X.

B **DEVOYIONEM** eius erga B. Petrum in honore præstito legato Apostolico agnoscens; monet vt quæ ab ipso legato audiuit, memoria teneat: ne uel moleste ferat, quod quendam Archiepiscopum barbam radere coegit, sed ipsum vt pastorem suscipiens de eius consilio omnem potestatis suæ clerum barbam radere compellat. Se noluisse ait assonsum ijs dare, qui terram ipsius inuadendi facultatem sibi concedi petierunt, neque daturum si fidem seruare voluerit; immo se quis id attentauerit, a se prohibendum iri eumque B. Petri auxilium, si in eius fidelitate permanferit, habiturum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Glorioso Iudici Caralitano Orzocco, salutem & Apostolicam benedictionem.

C **R**atias omnipotenti Deo referimus, quod tua sublimitas beatum Petrum recognoscens, debitum honorem, & reuerentiã legato nostro Populoniensi episcopo Vu... exhibuit: ac proinde ita deuotionem tuam in illo suscipimus, quasi nobis immo beato Petro præstiteris, dicente Domino: Qui vos recipit, me recipit. Dilectionem ergo tuam monemus, vt ea quæ a præfato legato nostro, atque Azone prudenti viro audiuit, alta memoria semper retineas; si & tui memoriam in nobis ante Dominum iugiter esse desideras. Nos enim memorati Episcopi hortatu, & precibus, qui se a te reuerenter susceptum, honorificeque tractatum testatur, apud illum, cuius vice, licet indigni, fungimur, te in mente specialiter deinceps habere optamus. Nolumus autem prudentiam tuam moleste accipere, quod Archiepiscopum vestrum Iacobum consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesie matris omnium Ecclesiarum, vestraque specialiter obediencia coegimus, scilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Ecclesie clerus ab ipsis fidei Christianæ primordiis barbam radendi morem renuit, ita & ipse frater noster vester Archiepiscopus raderet. Vnde eminentiæ quoque tuæ præcipimus, vt ipsum ceu pastorem, & spiritualem patrem suscipiens & auscultans, cum consilio eius omnem tuam potestatis clerum barbam radere facias, atque compellas: res quoque omnino stantium, nisi demum consenserint, publicè, id est, iuri Caralitanæ Ecclesie tradas, & ne vterius inde se intromittant constringas: nec non ipsum ad honorem Ecclesiarum defendendum promptissime adiuues. Præterea nolumus scientiam tuam latere, nobis terram vestram à multis gentibus esse petitam: maxima seruitia, si eam permitteremus inuadi, fuisse promissa; ita vt me-

March. 10.

ut medietatem totius terræ nostro vsui vellent relinquere, partemque alteram ad fidelitatem nostram sibi habere. Cumque hoc non solum à Normannis, & à Tuscis, ac Longobardis, sed etiam à quibusdam vltromontanis crebrò ex nobis esset postulatum, nemini in ea re vnquam assensum dare decreuimus; donec ad vos legatum nostrum mittentes animum vestrum deprehenderemus. Igitur quia deuotionem beato Petro re habere in legato suo monstrasti. si eam (sicut oportet) seruare volueris, non solum per nos nulli terram vestram vi ingrediendi licentia dabitur; sed etiam si quis attentauerit, & seculariter & spiritualiter prohibebitur à nobis, ac repulsabitur. Auxilium denique beati Petri, si in ipsius fidelitate perseueraueritis, proculdubio, quòd non deerit vobis, & hic & in futurum, promittimus. Dat. iij. Noñ. Octobris.

EPISTOLA XI.

GAUDET quosdam sacri verbi ministros illius terram ingressos, seque de eius salute spem magnam habere asserit, cum Gallicana Ecclesia de thesauris sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ acceperit. Atque ut is vberiore religionis gratiam assequatur, vult sibi ab eo aliquem mitti, qui gentis illius mores sibi recenscat, & mandata Apostolica ad eum referat. Interim commissum sibi regnum in iustitia regat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
I. . . glorioso Suetonum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoniam regni tui terram quosdam sacri verbi ministros fuisse ingressos audiimus, nouerit excellentia tua nos in Domino multum lætari. Deinceps quoque de salutis vestræ reparatione plurimum spei indubitanter habere. Gallicana siquidem Ecclesia non vos alienis documentis instruxit; sed quòd de thesauris matris sue sanctæ Romanæ Ecclesiæ accepit, salubri vobis eruditione contradidit. Quapropter, ut Christiana religionis, & doctrinæ gratiam obtineatis vberiore, volumus celsitudinem tuam aliquem Episcopum, vel idoneum clericum ad Apostolicam sedem dirigere; qui & terræ vestræ habitudines, gentisque mores nobis suggerere, & Apostolica mandata de cunctis pleniter instructus ad vos certius queat referre. Interim verò monemus, ut prudentia tua commissum sibi regnum in concordia, iustitiæque custodia dirigat, atque disponat; ac ita circa subiectos pacis iura, & æquitatis distinctionem seruare inter cetera virtutum studia satagat: quatenus per temporalis regiminis sollicitudinem mereatur æternam percipere securitatem, & cum iustis vocem rotius iocunditatis plenam in extremo examine dignè possit audire. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quòd vobis paratum est ab origine mundi. Dat. iij. Noñ. Octobris.

Mat. 35.

*Q*UONIAM RAVENNATEM Ecclesiam ab eius sacrilego Archiepiscopo devastatam, quòd in Romanâ Synodo excommunicato ac deposito, ipsam Ecclesiam in pristinum statum reducere, & de idonea persona providere cupiens, precipit, ut sibi in ea re vnanimes sint adiumento.

GRE-

A GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Episcopis, Abbatibus, clericis, atque laicis in Marchia Firmana, Tuscana, & in Exarcatu Rauennati constitutis, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut Christianos oportet, obediunt, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rudentia vestra notum esse non dubitamus, quanto religionis cultu sancta Rauennas Ecclesia pollere, quantisque rerum necessitatum copiis solita sit præteritis annis affluere, quòdque magis illius interest, quàm speciali dilectione matris sue sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab ipso fidel Christianæ principio semper adhaerere.

Cuius antiquum decus in spiritualibus & secularibus profectò cum reminiscimur, non sine graui mœrore, eam in tanta deuastatione laborantem nunc cernimus, & ut apertius intelligatis, certè peruaforem, destructoremque ipsius V. I. I. dictum Archiepiscopum ita religionem eius disperdidisse, & bona diuapidasse non minori ferè dolore sufferimus, quàm si idem sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro audacia sua fecisset. Verum cum cetera facta illius perpendatur, hæc non tam operè miranda videntur. Quippe qui periuurium de inobediencia & infidelitate committere non timuit, quique contra ipsam Apostolicam sedem, cui peierauerat, conspirare pro nihilo habuit, eamque inuadere cogitans, eodem modo dissipare vehementissimè cupiit, homo superbissimus, nefandorum scelerum sibi conscius; cui mirum debet videri, si adepta potestate, vbi licuit ita se habuit? Sed illius facinora commemorare super se deo, quæ per totum ferè Romanum orbem se prodiderunt, pro quibus ipse in sancta Synodo Romæ celebrata omnium Episcoporum, qui a dorant consona sententia iam ex triennio gladio anathematis sine spe recuperationis percussus est; ea non præterierunt notitiam vestram. Præfaram igitur Rauennatem Ecclesiam de manibus violentis eripere, & ad pristinum statum, pro officio, quòd licet indigni gerimus, reducere cupientes; talem personam eligendam, atque in ea præficiendam forcensumus, cuius religio, nec non prudentia, Deo fauente, & interius lumen in ea sanctitatis reformare, & exteriorum rerum damna norit, studeatque reficere. Quamobrem nos in huius nostræ necessariæ dispositionis effectu, vestro plurimum egentes auxilio, inuitamus, rogamus, atque Apostolica auctoritate, vobis præcipimus, ut in restauratione illius antiquitus sanctæ Ecclesiæ omnes vnanimiter consensum, & proposse adiutorium tribuentes, eam de seruii oppressionem, immò tyrannicam seruitutem eripere, & prisca libertati restituere nobiscum procuretis; ac in reperiendo idoneam illi regimini personam suam in opere laborantes inuigiletis. Quicumque enim in hac re studiū deuotionis impenderit, non dubiè credimus eos & Apostolicam gratiam promerituros; & apud diuinam clementiam patronum sibi beatum Apollinarem, si in bonis perseuerauerint, certissimè acquiruros. Dat. Id. Octob.

EPISTOLA XIII.

EIVSDEM argumenti.

GRE-

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, A

Omnibus clericis & laicis Raennae morantibus; qui beatum Petrum Apostolum diligunt, & sanctae Romanae Ecclesiae (sicut Christianos oportet) obediunt, salutem & Apostolicam benedictionem.



Redimus non latere vestram scientiam, Raennatem Ecclesiam sedi Apostolicae praeter ceteris vicinior habere solitam fuisse, eamque specialiter ab ipsa dilectam, quoque quid dignitatis & honoris antiquitus per beatum A. . . tenuit, munere scilicet praefatae sedis concessum habuisse. Postquam vero superbiae auctor, & discordiae seminator diabolus per membra sua eandem Ecclesiam, contumacia interueniente, a Romana diuisit, quae damna, quae detrimenta non modo religionis; sed etiam bonorum suorum vestra pertulerit, maximeque per tyrannidem Vv. . . dicti Archiepiscopi, quantam in vtraque re destructionem perpessa sit, satis vos ipsi nouistis. Et huius quidem tanto vesaniorum dilacerationis morsum sustinuit, quanto eum desperantiorum impurior conscientiarum retrorsum abire subegit. Denique scelerosus, sacrilegus, atque periuus, postquam huiusmodi nefaria in vniuersali Synodo cunctis, qui aderant, Episcopis consentientibus, atque laudantibus, digna suis moribus damnationis animaduersione multatus est, non confestim respiciens ad sancti cordis consilium rediit, sed patrem suum diabolum imitans, sibi que iram in die irae thesaurizans, quicquid grauius cogitare, quicquid superbissimum potuit audere, molitus est. Et quia se vnam ex nobilissimis Ecclesiam vestram, ex maxima parte destruxisse parum existimabat, sanctam Romanam sedem (sicut omnes aperte norunt) intadere, secumque eam in ruinam & precipitium trahere est meditatus. Proinde quoniam nos pro eminentia loci, cui, Deo auctore, quamuis indigni, praesidemus, cum sollicitudinem nostram monemur vniuersis extendere, tum circa quodammodo nobis coniunctiores diligentius compellimur inuigilare, Ecclesiae vestrae deuastationem non alienam putantes, sed quasi nostrae, cuius specialis filia est, condolentes, cum consilio atque auxilio omnium vestrum, qui Deum timetis, volumus, & desideramus ad antiquum specimen, & religionis statum (in quantum Domino largiente poterimus, eam reducere. Igitur illo putrido membro gladio excommunicationis exciso, atque ita ut inter sacerdotes, etiam in aeternum non debeat connumerari, deposito, dilectionem vestram monemus, ac pro salute vestra rogamus, ut toto affectu mentisque intentione talem personam vnā cum confratribus nostris Episcopis & Archidiacono, ceterisque Diaconis, quos propterea ad vos nostra vice direximus; studeatis eligere, quae tanto honori, scilicet, vestri Archiepiscopatus regimini secundum Deum videatur competere. Non vterius Ecclesiam vestram ancillari, seruitute opprimi ab impiis manibus patiamini; sed (sicut boni filij) eam nobiscum in maternam, hoc est Romanae Ecclesiae libertatem vindicare satagite; quatenus & honorem Dei, dum sponsae eius sanctae Ecclesiae libertatem diligitis, vos ostendatis amare, & aeternae beatitudinis hereditatem quasi liberi filij merito possitis & debeatis sperare. Dat. Id. Octobris.

Sup. lib. 6. & 7.
in Synodo.
Rom. 2.

EPI-

EPISTOLA XIII.

COMMENDAT eis electum Raennatis Ecclesiae Archiepiscopum, hortatur, ut ei debitam reuerentiam exhibeant; praecipueque contra illius Ecclesiae damnatum deuastatorem adiuent.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,

Omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, atque militibus in Parochia Raennati, & in Pentapoli, nehem & in Marchia Firmata, & in Ducatu Spoletino commorantibus, illis videlicet, qui beatum Petrum diligunt, neque vinculis excommunicationis tenentur, salutem & Apostolicam benedictionem.



Notum vobis esse credimus, fratres charissimi, quia vbique terrarum religiosi viri clerici & laici per gratiam Dei nos diligunt, & ea quae dicimus, sive praecipimus, libenter approbant, & obedienter suscipiunt; illi videlicet, qui iustitiam discernunt, & intentionem nostram cognoscunt. Inimici autem crucis Christi, immo hostes animarum suarum in nos insurgere, & dementiae caecitate percussi, contra salutem suam sanctam Ecclesiam conculcare conantur. Quod multum profecto gaudemus, intuentes illos, qui Deum diligunt, rebus nostris fauere, & non hos; sed illos dumtaxat, qui oderunt animam suam, inimicos nobis existere: quorum quidem odium, hac maxime de causa (sicut vos scitis) incurrimus, quia ipsos de laqueis diaboli eruere, & ad sinum matris Ecclesiae reducere curauimus. Vos itaque quos ab illorum perfidia remotos, & alienos existimamus, oportere nunc credimus, ut qualem habeatis animum circa nos, immo beatum Petrum, cuius vice licet indigni fungimur, demonstretis; & si (quemadmodum arbitramur) vos fideliter geritis, manifestis indiciis, quum tempus adest, & res ex postulat, declaretis. Est autem in quo deuotionem vestram egregie potestis ostendere, si decreta, atque statuta sedis Apostolicae pro posse vestro studeris, atque satagitis adiuuare. Igitur Raennatem Archiepiscopum fratrem nostrum R. . . quem post longas & innumeras perualorum occupationes nuperrius, sicut olim a beato Petro Apollinarem, ita hunc Raennas ab Ecclesia Romana meruit accipere, studium vobis sit, tum propter amorem sanctissimi martyris, cuius sede & reliquiis illa decoratur Ecclesia, tum propter Apostolicae sedis debitam reuerentiam, consiliis & auxiliis vestris confirmare, atque ei contra illius sancti loci sacrilegum damnatumque deuastatorem Vv. . . modis omnibus subuenire. Praecipimus namque, ut iuxta consilium legati nostri, qui defert has litteras, praedicto confratri nostro Archiepiscopo consilium & auxilium vestrum ita firmiter promittatis, ut dum inimici audierint, rebus suis cogantur, & iure possint timere, cum vero amici & fideles nostri cognouerint, vnā nobiscum de promissis vestris certissime queant sperare. Dat. ii. Idus Decembris.

EPI-

EPISTOLA XV.

A

IMVEHITVR in Transmundum quendam, qui a se increpatum quod Episcopatum dimiserit, & monitus ne se in eo amplius intruderet, ausus sit ipsam Ecclesiam peruadere. Præcipit nullam ei obedientiam exhiberi, sed bona Ecclesie de manibus eius eripi, legatoque Apostolicæ sedis in ea re auxilium præberi.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus in Episcopatu Valuenti habitantibus maioribus,
atque minoribus, siue potestatem in eo habentibus,
qui gratiam beati Petri cupiunt, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Transmundus vester dictus Episcopus ad nos venit, quem mirum nos duris verbis increpuimus; propterea quod Episcopatum sine ratione dimiserat. Præcepimus etiam illi propter istam stultitiam, vt de episcopatu se deinde non intrmitteret, sed iret ad Montem Cassinum, ibique tamdiu esset, donec cum ipso præfati loci Abbate, aliisque religiosis & prudentibus viris consilium caperemus, quid de illo & vestra Ecclesia esset faciendum. Quod nostrum præceptum (sicut audiimus) cõtemnens, & per inobedientiam idololatriæ scelus incurrens, ausus est Ecclesiam interdictam ad augmentum malitiæ suæ peruadere, eamque nunc pertinaciter non metuit occupare. Proinde Apostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si gratiam Dei & beati Petri diligitis, animarumque vestrarum periculum timetis, nullus vestrum episcopalem reuerentiam illi exhibeat: sed bona Ecclesie de manibus illius eripientes, eum sicut inuasorem habeatis, & res Ecclesie ne distrahere valeat, a potestate ipsius defendatis. Nihilominus quoque mandamus, vt huic legato nostro Iohanni Subdiacono, quem ad hoc vobis direximus, auxilium in his, quæ necessaria fuerint, præbeat: quatenus ipse vnâ vobiscum, quæ in hac re facienda sunt, melius possit implere. Dat. ij. Id. Decembris.

i. Reg. 15.

EPISTOLA XVI.

LA VDA T quod parentum suorum vestigia imitati deuotum animum erga Romanam Ecclesiam gerant; vtque in eo in dies magis proficiant hortatur. commendat eis Dalmatum Archiepiscopum Narbonensis Ecclesie canonicè electum, vt eum tanquam verum pastorem adiuent, & peruasori resistant.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
R... & B... nobilibus Comitibus, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Vantum domus vestra beatum Petrum iam dudum dilexerit, quantumque ipsi fidelis extiterit, profecto non modò apud vos scitur, sed etiam in pluribus diuersarum gentium partibus notum habetur. Vnde & de inimicis victoriam, & præ ceteris paribus suis honorem & gloriam hæcenus obtinuisse, longè lateque dinoscitur.

Quia

A Quia verò parentum vestrorum, sicut nobilitatis lineam, ita quoque probitatum studia vos imitari cognouimus, pro certò valdè lætamur, & vt deuotum animum circa beatum Petrum, & matrem omnium sanctam Romanam Ecclesiam semper geratis, salubriter hortamur, atque monemus: cuius vos dilectionem tenere proculdubio in nullo melius potestis ostendere, quàm si inter cetera bona, quæ debetis agere, sanctam Ecclesiam procuratis iuuare, atque defendere. Itaque salutem vestram præcipuè prouidentes rogamus, & ex parte beati Petri præcipimus vobis, vt Narbonensi Ecclesie iam ex longo tempore à membris diaboli peruasæ promptè subuenientes, fratrem nostrum Dalmatum Archiepiscopum, quem tandem canonicè, & secundum Dominum electum, & ordinatū meruit accipere, modis omnibus studeatis adiuuare: illi verò peruasori, qui nos per ostium vt pastor, sed aliunde, vt fur & latro ingressus, oues Christi maculat, & perdit; immò diabolo tradit, modis quibus potestis resistite: si gratiam omnipotentis Dei desideratis obtinere.

B Agite ergo, & omninò procurete beatum Petrum Apostolorum principem vobis adiutorem, immò debitorem facere, qui potest vobis huius vitæ, & futuræ salutem & honorem dare, vel tollere, qui que nescit fideles suos relinquere; sed potius nouit superbis resistere & confundere, humilibus autem gratiam dare, eosque exaltare. Dat. x. Kal. Ian.

Ioan. 10.

EPISTOLA XVII.

ARGVIT Manassem olim Archiepiscopum Remensem, qui legati Apostolicæ sententia damnatus, Ecclesiam ipsam inuadere præsumpsit. Quare monet, vt ei modis omnibus resistant, & de Episcopi Diensis legati consensu alium pastorem eligant, qui eorum laboranti Ecclesie subuenire valeat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vniuerso Remensis Ecclesie clero & populo, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Non dubitamus ad notitiam vestram peruenisse, quod Manasses olim dictus Archiepiscopus vester, synodalem damnationis suæ sententiã, exigentibus culpis suis, adiudicante confratre nostro Diensi Episcopo sanctæ Romanæ Ecclesie legato, subierit. Quã itaque diligenter perscrutates, & pro magnitudine iniquitatum eius iustissimam fuisse approbantes, eo tenore in Romana Synodo confirmauimus, rogatu multorum fratrum, vt concessis sibi induciis, si posset, ad expurgandum se de obiectis veniendi licentiam haberet, ac liberam de se agendi facultatem: ita tamen, vt interim regimini ipsius Ecclesie cederet, & in Cluniacensi, vel in aliquo religioso monasterio degeret, vt cuius obedientiæ, quanteque humilitatis esset, probaretur. Verum (sicut vos ipsi scitis) non solum huic diffinitioni non obediuit, sed ad contemptum interdictiõis nostræ, Ecclesiam vestram inuadere, ac impudenti deuastatione confundere præsumpsit: ut potè quam non per ostium vt pastor, sed aliunde vt fur, & sequissimus prædo intrauit, ad hoc scilicet, vt gregem Dñicum macet & perdat, non vt vigilantiæ pastoris protegat & defendat. Si quidem adeò in immensum actum suorum tetendit iniquitas, vt dignissimè damnationi, atque excõicationi sub-

Ioan. 10.

Epist. Tom. 3.

Bbbb iaceat,

iaceat, ita ut in perpetuum nullam restitutionis suae spem concipere debeat. **A**
 Quapropter Apostolica vos auctoritate monemus, ut peruersis actibus eius
 in nullo communicetis, immo ut tollatur de medio vestrum, & in interitum
 carnis suae tradatur Satanæ, ut spiritus saluus sit, sibi modis omnibus resista-
 tis. **1. Cor. 5** Detis etiam operam, ut communi consilio, pari que voto, assentiente vo-
 bis praedicto confratre nostro Dieni Episcopo, patrem vobis secundum Do-
 minum eligatis, qui Ecclesiae vestrae diutina pseudopastorum improbitate
 laboranti valeat subuenire, & antiquam sui libertatem, Christo auxiliante,
 vobiscum reparare. Dat. vj. Kal. Ian.

EPISTOLA XVIII.

*MANASSEM Archiepiscopum Remensem Hugonis Dienis Episcopi legati
 Apostolici in Concilio Lugdunensi sententia depositum denunciatur, monens ut tam se-
 ipsum, quam alios ab eius amicitia retrahat, et que pro viribus resistat, & quemcumque
 alium Archiepiscopum maior cleri pars cum consensu legati elegerit, adiuret.* **B**

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Hebolo nobili & glorioso Comiti, salutem &
 Apostolicam benedictionem.

Sicut prudentia tua meminisse potest, nos longo tempore, praeter
 voluntatem tuam, virorumque religiosorum, qui ipsum no-
 uerant, Manassem dictum Remensem Archiepiscopum dis-
 simulauimus, eumque, putantes correctionis suae curam habe-
 re, diu profecto portauimus. Verum ille patientia nostra abu-
 sus, & (quod euidenter apparet) ex conscientia praua in de-
 operationis foueam lapsus, non solum se praetensa mansuetudini ingratum
 exhibuit, sed etiam in reliquum misericordia sancti Petri indignum se fe-
 cit, scilicet, ut cuius in depositione sententiam Vicarij nostri Hugonis Dienis
 Episcopi in Concilio Lugdunensi prolatam, approbatamque, ad terminum nos
 distulerimus, deinceps in perpetuum firmam esse, & ratam, ipsumque, sine spe
 recuperationis depositum ad iudicemus. Quapropter eum irreuocabili iu-
 dicio episcopalis sedis regimine priuatum esse tua celsitudini denunciates,
 monemus, atque ex parte B. Petri praecipimus, ut tam te ipsum a pestifera ami-
 citia illius, a modo retrahas, quam & alios quos potes ab eo custodire se do-
 ceas. Ut autem gratiam Dei, & B. Petri largius merito, quas sperare studium
 solertiae tuae non desit, tam per te ipsum, quam & per quoscunque vales praefato
 deposito pro magnitudine tua resistere, illumque Archiepiscopum, quem
 saniori consilio pars cleri melior cum consensu praedicti legati nostri Hugo-
 nis videlicet Episcopi Dienis, illi sedi elegerit, modis omnibus adiuuare.
 In hac igitur re ita te deuotum & obsequentem mandatis Apostolicis aper-
 te demonstras, quemadmodum tuis in necessitatibus fideles tuos existere cu-
 peres: & sicut a fidelibus tuis non impune tergiversationem tibi fieri summis
 in negociis ferres, ita procures respectu beati Petri, ad quem spectat totius
 Ecclesiae causa, rem hanc ex animo gerere: quatenus & hic eum protectorem,
 & in futuro patronum ex debito merearis habere. Dat. vj. Kal. Ian.

EPI-

EIVSDEM ferè argumenti.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Omnibus Episcopis, suffraganeis videlicet sanctae Remen-
 sis Ecclesiae, his tamen, qui se ab excommunicatis
 custodiunt, salutem & Apostolicam
 benedictionem.

Notum esse fraternitati vestrae credimus, quod nos iniquitates Ma-
 nasse, dicti Remensis Archiepiscopi longo tempore supportauimus,
 eumque sperantes de malitia sua conuerti diu nimiumque
 dissimulauimus. Sed quonia beata Maria, cuius ille sedem per-
 ditus occupabat, noluit Ecclesiam suam sceleribus illius diutius pollui, que
 de eo grauiora dudum latuerant, ad notitiam multorum erupere in lucem.
 Pro quibus ipse in Lugdunensi Concilio, cui frater & vicarius noster Hugo
 Dienis Episcopus praerat, eodem dictante, cunctisque fratribus religiosis,
 qui aderant assentientibus, depositionis sententiam meruit. Eam itaque praefati
 conuentus censuram, quam nos Apostolica mansuetudine vtentes sub-
 iuncto tenore temperaueramus, quoniam ille conscientia desperante in du-
 ritia sua, inobedientiaeque contemptu voluit manere, potiusquam ad sani
 sensus consilium animum flectere, iam nunc ex Apostolica auctoritate firmamus,
 atque irrecuperabiliter depositum esse in reliquum adiudicamus. **C**
 Proinde fraternitatem vestram, ne ulterius illi episcopalem reuerentiam de-
 beat, absoluius: immo Apostolica auctoritate praecipimus, ut nemo ei
 quasi pastori obediat, sed quisque pro officio suo & viribus, sicut inuafiori
 resistat. Quod nostrum, potius vero Sancti spiritus iudicium dilectio vestra
 studeat subditis sibi, cunctisque quibus valet populis denunciare: & ut ab
 eius participatione sibi caueant, ipsumque modis quibus possunt coarctent,
 non negligat charitas vestra monere. De cetero volumus, & ex parte beati
 Petri iubemus, quatenus adhibitis illius Ecclesiae clericis, talis persona cum
 consensu praefati legati nostri Dienis Episcopi, ut eligatur procuretis, quae
 tanto regimini digne competere videatur. Nos enim eam electionem, quam
 pars cleri & populi melior & religiosior, consentiente praedicto nostro vi-
 cario fecerit, Deo fauente, firmantes, Apostolica auctoritate roboramus. **D**
 Diligentia igitur vestra ita se in hac re pronam, nobisque, immo beato Petro
 obedientem exhibeat, ut cognito studio & vigilantia vestra, si quid in praer-
 terito negligenter, aut inobedienter deliquistis, merito propter hoc debeamus
 sufferre. Dat. vj. Kal. Ianuarij.

EPISTOLA XX.

*ROGAT ne Manasse Remensi Archiepiscopo deposito vllum ulterius fauorem
 praebeat, sed eum ab amicitia sua repellat. Monet praeterea ne electionem impediat,
 quam Remensis Ecclesia clerus & populus facturus erat: sed illi quem maior pars ele-
 gerit, auxilium praebeat.*

Epist. Tom. 3.

Bbbb 2 GRE-

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, Philippo glorioso Regi Francorum, salutem & Apostolicam benedictionem.



Spere per nuncios tuae celsitudinis audiimus, te gratia beati Petri, nostramque amicitiam cupere: quod & tunc nos libenter accepisse, & adhuc, si eum animum geris, noueris admodum nobis placere. In hoc enim te tuae salutis amicum, sollicitumque esse demonstras, si Apostolicam beneuolentiam (sicut Christianum Regem decet) assequi, & obtinere desideras: quam quidem hoc pacto adipisci multo facilius, ac dignius poteris, si te in ecclesiasticis negociis diligentem, deuotumque reuerenter exhibueris. Qua in re proculdubio minus vigilanter, multumque negligentius, quam sanum fuerit, olim habuisse te cerneris. Sed nos adolescentiae tuae praeterita delicta spe correctionis tuae portantes, vt deinceps castigatis moribus, ad ea quae oportet, inuigiles, ex debito officij nostri monemus. Igitur inter cetera virtutum studia regiae excellentiae conuenientia, quae tibi inesse optamus, cum te iustitiae amatorem, misericordiaeque custodem existere, Ecclesias defendere, pupillos, viduasque protegere sit necessarium, non minus ad internae salutis custodiam tibi esse prauorum consilia spernenda, maximeque excommunicatorum familiaritates detestandas arbitramur, atque asserimus. Vnde sublimitati tuae ex parte beati Petri praecipimus, ac ex nostra rogamus, vt Manasse Remensi Archiepiscopo dicto, sed propter suas iniquitates, quae non praetereunt scientiam tuam, irrecuperabiliter deposito, nullum vterius fauoris tui solacium praebes, sed cum ita ab amicitia tua rescindas, atque a conspectu praesentiae tuae contemptum repellas, vt te pateat, inimicos sanctae Ecclesiae, videlicet, excommunicatione induratos respuendo, Deum diligere, Apostolicisque mandatis morem gerendo, gratiam beati Petri veraciter desiderare. Praeterea volumus, & ex parte Apostolica iubemus, vt electionem, quam praefatae Remensis Ecclesiae clerus & populus (Deo annuente) facturum est, nullo ingenio, aut studio, quo minus canonicè fiat, impedias: sed & si quis impedire aliquo studio seculari tentauerit, illi omni modo contradicas, atque illi quem pars fidelior, & religiosior elegerie, adiutorium tuum impendas. Age igitur, & iam aetate vir factus, in hac re procura, vt non frustra tuae iuuentutis culpis pepercisse, nec in uanum te ad emendationem expectasse videamur: ac maxime enitere, vt beatum Petrum, in cuius potestate est tuum regnum, & anima tua, qui te potest in caelo & in terra ligare & absoluere, tibi facias debitorem: & non pro negligentia, aut veritatis dissimulatione iudicium, sed pro diligentia, iustitiaeque executione ipsius gratia aeternum dignè merearis auxilium. Dat. vj. Kal. Ian.

CONCILIUM

Anno ab Incarnatione Domini Millesimo octuagesimo primo, Pontificatus vero Domini Gregorij Septimi Papae, anno octauo, Praesidente

dente eodem Apostolico. Celebrata est Synodus Roma in Basilica eiusdem Saluatoris & Redemptoris nostri Iesu Christi. In qua inter cetera, sententiam depositionis Archiepiscoporum Arelatensis, & Narbonensis, atque excommunicationis per legatos Apostolicae sedis promulgatam, Dominus Papa, his qui aderant collaudantibus, firmavit. Henricum quoque & omnes fautores eius, qui in praeterita excommunicatione animum indurauerant, iterum excommunicauit. Anathematizauit item Idaimundum & Landum Campanios, omnesque adiutores eorum. Praeterea suspendit ab officio quosdam Episcopos, qui ad Concilium inuitati neque ipsi, neque nunchj eorum proipsis uenerunt.

EPISTOLA XXI.

Ad labores & pericula pro veritatis defensione paratum excitat. Rescribit ad eius quaesita de auctoritate sedis Apostolicae in excommunicando Rege Henrico, & absoluerit subditos a fidelitatis sacramento.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,

Dilecto in Christo fratri Herimeto Metensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Ad ad perferendos labores, ac pericula pro defensione veritatis te paratum intelligimus, diuini muneris esse non dubitamus, cuius haec est ineffabilis gratia, & diuina clementia, quod nunquam electos suos penitus aberrare permittit, nunquam funditus labefactum, aut deici finit, dum eos persecutionis tempore, quadam utili probatione, discussos, etiam post trepidationem aliquam semetipsos, fortiores facit. Quoniam autem, sicut inter ignis uos, alium quò carpius alio fugiat, timor examinat, ita etiam inter strenuos, alium quò fortius alio agat, quò ardentius prorumpat, uirtus peccus inflammata. Hoc charitati tuae exhortationis uoce auribus commendat, vt eò magis in acie Christiana religionis staret delectet inter primos, quò eos non dubitas uictori Deo proximos, atque dignissimos. Quod ad te postulasti, te quasi nostris scriptis iuuant, & praeminuisti comitatu illorum infantiam, qui defando ore garrunt, aut contumacitate in sanctorum & Apostolicae sedis non potuisse Regem Henricum, hominem Christianae legis contemptorem, Ecclesiarum videlicet, & imperij destructorem, atque haereticorum, & auctorum, & consentaneum excommunicare, ne eoque quam a sacramento fidelitatis eius absoluere, non ad eò necessarium nobis uideretur, cum huius rei multa, ac certissima documenta in sacrarum scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus eos, quibus ad eum uia dampnationis ueritati impudenter detrahunt, & contradicunt, hac ad uia defensionis aut sciam, tam ignorantia, quam misera desperationis uerordia coaptasse, nec mirum. Mos est enim reproborum, ob suae nequiae

Math. 16.

tia protectionē nisi confirmes sibi defendere, quia pro nihilo habent mendacij perditionē incurrere. Nam, ut de multis pauca dicamus, quis ignorat vo cem Dñi, ac Saluatoris nostri Iesu Christi dicentis in Euangelio: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & portae inferi non praeualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauēs regni caelorum; & quodcūque ligaueris super terrā, erit ligatum & in caelis; & quodcūque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Nunquid sunt hic Reges excepti? Aut non sunt de quibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis rogo in hac vniuersali concessione ligandi atque soluendi, à potestate Petri se exaltatum esse existimat? nisi forte infelix ille, qui iugum Domini portare nolens, Diaboli se subici oneri, & in numero ouium Christi esse recusat: cui tamen hoc ad miseram libertatem minimè proficit, quod potestatem Petri diuinitus sibi concessam à superba ceruice excutit: quoniam quanto eam quisque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad damnationem suam in iudicio portat. Hanc itaque diuinā voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensationis Ecclesiae, hoc priuilegium beato Petro Apostolorum principi caelesti decreto principaliter traditum, atque firmatum, sancti Patres cum magna ueneratione suscipientes, atque seruantes, sanctam Romanam Ecclesiam tam in generalibus conciliis, quam etiam in ceteris scriptis & gestis suis, vniuersalem matrem appellauerunt: & sicut eius documenta in confirmatione fidei, & eruditione sacrae religionis; ita etiam iudicia suscepunt: in hoc consentientes, & quasi vno spiritu, & vna voce concordantes, omnes maiores res, & praecipua negotia, nec non omnium Ecclesiarum iudicia, ad eam quasi ad matrem, & caput debere referri, ab ea nusquam appellari, iudicia eius à nemine retractari, aut refelli debere, vel posse. Vnde beatus Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens, diuinam sicut auctoritatem quid & qualiter de principatu sanctae, & Apostolicae sedis sentire deberet, hoc modo tum instruxit: Et si (inquit) cunctis generaliter sacerdotibus recte diuina tractantibus fidelium conuenit colla submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus, & diuinitas summa voluit praeminere, & subsequens Ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Vbi prudentia tua reuidenter aduertit, nunquam quolibet penitus humano consilio aquare se quemquam posse illius priuilegio, vel confessioni, quem Christi vox praetulit vniuersis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est, & habet deuota primatam. Item Iulius Papa Orientalibus Episcopis scribens, de potestate eiusdem sanctae & Apostolicae sedis ait: Decuerat vos fratres aduersus sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam limare, & non ironice loqui, quoniam & ipse Dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus ait: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauēs regni caelorum. Habet enim potestatem singulari priuilegio concessam, aperiri & claudere ianuam regni caelestis quibus voluerit. Cui ergo aperiendi claudendique caeli ianua potestas est, de terra iudicare non licet? Absit. Num retinetis quod ait beatissimus Paulus Apostolus: Nescitis quia Angelos iudicabimus; quanto magis secularia? Beatus quoque Gregorius Papa Reges à sua dignitate badere statuit, qui Apostolica sedis decreta violare praesumpserint, scribens ad quendam Senatorem Abbatem his verbis: Si quis verò Regum, sacerdotum,

B. Gelasius I. epist. x.

Math. 16.

1. Cor. 16.

B. Greg. ep. lib. 2. in priuil. Monasterij S. Medardi. p. 102.

tum, iudicium, atque seclarium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens contra eam venire temptauerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & nisi ea quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna penitentia illicitè acta desueuerit, à sacratissimo corpore ac sanguine Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districte ultioni subiaceat. Quod si beatus Gregorius doctor vtiq; mitissimus, Reges, qui statuta sua super vnum xenodochium violarent, non modò deponi, sed etiam excommunicari, atque in aeterno examine damnari decreuit, quis nos H... non solum Apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris Ecclesiae, quantum in ipso est, conculcatorem, totiusque regni & Ecclesiarum improbissimum praedonem, & atrocissimum destructorem deposuisse, & excommunicasse reprehendat, nisi fortè similis eius? sicut beato P... docentis cognouimus in epistola de ordinatione Clementis, in qua sic ait: Si quis amicus fuerit ijs, quibus ipse de eodem Clemente dicēs non loquitur, vnus est, & ipse ex illis, qui exterminare Dei Ecclesiam voluit, & cum corpore nobiscū esse videatur, mente & animo contra nos est: & est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt & euidenter inimici. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit, & vastat. Nova ergo, charissime, si eum, quem amicitia, vel colloquio iis quibus Papa pro actibus suis aduersus est, sociatur, tam grauitè iudicat, quanta illum ipsum, cui pro actibus suis auersus est, animaduersione damnat? Sed ut ad rem redeamus, ita ne dignitas à seclularibus etiam Designorantibus inuenta non subijciatur ei dignitati, quam omnipotentis Dei prouidentia ad honorem suum inuenit, mundoque misericorditer tribuit: cuius filius (sicut Deus & homo indubitanter creditur) ita summus Sacerdos caput omnium sacerdotum ad dexteram Patris sedens, & pro nobis semper interpellans habet, qui seclulare regnum, vnde seculi filij timent, despexit, & ad sacerdotii crucis spontaneus venit. Quis nesciat Reges, & Duces ab ijs habuisse principum, qui Deum ignorantes, superbia, rapinis, perfidia, homicidijs, postremo vniuersis peccatis sceleribus, mundi principe diabolo videlicet agitante, & super pares seclitè homines dominari, & ca cupiditate & intolerabili praesumptione affectauerunt? Qui videlicet dum sacerdotes Domini a vestigia sua inclinare contendunt, cui rectius obparentur, quam ei, qui est caput super omnes filios superbia, qui ipsum fulgur Pontificem sacerdotum caput Altissimi filium tenent, & omnia illi mundi regna promittens dicit: Haec omnia tibi dabo, si prouidens adoraueris me. Quis dubitet sacerdotes Christi Regum & Principum, omniumque fidelium patres & magistros teneri? Nonne miserabilis infania, esse cognoscitur, si filius patrem, discipulis magistrum sibi non erit subiugare, & iniquis obligationibus illi potestati suae subijcere, à quo creditur non solum in terra, sed etiam in caelis ligari posse, & solui? Haec (sicut beatus Gregorius in epistola ad Manuicium Imperatorem directa commemorat) Constantinus Magnus Imperator, omnium Regum & Principum ferè totius orbis Dominus, euidenter intelligens in sancta Nicena synodo post omnes Episcopos vltimus residens, nullam iudicij sententiam super eos dare praesumpsit, sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse iudicio, verum se ad illorum pendere arbitrium iudicanti. Supradictoque Anastasio Imperatori praelibatus Papa Gelasius per quosdam, ne ille innotatam suis scribis, veritatem arbitraretur iniuriam,

Math. 4.

S. Greg. ep. lib. 4. ep. 31.

B. Innoc. ep. 17.

riam, subintulit, dicens: Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principi-
paliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata Pontificū, & regalis potestas: in quibus tantò grauius pondus est sacerdotum, quantò etiam pro ipsis Regibus omnium in diuino redditori sunt examine rationē. Et paucis interpositis inquit: Nostri itaque inter hæc illorum te pēdere iudicio, nō illos ad tuā velle redigi voluntatem. Talibus ergo institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur exemplum, beatus Innocentius Papa: Archadium Imperatorem, quia consensit, vt sanctus Ioannes Chrysostomus à sede sua pelleretur, excommunicauit.

Alius item Romanus Pontifex Zacharias, videlicet, Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quòd tantæ potestati nō erat utilis, à regno deposuit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrē in eius loco substituit: omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, absoluit. Quod etiam ex frequenti auctoritate sæpè agit sancta Ecclesia, quum milites absoluit à vinculo iuramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolica auctoritate à Pontificali gradu deponuntur. Et B. Ambrosius licet sanctus, non tamen vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, pro culpa, quæ ab alijs sacerdotibus non adeò grauis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit. Qui etiam in suis scriptis ostendit, quòd aurum non tam pretiosus sit plumbo, quam regia potestate sit actior dignitas sacerdotalis: hoc modo, circa Principum sui pastoralis scribens: Honor fratres, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgore compares, & Principum diametari, longè scribitur, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe quum videas Regum colla & Principum submitti genibus sacerdotum, & exosculata eorum dextera orationibus eorum credantur commaniri. Et post pauca: Hæc omnia fratres idè nos præmississe debetis cognoscere, vt ostendat vobis nihil esse in hoc seculo excellentius sacerdotibus, nihil sublimius Episcopis reperiri. Meminisse etiam debet fraternitas tua, quia maior potestas exorcista conceditur, quum spiritualis Imperator ad abieciendos demones constituitur, quam alicui laicorum causa secularis dominationis tibi possit. Omnibus nempe Regibus, & Principibus terrarum, qui religione non viuunt, & in actibus suis, Deum (vt oportet) non metuntur demones (heu, pro dolor) dominantur, & misera seruitute confundunt. Tales enim non diuino ducti amore, sicut religiosi sacerdotes, ad honorē Dei, & utilitatem animarū præesse cupiunt, sed vt intolerabilem superbiam suam ostentent, animique libidinem expleant, ceteris dominari affectant. De quibus beatus Augustinus in libro primo de doctrina Christiana dicit: Cum vero etiā eis, qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est, hominibus, quilibet dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est. Porro exorcista (vt diximus) super demones à Deo imperium habent. Quantò igitur magis super eos, qui demones subiecti, & membra sunt demonum? Si ergo his tantum præminent exorcista, quantò amplius sacerdotes à præterea omnis Rex Christianus ad exilium veniens, vt inferni carcerem euadat, vt de tenebris inducem tendat, vt de peccatorum vinculis in Dei iudicio absolutus appareat, sacerdotis opem supplicia commiserandus requirit. Quis autem non modo sacerdotum, verum etiam laicorum in extremis positus, pro sui anime salute regem Regis implorauit: auxilium? Quis vero Regum, vel Imperatorum aliquem

A aliquem Christianum ex imposito sibi officio valet sacro Baptismate ex diaboli potestate eripere, & inter filios Dei connumerare, sanctoque Christianitate præminere? & (quod maximum est in Christiana religione) quis eorum valet proprio ore corpus & sanguinem Domini conficere? Vel cui eorum data est potestas ligandi, soluendi que in cælo & in terra? Ex quibus aperte colligitur quanta potestate præcellat dignitas sacerdotū. Aut quis eorum potest aliquem clericum in sancta Ecclesia ordinare? Quantò minus pro aliqua culpa eum deponere? Namque in Ecclesiasticis ordinibus maioris est potestatis deponere, quam ordinare. Episcopi enim possunt alios Episcopos ordinare, sed nullo modo sine auctoritate Apostolicæ sedis deponere. Quis igitur, vel tenuiter sciolus, sacerdotes dubitet Regibus anteferri? quòd si Reges pro peccatis suis à sacerdotibus sunt iudicandi, à quo rectius quam à Romano Pontifice iudicari debent?

B Ad summam, quoslibet bonos Christianos multò conuenientius, quam malos Principes Reges intelligi decet. Isti enim gloriam Dei quærendo, se ipsos strenuè regunt: at illi non quæ Dei sunt, sed sua quærentes, sibi met hostes alios tyrannicè opprimunt. Hi verò Regis Christi, illi verò diaboli corpus sunt. Isti ad hoc sibi imperant, vt cum summo Imperatore æternaliter regnent, illorum verò id potestas agit, vt cum tenebrarum principe, qui Rex est super omnes filios superbia, æterna damnatione dispareant. Nec valde sanè mirandum est, quòd mali Pontifices iniquo Regi, quem adeptis malè per eum honoribus, diligunt, metuuntque, consentiunt: qui sinoniacè quoslibet ordinando, Deum pro vili etiam pretio vendunt. Nam sicut electi insolubiliter suo capiti vniuntur, ita & reprobi maximè contra bonos ei, qui malitiæ caput est, pertinaciter foederantur: contra quos profectò non tã differendum, quam pro eis est lachrymosis plantibus ingemendum, vt omnipotens Deus illos à laqueis satanæ, quibus capti vi tenentur, eripiat, & vel post pericula ad cognitionem veritatis tandem aliquando perducatur. Hæc de Regibus & Imperatoribus, qui seculari gloria nimium tumidi, non Deo, sed sibi regnāt. Sed quia nostri est officii vnicuique secūdum ordinem, vel dignitatē, qua videtur vigere, exhortationē distribuere; Imperatoribus & Regibus, ceterisque principibus, vt elationes maris, & superbiæ fluctus cōprimere valeat, arma humilitatis (Deo auctore) prouidere curamus. Scimus enim quia mundana gloria, & secularis cura eos permiximè, qui præfunt, ad elationem trahere solet: quia semper neglecta humilitate, propriam quærendo gloriam, fratribus cupiāt præminere. Proinde videtur vtile maximè Imperatoribus, & Regibus; vt quum mens illorum se ad alta erigere, & pro singulari vulgaria oblectare, inueniat quibus se modis humiliet, atque vnde gaudeat, sentiat plus timendum. Pespiciat ergo diligenter, quam periculosa, quam ue timendè sit imperatoria, vel regia dignitas, in qua paucissimi saluantur: & illi, qui Deo miserante, ad salutem veniunt, non æquè, vt multi pauperum, iudicio sancti Spiritus in sancta Ecclesia clarificantur. A mundi enim principio vsque ad hæc nostra tempora in tota authentica scriptura non inuenimus Imperatores, vel Reges, quorum vita adeò fuerit religione præcipua, & virtute signorū decorata, sicut innumerabilis multitudinis sæculi cōtemporum, licet plures eorum credamus apud omnipotentem Deum misericordie salutem inuenisse. Namque vt de Apostolis, & martyribus taceamus, quis Imperatorum, vel Regum æquè vt beatus Martinus, Antonius, Benedictus miraculis claruit? Quis enim Imperator, aut Rex mortuos suscitauit? Leprosos

Philip. 1.

C pericula ad cognitionem veritatis tandem aliquando perducatur. Hæc de Regibus & Imperatoribus, qui seculari gloria nimium tumidi, non Deo, sed sibi regnāt. Sed quia nostri est officii vnicuique secūdum ordinem, vel dignitatē, qua videtur vigere, exhortationē distribuere; Imperatoribus & Regibus, ceterisque principibus, vt elationes maris, & superbiæ fluctus cōprimere valeat, arma humilitatis (Deo auctore) prouidere curamus. Scimus enim quia mundana gloria, & secularis cura eos permiximè, qui præfunt, ad elationem trahere solet: quia semper neglecta humilitate, propriam quærendo gloriam, fratribus cupiāt præminere. Proinde videtur vtile maximè Imperatoribus, & Regibus; vt quum mens illorum se ad alta erigere, & pro singulari vulgaria oblectare, inueniat quibus se modis humiliet, atque vnde gaudeat, sentiat plus timendum. Pespiciat ergo diligenter, quam periculosa, quam ue timendè sit imperatoria, vel regia dignitas, in qua paucissimi saluantur: & illi, qui Deo miserante, ad salutem veniunt, non æquè, vt multi pauperum, iudicio sancti Spiritus in sancta Ecclesia clarificantur. A mundi enim principio vsque ad hæc nostra tempora in tota authentica scriptura non inuenimus Imperatores, vel Reges, quorum vita adeò fuerit religione præcipua, & virtute signorū decorata, sicut innumerabilis multitudinis sæculi cōtemporum, licet plures eorum credamus apud omnipotentem Deum misericordie salutem inuenisse. Namque vt de Apostolis, & martyribus taceamus, quis Imperatorum, vel Regum æquè vt beatus Martinus, Antonius, Benedictus miraculis claruit? Quis enim Imperator, aut Rex mortuos suscitauit? Leprosos

D li, qui Deo miserante, ad salutem veniunt, non æquè, vt multi pauperum, iudicio sancti Spiritus in sancta Ecclesia clarificantur. A mundi enim principio vsque ad hæc nostra tempora in tota authentica scriptura non inuenimus Imperatores, vel Reges, quorum vita adeò fuerit religione præcipua, & virtute signorū decorata, sicut innumerabilis multitudinis sæculi cōtemporum, licet plures eorum credamus apud omnipotentem Deum misericordie salutem inuenisse. Namque vt de Apostolis, & martyribus taceamus, quis Imperatorum, vel Regum æquè vt beatus Martinus, Antonius, Benedictus miraculis claruit? Quis enim Imperator, aut Rex mortuos suscitauit? Leprosos

fos

Sap. 6.

fos mundavit? cæcos illuminavit? Ecce Constantinum piæ memoriæ Imperatorem, Theodosium & Honorium, Carolum & Ludovicum iustitiæ amatores, Christianæ religionis propagatores, Ecclesiarum defensores, sancta quidem Ecclesia laudat & veneratur, non tamen eos fulsisse tanta miraculorum gloria indicat. Præterea ad quot nomina Regum, vel Imperatorum basilicas, seu altaria dedicari, vel ad eorum honorem sancta Ecclesia Missas statuit celebrari? Timeant Reges, alijque Principes, ne quantum se ceteris hominibus in hac vita præferri gaudent, tantò amplius æternis incendijs subjiciantur. Vnde scriptum est: Potentes potenter tormenta patientur. De tot enim hominibus Deo reddituri sunt rationem, quot suæ dominationi subditos habuerunt. Quòd si alicui religioso priuato non paruus labor est vnam suam animam custodire, quantus labor imminet Principibus super multis millibus animarum? Præterea, si iudicium sanctæ Ecclesiæ valde constringit peccatorem pro vnus hominis interfectione; quòd erit de ijs, qui multa millia morti tradunt pro huius mundi honore? qui licet ore aliquando dicant: **B** Mea culpa pro multorum occisione; tamen corde gaudent in sui quasi honoris extensione, noluntque non fecisse quod egerunt, neque dolent quòd fratres suos in tartarum compulerunt. Cùmque ex toto corde eos non pœnitent, neque volunt humano sanguine acquisita, vel detenta omittere, illorum pœnitentia apud Deum sine digno pœnitentiæ fructu manet. Vnde profectò valde est timendum, atque ad memoriam eorum crebrò reuocandum, quòd (si cut præfati sumus) à mundi principio paucissimi per diuersa terrarum regna Reges sancti ex innumerabili eorum multitudine reperiuntur, cùm in vna tantùm Pontificum seriatim succedentium sede videlicet Romana à tempore beati Petri Apostoli fermè centum inter sanctissimos computentur. Cur autè hoc, nisi quia Reges terræ & principes vanagloria illecti (sicut prælibatū est) quæ sua sunt, spiritualibus rebus præferunt? Religiosi autè Pontifices vanam gloriã despicientes, quæ Dei sunt, carnalibus rebus præponunt. Illi in se delinquentes facillè puniunt, in Deum peccantes æquo animo ferunt. Isti in se peccantibus citò ignoscunt, Deum offendentibus non leuiter parcunt. Illi terrenis actibus nimium dediti, spiritualia paruipendunt: isti cælestia sedulò meditantur quæ sunt terrena contemnunt.

Admonendi ergo sunt omnes Christiani, qui cum Christo regnare cupiunt, ne ambitione sæcularis potestatis regnare affectent; sed potius præ oculis habeant quod beatus Gregorius Papa sanctissimus in libro Pastoralis admonet, dicens: Inter hoc itaque quid sequendum est, quid tenendum, nisi vt virtutibus pollens coactus ad regimen veniat; virtutibus vacuus, nec coactus accedat? Quòd si ad Apostolicam sedem in qua ritè ordinati, meritis beati Petri Apostoli meliores efficiuntur, qui Deum timent coacti cum magno timore veniunt; ad regni solium cum quanto timore, ac tremore accedendum est, in quo etiam, boni & humiles (sicut in Saul, & Dauid cognoscitur) deteriores fiunt? Nam quòd de Apostolica sede prælibauimus, in decretis beati Symmachii Papæ (licet experimento sciamus) sic continetur. Ille scilicet beatus P. . . perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie misit ad posteros. Et post pauca: Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci decessore præstantur. Aut. n. claros ad hæc fastigia erigit, aut eos qui eriguntur illustrat. Quapropter quos sancta Ecclesia sua sponte ad regimen, vel imperium deliberato consilio aduocat, non pro transitoria gloria,

A gloria, sed pro multorum salute humiliter obediant, & semper caueant quod beatus Gregorius in eodem libro Pastoralis testatur, Apostata quippè Angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse simul dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiæ culmine potestatis excreuit. Per humilitatem quippè prælatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait: Nonne cùm esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel? & paulò inferius: Miro autem modo cùm apud se paruulus, apud Dominum magnus: cùm verò apud se magnus apparuit, apud Dominum paruulus fuit. Vigilanter quoque retineant, quòd Dominus in Euangelio dicit: Ego gloriam meam non quero, &: Qui vult inter vos esse primus, sit omnium seruus. Honorem Dei semper suo præponant: iustitiam vnicique suum seruando ius amplectantur, atque custodiant: non eant in consilio impiorum, sed religiosis semper acquiescendo, corde adhæreant: sanctam Ecclesiam nõ quarant sicut ancillã sibi subijcere, vel subiugare: sed permixtè oculos illius, videlicet Domini sacerdotes, magistris & patres recognoscendo, decenter studeant honorare. Nam si carnales patres & matres honorare iubemur, quantò magis spirituales? Et si ille qui carnali patri vel matri maledixerit, morte mulctandus est; quid ille qui maledicit spirituali patri, vel matri mereatur? Non carnali amore illecti studeant filium suum gregi, pro quo Christus sanguinem suum fudit, præponere, si meliorem illo, & vtiliorem possunt inuenire, ne plus Deo diligendo filium, maximum sanctæ Ecclesiæ inferant detrimentum. Patenter enim Deum & proximum (sicut Christianum oportet) non amare conuincitur, qui tantæ utilitati, tamque necessaria sanctæ matri Ecclesiæ (prout melius potest) negligit prouidere. Hac namque virtute, id est charitate neglecta, quicquid boni aliquis fecerit, omni salutis fructu carebit. Hæc itaque humiliter agendo, & amorè Dei & proximi (sicut oportet) seruando, præsumant de illius misericordia, qui dixit: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Quem si humiliter imitati fuerint, de regno seruili, & transituro ad regnum veræ libertatis & æternitatis transibunt. Dat. Id. Mar.

EPISTOLA XXII.

MONET vt terrena despiciat, cælestiaque appetat. Hortatur vt Regis coniugis animum ad amorem diuinum attrahere, sanctæ Ecclesiæ quantum potest, prodesse, omniaque charitatis opera sectari studeat.

D GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
A... dilectissimæ in Christo filiæ, salutem &
Apostolicam benedictionem.



Via ob reuerentiam beati Petri Apostolorum principis rogasti, vt litteras manu nostra scriptas excellentiæ tuæ mittamus; deuotioni tuæ acquieuiimus. His etiam te monemus, vt summo perè procures quæ sunt terrena, & transitoria despiciere, & cælestia, æternaque semper appetere. Scribe in corde tuo, quia summa Regina cæli, quæ super omnes choros Angelorum exaltata esse creditur, quæ est decus & gloria omnium mulierum, immò salus & nobilitas omnium electorum: quia illa sola meruit Virgo & mater

ter edere naturaliter Deum & hominem, caput & vita omnium bonorum; A
 in terris nõ dedignata est pauperẽ vitam gerere, & in omni sancta humilita
 te se custodire. Quantò enim huius vitæ gloria quaritur, tantò minus futurę
 desideratur. Illa enim mulier verè apud Deum Regina dicitur, quæ mores
 suos in timore & amore Christi moderatur. Inde fit, vt sanctæ mulieres, licet
 in hac vita fuerint pauperulæ, in cælo & in terra glorificetur; & multæ factu
 lares etiam Regina, vel Imperatrices apud Deum & homines nec bonam
 famam habere mereantur. Rogamus ergo te, atque præcipimus, vt semper
 studeas animum Domini tui Regis charissimi filij nostri ad timorem & amo
 rem Dei attrahere, sanctæque Ecclesiæ pro tuo posse prodesse, pauperes, or
 phanos, viduas, omnesque iniuste oppressos defendere, omnibus clericis, &
 monachis maximè religiosis reuerentiam exhibere, mortẽ carnis præ oculis
 tuis semper habere, vt timorẽ animæ merearis euadere. Eleemofynis & ora
 tionibus studium impende, & admonitionem libenter accipe: & illud semper B
 in corde tuo reuolue. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. & Om
 nis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Omnipotens
 & misericors Deus, à quo cuncta bona procedunt, meritis beatæ Mariæ Ge
 nitricis Dei, per auctoritatem, quam dedit beato Petro Apostolorum prin
 cipi te à cunctis peccatis tuis absoluat, mentem tuam semper custodiat, eã
 que vera charitate repleat, & ad vitam perducatur æternam.

Luc. 14.

EPISTOLA XXIII.

IVERT Gallis præcipiant, vt vnaqueque domus pro censu denarium vnum an
 nuatim soluat beato Petro. & Caroli Imperatoris erga Romanam Ecclesiam munifi
 centiam ostendit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 dilectis filijs nostris P. . . Albanensi Episcopo, & G. . . Prin
 cipi Salernitano legatis nostræ Apostolicæ sedis in
 Gallias, salutem & Apostolicam
 benedictionem.

Obis commissa negocia non latet etiam vos; ita ac si nostra, immò
 quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta dignè peragite. Di
 cendum autem est omnibus Gallis, & per veram obedientiam
 præcipiendum, vt vnaqueque domus saltem vnum denarium an
 nuatim soluant beato Petro, si eum recognoscunt patrem, & pastorem suum D
 more antiquo. Nam Carolus Imperator (sicut legitur in tomo eius) qui in
 archiuio Ecclesiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat
 mille & ducenas libras ad seruitium Apostolicæ sedis, idest, Aquisgrani,
 apud Podium sanctæ Mariæ, & apud sanctum Aegidium; excepto hoc, quod
 vnusquisque propria deuotione offerebat. Idem verò magnus Imperator
 Saxoniam obtulit beato Petro, cuius eam deuicit adiutorio: & posuit signũ
 deuotionis, & libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum, & prudentes il
 lorum satis sciunt.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

EX

ALEX LIBRO NONO
 REGISTRI EIVSDEM GREGORII

PAPAE SEPTIMI.



EPISTOLA PRIMA.

ARGVIT quòd nec ipse, nec eius suffraganei ad Apostolorum limina venerint,
 nec legatos Apostolicos adierint, & pallium à sede Apostolica non postularit. Qua
 re prohibet, ne deinceps Episcopum vel sacerdotem ordinet, vel Ecclesias consecret,
 donec pallium impetrarit.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Vv. . . Rotomagensi Archiepiscopo, salutem &
 Apostolicam benedictionem.



Itteræ quas nobis misisti, satis deuotionis prædunt,
 sed ad earum fidem rei penitus testimoniũ deest. Si
 enim ita se res haberet, non quemadmodũ suffraga
 nei tui, etiam tu ipse Apostolorum limina visere tãto
 tempore paruipendisses. Ex quo enim nos, licet indi
 gnos, ad huius sedis curã dignatio diuina prouexit,
 neminẽ vestrum nos vidisse recordamur. Quod tñ in
 eo minus mirandũ videretur: quia legatos nostros, qui
 propius vos sunt, adire non multum curatis. Qui verò labor, aut quæ difficul
 tas præ alijs dissuasit vobis per tantum spatij beatum Petrum negligere, cum
 ab ipsis mundi finibus etiam gentes nouiter ad fidem cõuersæ studeant an
 nuè tam mulieres quàm viri ad eum venire? Illud quoque, nisi nos Apосто
 lica mansuetudo detineret, profectò seuerius in te iam animaduersum sen
 sisses, quòd hucusque præclarius tuæ dignitatis insigne, videlicet pallium
 ab Apostolica sede pro more acquirere postposuisti. Te ipsum namque non
 ignorare putamus, quàm districte sanctorum patrum censura in eos iudi
 candum statuerit, qui post consecrationem suam per tres continuos men
 ses pallium, quod sui sit officij, obtinere repuerint. Proinde Apostolica
 tibi præcipimus auctoritate, vt quia sanctorum patrum statuta paruipen
 disti, nullum deinceps Episcopum, vel sacerdotem ordinare, seu Eccle
 sias præsumas consecrare, donec honoris tui supplementum, pallij vide
 licet vsus, ab hac sede impetraueris. De cetero tam te, quàm & suffra
 ganeos tuos monemus, vt præfatam culpam summoperè emendare procu
 retis, ne si negligentes, vt hætenus, in hoc extiteritis, potestatem beati
 Petri per nos quanto dilatiorem, tanto seueriorem pro contemptu expe
 riamini.

Epist. Tom. 3.

Cccc EPI.

OSTENDIT se multorum actum propter veritatem & iustitiam incurrisse, eaque de causa eosdem sibi detrahere. Laudat quod in Ecclesijs eius regni secundum morem Romanæ Ecclesiæ diuina officia celebranda curet. De eius vxore & Abbacia sancti Secundi per legatos se responsurum ait. Quendam in Archiepiscopum eligendum scientia carentem respuit, & alium de consilio legati eligi mandat. Monet ne in regno suo Iudeos Christianis dominari permittat. De munere ad se à Rege missa gratias agit, eique & fidelibus eius omnium peccatorum absolutionem impartitur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

A., glorioso Regi Hispaniæ, salutem Apostolicam benedictionem.

B

Non ignorat prudentia tua, mentiri, peccatum esse, si & de ociofo verbo in districto examine exigenda est ratio. Sed ne quidem mendacium ipsum, quod sit pia intentione pro pace, à culpa penitus immune esse probari potest. Hæc idcirco prælibauimus, ut cum in ceteris illud peccatum esse non dubitaueris, in sacerdotibus quasi sacrilegium conijcias; & quod tibi dirigimus, ita in re esse, teste veritate cognoscas. Non nos latet multa de nostris factis, ac dictis tuis auribus sinistra interpretatione deferti. Vnde & pro nobis in notitiam dilectionis tuæ obrectantibus, respondere non alienum putauimus. Peccatorem me esse, sicut verum est, confiteri minimè piger. Verùm si causa odii, vel detractionis eorum, qui in nos fremunt, subtiliter inuestigetur; profectò non tam alicuius iniquitatis meæ intuitu, quàm ex veritatis assertionem, iniustitiæque contradictione, illos in nos exaruisse parebit. Quorum quidem seruitia, & largissima munera, nos satis abundantius multis antecessoribus nostris habere potuimus, si ad periculum illorum, & nostrum, veritatem silere, malitiamque ipsorum dissimulare maluissimus. At nos certè ex huius vitæ termino, & temporalium commodorum qualitate perpendentes, numquam melius quemquam possit Episcopum, quàm quum persecutionem patitur propter iustitiam, decreuimus potius diuinis mādatis obtemperando, prauorum inimicitias incurere, quàm illis malè placendo iram Dei prouocare. Nunc ad industriam tuam sermonem vertimus charissime fili. Nouerit excellentia tua dilectissime, illud vnum admodum nobis, immò clementiæ diuinæ placere, quod in Ecclesijs regni tui, matris omnium sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinem recipi, & ex antiquo more celebrari effeceris. Denique in illo, quem haecenus tenuisse videmini, si cut suggerentibus religiosi viris didicimus, quaedam contra Catholicam fidem inserta esse patulò conuincuntur. Quæ cum relinquere, & ad priscam consuetudinem, scilicet, huius Ecclesiæ reuerti deliberaſti, non dubiè te B. Petrum patronum optare, & subditorum tuorum salutem, cælesti gratia inspirante, sicut Regem decet, curare monſtraſti. Quod tamen gaudium de sapientia tua multò cumulatius referimus, cum tuæ humilitatis illustrem famam memoriæ interdum reducimus, & eam virtutem, quæ cum regiæ potentia vix, aut rarissime capi sub vno domicilio cōsuevit, in corde tuo moderari consideramus. Ceterum quod de vxore tua, & de abbacia sancti Secundi postulaſti, competentius

C

D

A tentius responderi per filium nostrum R... sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, & legatum, & fratrem Simeonem Episcopum arbitrati sumus: de illa autem persona quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda, dicimus, licet satis prudens & liberalis videatur, tamen (quemadmodum nobis notum est) & litteræ tuæ non negant, disciplinæ fundamento, videlicet litteralis scientiæ peritia indiget. Quæ virtus, quàm sit non modò Episcopis, verum etiam sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis, cum nullus sine ea aut alios docere, aut sese possit defendere. Quapropter serenitatem tuam studere oportet, ut cum consilio præfati legati nostri R... Massiliensis Abbatis, aliorumque religiosorum virorum eligatur inde, si inueniri potest: sin autem, aliunde expetatur talis persona, cuius religio & doctrina Ecclesiæ vestræ, & regno decorem conferat & salutem. Neque verò te pigeat, aut pudeat extraneum fortè, vel humilis sanguinis virum, dummodò idoneus sit, ad Ecclesiæ tuæ regimen, quod propriè bonos exoptat, ascire, cum Rom. Respub. (vt Paganorum tempore) sic & sub Christianitatis titulis indè maximè (Deo fauente) excreuerit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quàm animi & corporis virtutes perpendendas, adiudicauit. Quoniam autem sicut de bonis gloriæ tuæ meritò congratulari, ita & de his, quæ non conueniunt à te fieri, dolere, ac ex merito inhibere compellimur; dilectionem tuam monemus; ut in terra tua Iudeos Christianis dominari, vel supra eos potestatem exercere ulterius nulloatenus sinas. Quid enim est Iudeis Christianos supponere, atque hos illorum iudicio subijcere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & satanæ synagogam exaltare? & dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemnere? Caucas itaque fili hoc facere Domino & Creatori tuo quod non impunè fieri tibi suslineret à seruo tuo. Memento honoris & gloriæ, quam tibi super omnes Hispaniæ Reges misericordia Christi concessit: atque illius voluntatem tuis actibus, quasi formam adhibendo, mutuam vicem in cunctis ei rependere stude, immò vt hinc & in futuro exaltari merearis, te in omnibus illi submittere semper memineris. Valde quippè indignum est ei vnum hominem videlicet te ipsum, perfectè non subijcere, qui tibi vltra mille hominum millia subiecit, & iudicio tuo commisit. De cetero regiæ munificentia tuæ gratulamur, cuius animi deuotionem in eo planè satis agnoscamus, atque agnoscentes amplectimur, quod quanti beatum Petrum fecerit, ex dono patenter ostendere voluit. Et certè cum tui cordis amorem munus illud per se satis sufficienter ostendat, tum etiam tuæ fidei meritum illud ipsum mutua vice, longè verò magis commendat, multisque gentibus è cunctis mundi partibus ad gremium matris sanctæ Romanæ Ecclesiæ venientibus ad honorem tuum clarè manifestat. Et quidem licet illud munus tam amplum & magnificum fuerit, vt & te Regem dare; & beatum Petrum recipere conuenienter decuerit: tamen in illo animi tui deuotionem multò magis amplectimur; quæ quanti beatum Petrum fecerit, ex dono patenter ostendit. Eo igitur, vt dignum est, decenter suscepto, donum quod Domino largiente, sedes habet Apostolica, sinceræ tuæ deuotioni remittit.

D

Omnipotens Deus omnium rerum Creator, & Rector, omniumque dignitatum ineffabilis dispositor, qui dat salutem Regibus, meritis altissimæ Domini genitricis Dei Mariæ, omniumque Sanctorum, auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nobis licet indignis, per eos quali-

cunque commissa, te tuosque fideles in Christo ab omnibus peccatis absoluat, detque tibi victoriam de inimicis visibilibus & inuisibilibus. Mentem tuam semper illuminet, ut eius bonitatem & humanam fragilitatem diligenter perspiciendo, mundi gloriam despicias, & ad aeternam (beato Petro duce) peruenias.

EPISTOLA III.

SIGNIFICAT defuncto Rodulpho Rege omnes sibi persuadere, ut Henricum in gratiam recipiat. Monet ut Mathildem certiorē faciant, an ab eis praesidium contra Henricum expectare debeat, & Ducē V. Velfonem aliosque moneant, ut fidem B. Petro seruent, atque omnes hortentur ne Regis electio temerē fiat; sed Deum exorent, ut inimici resipiscant, & Ecclesiae suae defensorem tribuat. In sacerdotes belli tempore rigore canonicum temperandū esse ait. In Synodo se oēs excommunicatos iterū excommunicasse.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilecto in Christo fratri, & coepiscopo Patauiensi A. .
& venerabili Hirsaugiensi Abbati Vv. salutem
& Apostolicam benedictionem.



† f. morte
Marian. Scor. &
Bertol. an. 1060.

Rudentia vestra ex hoc satis gratulamur, quia (sicut oportebat) nunciare nobis vera summoperē studuistis, praesertim cum multa, & varia ex partibus vestris apud nos referantur. Notificamus autem dilectioni vestrae, penē omnes nostros fideles, audita voce Rodulphi beatæ memoriæ Regis, niti ad hoc nos crebris adhortationibus festere, ut Henricum iam pridem (sicut scitis) plura facere nobis paratum, cui fermē omnes Italici fauent, in gratiam nostram recipiamus: adiicientes, si ille in Italiam pro velle, & conatu suo non valens nobiscum habere pacē, contra sanctam Ecclesiam venerit, ex vobis frustra sperandum fore auxiliū. Quod quidem si nobis, qui illius superbiam paruipendimus, deficiat, non ad eō graue videtur. Si verō filia nostræ M. . . (cuius militū animos ipsi perpenditis) à vobis suffragatum non fuerit; quid aliud restat, nisi ut quum sui resistere recusauerint (quā utique hac in re pro insana habent) ipsa vel coacta paci illius acquiescat, aut quicquid possidere videtur, amittat? Quam obrem summoperē niti vos oportet, eam certam reddere, an ex vobis praesidium expectare firmiter debeat. Si H. . . fortē Longobardiam intrauerit, admonere etiā te charissime frater volumus. Ducem Vv. . . ut fidelitatem B. Petro faciat, sicut coram Imperatrice A. . . & Episcopo Cumano mecum dispo-
fuit, concessio sibi post mortem patris eius beneficio. Illum enim totum in gremio beati Petri desideramus collocare, & ad eius seruitium specialiter prouocare. Quam voluntatem si in eo, vel etiam in alijs potentibus viris amore beati Petri, pro suorum peccatorum absolutione ductis, cognoueris, ut perficiant elabora, nosque certos reddere diligenter procura. Hac enim fiducia, ut Italici remoti ab H. . . nobis immō beato Petro fideliter adherent (Deo adiuuante) efficere credimus. Præterea admonendi sunt omnes in partibus vestris Dominū timentes, ac sponsæ Christi libertatem diligentes, ut non aliqua gratia suadente, aut vllō metu cogente, properent eā temerē personam eligere, cuius mores & cetera quæ Regi oportet inesse, à susci-

à suscipienda Christianæ religionis defensione & cura discordent. Melius quippē fore arbitramur, ut aliqua mora, secundum Dominum, ad honorem sanctæ Ecclesiae prouideatur idoneus, quā nimium festinando, in Regem aliquis ordinetur indignus. Scimus quidem, quod fratres nostri longo certamine, diuersisque perturbationibus fatigantur: nobilius tamē esse dno scitur, multo tēpore pro libertate sanctæ Ecclesiae decertare, quā miserē ac diabolicē seruituti subiacere. Certant namque miseri, scilicet membra diaboli, ut eiusdem misera seruitute opprimantur. Certant è contra membra Christi, ut eosdem miseros ad Christianam libertatem reducant. Quapropter fundendæ sunt frequentissimæ orationes, & largissimæ dandæ elemosynæ, omnibusque modis Redemptor noster exorandus, ut inimici nostri, quos suo præcepto diligimus, resipiscant, & ad gremium sanctæ Ecclesiae redeant, suaque sponsæ, pro qua mori dignatus est, defensorem & rectorem (sicut eam decet) clementer tribuat. Nisi enim ita obediens, & sanctæ Ecclesiae humiliter deuotus, ac utilis (quemadmodum Christianum Regem oportet) & sicut de R. . . sperauimus, fuerit, proculdubio ei non modo sancta Ecclesia non fauebit, sed etiam contradicet. De prædicto enim Rodulpho Rege, quid sancta Romana Ecclesia, sperauerit, & quid ille promittebat, tu ipse frater charissime, satis cognoscis. Prouidendum est ergo, ut non minus ab eo, qui est eligendus in Regem, inter tot pericula & labores sperare debeamus. Quæ de re quid promissionis iuramento sancta Romana Ecclesia ab illo requirat, in sequenti significamus.

Iuramentum Regis.

A B hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem beato Petro Apostolo, eiusque vicario Papa Gregorio, qui nunc in carne viuit: & quodcunque mihi ipse Papa praeceperit, sub his videlicet verbis: Per veram obedientiam, fideliter (sicut oportet Christianum) obseruabo. De ordinatione verò Ecclesiarum, & de terris vel censu, quæ Constantinus Imperator, vel Carolus sancto Petro dederunt, & de omnibus Ecclesijs, vel prædijs, quæ Apostolica sedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata vel concessa, & in mea sunt vel fuerint potestate, ita conueniam cum Papa, ut periculum sacrilegij, & perditionem anime meae non incurram: & Deo, sanctoque Petro (adiuuante Christo) dignum honorem, & utilitatem impendam: & eo die, quando illum primus videro, fideliter per manus meas miles sancti Petri, & illius efficiar. Verum quoniam religionem tuam Apostolicæ sedi fidelem, & promissis tenemus, & experimentis non dubitamus, de his siquid minuendum, vel augendum censueris, non tamen prætermissis integro fidelitatis modo, & obedientia promissione, potestati tuae & fidei, quam beato Petro debes, committimus. Quod verò de sacerdotibus interrogasti, placet nobis, ut in presentiarum, tum propter populorum turbationes, tum etiam propter honorum inopiam, scilicet, quia paucissimi sunt, qui fidelibus Christianis officia religionis persoluant, pro tempore rigorem ca-

Imperator efficitur miles sancti Petri, & Patris.

nonicum temperando, debeatis sufferre. De his namque pacis & tranquillitatis tempore (quod, Domino miserante, citò futurum credimus) conuenientius tractari, pleniusque poterit canonicus ordo seruari. Ceterum de Buggone, cuius malitiam significastis, nedum tantam potestatem, videlicet absolendi, sibi tam temerè commississe, nec etiam recordamur, nos aliquando eum, vel sermone, vel visu notum habuisse. In sancta quidem Synodo, quam nuper (Deo auctore) celebrauimus, omnes excommunicatos usque ad condignam satisfactionem, rursus excommunicauimus, & fratrum multitudinem, qui aderant, rogauimus, ut misericordiam Dei quotidie exorent, quatenus illos per veram penitentiam ad gremium sancte matris Ecclesie reducat, eisque in bono perseverantiam tribuat. Nullius enim hominis perditionem querimus, sed omnium salutem in Christo desideramus.

EPISTOLA IIII.

Ut exploret an Robertus Dux Apostolicæ sedis auxilio venturus sit, & an quadragesimali tempore, quo à militia vacare solebat, aliquod Apostolicæ sedis oppidum in officio continere velit. Ducem moneri vult, ut nepotem suum ab inuasionem terrarum sancti Petri compefcet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, C
venerabili Abbati Cassinensi D. . . salutem & Apostolicam benedictionem.

Eritis nouit dilectio tua, quantum commodi de pacatione Ducis Roberti sancta Romana Ecclesia sperauerit, quantum ue ex hoc inimici eius timuerint: neque etiam te latere putamus, huic Apostolicæ sedi ex parte illius quid utilitatis accesserit. Vnde quia plurimorum fidelium super eo spes (sicut palam cernitur) hucusque non processit; volumus, ut de cetero animum ipsius, qualiter se circa Romanam Ecclesiam habeat, veraciter intelligere studeas. Præcipue autem eius voluntatem in his agnoscere diligenter te cupimus, scilicet, si necessaria nobis expe-ditio fuerit, post Pascha, an per se, vel per filium suum se decenter succurrurum, fiducialiter polliceatur. Si verò hoc non potuerit, quot milites post Paschale festum, ut in familiari militia beati Petri sint, se destinaturum indubitanter promittat. Hoc etiam solerter procures aduertere, an illos dies, videlicet quadragesimales, quibus Normanni solent pugna vacare, præfatus Dux assentiat hoc pacto Deo offerre, ut vnà vel nobiscum, vel cum nostro legato, ad aliquas terras beati Petri, quo inuitatus fuerit, competenter instructus accedat: quatenus hoc sui obsequij studio, & honos in Apostolica fidelitate confirmet, & rebelles, ac contumaces ad debitam sancte Romanæ Ecclesie reuerentiã, atque seruitiũ vel terrore reuocet, vel vi, taliq; modo sua Deo militiæ munus gratuitũ offerat. Præterea, de nepotè suo Roberto de Loritello, ad ipsius Ducis memoriã reuoces, qualiter de illo nobis promissit, videlicet, quod idem comes se terras Apostolicæ sedis, præter quas habebat, ulterius

A ulterius non inuasurum spondit: quas tamen pro posse suo inuadere (sicut audiuimus) adhuc non desistit. Suadens igitur admoneas eum, ut memorari nepotis sui sacrilegam compefcet audaciam, atque hortetur illum, præterita corrigendo, & in futuro se abstinendo, beatum Petrum propitium sibi facere, in cuius irritatione ruinam, & in gratia vitam & felicitatem possit obtinere perpetuam. De nouis ultramontanis nihil certi habemus; excepto quòd Henricum numquam se infelicis habuisse, penè omnes illinc aduenientes affirmant.

EPISTOLA V.

Cum legatus Episcopus Normannos, quia Synodo, ad quam vocabantur, præstò non fuerant, deposuisset; præcipit ei, ut eos restituat, ne Regem Angliæ, qui in sedem Apostolicam præ ceteris Regibus obsequentior erat, exasperet: & iubet ut erga omnes eius subditos mitius agat. Quod idem vult erga milites quosdam, qui ad simoniacos & fornicarios clericos coercendos auxilium legato tulerant, obseruari.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilectis in Christo fratribus H. . . Dienfi Episcopo, &
A. . . salutem & Apostolicam benedictionem.

Relatum nobis est, quòd religio vestra omnes Normannorũ Pontifices, præter Rotomagensem, ipsumque Culturenses Abbatem, quem nos restituimus, ad Concilium inuitatos suspendit. Quos tamen (sicut nobis suggestum est) non tam inobedientia, quam metus Regis Francorum, scilicet, quia securè venire nequibant, subtraxit. Qua in re prudentia tua quid nobis videatur, aduertat. Rex Anglorum licet in quibusdam non ita religiosè (sicut optamus) se habeat; tamen in hoc quòd Ecclesias Dei non destruit, neque vendit, & pacem, iustitiamque in subditis suis moderari procurat, & quia contra Apostolicam sedem, rogatus à quibusdam inimicis crucis Christi pactum inire, consentire noluit, presbyteros vxores, laicos decimas, quas detinebant, etiam iuramentò dimittere compulsi; ceteris Regibus se satis probabiliorem, ac magis honorandum ostendit. Vnde non indignum debet existimari potestatem illius mitius esse tractandam, atque respectu probitatis ipsius, subditorum, & eorum quos diligit, negligentias ex parte fore portandas. Denique meminisse potest dilectio vestra, qualiter & beatus Leo Papa neophytos, & beatus Gregorius Venantium expatrium, quem suus Episcopus iuste corripuerat, sustinuit: & quemadmodum clementia Domini Iosaphat Regi Iuda, qui impio Achab auxilium præbens, iram diuinam meruerat, indulgit. Quare volumus, ut fraternitas vestra supramemoratis Episcopis & Abbatibus, non prætermissis Culturensi Abbate, quos suspendistis, per præsentium portitorum restitutionis litteras mitrat: & præfatum Regem in talibus ulterius sine assensu nostro non exasperet. Videtur enim nobis multò melius, atque facilius lenitatis dulcedine, ac rationis ostensione, quam austeritate, vel rigore iustitiæ illum Deo lucrari, & ad perpetuum beati Petri amorem posse pronocari. Præterea innotuit nobis, quòd multos milites, qui prius ad presbyteros fornicarios, & simoniacos coercendos fauorem, & auxilium vobis impen-

Guiliel. Neug. rer. Angl. lib. 1. c. 1.

Cum quibus rigor temperandus.

impenderant, propterea quòd decimas dimittere nolebant, excommuni- **A**
cando turbaueritis: Quales nos adhuc anathematis vinculis alligare syno-
dali iudicio per discretionem distulimus. Super his igitur consulimus, at-
que hortamur, vt nunc pro tempore canonicum rigorem vestra sapientia
temperet, atque hac turbationis tempestate quædam parcendo, nonnulla
dissimulando ita studeat moderari, vt non ex seueritate iustitiæ deteriorandi
occasionem sumant, sed suspenso nunc iudicio, spatium recognoscendi
æquitatem habentes, postmodum facilius acquiescant: ut demum in eos
tranquillitatis tempore, quod (Deo annuente) citò futurum speramus, id
quod nunc Apostolicæ sedis discretio patienter differt, iustitia dirimens, ad
statum suum restauret.

EPISTOLA VI.

*Quorundam monasteriorum, quæ sub Romana Ecclesiæ tutela constituta
sunt, curam eis committit. Dat facultatem repetendi quicquid ad eadem monasteria
pertinens, ab aliis iniuste detineatur.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto in Christo filio R . . . sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinali sacerdoti, atque Abbati Massiliensi, suis-
que successoribus regulariter promouen-
dis in perpetuum, &c.

Micet Apostolici nos apicis cura pro cunctis generaliter Ecclesijs **C**
vigilare, ac pro omnium statu, vel reparatione sollicitos esse ad-
moneat; illis tamen præcipue locis nostram curam specialius
exhibendam perpendimus, quæ sub Romanæ tutela sedis con-
stituta, scimus status sui confirmationem, augmentum, vel restitutionem ab
hac potissimum Ecclesiæ, cuius iuris sunt, expectare. Quia ergo quædam
monasteria, alterum in prouincia videlicet sancti Petri, qui dicitur ad Mon-
tem maiorem; & alterum in Narbonensi Archiepiscopatu sanctæ Mariæ de
Crassa, quæ ad huius sedis defensionem, pertinere, propriiq. iuris eius esse
noscentur, iam dudum sæcularium monachorum culpa à religionis tramite
deuissæ itelleximus; ea reformare ad lapsi decoris specimen valde esse ne-
cessariū duximus. Scitis, n. decentius, atque cōuenientius esse decernitur de-
structa restituere, & ad gradū suū collapsa reducere, q̄ in dilatandis, vel no- **D**
uiter ædificandis operâ dare. Quapropter ad prædictorum locorū restaura-
tionem, religionis tuæ prudentiam perutilem arbitantes, licet tu quorundā
proborum virorum præcibus ahortatus, absque licentia nostra de eorū cu-
ra te nolueris intrromittere; nos tamen censuimus per tuam, successorumq.
tuorum solertiam fratribus in eisdem cœnobiis deinceps mansuris perpe-
tuam regularis vitæ circumspectionem prouidere. Proinde circa præfata
monasteria sollicitudinis nostræ vicem dilectioni vestræ committentes, vo-
lumus, atque præcipimus, vt in eis quæ amputanda sunt, amputetis, quæque
corrigenda sunt, corrigatis; & quæ illis disciplinæ tenore defuerint, vestra
vigilantia & labore conferantur. Præterea quotiens eorum rectores obie-
riunt, vestri sit studij alios cum consensu probabiliorum fratrum de eadem
con-

A congregatione, si fieri potest; sin autem, aliundè, secundum Deum & regu-
lam sancti Benedicti abbates eligere, ibique sustituere: quos ab illo Episco-
po, in cuius Diœcesi fuerint, si ab hac sede excommunicatus, vel simoniaca
hæreseos infamia notatus non erit, ordinandos decreuimus. Si verò alterū
horum obstiterit, Abbas à Romano Pontifice suam consecrationem expe-
rat, aut ad quemcunque Episcopum ille præceperit pergere, pro sui ordina-
tione licentiam habeat: cuius nihilominus Abbatis mores & vitam sicut &
subditorum suorum discutere, excessusque corrigere, vestræ potissimum
prouidentia attinebit. Quòd si fortè in aliquod crimen depositione dignū
fuerit lapsus, vestrum erit ad Apostolicam audientiam deferre: quatenus
aut hic damnationis suæ sententiam per Romanum Pontificem excipiat,
aut per Apostolicum legatum ad id peragendum serio missum, dignum suis
meritis iudicium subeat. Statuimus etiam, vt quicquid ad eadem monaste-
Bria pertinere cognoscitur, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur; ex hac
nostra auctoritate repetendi, exigendi que, ac vendicandi habeatis per om-
nia (Deo iuuante) licentiam: quia dignum est, vt quorum curam geritis,
rebus nullo modo defraudemini. Præfato igitur modo, nostræ prouidentia
ac dispositionis vicissitudinem circa prædicta monasteria, tibi, tuisq. suc-
cessoribus (vt prælibauimus) regulariter promouendis concedentes; inter-
dicimus, vt nullus successorum nostrorum, vel Archiepiscoporum, aut Epi-
scoporum, & nemo clericalis, seu laicalis ordinis audeat hanc potestatem
præfatis decreti auctoritate firmatam vobis auferre, vel perturbare: sed ea
(sicut præfixum est) in vestra salubri ordinatione, ac dispositione in perpe-
tuum inconuulsa permaneant.

EPISTOLA VII.

*PRÆCIPIT ne quisquam Ecclesiam sancti Petri in villa Maschara sitam tu-
relæ Apostolicæ sedis commissam infestet.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus Deo & beato Petro fidelibus, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Notum sit vobis, nos Ecclesiam sancti Petri sitam in villa, quæ **D**
dicitur Mascharans, sub ius & defensionem Apostolicæ sedis
ab ipsius fundatoribus spontè traditam suscepisse, ob cuius
donationis memoriam perpetuò retinendam, constituerunt,
& deuouerunt se illi, qui circa eundem locum propter amo-
rem, & tutelam beati Petri sibi ædificant, pro vnaquaque domo censum an-
nualiter octo nummos Pictauesium persoluituros. Quapropter Apostoli-
ca auctoritate præcipimus, vt nemo præfatum locum Apostolica tuitione
munitū deinceps infestare præsumat: sed sub defensione beati Petri, cuius
iuris est, quietus & securus ab omni perturbatione permaneat. Si quis ergo
contra hæc nostra mandata memoratum locum vexauerit, admonitus se-
mel, iterum, vsque tertio, per conuenientes inducias si non respuerit, sciat
se à gratia beati Petri separatum; & nisi satisfecerit, anathematis vinculis
innodandum: quicumque verò propter Apostolicam reuerentiam ab infestatio-
statio-

statione ipsius loci, & latione (sicut Christianum decet) se continuerit, cum-
que adiuuare studuerit, veniam peccatorum suorum, & gratiam beati Petri,
si in bonis perseuerauerit, se promeriturum non dubitet.

EPISTOLA VIII.

FOR TATVR Ut ab excommunicatis caueant. Excusat se quod eorum petitioni in presenti non annuat, promittens tamen se opportuno tempore postulationi eorum assensum praeiurum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Glorioso Duci, & genti Veneticorum: his tamen qui non
communicant excommunicatis, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Quantum nos ex longo tempore vos, & patriam vestram dilexerimus, non existimamus scientiam vestram latere. Verum postquam nos (omnipotentis Dei dignatio) ad id prouexit officij, non dilectionem ex vobis, qualem oportebat agnouimus. Sed licet ante hac res ita se se habuerit; tamen quia sanae mentis consilio matrem vestram, Apostolicam videlicet sedem recognoscentes, eam incipitis querere, & venerari; nos qui huius sedis, quamuis indigni, sollicitudinem gerimus, honorem vestrum tam in praesenti, quam in futuro secundum Deum diligere & seruare haud secus optamus. Vnde paterno vos affectu adhortantes, ex parte beati Petri monemus, atque praecipimus, ut summa diligentia & cautela vos ab excommunicatis custodire curetis, ac permaxime caueatis amicitiam sortire, vel gratiam illorum captando, iisdem vos laqueis damnationis innectere. Quod autem petitioni vestrae, ad praesens in adimplendo eam, non videmur annuere, non tam nostrae velut incuriae, quam temporum incommoditati velitis ascribere. Denique cum tempus opportunum (quod Domino fauente citò futurum speramus) aduenerit, postulationem vestram recte efficere, ac honorem vestrum, salua iustitia, seruare (opitulante clementia diuina) non pigritabimur. Sicut enim in sancta Ecclesia charitas circa omnes generaliter tenenda dinoscitur; ita suum quibuslibet, iustitia dictante, honorem specialiter non denegandum fore, sed habendum perpendimus, Dat. vj. Idus Aprilis.

EPISTOLA IX.

GRATVLATVR de eius erga Romanam Ecclesiam obseruantia, utque in ea perseueret, & ab excommunicatorum communione se separet, hortatur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
T... nobilissimo Comiti, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoniam deuotionem tuam erga communem matrem, Romanam videlicet Ecclesiam, fidissimam in omnibus, multis & probatis viris attestantibus, & maxime charissimo fratre nostro Hugone Diensi Episcopo referente cognoscimus, valde laetamur, & omnipo-

Anipotentis Dei supernae clementiae grates referimus. Oramus etiam ut diuina praecunte clementia, sic ceptum bonum, ad finem usque perducas: quatenus ille, cuius iudicio, fidelium Ecclesia Christi commissa est, peccatorum nexibus absolutum, in electorum te faciat sorte conscribi. Te itaque charissime fili hortamur, ut tuae mentis oculos in aeterni Regis amore & spe indefinenter figas, ne nobilitas tua ab illius diuinitate praeceteris exaltata, terrenis sollicitudinibus & voluptatibus emollita, vim spiritualis desiderij amittat. Dignum namque est, ut qui tuo nutui tantam hominum multitudinem supposuit, hanc ei vicissitudinem recompenses, ut vnum hominem, videlicet te ipsum, pura semper mente sibi & corde conserues. De causa videlicet excommunicatorum super qua consuluisti, nihil tibi, praeter quod sacri canones praecipunt, respondere possumus, scilicet ut abstineteis vos a communione ipsorum, prout Deus concesserit, & vestra prudentia poterit. Nec enim parum te a talibus abstinento existimes agere, immo credas certissime, quoniam in futura beatitudine geminam a Domino coronam, obedientiae scilicet, ac sanctae praedicationis accipies. Bona namque est vox praedicationis cum opere, sed non parua est bona actio sine voce. Neque nos alicui licentiam peccandi dare possumus, aut debemus, cum nos ipsi hanc licentiam non habeamus; sed peccantibus Apostolica auctoritate subuenire non denegamus, & manum salutaris consilij porrigere desideramus. Illud quoque prudentiam tuam animaduertere volumus, quod si quisquam illorum excommunicatorum te grauius offenderet, ab illorum amicitia, usque ad satisfactioem te submoueres. Quod si hoc pro tuo honore faceres, quid pro Deo facere debes animaduerte. Quapropter monemus te charissime fili, ut quod a subiectis tibi vis fieri, non negligas pro illius amore agere, qui te ad suam imaginem creauit, & suo pretioso sanguine redemit. Dat. Lateranis, iij. Kal. Maij.

EPISTOLA X.

MONET, ut qui Henrico adhaeserant, si resipiscant benignè suscipiat, praecipue vero Burgensem Episcopum.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto in Christo fratri A... Pataviensi Episcopo,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Via vicem nostram in Teutonicis partibus prudentiae tuae commisimus, discretionem tuam diligenter monemus, sicut iam alijs litteris ad te destinatis (si peruenerint) fecimus, ut consilio fratris nostri Salsburgensis Archiepiscopi, & aliorum confratrum nostrorum Episcoporum eos quos adhaerendo H... a proposito veritatis errasse cognoscitis, studiosè reuocetis: & qui redire voluerint, fraternè suscipiatis, & maxime Osnaburgensem Episcopum, quem nobis velle fideliter adherere audiuimus, benignè suscipiatis, & fraterno auxilio contra quamlibet iniuriam inferendam ei occurrere ubi opportunum fuerit, non haesitetis, & litem quam de decimatione Ecclesiae suae habet cum Corbegense Abbate, vel iuste ante vos terminate, aut absque laesione suae Ecclesiae certum tempus ipsius ante nos terminandae ex utraque parte statuite. Vale.

EPISTOLA XI.

HENRICVM Regem Romā cum paucis copijs venturū significat, quem si eius voluntati fauere vellet, obsequentem sibi haberet: sed se mori potius paratum asserit, quam eius impietati assensum præbere. Monet vt sibi in defensione Ecclesiæ adhaereat. significat Mathildæ litteris cognouisse, quòd Rex cum Roberto Duce fœdus inierit, de quo quid actum sit, ab eo vult inquiri. Romanos ad Apostolicæ sedis obsequium paratos ostendit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
D... venerabili Cardinali sancti Petri, & Abbati Cassinensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Marian. Scot. &
Bertol. an. 1081.
Leo Ostien. lib.
3. c. 49.

Raternitatem tuam dilectissime cognoscere volumus, quòd (sicut pro certo didicimus) Henricus dictus Rex in Suburbanis Raucennæ moratur: disponens (si poterit) Romam circa Pentecostem venire. Quem certissimè scimus ex ultramontanis & Longobardis paruam manum habere. Audiuius autem, quòd ex his, qui circa Rauennam, vel in Marchia morantur, putet exercitum cum quo veniat, colligere; quod fieri minimè credimus, quoniam nec etiam focum ab his, per quos transitum habet, habere potest. Tu verò ipse amantem fratrem cognoscis, quia finos amor iustitiæ & honoris sanctæ Ecclesiæ non teneret, tamque prauæ voluntati, ac nequitiae Regis, & suorum vellemus fauere, nullus aliquando prædecessorum nostrorum ab antecessoribus Regibus, seu etiam Archiepiscopis tam amplum & deuotum seruitium, sicut nos, ab hoc Rege, & ab Archiepiscopo, habere potuerunt. Verùm quoniam & illorum minas & seruitia pro nihilo ducimus, magis si necesse fuerit, mortem suscipere parati erimus, quam impietatibus eorum assensum præbere; aut iustitiam relinquere. Quapropter rogamus, atque monemus, vt (quemadmodum te decet) ita nobis adhaereas: quatenus sanctæ matris tuæ Romanæ Ecclesiæ honor, quæ de te multum confidit, nunc & semper robur obtineat. Hoc etiam te scire volumus, quòd Comitissa Mathildis litteras ad nos direxit, quibus continetur hoc, quòd quemadmodum à familiaribus ipsius pro certo cognouit, præfatus Rex placitum cum R... Duce habeat, videlicet hoc, vt filius Regis filiam ipsius Ducis accipiat, & Rex Duci Marchiam tribuat. Quod Romani facile credent, si viderint Ducem adiutorium (sicut iuramento fidelitatis nobis promisit) subtrahere. Sed prudentia tua sollicitè inuigilet, & quid super hac re actum sit, diligenti examinatione cognoscat. Tu ipse etiam quantocyus ad nos propera. Scias præterea, quòd Romani, & qui circa nos sunt, fide & prompto animo Dei & nostri seruitio parati per omnia existunt.

EPISTOLA XII.

EADĒM quæ in Epistola XV. libri octau.

GRE-

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Omnibus in episcopatu Valuensi habitantibus maioribus
atque minoribus, siue potestatem in eo habentibus,
qui gratiam beati Petri cupiunt, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Transmundus vester dictus Episcopus ad nos venit, quem nimirum, &c.

Iuramentum Bertranni Comitis Prouinciæ.

Ego Bertrannus Dei gratia Comes Prouinciæ ab hac hora & deinceps, tibi domino meo Papa Gregorio, & cunctis successoribus tuis, qui per meliores Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ electi fuerint, fidelis ero: & quicquid credideritis, in damnum vestrum me sciente non manifestabo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Aliud iuramentum eiusdem.

Ego Beltrannus Dei gratia Comes Prouinciæ pro remissione peccatorum meorum, & parentum meorum offero, concedo, dono omnem honorem meum, quantum ad me iure parentum pertinet, omnipotenti Deo, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, & Domino meo Gregorio Papa Septimo, & omnibus successoribus eius: ita vt quicquid placuerit deinceps Domino Papa Gregorio de me, & de toto honore meo sine vlllo contradicito faciat. Ecclesias autem omnes, quæ in mea potestate sunt, præfato Domino meo Gregorio Papa omnino dimitto, & omnibus successoribus suis: & ad ordinandas eas iuste, & secundum Deum pro posse meo fideliter adiuuabo.

EPISTOLA XIII.

PRÆCIPIT vt ratum habeat quicquid à Lugdunensi Archiepiscopo super electione Teruannensis Episcopi statutum fuerit, & vt clericis, qui hac de causa Romanam venerant, nullam lesionem fieri permittat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
R... nobili Flandrensi Comiti, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Relatum nobis est, quòd Teruannensis Archidiaconus, qui prius cum quadam parte cleri R... contra Lambertum inuaforem elegerat, nunc sibi ipsi contrarius mutato consilio alterum supposuerit. Quam causam fratri nostro Lugdunensi Archiepiscopo-
Epist. Tom. 3. Dddd pisco-

Ista epistola est superius eisdem verbis posita libro 8. epist. 15. ideo non repetitur. pag. 838.

Hæc epistola hic errore scriptoris locata, inferius ponenda erat.

piscopo H... diligenter procurandam, litteris nostris commisimus: ut A
nisi prior electio canonicè fuerit improbata, nullum illi sedi alterum sub-
roget. Quicquid ergo ipse super hoc negotio fuerit exequutus, quia certi
sumus eum à iustitia non recessurum, nobilitati tuæ præcipimus, ut ratum
firmumque tenere nullatenus renuat: sed quod ille statuerit, quasi nostrum
vos obseruate, ceterisque ne contradicere audeant, pro vestri magnitudi-
ne imminete. Insuper volumus, atque monemus, ut clericis, qui propter hoc
negocium sedem Apostolicam petiuerunt, nullam exinde læsionem facia-
tis, vel fieri permittatis.

EPISTOLA XIII.

GRATVLATUR de gentis eorum regni ad Christianam fidem conuersione. Ad B
bona opera hortatur. Vult clericos sæpe ad se mittant, qui Romanæ Ecclesiæ instituta
edocti, eos postea instruere possint.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vu... Ifigothorum gloriosis Regibus L... & A... & po-
pulis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Rater noster, Episcopus vester ad Apostolorum limina veniens sug-
gestit nobis de noua gentis vestra conuersione, scilicet qualiter
relicto gentilitatis errore, ad Christianæ fidei veritatem perue-
nerit. Vnde plurimum in Domino lætati miseratori omnium, inti-
mo corde gratias agimus, qui mentes nostras lumine suo visitare, & de tene-
bris ad lucem, de morte ad vitam dignatus est vos aeterna sua benignitate C
reducere. Similiter etiam ipsius ineffabilem misericordiam deprecari sumus,
assidueque postulare optamus, ut vos tam fidei gratia, quam & bonorum ope-
rum fructibus, & in hac vita vigere, & in futura sanctorum coeribus faciat an-
numerari. Proinde charissimi filij auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vi-
ce beatorum Apostolorum Petri & Pauli nobis licet indignis concessa, vos
admonemus, ut huius fugitiuæ vitæ incertitudinem, ac temporalium re-
rum, & gaudiorum instabilitatem perpenderitis, contemnere; & ad illa
quæ sine fine mansura sunt, quæque humani sensus, ac desiderij angustia
amplitudine sua excedunt, meminere aciem mentis semper extende-
re: concordiam & dilectionem studeatis adinuicem indeficienter habere:
Ecclesiis honorem, pauperibus, vel afflictis compassionem: sacerdotibus,
præcipuisque Episcopis reuerentiam & obedientiam quasi patribus procu-
retis impendere: nec non & decimas quæ ad usum tam ipsorum, quam Ec- D
clesiarum, & pauperum proficiant, dare, totique regno indicere. Quod qui-
dè nulli debet graue videri, pro meliori parte videlicet semper victura ani-
ma, quemque decimam Deo offerre, cum pro morituro corpore plurimam gætes
coniugibus suis tertiâ rerum legibus cõpellantur exoluere. Præterea ad hoc
summæ animi viribus enitimini, ut qui velut in fine orbis, ita & sæculorum
ad laborandum in vineam Dominicam introistis, inter primos remuneran-
di eundem denarium vndecimæ operatores percipere debeatis. Agite etiã,
ut quemadmodum de præcessoris vestri laudabili fama valde sumus gauisi,
ita quoque studiorum, probitatumque vestrarum opinio nos de se (sicut
optamus) lætificet. Quia verò nouiter ad Christum conuersos nondum
Christi-

A Christianæ fidei, & Religionis doctrinam sufficienter vos sumpsisse puta-
mus; volumus ut frequenter ad hanc sedem clericos vestros mittatis, talesque
personas prouideatis ad nos destinare, qui & sanctæ Romanæ Ecclesiæ mo-
ribus plenius instrui, & instructi valeant ad vos doctè, salubriterque quæ
sunt agenda referre.

EPISTOLA XV.

SIGNIFICAT Parisiensem & Carnotensem Episcopos de eorum se esse que-
stos, quod eundem Carnotensem non canonicè accusatum excommunicatum deposuerit,
nec eius defensionem admisit: quæ de re cum se certiore non fecisset, iubet ut ipsi in-
terim Romæ expectare iussis, ipse aut veniat, aut nuncium mittat.

B GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Dilecto in Christo filio H... Diensi Episcopo, salutem
& Apostolicam benedictionem.



Rater & Coepiscopus noster Parisiensis cum Carnotensi ad
Apostolicam sedem venerunt, non sine multa quidem (si-
cut ipsi referebant) & sui fatigatione, & rerum suarum ia-
ctura, in quibusdam locis etiam capti, nec sine redemptione
sui dimissi. Clamorem itaque ad audientiam nostram tulerunt,
quod in alterum eorum, videlicet Carnotensem Epi-
scopum tua fraternitas præiudicium fecerit, & non canonicè accusatū ex-
communicationis ac depositionis sententiæ subdiderit. At hoc etiam ma-
ximum grauamen factum esse conquesti sunt; quod cum talis esset accusa-
tio, & in defensione illius prædictus Parisiensis Episcopus, qui rem omnem
constitutionis eius novit & fecit, & Belbacensis absolutè; duo verò Archie-
piscopi, alijque duo Episcopi, qui non interfuerant, conditionaliter, videli-
cet, se scientibus, iurare voluerint; propter hoc tamen solum quod condi-
tionem isti quatuor apponebant, defensionis recipere iuramentum nolue-
ris. Verum cum de prudentia tua nihil incongruè temerè credendum nobis
esse putemus; præsertim quia tam viua voce, quam litteris ex nobis te super
hac re commonitum esse meminimus, ut quicquid in Synodis ageres, dili-
genter cõscriptum nobis dirigeres: quamquam se aduentum suum tibi no-
tificasse memorarent; nos tamen nuncium tuum expectantes, aut litteras,
illos ut causæ suæ diffinitionem perciperent per dies aliquantos detinuimus:
ac post ingressum Urbis, sub ea spe plures quam viginti dies sunt demorati.
D Vbi verò illis & labore itineris, & rerum dispendiis, magnisque sumptibus
fatigatis nec nuncium, nec litteras vestras accepimus, fratribus quoque no-
stris valdè cõpatientibus, atque adiudicantibus nimis indignum esse Apo-
stolica mansuetudine, ut illi sine cõsolatione recederent; præcepimus eis;
ut tandiu adhuc expectarent, donec ex vobis responsum reciperemus. Fra-
ternitati itaque tuæ iubemus, ut aut tu ipse (quod magis optamus) de hoc,
& de alijs maioribus negotiis nobiscum tractaturus aduenias, aut idoneū
nuncium cum litteris super hac re compositis, qui eas, si sit necessarium, iu-
ramento comprobeat, dirigas. Dat. Lateranis, ij. Noñ. Decemb.

PRAECIPIT ut Episcopum suum de falso simonia crimine purgatum debito honore suscipiant, eique ut proprio pastori obediant.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Clero & populo Carnotensis Ecclesiae, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vod Episcopum vestrum tamdiu apud nos detinuimus, sciatis nos idcirco egisse, ut causam ipsius pleniter discutientes irretractabili sine concluderemus. Inde etiam litteris nostris ad legatum nostrum Episcopum Diensem directis mandauimus, ut aut ipse ad nos veniret, aut nuncium suum cum litteris huius negocij seriem continentibus nobis transmitteret. Verum apicibus illius susceptis, reperimus eum aliquantulum a verbis auunculi huius, scilicet Parisiensis Episcopi dissentire. Sed diuersitatem ipsam diligentissime perspicientes, cognouimus praebatum negocium inuiolata iustitia, non incongrue cum misericordia posse tractari. Quapropter (diuino freti auxilio) censuimus ne ulterius hunc falsi criminis tanta dilaniaret infamia, ut praesentialiter per se, & auunculum suum, dato supra sacratissimum corpus beati Petri Apostolorum principis iuramento se se purgaret. Non enim aut cuiuslibet personae gratiam, aut lucri temporalis ardorem tantum valere credidimus, ut aliquis sanae mentis vir, praesertim Episcopus, spreto diuini horrore iudicij vltro periurium tam graue velit patrare. Quocirca dilectionem vestram monentes, ex parte beati Petri vobis praecipimus, ut praefatum Episcopum vestrum paterna cum veneratione suscipiatis, eique debitum honorem deferentes, sicut pastori obediatis. Praeterea Apostolica interdictione inhibemus, ne eum super illo simoniae infamiationis, quo se purgavit, alijsvè falsis criminibus deinceps agitari, neve ipsum (sicut mos est quorundam) prelatos criminosis suspitionibus commaculare vltius inultè sollicitari permittatis, sed eum ut praesignauimus, sicut patrem spiritualem venerantes, ostendatis vos & Apostolicis iussis obedientiam gerere, & ut Christianos oportet, animarum vestrarum curam habere.

EPISTOLA XVII.

CVM Robertus adeptum se victoriam Pontifici & Romanis nunciasset, hortatur ut B. Petri auxilio consecutum se eam esse reminiscens, debitam vicem rependat, & promissis satisfaciens Romanae Ecclesiae ab Henrico vexata, sit auxilio.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
R... glorioso Duci, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vod gesti belli prouentum, & adeptae victoriae palmam nobis & Romanis notificasti, id quod decuit prudenti consilio vsus egisti, ut res quam ex voto amicorum gloriosè obtinueras, ipsorum congratulationibus gloriosior tibi redderetur atque iocundior.

Opor-

A Oportet interea te illum alta memoria figere, cuius fauore & auxilio non ambigis res tuas iam dudum procedere. Nam sicut ingratitude prouocat indignationem, ita deuotio incunstanter accumulatur gratiam. Quapropter beatum Petrum, cuius tibi adesse patrocinium grandia facta testantur, praeculis habere semper memineris, eiusque beneficiis, cum necesse est, gratam vicem rependens, ipsum de cetero, velut debitorem efficere tibi procurato: de quo nimirum eò magis praesumere poteris, quò amplius obsequiis illum tibi, quasi obnoxium astrinxis. Memento itaque matris tuae sanctae Romanae Ecclesiae, quae de te inter ceteros principes specialiter confidit, ut peculiariter diligit. Memento quod sibi promissisti, & quod pollicitus es (cui etiam non promittens, ex iure Christianitatis debes) adimplere, cum promiseris non vltius differas. Non enim ignoras quanta perturbatio contra eam per Henricum dictum Regem sit orta, quantumque tuo, qui suus es filius, auxilio indigeat. Age ergo, ut quantum studet filius iniquitatis aduersari, non minus debeat de tua deuotionis opitulatione mater Ecclesia gratulari. Dubitauimus hic sigillum plumbeum ponere, ne si illud inimici caperent, de eo falsitatem aliquam facerent.

EPISTOLA XVIII.

UT in Lugdunensi Ecclesia Archiepiscopum idoneum ordinandum curet; quod nisi citò reperiat, ipse eius Ecclesiae regimen suscipiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Vu... dilecto in Christo fratri & Coepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



Vmmoperè procurandum tibi est, ut in magna sede Lugdunensi non diu differatur ordinari Archiepiscopus, qui reuera sit miles Christi, & defensor iustitiae: pro qua non solum laborare, sed etiam pro ea desideret mortem carnis subire. Quòd si citò non potest reperiri, ex Apostolica tibi praecipimus auctoritate, ut rogatus à fratribus tuis, & electus ab eiusdem Ecclesiae filiis, indubitanter praesumens de adiutorio caelesti, ad regimen praedictae Lugdunensis accedas sanctae Ecclesiae: imitando Dominum & patrem nostrum beatum Petrum Apostolum, qui de minori Ecclesia Antiochena translatus est in Romanam. Dat. ix. Kal. Nouemb.

EPISTOLA XIX.

TERMINANDAM committit ei causam Abbatis, cui officium propter contumaciam (excusabilem tamen) interdixerat, quod interim illi reddi vult. Praecipit ut privilegio, quod ab aduersarijs eius monachis ab Alexandro Pontifice subreptum dicebatur, si ita est, cassato, causaque discussa, secundum veritatem iudicium super ea proferat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI, A
Dilecto in Christo fratri H... Lugdunensi Archiepiscopo,
salutem & Apostolicam benedictionem.



Abbas praesentiu lator retulit nobis, officiu sibi Ecclesiae q. suae
a fraternitate tua esse interdictum; propterea quod loco ad
iustitiam inter ipsum & Abbatem de causa Dei discernen-
dam constituto admonitus non interfuit: ad quem, sicut ipse
dicit, venire non contempsit; sed propter discordiam, quae
inter Comites illius patriae fuit, non ausus est. Proinde quia
nos illius causam nec pleniter scimus, nec absente altera parte, iudicare
debemus: eam fraternitati tuae committimus, ut statuto utriusque parti con-
gruo loco & termino, ad finem quem iustitia distauerit, eorum causam per-
ducas. Volumus tamen, ut pro amore B. Petri, a quo sine misericordia nemo
regredi debet, in quantum cum iustitia poteris, istum misericorditer tractes,
atque in mansuetudine tua is sentiat se non frustra tantum laborē ad Apo-
stolicam sedem sumpsisse. Interim etiam dignum videtur & volumus, ut nisi
hoc ad iustitiam exequendam impediturum esse pro certo cognoueris, of-
ficium sibi, suaeq. Ecclesiae reddas: quatenus in hoc quoque Apostolicae se-
dis auxilium petiisse non cum poeniteat. Praeterea idem iste frater retulit no-
bis, se causam, quam cum quibusdam monachis habebat, ad audientiam tuam
detulisse: cuius rei examinationem; quoniam praefati monachi priuilegiū
venerandae memoriae Alexandri praedecessoris nostri praetendebant, no-
lueris facere. Quapropter, quia praelibato antecessori nostro a malitia quo-
rundam, sicut ipse nosti, nonnumquam subreptum est, religioni tuae praecipimus,
ut nihilominus causam ipsam discutias: & si priuilegium contra iusti-
tiam factum esse deprehenderit, eo cassato, quicquid aequitas postulauerit
exequi nostra auctoritate fultus non dubites. Quicquid autem super his dif-
finueris, nostrae intelligentiae studeas indicare.

EPISTOLA XX.

*CANTVARIENSIS Episcopus, cum Romam saepe vocatus nec venisset, nec excusa-
tionem canonicam haberet, praecipit ut intra quatuor menses Romam veniat; alio-
quin eum ab officio Episcopali suspendit.*

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
L... Cantuariorum Archiepiscopo, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Saepe fraternitatem tuam Apostolica legatione inuitauimus Ro-
mam venire, etiam pro fidei & religionis Christianae compro-
batione: quod hucusque, sicut apparet aut superbe, aut ne-
gligenter nostra abutens patientia distulisti, cum nec etiam ca-
nonicam excusationem praetenderis. non enim labor aut difficultas iti-
neris te sufficienter excusat, cum satis notum sit multos longè remotos,
licet corpore inualidos & infirmos, & a lectulis vix valentes surgere;
tamen beati Petri amore flagrantem ad eius limina vehiculis properare.
Quare

A Quare Apostolica tibi auctoritate praecipimus, ut postposita occasione, vel
inani formidine, datis inducijs quatuor mensum, postquam haec nostra ma-
data ad notitiam tuam peuerint, in praesentis anni festo omnium Sancto-
rum Romae adesse procures & fatagas, & inobedientiae tuae reatum per tan-
tū temporis supportatū emendare non ulterius negligas. Quod si nec adhuc
te mandata Apostolica mouerint, sed ea dissimulans in contemptu durare
malueris, & periculum inobedientiae incurrere non erubueris, quod est qua-
si scelus idololatriae, testante beato Samuele, a beati Petri gratia scias te
proculdubio remouendum, & eius auctoritate omninò ferendum; ita vide-
licet, ut si infra praedictum spatium ad nos non veneris, ab omni sis officio
Episcopali suspensus.

EPISTOLA XXI.

B HORTATUR ad persecutiones patienter ferendas.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
omnibus Episcopis, Abbatibus, clericis & laicis Apo-
stolicae sedi fidelibus, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.

Simus fratres charissimi, quia tribulationibus & angustijs
nostris compatimini, & in vestris orationibus ante Domi-
num memoriam nostri habetis: quod idē nos erga vos age-
re non dubitetis, & merito. Nam Apostolus dicit: Si patitur
vnum membrum, compatiuntur & cetera membra. In hoc
etiam credimus charitatem Dei diffusam in cordibus no-
stris, quia omnes vnum volumus, vnum desideramus, & ad vnum tendimus.
Vnum volumus, videlicet, ut omnes impii resipiscant, & ad creatorem suum
reuertantur. Vnum desideramus, scilicet, ut sancta Ecclesia per totum orbē
conculcata & confusa, & per diuersas partes discissa, ad pristinum decorem
& soliditatem redeat. Ad vnum tendimus, quia ut Deus glorificetur in no-
bis, & nos cum fratribus nostris etiam cum his, qui nos persequuntur, ad vi-
tam aeternam peruenire mereamur exoptamus. Nolite mirari fratres cha-
rissimi, si odit vos mundus, quia & nos ipsi eum contra nos irritamus, qui il-
lius desiderio valde contradicentes, opera illius condemnamus. Quid autē
mirum si Principes mundi, & potentes saeculi nos pauperes Christi prauita-
tibus illorum obuiantes odiunt, & quadam indignatione contra nos defa-
uiunt, cum aliqui subiecti, vel etiam serui iussi suas iniquitates relinquere,
conantur praepositorum suorum vitam auferre, & tamē adhuc vsque ad san-
guinem rari ex nostris impijs resisterunt: & (quod omninò erat optandum)
paucissimi nostrum pro Christo mortem subierunt. Pensate charissimi, pen-
sate quot quotidie milites saeculares pro dominis suis, vili mercede inducti,
morti se tradunt. Et nos quid pro summo Rege, & sempiterna gloria pati-
mur, aut agimus? quale dedecus, & quale improprium, qualisque derisio
oculis nostris obijcitur, quod illi velut pro vili alga, mortem subire non me-
tuunt, & nos pro caelesti thesauro, & aeterna beatitudine, etiam persecutio-
nem pati deuitamus? Erigite ergo animos in vires, spem viuam concipite,
illud

illud vexillum præ oculis habentes Ducis nostri, scilicet Regis æterni. Vñ **A**
 de ipse dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et si volumus
 (diuina suffragante gratia) hostem antiquum citò & fortiter confringere,
 omnesque versutias eius paruipendere; studeamus persecutiones ab eo im-
 missas, & mortem pro iustitia, non solùm non deuitare, sed etiam pro amo-
 re Dei, & Christianæ religionis defensione appetere. In hoc enim omnes
 elationes maris, & superbiam sæculi conculcabit, & pro nihilo duce-
 mus, & ei qui est caput nostrum, sedens in dextera Dei Patris, ipso largiente iun-
 gemur & corregebamur. Clamat enim magister noster: Si compatimur, &
 corregebamur. Interea vobis fratres mei, qui mecum minus valentes estis,
 ad fortiora bella certaminis annunciamus, quia pius Redemptor noster ci-
 tò faciet in tentationibus nostris etiam prouentum; ne nimia fragilitate de-
 uicti, non possimus sustinere, sed inter qualescumque suorum fidelium positi,
 addiscamus, vel in prosperitate sibi seruire. **B**

*Hic est epistola alia in originali, quæ est eadem & iisdem
 verbis cum epistola 16. lib. 8.*

EPISTOLA XXII.

*DOLET quòd fama & egregijs virtutibus, quibus ante ornatus erat, se ipsum ob
 quandam mulierem priuarit, & Episcopum, qui eum ea de causa excommunicauerat, sit
 in se etatis. Monet vt respiciat. Et si innocentiam suam probari posse confidat, Conci-
 lium vult cogi, in quo super hac re feratur sententia. Munera ab eo ad se missa non re-
 cipit. iubet vt Episcopo ablata restituat.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 C... glorioso Comiti Andagauensi.

*Hæc Epistola de-
 buit in superio-
 ribus scribi. O-
 rig.*

Dolemus satis quòd aduersus gloriosam famam tuam per Gallia-
 rum partes diffusam, & vsque ad Apostolicæ sedis notitiam per-
 latam, astutia diaboli potuit præualere. Sicut enim de te lætaba-
 mur, & quodam modo vnice de bonis studijs tuis in sermonibus
 nostris præsumebamus, asserentes te non solùm Principes, sed & ipsos Re-
 ges iustitia, & morum honestate superare; sic nobis gemendum videtur, pru-
 dentiam tuam à tanta gratia & à tanto virtutum culmine decidisse. Qua in
 re antiquam hostis humani fraudem recognoscimus nequissimè elaboras-
 se, vt qui Adam per mulierem de paradiso expulit, te per eundem sexum
 eadem gloria, & huius vitæ laudabili fama priuarit, & multa bona tua isto
 deceptionis sui generis confunderet. Cuius rei gratia ab Episcopo tuo cor-
 rectus, & excommunicatus, vt à tanto periculo te, & coniunctam tibi erue-
 res, & domum tuam à perpetua infamia liberares; non solùm Deo, & iusti-
 tiæ de perpetrato crimine non satisfecisti, sed & ipsum Episcopum, cui etiã
 si iniustam sententiam super te dedisset, obedire debueras, contra morem
 æquitatis tuæ tyrannicè insequutus es: cum constet aliquè amorem Dei nõ
 posse habere, qui spiritualis patris pro culpa inobedienciæ suæ gratiam &
 dilectionem probatur amisisse. Quod nos audientes, victi amore tuo, memo-
 res etiam virtutum tuarum, quæ à religiosis viris nobis insinuatæ fuerant,
 vsque

*Etiã iniustæ
 Episcopi senten-
 tiæ obediendū.*

A vsque modo te portauimus, sperantes vt diuina tactus miseratione, ad sanū
 consilium redires, & æterno Regi, cuius iudicio quotidie propinquas, te pur-
 gatum præsentare contenderes. Et quia in hoc, amorem sæculi magis quàm
 animæ tuæ salutem perpendisti, veremur ne diuina indignatio, diu protra-
 ctum, & inemendatum facinus acriter puniat. Vnde p.terna te charitate mo-
 nemus, vt ab hac iniquitate, quæ bonorum tuorum fructus vniuersaliter dis-
 sipat, sapienti vsus consilio surgas, & tam te, quàm tibi coniunctam de cate-
 na diaboli eruas. Quòd si innocentiam tuam super hoc negotio confidis pos-
 se probari, videtur nobis perutile, vt Synodus constituatur, cui legati nostri
 H... Diensis Episcopus & Richardus, vel alter eorum interfit: vt in audien-
 tia religiosorum virorum possit perquiri quid in te, vel sententia super te pro-
 mulgata debet emendari. Deus scit, & cōscientia nostra testis est, quia mēs
 nostra multum gauderet de te, vt potè, quem iam pridem sincero & pleno
B amore dileximus, si ab hac infamia quoquomodo te liberares, & aditum
 lædendi te per fructum correctionis hosti antiquo concluderes. Munera tua
 ideò recipienda non esse arbitrati sumus, quia diuinis oculis oblatio tua nõ
 acceptabilis esse probatur, quàm diu à peccato isto immunem te non reddi-
 deris, & ad gratiam omnipotentis Dei, sicut Catholicum Principem decet,
 non redieris. Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus, ta-
 men Dei misericordiam pro te exorare non desistemus. De cetero nobilita-
 tem tuam monemus atque præcipimus, vt præfato Episcopo tuo res, quas si-
 bi abstulisti restituens, dignè satisfaciendo eum placare procures, ac dein-
 ceps eum nullatenus inquietare præsumas.

EPISTOLA XXIII.

C PRÆCIPIT ne Andegauensi Comiti ab Archiepiscopo Turonensi excommu-
 nicato communicent. Præterea opem ferant Archiepiscopo, qui à Comite de sede eie-
 ctus & bonis Ecclesiæ priuatus fuerat.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
 Abbatibus, clericis, & laicis Turonensis Archiepiscopatus,
 & Episcopatus Andegauensis, qui Deo & beato Petro
 atque sedis Apostolicæ legatis obediunt,
 salutem & Apostolicam benedictionem.

Dotum vobis esse non dubitamus, Andegauensem comitem, ob ne-
 quitiam suam esse excommunicatum, quam etiam in eos, qui si-
 bi adhærent, & fauent extendi cunctis sacram scripturam scienti-
 bus liquet. Qui iam diu expectatus non solùm de via sua pessima
 ad Deum, sicut Christianum oportet, non est conuersus, sed insuper ad au-
 gmentum malitiæ suæ alijs item excommunicatis coniunctus, fratrem no-
 strum Turonensem Archiepiscopum de sede sua expulit, bonisque Ecclesiæ
 penitus expoliavit. Proinde Apostolica vobis auctoritate præcipimus, vt
 tam à præfato Comite, quàm ab omnibus sequacibus, vel complicitibus eius
 vobis summoperè caueatis, omninò vos abstinentes à familiaritate & par-
 ticipatione ipsorum. De prædicto verò fratre nostro Archiepiscopo, qui pro-
 pter iustitiam pulsas, & persecutione perpeffus est, vobis nihilominus præ-
 cipientes

cipientes mandamus, ut ei sicut patri vestro fideliter, deuoteque obediatis, ac necessitatibus ipsius, sicut boni filij, opitulari libenter studeatis. Quem admodum namque sepe dicto Comiti fauentes in se Dei odium proculdubio prouocant, ita & huic fratri nostro, in quibus necesse est suffragantes, non dubie gratiam B Petri, suorumque peccatorum absolutionem merentur. Præterea præcipimus nominatim B. . venerabili Abbati sanctæ M. . ut litteras nostras canonicis sancti Martini, quas eis dirigimus ferat.

EPISTOLA XXIII.

PETITIONEM eius super electo Melitensi Episcopo non posse adimpleri, cum ad Ecclesiam Regitanam consecratio pertinere dicatur. Quare vult, ut vna cum legatis discutiatur, an ad eam talis consecratio spectet. Traianensem Episcopum sine Apostolicæ sedis auctoritate electum, se consecraturum ait, dum tamen in posterum huiusmodi electio non fiat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
R... nobili Comiti, salutem & Apostolicam benedictionem.

Non dubitet prudentia tua, nos libenter petitioni tuæ fauere, in quantum cum Deo, & sine fratrum nostrorum scandalo fieri potest. Non est enim aliqua secularis apicis persona, cui salua iustitia pronius assensum nostrum præbere velimus. De eo autem quod super electo Melitensi postulasti, nouerit nobilitas tua nobis esse intimatum ad ius Ecclesie Regitanæ pertinere. Vnde non aliter annuendum postulationi tuæ perpendimus, nisi diligenter examinata iustitia Melitensem Ecclesiam ad præfatam Regitanæ parochiæ consecrationem non attinere constiterit. Ad cuius rei indagacionem, quia te diligimus, sine temporum molesta dilatione copia tibi prouidimus, videlicet, ut acceritis fratribus nostris Barenfi Archiepiscopo V... & Vv... Firmano Episcopo & legato nostro Vv... fieri potest cum his tribus, alioquin vel horum duobus præsentibus causa in comune discutiatur. Si ergo causa solerter euentilata ab illius potestate inuenta fuerit libera, tunc nos sicut oportebit effectum dare precibus tuis non pigritabimur. Sin autem decet, atque necesse est, ut sic tua deuotio in his præcipue, quæ Dei sunt, sese æqualiter habeat, quatenus fraternæ charitatis & concordie vinculum rumpere, & dilectionis vnitatem in inuicem scindere caueat, in mente habens quod scriptum est: Si rectè offeras, & rectè non diiudicas, peccasti. De cetero quia Traianensem electum a nobis consecrari postulas, licet electioni eius hoc defuerit, quod legatus Apostolicæ sedis & consensus noster non affuit: tamen monentes ne de futuro id fiat, tuæ dilectioni, ipsiusque personæ laudabili testimonio id ad præsens annuimus, ut veniens, Deo fauente, per nos consecretur.

EPISTOLA XXV.

Ut se ab excommunicatorum participatione abstineant, eamque alijs interdiciant. Itaque, qui persecutionem ferre non possunt, licentiam impantur aut ad sedem Apostolicam aut ad Ducem confugiendi.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
dilecto in Christo fratri H... Capuano Archiepiscopo, ceterisque Principatum Episcopis, qui beato Petro obediens, Christianam religionem constanter defendit, salutem & Apostolicam benedict.



Ongratulamur dilectioni vestræ, fratres charissimi, quoniam digni inuenti estis, qui pro Christianæ religionis integra virtute, forti que constantia inimicitias, odium & contumelias patiamini: ac optamus, ut de reliquo immobili robore perseueretis, non modò vos ab illicita & nefaria excommunicatorum participatione abstinere, sed & ceteros sacerdotes ab eorum communione interdicitos. Si qui verò fuerint qui contra interdictum vestrum & nostrum contumaciter Missas & officia diuina celebrare subinde præsumperint, pro certo habeant tales (annuente Deo) sacris se ministerijs, quæ indignè usurpare non metuunt, in perpetuum abdicandos, & sine spe recuperationis amouendos. De cetero si quis vestrum impiorum pressuram ferre non valens, cupit secedere, nobis non displicet. Huiusmodi ergo vel in potestatem Ducis gloriosi, vel fratris eius poterit ire: aut si ad nos venire maluerit, nos charitate, qua debemus, cum libenter suscipiemus. Qui verò alijs exemplum factus fortiter inter impios perseuerauerit, ille proculdubio virtutis coronam, gloriæque triumphum merito maiorem, Domino largiente, percipiet.

EPISTOLA XXVI.

C *PRÆCIPIT ut magistro militum sub excommunicationis pœna interdicit, ne ulterius Iordani periuro, & excommunicato auxilium ferat.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
L... Neapolitano Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.



On ignorat prudentia tua nobis imminere, ut omnibus, & vbique salutaria consilia prouideamus, & monita, vel interdicta, prout res postulare videntur, cunctis exhibere debeamus. Præterea non latere te volumus, ex quo charissimus noster Salernitanus Princeps nouiter redijt, nos & nobilissimum magistrum militum, & maiores atque minores vestræ urbis quodammodo specialiter cœpisse diligere. Vnde modò valde magis dolemus, quia eos auxilium dare hominibus prauis, & ab Ecclesia atque Deo separatis audiimus. Nam relatum est nobis, quod Iordani, qui scienter periurus beato Petro & nobis, & ob hoc anathematis nodis ligatus est, adiutorium faciant. Quæ res illos proculdubio & à gratia beati Petri alienos, & dilectione nostra indignos efficit: & nisi respicientes desinant, æternis pœnis obnoxios reddet. Proinde fraternitati tuæ præcipimus, ut præfatum magistrum militum, omnesque tibi commissos admoneas, & Pontificalis censura disciplina prohibeas & interdicas, ut tam à præfato Iordane, quam à ceteris illius complicitibus sese abstineant, illique nullum profus auxiliū tribuant, donec beato Petro satisfecerit, quem periurio abnegauit.

negavit. Siquis ergo nec consilijs tuis, nec præceptis nostris, nec auctoritati A beati Petri obtemperans, in fidelitate, vel adiutorio illius mortuus fuerit, pro illo certum est non esse orandum: & nos etiam iubemus, vt nec sepultura, Christiano more commendetur. Timendum quoque est, ne si ab illo animum non reuocauerint, diuinæ ultionis iram ipse locus vestri experiatur.

EPISTOLA XXVII.

HORTATUR vt patienter se pro Christi nomine gerat, & iustitiam defendat. De electo Corsicano vult sibi, antequam consecratur, testimonium suum mittere.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
Herimanno dilecto in Christo fratri S. R. E. Cardinali,
salutem & Apostolicam benedictionem. B

Ratias oporteti Deo bonorū oīum largitori referimus, qui te illorū cōsortio annumerare dignatus est, de quibus scriptum est: Quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliā pati. Hoc est dilectissime frater, quod sepē legeras: Vasa figuli probat fornax, & illud: Innocentiā Abel habere non potest, quem malitia Cain non exercet. Hæc denique & alia huiusmodi nunc in manibus geri, patenter intelligit prudentia tua: pēpēdit etiam quod ab ea exigitur, nec ignorat quid sibi pro talibus in sine debetur. Quapropter, vt solertia tuā breuiter loqui sit multa dixisse, admonemus id quod memoria tuā semper adesse putamus, videlicet, vt veritatis sententiam quasi signaculum sub cor tuum ponas: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ea est enim iustitiæ consolidatio, fidei stabilimentum, spei securitas, charitatis indissolubile vinculum, consummatio nempē virtutū. De cetero quoniam Corsicanus electus, ad consecrandum nuper aduenit, fraternitatis tuæ testimonio, quæ rem illius (vt arbitramur) clarius nouit, super eo indigemus. Cū enim nobis electio illius incognita sit & persona, oportet profectō nō ei temerē manum imponi. Proinde frater, vt de eo quid faciendum sit scire valeamus, volumus & iubemus, quatenus veritatis iudicium super ipso nobis destinare procuret. Esto mēmōr mēmōris, ora pro nobis. C

EPISTOLA XXVIII.

AIT se generalem Synodum in loco tuto velle congregare, vt tantorum malorum auctorem, ac presertim pacis inter Pontificatum & regnum perturbatorem ex occultis antris extrahat, pacemq; ipsam confirmet. Paratum se offert sedis Apostolicæ innocentiam defendere, Rodolphum Regem absque eius præcepto electum, eiusq; electores, qui illum ordinarunt, nisi hoc factum recte defendant, tam ipsos à dignitatibus suis, quam Rodolphum à regno deponere minatur. D

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,

Clericis & laicis qui non tenentur excommunicatione,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Notum facimus vobis charissimi fratres & filij, nos admodum desiderare, & Apostolica auctoritate velle sancire, vt generalis Synodus congregetur in loco tuto & securo, sicque opportuno, vt ad eū possint vndique terrarum clericalis ordinis & laicalis amici, vel inimici

A inimici sine timore conuenire. Disponimus enim tractare, & diligenti excussione detectum in faciem orbis ex occultis tergiuersationum suorū antris extrahere quicumque ille est, qui tantorum malorum quæ iam pridem in Christianam religionē crassantur & seuiunt causa & auctor existit. Cuius etiam impietas, & inaudita temeritas hæcenus obstitit & proturbauit, ne inter pontificatum & regnum diuina pax & recta concordia fieret: quam pacem, opitulante Domino; sicut Christiana deuotio cupit & postulat in eodem Concilio instaurare, & confirmare optamus. In qua Synodo præterea (Deo auctore) ad honorem beati Petri, secundum sanctorum patrū decreta parati erimus quod iustum est facere; & iniquorum nequitiam reuelantes de his quæ Apostolicæ sedi obiciuntur, & vnde quidam fratrum submurmurāt, ipsius innocentiam euidenter ostendere: ita tamen, vt ante omnia, res sanctæ Romanæ Ecclesiæ; quibus expollata cognoscitur, si dignum est restituantur. Verum illud admodum vestræ dilectioni notificare nō dedignamur, Deo teste, Rodolphum, qui Rex ab vltromontanis ordinatus est; non nostro præcepto siue consilio regnum tunc suscepisse: insuper etiam nos in Synodo decernentes firmavisse, nisi Archiepiscopi & Episcopi, qui illum ordinauerant hoc factum suum recte defendere potuissent; tam ipsos à dignitatibus suis quam & præfatū Rodolphū à regno deponere. Enimvero interim quis hanc nostram dispositionē intrurbauerit, & multi vestrū sciunt; & nostram scientiam nequaquam fugere potest. Si enim Henricus Rex dictus; & pars eius obedientiā quam promiserat nobis, immō beato Petro seruasser (cōfidenter dico Deo iuuante) nō tot mala, videlicet homicidia, perueria, sacrilegia, simoniaca heresis pestilentia, ac proditioes euenissent. Vos itaque quos aut tanta calamitates mouent, aut diuini timoris respectus, à Deo dignā pacem & concordiam animat, nitimini; & summo perē laborate, vt Synodus qualē supra memorauimus fieri possit: quatenus sanctæ Ecclesiæ caput, totumq; corpus, quod impiorū procellosis fraudibus & machinationibus fluctuat nimirum; & titubat communi omnium bonorū consensu & robore quiescat de cetero & stabiliter consolidetur.

EPISTOLA XXIX.

PRÆCIPIT, vt moneat quosdam, quæ canoniam sancti Saturnini Apostolicæ sedis patrocinio commissam, in se stabant, desistere, & quæ contra illam egerant, emendare: nisi pareant, vult eorum audaciam compefcari, & dictæ canonie curam habeat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,
R. S. R. E. Cardinali, & Abbati Massiliensi, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Non ignorat prudentia tua canonicam sancti Saturnini, sitam iuxta Tolosanā urbem Apostolicæ sedi esse commissam, cui licet ex generali omnium Ecclesiarum cura conueniat nos tuitionis auxiliū prouidere; tamen specialiter oportet nos eo magis illo loco nostræ protectionis munimen impedere, quod amplius cōstat eius vel iniurias, vel negocia ad Romanā sedem, cuius iuris est attinere. Præfata igitur Ecclesia, quāquam nouiter, decēter tamen canonicā vitā instituit, atq; hæcenus, sicut tua solertia nouit, ex tunc regulariter

vixisse dinoscitur. Verum quoniam antiqui hostis mos est, eo magis dolere, invidiaeque facibus vri, quod amplius videt Christianam religionem crescere, & de honorum prouectibus lucra, vel potius rapinas suas diminui: contra memoratum locum iam coepit saecularium exagitatio, & quod magis mirandum ac dolendum est, Ecclesiasticorum odia suboriri. Vnde & canonici querimoniam ad nos direxerunt, super clericis sancti Stephani, quorum suggestione per quemdam fugitivum clericum sibi privilegium, quod eis indulxeramus, subreptum est, qui que cimiterium quod ante regularem ordinationem suam, locus ille quiete per longa temporum curricula tenuit, modo auferre, atque Ecclesiam ad eum pertinentes in potestatem suam illicitis conditionibus redigere conantur. Conqueruntur & super monachis Moiacensibus, qui quandam Ecclesiam vnde interpositis sacrosanctis Evangelii secundum iudicium legati nostri A... Ellorensis Episcopi, collaudantibus aliis Episcopis qui aderant, lis inter eos determinata fuerat, iterata deterius iniuria per vim Comitum Vu... datis (vt fertur) muneribus, occupatam detinere nituntur. Quapropter experientiae tuae praecipimus, vt praelibatos tam clericos, quam & monachos, atque ipsum Comitem litteris, & quibus modis vales commoneere procures: quatenus ea quae contra saepedictam Ecclesiam inique vel odiosè gessisse noscuntur, Deo & iustitiae satisfacientes, sicut oportet emendent: ac de cetero debitam Apostolicis privilegiis reuerentiam exhibentes, iram Dei prouocare, & maledictionem supra se temeratis ausibus inducere caueant. Episcopum quoque Dioecesis ipsius adiuuonias, vt eandem canonicam tam ipse non inquietet, quam & alios quos prohibere valet inquietare non sinat. De monachis tamen, quoniam Cluniacensi Abbatiae pertinent, ipsi venerabili Abbati in primis notificandum censemus, vt ipse insolentiam subditorum suorum compefcant, & iustitiam acquirere, si forte noluerit, compellat. Ad vltimum vero, si qui illorum monitis tuis, immo beati Petri obtemperare contempserint, quamcumque in eorum audaciam sententiam protuleris, scias auctoritate nostra firmandam. Volumus siquidem & iubemus, vt circa praenominatam canonicam studium sollicitudinis tuae inuigilet, & negocijs, ac necessitatibus eius facilem te proutmque exhibeas: quatenus Romanae libertatis securitate sicut ceterae Ecclesiae, Apostolicae sedi adhaerentes, in sanctae conuersationis obrentu & religionis amore, fauente Domino magis magisque proficere valeat.

EPISTOLA XXX.

IN CREPANTIS eorum scelis, qui ianuis Ecclesiae effractis, sacra vasa, ornamenta, crucem, & alia depraedatis, Episcopo ante altare oranti linguam, & dextra articulos detruncarunt. monet vt coram legato satisfacturi se sistant, & nisi satisfecerint, eos excommunicandos esse affirmat.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,

Militibus Teruannensibus O... & E...

Notabilis audacia, horribilisque facinoris super vos ad nos relictio, venio: quod quanto nostris saeculis inuicatum, nec a tempore Paganorum persecutorum praesumptum esse vel legitime curvauit, tanto ad iustitiam de se exequendam, Apostolicae man-

A mansuetudinis zelum mouet & incitat. Denique conquestus est nobis Lambertus dictus Teruannensis Episcopus, quod post tot, tantaque sacrilegia, quibus eandem Ecclesiam depraedati fuistis, ianuas eius infringentes, serica, argentea, aureaque diuersi generis & innumera ornamenta diripientes, ac sacris crucibus communitis tam ipsas, quam & duas cappellas & reliquias auferentes, abstrahentes eundem Episcopum ab altari, vbi prostratus orabat, linguam ei, dextraeque articulos ad aceruum tantorum scelerum detruncastis. Qua in re nullam excusationem tentetis obtendere, quasi de ipsius vita reprobata, vel ordinatione iniusta, seu depositione irrogata. Sicut enim supra notauimus, nemo adhuc tale aliquid praesumpsisse dinoscitur: nisi forte qui Deum non timens, & Christianam reuerentiam abiiciens, pro nihilo duxit manum in sacros ordines mittere. Quapropter monemus, & ex parte beati Petri praecipimus, vt tantam nequitiam vestram recognoscetes, aut ante legatos nostros Lugdunensem Archiepiscopum & Abbatem Cluniacensem satisfacturi veniatis; aut secundum consilium, vel mandatum ipsorum satisfacere Deo & sanctae Ecclesiae nullatenus detrectetis. Volumus siquidem, & aequum esse decernimus, vt quod nequiter commisistis, humiliter emendetis. Quod si diabolico spiritu indurati, nostrisque praecipitis salutaribus inobedientes, nec penitentiam dignam agere volueritis, proculdubio sciatis vos esse excommunicandos, & quodcumque in vos iudicium legatus noster dictauerit, auctoritate nostra firmandum.

EPISTOLA XXXI.

CVM clerici Augustodunenses de quodam monasterio cum monachis Floriacensibus contenderent, & privilegium contra aequitatem a Pontifice subreptum diceretur, vult vt si ita est, eo cassato, sententiam secundum iustitiam proferat. ipsi aduersus se verba iactanti, quod Episcopum Carnotensem absoluisset, ostendit, id a se cum ratione factum.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVVS SERVORVM DEI,

Dilectissimo fratri & Coepiscopo H... salutem &

Apostolicam benedictionem.

Lerici quidam Augustodunenses his diebus ad nos ven erunt aduersus Floriacenses monachos, super quodam monasterio sancti videlicet Symphoriani causam habentes. Quam a te ante ventilatam & definitam, nos retractasse dicebant, tuaeque fraternitati aliter quam eis videretur, & ratio postulasset, scripsisse. Quod a nobis factum nequaquam recolimus, nec in registro nostro huius causae litteras reperire potuimus. Nouerit itaque prudentia tua, quia multa tamquam a nobis deferuntur & scripta & dicta nobis nescientibus. Multa etiam subripi possunt nimis ad singula intentis, vtpote diuisis ad plurima, & intentis ad maxima, quibus vehementer arcetamur. Vnde in hac causa, quod profecto minimè recordamur, si quid forte subreptum fuit, optato magis amamus corrigere, quam ab aequitate, & rationis tramite deuiare, vel aliis corrigenda relinquere. Ad quem ergo iusta decisionis terminu negocij huius quaestio fraternitatis tuae considerata actione peruenit, Epist. Tom. 3. Eccc 2 immo

immò si minus adhuc satisfactum est, peruenire poterit, non solum non mutamus, verum, auctore Deo, annuimus & laudamus: quippè cum magis rationi consentaneum videatur, ut clerici, si canonicè viuere volunt, & in eo persistere quod vouerunt, suo quod antiquitus possidere non debeant carere monasterio, quod & ipsi interuentu pecuniæ obtinuisse monachi infamantur. Super hoc ergo indubitanter cognoscas, quia perperam acta, siue subrepta damnamus, iustè acta & diffinita firmamus, & à te firmanda & statuenda mandamus.

De Carnotensi autem Episcopo, vnde fraternitas tua submurmurare videtur, nosti, quod dilectionis tuæ intuitu, longo eum tempore vna cum Parisiensi Romæ tenuimus, ut aut ipse venires, aut ad comprobanda obiecta in cum capitula legatos & testes idoneos delegares. Quod cum minimè feceris, iustitiæ necessitate coacti, de eius restitutione sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio acquievimus. Cui si superna pietas aliquando respirare concesserit, liquidò tua beatitudo intelligere poterit, eam multò irreprehensibilius hoc egisse, quàm te in matris tuæ iudiciali censuram manum reprehensionis extendisse. Decuerat quidem vos, & dignius videretur hac potius tempestate, & has, inter quas patitur angustias, Dei vtiq; æmulatione, & conscientia bona tamquam filios suos consolationum sibi dulcia ministrare, quàm talia mandando, & talibus eam neniis implicando, dolorem super dolorem apponere, multiplicare pondera, non communicare ponderibus. Vale.

EPISTOLA XXXII.

SIGNIFICAT se, antequam eius litteras accepisset, Teruannensem Episcopum absoluisse, accepto iuramento, quòd iudicio sedis Apostolicæ, vel legati acquiesceret; Quare iubet, ut coacto Concilio, & adiuncto sibi Cluniacensi Abbate, si depositio eius iusta probabitur, sententiam confirmet; sin minus eum in integrum restituat, & eos, qui male illum tractauerant, nisi satisfaciant, excommunicet.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Venerabili H... Lugdunensi Archiepiscopo, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Voniam causa Lamberti dicti Teruannensis Episcopi, partim nota, partim incognita nobis est, præsertim cum Robertus Comes Flandrensis longè alia verba in litteris suis nobis direxerit, quàm prius Ingelranus præfentialiter retulisset, eam fraternitati vestræ plenius euentilandam destinamus. Negat siquidem præfatus Episcopus sibi notum esse, quòd eum Synodalis per te sententia damnauerit, vel excommunicauerit, seu ad Synodum vllam vocauerit. Vnde nos ante agnitum litterarum tuarum tenorem compassi multis laboribus ipsius, eum absoluius: accepto tamen ab eo prius iuramento, quòd super Episcopatu Teruannensi sedis Apostolicæ, vel legatorum nostrorum iudicium non exi-bit. Itaque quia res grandis est, & diligentioris eget inquisitionis; præcipimus, ut Episcoporum & Abbatum, aliorumq; religiosorum virorum Concilium congreges: & quoniam memorato Episcopo propter Regem Francorum, quia te diffidet, suspectus es, associato tibi venerabili Abbate Cluniacensi,

A censi, idè negotium vberius ac solertius tractes. Qua de re nos ita iam nunc censemus, si depositionis illius certissimè causa iusta comprobatur, & peremptoria in eum sententia data cognoscitur, ipse ab Episcopatu cessans, sanctæ Ecclesiæ iudicium ferat. Sin autem se vel iniustè depositum fuisse, vel Synodalem voeationem nesciuisse defendere potuerit, integrè suis & rebus & dignitati restitatur: sicque deinceps canonicè siqua fuerint obiecta, sibi respondeat. Quocumque tamen dignitatis eius sententia cesserit, hoc omnino iubemus, ut de illis qui eum tam malè tractauerunt, quod iustitia postulat, sibi per vestram instantiam fiat; idè si satisfacere contempserit, excommunicationis in eos, eorumque perfidiæ fautores gladius exeratur. Istud vero in hoc negotio maximè seruare vos volumus, tum pro labore, quem memoratus Episcopus ad Apostolicam sedem subiuit, cum etiam pro amore nobilitatis Comitis R... qui nobis super eo petitorias litteras misit, ut cum misericordia tradetur, & quantum (salua iustitia) potest canonum rigor, compassionis respectu temperetur. Denique ita se fraternitatis vestræ sagacitas habeat, ut nec in dextram, nec in leuam declinet, sed ex utroque vnum faciens temperamentum, in medium salubriter teneat.

EPISTOLA XXXIII.

Tonoscit eius Verbis, quæ aduersus Apostolicam sedem iactauerat, deinde repetit, ea, quæ in precedenti epistola.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
R... glorioso Comiti Flandrensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Oculta est prudentia tua in litteris suis Apostolicæ sedi quædam sicut non decuit. Quæ nos sanè cupientes in sancta Ecclesia te conferuare supportamus adhuc, & libenter ignoscimus, de misericordia diuina sperantes, quòd & eorum qui tibi talia persuaferunt imperitiam, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & discretionem quandoque præsentaneis affatibus ostendemus. Proinde super causa L... dicti Teruannensis Episcopi, licet multò aliter se verba Teruannensium clericorum, quàm litteræ tuæ nobilitatis habuerint; tamen quia non dubium est, posse interdum surrepi, eam secundum votum tuum retractioni delegamus. Quod quidem, ut quantum decenter possumus, tuo desiderio annueremus, sic peragendum prouidimus. Quoniam Lugdunensis Archiepiscopus (quamuis de eo satis confidam) vobis suspectus est, ne suspicio prorsus ordinem rerum vtiliter gerendarum impediatur, grauem & illustrem virum Cluniacensem Abbatem sibi associare censuimus. Itaque præcipimus, ut congregato Concilio causam ipsius Episcopi diligentius euentilare procurent: & siquidem iustè depositus fuisse comprobatus fuerit, acquiescens, saniori consilio cerset: sin autem vel omnino iniustè, vel præproperè addictus esse patuerit, rebus & honore suo recepto instauretur, ac deinde canonicè si qua sibi fuerint obiecta respondeat. Quocumque tamen modo Synodalis erga dignitatem ipsius sententia prouenerit, iussimus, ut illi qui diabolico furore succens, rem tam grauem & nefariam in eius personam patrauerunt, quamprimum comoneantur ut satisfaciât. Si verò ad cumulū

iniquitatum suarum reuerint, mandamus tam in eos, quam & in fautores A contumaciam ipsorum anathematis gladio animaduerti. Quod cum fuerit ea cura qua decet impletum, tunc deinde oportebit excellentiam tuam Ecclesiam adiuuare, & ipsius iniuriam, sicut decet Christianum principem, defendere. Sicut autem volumus industriam tuam in hoc negotio iustitiae amorem habere, ita quoque & in causa ceterorum clericorum & laicorum, qui membra sunt eiusdem Ecclesiae, te aequitatem seruare monemus, & rogamus ut rebus eorum redditis deinceps, siquid de eis statuendum est, secundum iustitiam diffiniatur.

EPISTOLA XXXIII.

CVM Flandrensis Comes excommunicatus & depasito Teruannensi dicto Episcopo fauens una cum eorum Ecclesiam Teruannensem effracto ostio irruisset; ex qua Teruannensis cuncta depraedatus, clericos alios vulnerauerat, alios semiuiuos eiecerat, & alios sibi communicare nolentes a Comite rebus suis priuatos & ditione sua expelli fecerat, praecipit ut illum aduentus arguant, moneantque ut resipiscat, Teruannensem a se repellat, & clericos eiectos restituat. Quod nisi paruerit, eum & quicumque illi adhaeserit, excommunicatum declarat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

G. . Cameracensi Episcopo, R. . Nouiomensi, R. . Ambianensi, & omnibus Ecclesiarum rectoribus atque Principibus in Flandria sub R. . Comite nobilissimo militantibus, salutem & Apostolicam benedictionem, si obedierint.



Matth. 16.

N Querit charitas omnium vestrum fratres & filij charissimi, quoniam licet peccatores, & ad tantum onus portandum impares simus, tamen cura & sollicitudo omnium Ecclesiarum paruitati nostrae a Deo commissa est. Dominus enim Iesus Christus B. Petrum constituit principem Apostolorum, dās ei clauas regni caelorum, & potestatem ligandi & soluendi in caelo & in terra: super quem etiam Ecclesiam suam aedificauit, commendans ei oues suas pascendas. ex quo tempore principatus ille & potestas per beatum Petrum successit omnibus suam cathedram suscipientibus, vel usque in finem mundi suscepturis diuino privilegio & iure hereditario. Ex cuius sedis successione imminet nobis inuitabili necessitate, ut omnibus oppressis debeamus opem ferre, & contra inimicos Dei pro defendenda iustitia, quousque conuertantur, Spiritus sancti gladio, quod est verbum Dei, etiam usque ad mortem si oportuerit pugnare. Vnde volumus omnes vos scire A. . . Archidiaconum Teruannensem, & M. . . Abbatem, & L. . . Diaconem, & per eos multos clericorum illius Ecclesiae, nobis lachrymabilem querimoniam fecisse super Comite R. . . quem ante hac pro bona fama quam saepe de eo au diuimus, sicut filium nostrum charissimum & dileximus, & (si monita salutis suae non spreuerit) diligere volumus; dicendo, quod eos omnibus bonis suis nudatos, de terra sua eiecerit, pro eo quod praecipis Apostolicis obediendo, noluerit cuidam Lamberto pseudoepiscopo a nobis & a legatis nostris H. . .

A H. . . Lugdunensi Archiepiscopo, & A. . . Episcopo in Meldensi Concilio excommunicato, tum pro alijs nefarijs, tum pro eo quod quinque clericos ad Romanam Synodum ire, & de malitia eius querimoniam volentes facere, captione pessima afflixit, & quod de Ecclesia sua canonicam disciplinam euitans sine licetia fugitiuus euasit. In qua excommunicatione, haeretica prauitate se fecit ab Episcopis officio suo suspensus consecrari, immo potius exorari Diaconem, Presbyterum, Episcopum. Deinde hostiliter & armata manu, Comite R. . . cum exercitu secum eunte, ad ipsam ciuitatem pergens, portas Ecclesiae, quas ei clerus & populus obeluserat, in securi & ascia, & alijs violentijs incidit atque confregit. Crucem quoque & imaginem Saluatoris libellum contradictorium ante ipsas portas clausas manu dextera sibi quasi diabolicè a portis abstraxit, ut dexteram manum (quod numquam antea legitimus, aut audiuius factum) illi euulserit; sicque cum lanceis & gladijs euaginatissur & latro irrumpens, alios clericorum vulnerauit, alios semiuiuos fugauit, omniumque sibi communicare nolentium, domos diripuit atque distraxit. Ipsum vero Comitem in tantum seduxit, ut omnes clericos sibi obedire nolentes, omnibus bonis priuatos de tota terra sua eiecerit, & duas epistolas nostras tam superbè spreuerit, ut portitoribus earum, contumeliosa verba & tanto Principi multum indigna protulerit. Quae omnia quantum Apostolicae sedis reuerentiae sint intolerabilia, & Christianae religioni contraria, si Deum timetis, eique hominem non praepontis, satis intelligit industria vestra. Pro quibus omnibus praefato Comiti exhortatorias & deprecatorias nunc tertio scripsimus litteras, ut Antichristi membrum amplius non sustentaret neque foueret, sed magis de Ecclesia oppressa citius propelleret, & clericis pro iustitia exulatis omnia sibi ablata in integrum restitueret: & omnia haec mala corrigendo dignos poenitentiae fructus faceret infra terminum quadraginta dierum post litteras nostras sibi ostensas, siue notificatas. Sin autem (quod absit, & quod Deus procul ab eo auertat) nollet, secundum Apostolum, qui ait: In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, & alibi: Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & alio loco: Aufer te malum ex vobismetipsis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Si nollet inquam obedire, segregatus & excommunicatus foret a corpore & a communione sanctae Ecclesiae, auctoritate Dei, & iudicio sancti Spiritus, quem quodam modo blasphematur inimicum eius contra eum scienter sustentando, qui totiens excommunicatus carismata virtutum, & dona gratiarum eius quotidie adhuc profanare non timet, donec satisfaciendo poeniteat. Omnipotens Deus cordibus omnium vestrum, & cordi illius indicet ex quanto dolore cordis haec dico: quoniam omnes Deum diligentes diligite, & illum quadam speciali dilectione, sicut iam praefatus sum dilexi, quia bona multoties de eo audiui: sed dissimulare haec nequeo sine animae meae magno periculo propter illud Prophetae: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem eius, sanguinem eius de manu tua requiram. Et illud Apostoli: Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt digni sunt morte. & beatus Gregorius ait: Mala quae ad nos peruenerunt dissimulare non audemus, quia qui emendare potest & negligit, delicti participem proculdubio se constituit. & alibi: Quisquis contra neophytos & simoniacos pro officij sui consideratione vehementer non arserit, cum eo non dubitet se habere portionem, a quo hoc

1. Cor. 10.
2. Thess. 3.
1. Cor. 5.

Ezech. 9.
Rom. 1.

pia-

Ceterum Dominus Apostolicus in eadem Synodo de fidei forma, & Christianae religionis conuersatione, sed & de robore animique constantia ad praesentem pressuram necessaria, ore non humano, sed angelico patenter edisserens die tertia totum ferè conuentum in gemitus & lacrymas compulit, sicque Concilium Apostolica benedictione letificatum in pace dimisit.

EPISTOLA PRIMA.

MONET ne ulterius Taruannensi excommunicato auxilium ferat, sed eo expulso, Episcopum canonicè electum suscipiat, & auxilium impendat.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, B
R. . . glorioso Comiti, salutem & Apostolicam benedictionem.



Erueit ad aures nostras, quòd L. . . inimicus Dei, & inuasor Teruannensis Ecclesiae, ope & sustentatione tua adhuc sibi iram Dei thesaurizat. Qui cum traditus sit satanae non miramur si eius consilijs ducitur, & iniquitate perdurat. De te autem non solum miramur, sed ex corde dolemus, quòd virum, quem bona fama passim commendauerat, mala nunc intentio ad commune periculum illius patriae retorqueret. Vnde de anima tua multum timentes, monemus, vt ab hac praeruaricatione ad cor rediens, Dominum in praedicti hominis sustentatione non offendas; sed ab eo sicut à pessimo homine & excommunicato te custodias: qui nimirum audientiam pro amore tuo à nobis sibi concessam declinans, totum se à planta pedis vsque ad verticem anathemate Vv. . . Rauennatensem maculauit. Pro quo scelere, aliisque culpis praecedentibus sancta vniuersalis Ecclesia irreuerabiliter depositum maledixit & anathematizauit, & extorrem omnino à communionem totius Ecclesiae esse adiudicatum. Quapropter nobilitatem tuam monemus, vt non solum adiutorium sibi non impendas, verum etiam Dominici gregis multitudinè foeditate sua commaculans de medio vestrum vt putridum & inutile membrum, studio tuo euellatur. Iniungimus etiam nobilitati tuae, vt G. . . canonicè electum, & Ecclesiam Teruannensem per ostium, id est per Christum ingredientem, honestè & sicut decet suscipias, & ei pastorem exhibentes reuerentiam, consilium & auxilium impendas: vt qui in altero Dominum offendistis, per hunc ipsi Deo & beato Petro iustitiam vestram commendatis.

EPISTOLA II.

COMMEMORAT mutua inter se dilectionem. Dolet quòd Episcopum germanum eius in carcerem iniecerit.

GRE-

A GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,
Gilelmo Regi Anglorum.



Ommunis amor & sincera deuotio, quam erga beatum Petrum Apostolum gerimus, ex longo iam tempore inter nos amicitiam iunxit, atque adeò inuicem inde magis conualuit, quia & ego te praeter ceteris tui ordinis Apostolicae fedi deuotum animaduerti, & tua me claritudo inter aliquos praedecessores tuos circa honorem Apostolicae sedis credidit amplius defudasse. Denique cum in malis moribus idem velle & nolle perniciosam saepe factionem cõficiat, consequens videtur, vt in bonis rebus idem studium, animique desiderium diuerso quamlibet spatio terrarum disinctos in vnum dilectionis glutino copulet. Verum licet quidam regiae potestatis non modicum doleant, & in nos sepius murmurant, se quodammodo contemni, conquerantur se non sic ab Apostolica sede diligi, nec ita factis, aut sermonibus per nos honorari: minimè tamen nos pœnitent, nec deinceps, Deo fauente pœnitebit. Speramus etenim celsitudinis tuae industriam in eadem sanctae Ecclesiae deuotione, iustitiaeque studio semper mansuram, ac in melius etiam, opitulante Domino, de cetero dilatandam. Vnde merito nos oportet in eiusdem dilectionis tenore perseuerare, immò per diuturnitatem temporum, crescentibus meritis magis ac magis crescere. Vnum tamen interea nos tangit, & tangendo angustat, atque inter regalium tuarum virtutum insignia monumenta lætitiarum in amico corde violenter obnubilat, videlicet, quòd in capiendo germanum tuum Episcopum, non sicut decuit propriae honestati prospiciens, sed saecularem caulam & rationem diuinæ legi praeponeas, sacerdotalem reuerentiam minus vigilanter attendisti. Et quidem non latere tuam prudentiam credimus scriptum esse, quod de sacerdotibus maximè oportet intelligi: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. & alibi: Nolite tangere Christos meos. & quòd Dominus ipse sacerdotibus licet prauis & valde indignis honorem deferre non sit dedignatus. Quam rem piæ memoriae Constantinus praecipuus videlicet Imperator intelligens, in Nicæna Synodo nullam in Episcopis ab ipsis etiam Episcopis accusationem voluit suscipere, nullumque contra eos iudicium praesumpsit inferre, dicens: Vos dii estis à vero Deo constituti. Ideò nõ oportet vt nos homines deos praesumamus iudicare. Quanta etiã sit sacerdotij dignitas, quantaque sublimitas Episcopalis, B. Ambrosius doctor scilicet eximius vestram doceat magnitudinem, vestramque instruat prudentiam, in Pastoralis suo sic ponens: Honor igitur fratres & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adaequare. Si Regum fulgori compares, & Principum diademati longè erit inferius quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.

FINIS.

Zach. 2.
1. Paralip. 16.Ruff lib. 1. cap.
2. Hist. Eccl.
S. Greg. ep. lib.
4. ep. 31.

S. Ambrosii de dignitate sacerdotij.



I N D E X

LOCVPLETISSIMVS EORVM
QVAE IN TRIBVS TOMIS
EPISTOLARVM SVMMORVM
PONTIFICVM SCITV DIGNA
REPERIVNTVR,

Epitomes ferè vicem explens.

VERVM QVONIAM PRIMVS TOMVS IN DVAS EST
diuisus partes, Primæ partis loca ijs dictionibus (par. 1.) notata erunt.



- A**RON Episcopus, filij verò eius presbyteri. Tomo 1. Parte 1. Pagina 44. a
- A**BBA S. Medardi si peccarit, vt sit deponendus. to. 2. 101. c. d
- Abbatisc** fieri non debent iuencule. to. 2. 129. b
- Abbas** lapsus restituitur. to. 2. 150. d
- Abbas** cõstitui debet què cõgregatio postulat. to. 2. 92. a
- Abbas** pro Abbatis promotione non grauentur monasteria. tom. 2. 268. b
- Abbas** qui dam factus inuitus, impetrat facultatem suari ius. to. 2. 425. a
- Abbat**i, vt testamentum condat, Papa licentiã concedit. tom. 2. 426. a
- Abbatissam** & Abbatem Episcopus debet ordinare. to. 2. pag. 403. c. 444. d. 477. a
- Abbat**es duo electi ex dissensione. to. 2. 444. d
- Abbas** per munera non est eligendus. to. 2. 501. d
- Abbat**es Xenodochii Augustodunensis episcopi eligi nõ possunt. tom. 2. 502. b
- Abbas** Augustodunensis à sex episcopis est examinandus cum remouendus est. to. 2. 502. b
- Abbas** Eusebius consolandus. tom. 2. 548. a
- Abbas** iniuste depositus restituatur. tom. 2. 533. b
- Abbatem** electum non confirmat Gregorius V I I. Pa pa obcorporis imbecillitatem. tom. 3. 577. b
- Abbat**es ad Concilium. to. 3. 584. c
- Abbas** sancti Sabbæ. to. 3. 547. c
- Abbat**i vno quando dux Abbatiz conferantur. tom. 3. pag. 591. d
- Abbas** monasterii in Italia proponitur episcopus in Gallia. to. 3. 742. a
- Abbat**i alterius monasterii cura Canonicè committitur. tom. 3. 876. c
- A**best qui dilectionis vinculis non inhæret. to. 2. 460. a
- Abiur**atione publica præuia hæretici & schismatici ad Ecclesiam gremium admittuntur. to. 1. 3. a
- Abiur**atio Berengarii. to. 3. 697. 776. b. c
- Abrah**am non nuda fide Deo placuit, sed opere fidem cõmendante. to. 1. 446. b
- Absc**indendi sacras scripturas ad proprium sensum detorquentes. to. 1. 123. b
- Absc**indendi ab Ecclesia hæretici, ne fideles inficiant. tom. 2. 298. c
- Absc**ondi Deo nihil potest. tom. 2. 196. a
- Abs**ens non condemnandus neque accusandus. tom. 1. par. 1. 86. c. 91. a. 136. b
- Abs**ente aduersario accusator non audiendus. to. 1. par. 1. pag. 126. d
- Abs**entem nulla lex damnat. ibid.
- Abs**entia vires non habet in dilectione. tom. 2. 460. a
- Abs**ente accusatore accusatio non recipitur. to. 3. 598. d
- Abs**ente legato iudicium ferre sedes Apostolica non permittit. tom. 3. 599. a
- Abs**olutio Photini iniuste damnati. tom. 1. 85. a. b
- Abs**oluti non potest mortuus impanteas excommunicatus. to. 1. 376. & to. 3. 708. d
- Abs**olutionis conditio in articulo mortis. to. 3. 635. b
- Abs**olutio ad tempus. to. 3. 719. c
- Abs**tinendum à consortio hæreticorum, & in catholica si de perseuerandum. tom. 1. 467. a
- Abs**tinentia per tympanum significatur. to. 2. 260. a
- Abs**tinentia coniugatorum in Quadragesima. tom. 3. pag. 254. b. 258. a. c
- Abul**us Galliz, & grauissima mala. to. 3. 620. b. c
- A C A C I V S** Berocæ episcopus ad Apostolicæ sedis cõmunionem admittendus, si S. Io. Chrysoctomi nominis, eiusque sequacium emulationem, & odium deposuerit. tom. 1. 78. d
- A C A C I I** Episcopi constantinopolitani littere ad Pontificem Romanum. tom. 1. 143. d
- A**lubetur Petro dicere anathema, qui pulso Ioanne occupat episcopatum Alexandrinum. tom. 1. 144. b
- E**um cõmendat Simplicius Papa, eo quòd Timotheo Alexandrino hæretico nulla Constantinopoli Ecclesia parnerit, hortaturq; vt Imperatorè moneat, nechal cedonensis cõciliij statuta pmitat violari. t. 1. 312. b. c
- E**i scribit, vt Imperatori suadeat, quo minus cõciliu cõgregetur, quod Timotheus postulabat haberi. ibid. d
- I**llum de Alexandrinæ Ecclesie vexationibus nequaquam se mouisse miratur Simplicius. tom. 1. 325. d
- E**um quoque hortatur vt Imperatori insinuet, eidè Ecclesie pax optata reddatur. ibid.
- D**amnatur. to. 1. 144. b
- M**unere sacerdotali & cõmunione fidelium priuat illi Felix Papa III. to. 1. 332. & seq. A synodo Romæ cõgregata deponitur. to. 1. 334. d. Iure à sede Apostolica damnatum, & impenitentem in excommunicatione mortuum non posse absolui. Eiusque nomen non damnauerit, ad sedis Apostolicæ cõmunionem non posse admitti. to. 1. 386. & seq. Solius

I N D E X.

Solius apostolice sedis iudicio iure damnatum ostendit Gelasius. to. 1. 394. & seq. 484. b. c. Eius excessus & in errore pertinacia. to. 1. 396. a. b. c. Reditit Basilico & Zenoni Imperatoribus. to. 1. 400. c. Sedis apostolice fuerat Legatus. to. 1. 403. c. Ut eius nomen aboleatur, precatur Anastasius PP. Imperator; & qui ab eo baptizati vel facris fiere initiati, vera suscepisse sacramenta, scribit. to. 1. 420. & seq. Eum Felix Papa excommunicauit & damnauit. to. 1. 420. c. to. 3. 72. c. Illius inconstancia. to. 1. 435. b. Eum ob tollenda scandala non damnandum scribit Anastasius Imperator Hormisdæ Papa, & de pace cogitandum. to. 1. 443. & seq. 461. d. Quis fuerit, & quid fecerit. to. 1. 461. d. Qui ei communicat, non sequitur Chalcedonense concilium. to. 1. 480. b. c. Illum damnandum ut pax assequatur scribit Hormisdæ, & hac de causa Legatos mittit. to. 1. 481. c. Qui eum damnare recusabant, admittis Chalcedonensis concilii decretis, ab his cauendum scribit Hormisdæ. to. 1. 483. & seq. Damnamus & in legatorum manibus fidei professionem mittendam. to. 1. 485. d. & seq. Illo ceterisque eius sectatoribus damnatis, pacem Ecclesie redditam. to. 1. 493. b. c. Nomen eius & ceterorum episcoporum sequacium erasum de diptychis. ibidem. Eo damnato, Constantinopoli pacem vigere, & cum Orientalibus pacem quoquomodo inuendam, scribit Iulianus Hormisdæ, to. 1. 542. d. & seq. De eius successibus damnatis. to. 1. 543. b. Obiit non absolutus. to. 1. 376. b. Contra eum vide to. 1. 143. c. 144. a. b. 339. d. 343. a. 375. b. c. 396. a. 403. a. d. 435. b. 443. a. 460. d. 461. d. 476. b. 481. d. 482. c. d. 484. b. c. 491. a. 492. a. b. 543. a. b. Accusandi sacerdotem, aut testificandi contra ipsum licentia laico non permittenda. to. 1. par. 1. 35. d. Accusatio episcoporum facilis esse non debet, & quare. to. 1. par. 1. 149. c. Accusatio episcopi intra terminos prouinciæ terminanda. to. 1. par. 1. 136. b. Accusatio quo inter fideles fieri debet. to. 1. par. 1. 116. d. Accusator propria voce, & præsentem reo actionem suam agat. to. 1. par. 1. 98. d. 136. Accusator, qui absente aduersario causam suggerit, non audiendus. to. 1. par. 1. 73. c. Accusatores & accusati æqua audiantur ratione. to. 1. par. 1. 235. Accusatores & testes quales esse debeant, & quibus credatur. to. 1. par. 1. 42. b. 234. c. Accusatores qui repellendi. to. 1. par. 1. 135. c. 142. a. 152. 177. b. 185. a. Accusatores testes & iudices iisdem non sint, sed unusquisque in suo ordine. to. 1. par. 1. 235. Accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo exentibus fides non adhibenda. to. 1. par. 1. 69. c. Accusatorum personæ, fides, vita & conuersatio enucleatim inquirenda. to. 1. par. 1. 136. Accusatus in suo foro tantum audiendus. to. 1. par. 1. 120. b. Accusatus præsentem habeat accusatores, locumque defendendi accipiat. to. 1. par. 1. 236. Accusantium persona est perpendenda. to. 2. 524. a. Accusatio seruorum audienda non est. to. 2. 528. a. Accusationem non admittit Greg. VII. per scripta, ne que testes sine disceptatione partis. rom. 3. 619. c. Acephali impugnantur. to. 1. 549. c. & iuste danati. to. 2. 73. d. Achilles monachus qualis. to. 1. 529. a. Achilles cõioni restituitur suspensio epatu. to. 1. 586. b. Acquirendum cum peccato nil est. to. 2. 509. b. Acta sunt irrita alterutra parte inaudita. to. 1. 11. c. Acta concilii sine Rom. Pont. auctoritate nulla. to. 1. 23. d. 80. c. to. 2. 337. c. Acta Ephesini conciliabuli irrita à S. Leone Papa declarantur. to. 1. 187. b. c. d.

Acta eiusdem conciliabuli dolo & vi gesta. to. 1. 190. b. Ut eorum rescissionis causam cum Theodosio adiungere velit, Pulcheriam hortatur S. Leo Papa. ibid. Acta Chalcedonensis concilii in Latinum uerteda. to. 1. 228. a. Acta aliqua in conciliis per Ro. Pont. corriguntur. to. 1. 230. d. Acta Chalcedonensis concilii ea tantum rata, quæ sedes Apostolica probauit. to. 1. 377. & seq. Acta concilii ad summum Pontificem transmittuntur. to. 2. 646. c. d. Ab eo confirmantur. to. 2. 683. d. Actio Episcopi instructio Populi. to. 2. 194. d. Actio Episcopi instructio Romane. to. 2. 47. a. Actioes predicantis quò dirigenda. to. 2. 338. d. Actorum integri Cõmentarij synodi Ephesinæ Romam missi. to. 1. 136. d. Ad am omnes homines læsit, nec quisquam per liberum arbitrium cõfurgere potest, nisi eum Dei gratia crexerit. to. 1. 138. d. Adam uoluntate propria peccauit. to. 1. 443. b. Adæ peccata oia in uindicta Christi passione. to. 1. 470. a. Adæ peccati causa. to. 1. 356. c. Adæ anima peccato mortua. to. 2. 262. c. Adam per penitentiam ad uitam redijt. to. 2. 263. d. Adam post peccatum mortuus est in anima. to. 2. 205. a. Adam ubi es, Gen. 3. explicatur. to. 2. 401. Adelmaldus Anglorum Rex ad fidem perducus. to. 2. 566. c. Adeodata religiosa. to. 2. 309. c. Adeodata illustis femina. to. 2. 327. Admitti qui non debeant ad accuandum aut testificandum. to. 1. par. 1. 120. b. 126. Administratio actionis habet diuersitatem personarum. to. 2. 539. b. Adhortatio ad episcopum. to. 3. 824. b. Admonitiones & adhortationes optime ad Reges. to. 3. 730. c. d. 779. b. 798. b. 802. c. 815. d. 817. d. 819. d. 83. c. 848. d. 849. d. 853. c. Ad læscentes u post penitentiam se continere non ualent, pollicent uxores ducere. to. 1. 285. b. Adorari imagines quomodo debent. to. 2. 419. a. b. Aduersa faculi, patientia ut superet. to. 2. 509. b. Aduersitas uirtutis probatio est. to. 2. 372. d. Aduersarius testes audire debet. to. 2. 528. d. in Aduersis propositum habendum pro iustitia non relinquenda. to. 3. 862. c. Aduloualdus Reginæ Longobardorum filius. to. 2. 537. d. Aduloualdo philacteria missa. to. 2. 538. a. Adulterium in utroque sexu æquè punitur. to. 1. 57. c. Adultera mulier in Euangelio Ioannis adducta ad Dominum. to. 1. 410. d. Adulterium quàm graue peccatum sit. to. 3. 194. d. de Adulteris. to. 3. 248. b. agriculis indignè ad presbyterii gradum cõscendit. to. 1. 48. b. aedificari que debent, si destruantur, noxiu est. to. 2. 366. c. aedificij pòdus uiridibus lignis nõ imponitur. to. 2. 358. d. aetium doler S. Leo Papa cietu, & Eurychetis ieiuniorum in eius locum fuisse. to. 1. 228. & seq. Eum in omnibus fuisse examine purgatum gratulatur S. Leo. to. 1. 244. b. aegritudines veteres à medico ita debent sanari, ne noua uulnera nascantur. to. 1. 543. d. aegritudo exasperanda non est. to. 2. 513. a. aegroti oleo ab episcopo cõfecto, inungendi ab episcopis vel presbyteris. to. 1. 88. c. aegru absoluit S. Gregorius à ieiunij obligatione. to. 2. pag. 429. d. 513. a. aegritudo personæ non mutat aut polluit sacri mysterij benedictionem. to. 2. 530. d. aegrotatio corporis ad emendationem uitæ datur frequenter. to. 2. 157. b. aegypti episcopos laudat S. Leo, quòd nulla seditione, nullo ambitu Alexandrinum elegerint episcopu. to. 1. pag. 302. & seq. aemulationes malæ uitandæ. to. 1. par. 1. 49. c. aemuli S. Bonifacii. to. 2. 685. a. aeramenta Syraculis Panormo distrahi iubet S. Greg. to. 2. 550. b. Viginti

I N D E X.

Viginti monasterio danda. 275. c. Aetas omni s omnis sexus & omnis conditio ad penitentiam propere. to. 1. par. 1. 18. a. Aetas senior curacionis quàm uulneris. to. 1. 442. c. Aeternæ remuneracionis caret fructu, qui laudis expectat remunerationem. to. 1. 555. d. Aetna mons monasterium habet. to. 2. 388. a. Aerumina æquo animo pro fide substinenda. to. 1. 469. d. Affinitatis & consanguinitatis impedimenta. to. 3. 250. a. Afflictiones cur à Deo dantur. to. 1. 465. c. in Afflictionibus spes futurorum bonorum consolatur. to. 1. 465. c. d. Afflictis concomitante iustitia subueniendum. to. 2. pag. 25. d. Afflictio penitentia quando sit idonea ad peccata delenda. to. 2. 332. a. b. Afflictio flagellatis addi non debet. to. 2. 55. d. Afflictio præsens, si animum non conuertit, initium est penitentia. to. 2. 427. d. Afflictio uehemens cogit innoxios se noxios fateri. to. 2. pag. 393. b. Affligi iuste Deus quem uult permittit. ibid. d. Affluentia temporalis finem habet mortis terminum. to. 2. 349. a. Africani iudices multa contra Dei timorem exercebant. to. 2. 415. a. Africana Ecclesia à sede Apostolica sumpsit exordium. to. 2. 291. d. A G A P E T V S Papa I. deposito Anathimo C. P. hæretico Memmianum ordinauit. Gratulatur quòd Reparatus & alii Africani episcopi incolumes ex manibus hæreticorum euaserint. to. 1. 582. d. Gratias agit Reparato, quòd sibi de electione in Pontificem fuerit literis gratulatus, simul significans se eius consultationibus respondisse, idemque per Legatos presertim hortatur prætere, ut quæ pro fide catholica scripsit, diuulgari curet. to. 1. pag. 584. a. b. A G A T H O Papa. Habito primum Romæ CXXV. episcoporum concilio, Legatos qui VI. synodi præfessent cum dogmaticis literis destinauit, quas cum omnes approbassent, Monothelitarum hæresis damnata fuit. to. 2. 621. Diuina sacra directa dono Papæ, contradita uerò Agathon, eo quòd Donus de presenti uita decessisset, ubi hortatur ut Legatos suos & synodi Romanæ, diffensionis tollendæ causa ad concilium mittat. to. 2. pag. 621. & seq. Legatos quos à dono petierat, mittit, Duas in Christo uoluntates, & duas operationes esse demonstrat, & ad tuendam hanc fidem hortatur. to. 2. 623. & seq. Eius epistola citantur. to. 1. 644. c. Laudantur. to. 2. 648. a. 656. b. de Aggare & Tiberiano qui ex laicis fuerunt ordinati. to. 1. 276. b. Agendum seuerius cum his qui nequeunt clementia respicere. to. 1. 203. c. Agileus martyr. to. 2. 468. a. Agilulfus Basilium iniuria affecto. to. 2. 352. d. Agilulfus gratias agit Gregorius de pace facta. to. 2. pag. 315. b. Agnoita esse nequit qui Nestorianus non fuerit. to. 2. pag. 401. c. Agnoitari hæresis. to. 2. 395. d. resutata. to. 2. 401. b. c. d. Agnoita Patrum Græcorum & Latinorum consensu cõfutantur. to. 2. 396. a. Agnoita sunt Nestoriani. to. 2. 402. b. Alaricus Romam cepit. to. 1. 413. d. Alciſon Archiepiscopus Nicopolitanus. to. 1. 451. b. Aldeberga Regina Anglorum pia fuit & Aldiberi us rex Anglorum. to. 2. 455. d. & seq. A L E X A N D R I Papa I. epistola. to. 1. par. 1. 58. & seq. Alexandrini presbyteri ad comitatuum uicibus ueniunt.

tom. 1. 142. d. Alexandrini cleri & populi S. Athanasij ad suam ecclesiam reditus, eorumque fidei constantia. to. 1. 18. c. d. & seq. Alexandrini episcopi confirmatio petitur à summo Pontifice. to. 1. 143. d. Alexandrinus episcopus coegit ceteros episcopos in conciliabulo Ephesino subtribere, Eurychem iniuria esse damnatum. to. 1. 183. b. c. Alexandrinorum episcoporum patientia. to. 1. 301. b. Alexandrinus episcopus electus, quem uniuersitas cupiebat sibi præfere. to. 1. 303. a. Alexandria B. Marci Euangelistæ sedes. to. 1. 311. d. de Alexandria ecclesia. to. 1. 316. a. Alexandria ecclesie episcopum Romanus Pontifex cõfirmat. to. 1. 324. c. Alexandrinus Patriarcha secundus. to. 3. 265. a. Aliena ministeria non usurpanda. to. 1. 476. d. Aliena appetens, suis priuatur. to. 2. 271. d. Alimenta & redditus ecclesie Mediolanensis in Sicilia consistebant. to. 2. 414. b. Allocutio docti uiri semper est utilis. to. 2. 188. d. Alleluia extra Pentecosten Greg. instituit. to. 2. 332. d. Altaris minister si cubile uxoris intrauerit, ei à sacris abstinentium. to. 1. par. 1. 16. d. Altaris oblatio oibus Dificis diebus fiat. to. 1. par. 1. 75. a. Alta quis amet. to. 2. 373. c. Alteri nullus loquatur quod sibi loqui non uult. to. 1. par. 1. 99. Amator episcopus Siluerium Papam exultantem consolatur, & triginta argenti libras donat. to. 1. 593. d. Amatur minus qui adhuc erubescitur. to. 2. 508. b. Ambicio sola ambitiosu ab ordinatione impedit. to. 2. 134. S. A M B R O S I Mediolanensis episcopi & ceterorum eporu ad Siricium epistola cõtra Iouinianu. to. 1. 42. c. Ambrosij testimoniu cõtra Nestoriu & Eurycheta. to. 1. 293. S. Ambrosius Theodosium Imp. redegit ad penitentiam. to. 1. 402. c. to. 3. 703. d. 846. b. S. Ambrosij Vicarius à Lögobardis electus. to. 2. 414. b. c. S. Ambrosij laus & eius electio & coactus ad episcopatu assumptus. to. 3. 16. a. b. Diuino instinctu ex catechumeno in episcopum electus. to. 3. 19. d. Amicus huius seculi, Dei inimicus. to. 2. par. 1. 64. c. Amicis omnia communicanda sunt. to. 2. 27. d. Amor carnalis, timor atque auaritia sensus humanos habetant atque peruerunt. to. 1. par. 1. 98. d. Amor & potestas magnâ cognitione habent. to. 2. 254. d. Amor per auctoritatē semper loquitur. to. 2. 255. a. Amor superius quando in nobis paretur. to. 2. 540. a. Amphibalum hibernam uestem S. Gregorius episcopo cuidam mittit. to. 2. 492. d. A N A C L E T I epistola. to. 1. par. 1. 34. & seq. Ananias Deo pecunias uouerat, quas subtraxit. to. 2. 24. b. A N A S T A S I V S Papa I. Origenista damnauit. to. 1. pag. 50. a. b. Ad Ioannem Hierosolymitanum episcopum, qui Origenis librum è græco in latinum uerterat, consilium respondit, se hominem approbare, si Origenis errores tamquam execrandos prodatur; secus autem si illis fidem habeat. to. 1. 50. 51. Nerianum religiosum uirum ob parentum amissionem solatur. to. 1. 51. c. d. de Anastasio Papa. to. 1. 548. c. Anastasio episcopo gratulatur Leo Papa, quòd ab Ephesina pseudo synodo, dum Flauiano episcopo uis illata fuit abfuerit, eumque in ueritate fidei confirmat & ad eam propugnandam hortatur. to. 1. 192. c. ab Anastasio episcopo Theſſalonicensi Sedis Apostolice vicario nonnullas dubitationes propositas diluit Leo Papa. to. 1. 266. & seq. Anastasij Patriarchæ reuersio. to. 2. 21. d. A N A S T A S I I Papa secundi epistola. to. 1. 420. a. Anastasius Papa secundus Anastasio Imperatori. to. 3. pag. 704. b. A 2 Anathe-

I N D E X.

Anathematizandus esse Pelagium & Caelestium, nisi manifeste suas damnauerint haereses. to. 1. 90. & seq. Anathema in viuratores peculii Ecclesiae Suesionensis. tom. 3. 161. d. cum Anathematizatis loqui, sed non communicare licet. to. 3. 566. b. Anastasia epistola ad Hormisdam. to. 1. 498. c. ANASTASII Imperatoris epistola. to. 1. 437. b. 440. d. 443. b. 445. a. 447. a. 470. b. Anastasium Imperatorem laudat Hormisdas Papa, quod Ecclesiae paci studeat, & cum causam cur concilium congregari cupiat nouerit, ait se illi responsum. to. 1. pag. 338. b. c. Anastasium Augustum Gelasius Papa hortatur ut apostolica sedi obtemperet, & acacii nomine damnato Ecclesiarum pacem restituendam curet. tom. 1. 399. d. & seq. Eum in excommunicationis sententiam incidisse, quod cum Acacio communicauerit demonstrat Symmachus Papa. to. 1. 426. & seq. Anastasius Hormisdam precatur, ut accedat ad concilium congregandum ad componendas Heraclae in Scythia de hae res quas questiones. to. 1. 440. Eius fides, & quae de Chalcedonenli synodo senserit. tom. 1. 443. c. d. Legatos Pontifici ad salutationis officium & pacem conciliandam mittit. tom. 1. 445. b. Eius studium laudat Hormisdas de pace concilianda. monet ut damnatis haeresibus Ecclesiae vitas oriatur. ibid. d. & seq. Pontificem & Ro. Populum ad pacem hortatur. to. 1. pag. 447. b. c. Ei respondet senatus Pontificis semper fuisse pacis studiosum, quam pendere ab Acacii damnatione fatentur. ibi. d. & seq. Anastasij & Zenonis nomina submota a recitatione altaris. tom. 1. 493. b. ANATOLIUM catholicam sequi fidem laudat Leo Papa. tom. 1. 201. d. Ei scribit ut vna cum legatis a se missis eos recipiat, qui in Ephesino conciliabulo Eutychemis & Dioscori partes sequuti sunt. to. 1. 207. c. d. Illi gratulatur quod in Chalcedonenli concilio catholica fides Eutychemis erroribus damnatis explicata fuerit, eumque arguit quod in eo concilio contra Niceni concilii canones suam ecclesiam Alexandrinam & Antiochenam praefere voluerit. to. 1. 210. & seq. Eius superbiam damnat Leo Papa. to. 1. 222. & seq. In eo fidei feruorem desiderat. to. 1. 227. b. Ab Imperatore Leone per litteras commendatur. tom. 1. 244. c. Ei reddit rationem cur litteras, quibus a praeno tramite conaretur auertere dederit, & mox tanto temporis spatio silentio visus fuerit. Approbat nonnulla ab eodem gesta, hortaturque ut ambitionem temperet, & Niceni concilii canones seruet. tom. 1. 248. & seq. Illum docet se Imperatori scripsisse quae ab illo de Constantinopolitanae ecclesiae statu acceperat, utque haereticam praerogatiuam, quae inter suos clericos serpebat extermineret, & Imperatorem obsecraret ut haereticorum machinas destrueret. to. 1. 255. & seq. Aegre tulit quod a Leone de cauedis haereticis fuisset admonitus. to. 1. 256. b. c. Romam misit legatos. to. 1. 397. b. De eod. 401. d. Ancillas Dei, Paulinum presbyterum & alios Anthemio subdiacono Gregorius commendat. to. 2. 12. d. Ancillarum Dei vita Romae sanctissima. to. 2. 253. d. Andream haereticorum consortio pollutum in Actii loco fuisse susceptum conquiritur Leo Papa. to. 1. 226. d. Illum Archidiaconi actione submorum laudatur. to. 1. pag. 248. c. Andree episcopi Praenestini epistola ad Hormisdam Papam. tom. 1. 490. c. Angelus in habitu pastoris Herimae apparens, iubet ut

Pascha Dominico die celebretur. tom. 1. par. 1. pag. 78. b. Angeli creati sunt ad profectum promerenda aeterna felicitatis, cum libero arbitrio. tom. 1. 356. b. 357. d. Angeliboni consecuti sunt firmitatem aeternae beatitudinis. tom. 1. 358. a. angelus vester quid. to. 1. 525. a. angeli sine ordinum distinctione non sunt. to. 2. 191. d. Angli quando ad fidem conuersi. tom. 2. 229. b. Anglis aliquid concessum in consanguinitate. tom. 2. pag. 561. a. Anglia in mundi angulo posita. to. 2. 290. a. Eorum conuersio. ibidem. Anglorum conuersio ad fidem per quem facta. to. 2. pag. 542. d. & seq. Aniceti Papae epistola. to. 1. par. 1. 81. & seq. Animae partes sub aliis potestatibus, sub aliis corporis membra esse, ut aiunt Priscillianistae, refellitur. to. 1. pag. 152. a. Animam hominis ex diuina substantia esse, confutatur. to. 1. 159. b. Animas in caelestibus peccare & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam vel malam, refellitur. tom. 1. 151. c. Animas hominum faculis stellis esse obligatas, refellitur. tom. 1. 152. a. Animi grati sunt pauci. to. 1. 556. a. de Animabus paruulorum, quae sine peccato moriuntur. tom. 2. 326. b. de Animae origine disceptatio inter sanctos versata est. ibidem. Animae paruulorum sine baptismo peccato originis obstringuntur. ibid. c. Anima vnde pulchrior est, inde descendit. to. 2. 373. d. Anima amat amantem se. to. 2. 341. b. Animam fiduciam habere in pulchritudine sua, quid sit. to. 2. 373. d. Animarum utilitas omnibus amicitias praeponenda. to. 2. 386. b. c. Animarum causa laborantibus concurrendum est. to. 2. pag. 450. a. Animalia agra separantur a sanis. to. 2. 563. c. Animus per praua colloquia veterascit. to. 2. 547. d. Animus saepe ligatur in carnis delectationibus. tom. 2. pag. 559. d. ab Animarum lucris non sine periculo receditur. to. 3. pag. 681. c. Anima nostrae quando consulimus. tom. 3. 251. d. de Animalibus mundis & immundis. tom. 3. 251. d. Anniversaria solennitas creationis Romani Pontificis. tom. 1. 306. a. Anteri Papae epistola. to. 1. par. 1. 108. & seq. Anthemii & Ricimeris furor Roma subuersa. tom. 1. pag. 413. d. Anticipatio in scripturis quae. tom. 1. 363. b. c. Anthimum episcopum damnat Agapetus Papa primus eo quod asserbat in Christo non esse duas perfectas naturas. tom. 1. 590. b. Contra illum. tom. 1. 600. c. Antichristo parem se facit, qui elatione superbiae vniuersalem aude se episcopum scribere. to. 2. 261. b. Antichristi est diem sabbari obseruare. tom. 2. pag. 496. b. Antiochia in dioecesi Orientali prima. to. 1. 563. a. Apocrypha Priscillianorum. to. 1. 153. a. Apocryphi libri cremandi. ibidem. Apocrypha habenda, quae. to. 1. 418. b. Apollinaris abdicatus. to. 1. 27. d. Apollinaris & Timotheus haeretici Romani Pontificis sententia, praesente Petro Alexandrino episcopo damnati fuere. to. 1. 27. d. Apollinaris haereses damnantur. tom. 1. 29. d. Apollinaris error. to. 1. 142. b. 528. d. Contra Apollinarem. to. 1. apex

I N D E X.

Apex episcopatus sedes Romana, tom. 3. 142. b. S. Apollinaris haeretici, tom. 2. 639. a. S. Apollinaris martyr Rauennae sepultus. to. 2. 217. b. Apostate si ad penitentiam venerint non nisi in fine vite reconciliandi. to. 1. 37. d. Apostolica sedes cardo & caput omnium ecclesiarum, to. 1. par. 1. 49. b. 41. 48. a. 78. d. 23. a. vide Sedes. Apostolorum doctrinam variis maculare doctrinis iniustum & impium, to. 1. par. 1. 36. b. Apostolorum esse statum iusti Saluatoris vt maiores & difficiliore questiones semper ad sedem Apostolicam deferantur, to. 1. par. 1. 40. b. inter Apostolos fuit quidam discretio potestatis, to. 1. par. 1. 188. Apostolis qui eadem est demandatum hoc illorum quoque successoribus demandatum intelligitur, tom. 1. pag. 132. b. Apostolis qui in honore succedunt, fidem ab illis traditam viriliter propugnare debent, to. 1. 132. b. ab Apostolis tradita sunt credenda, non noua excogitanda. to. 1. 137. a. Apostolica messis princeps causa Christus, ibid. Apostolatus & episcopatus exordium a Petro, to. 1. 53. a. to. 3. 159. a. Apostolica doctrina norma eadem est in successoribus, tom. 1. 311. c. Apostolica sedes omnium princeps, to. 1. 334. a. vide Sedes. Apostoli quomodo dicantur habere primatias spiritus, tom. 1. 360. a. Apostolica ecclesia quae communia habet, to. 2. 539. a. Apostolica sedes praecipuum tradit ordinatis episcopis, tom. 2. 552. d. Apostolica sedis reuerentia, tom. 2. 465. b. Bius auctoritas, to. 2. 109. Vide Pontifex Romanus & sedes Apostolica. Apostolorum corpora Roma lenari non potuerunt, sed tonitruis, & fulguribus prohibetur. to. 2. 140. d. ab Apostolica sede catholicis semper subuenitur, tom. 3. pag. 301. c. Apostolicae sedis dignitas, to. 3. 596. c. Apostolica aula, to. 3. 656. d. Appellanti a iudice nulla iniuria aut molestia inferenda, tom. 1. par. 1. 120. d. Appellationes ad sedem Apostolicam, to. 1. 188. a. 392. a. Appellari ab omnibus ad Romanam sedem potest, tom. 3. pag. 159. d. Apulia Calabria & Sicilia terra S. Petri, to. 3. 825. a. AQUA sale aspera & precibus sanctificata, populum sanctificat, to. 1. par. 1. 62. b. Aqua maris in vitre congregata, to. 2. 443. a. b. Aqua benedicta aspersa purgat, to. 2. 466. b. ARBOR portat in ramo humorem vitis, quem traxit ex radice, tom. 2. 158. c. Archidiacono cura est rei ecclesiasticae, tom. 1. 228. d. Archiepiscopi aut Metropolitani, qui dicendi, tom. 1. par. 1. 448. a. Archiepiscopus ab omnibus Metropolitano episcopis ordinandus, tom. 1. par. 1. 278. c. Archiepiscopus sit Abbas, to. 3. 783. c. Archimandrita certiores facit Leo Papa de legatis a se missis, & Eutychemis errores coarguit, tom. 1. pag. 228. d. Archimandrita & ceteri monachi secundum synodum scribunt Hormisdas quae pro fide catholica ab Eutychemis missis patiantur, quos Imperator missis coarguit, to. 1. par. 1. 471. & seq. Illos solatur Hormisdas, vt in fide catholica perseverent, to. 1. par. 1. 471. & seq. Arduus in rebus consulere Romanum Pontificem, ac determinationem ab ipso expectare debemus, tom. 1. 172. d. Arelatenfes episcopi olim primates totius Galliae, to. 2. pag. 192. b. Eorum auctoritas, tom. 2. 535. c. Arelatenfis monasterii priuilegium, to. 1. 369. a.

Arelatenfis ecclesia olim habebat ius legationis sedis Apostolicae, to. 3. 757. c. Arguendi sunt palam qui palam peccant, to. 2. 563. b. Arianorum in orthodoxos rabies, tom. 1. 24. d. Eorum pernicacia, tom. 1. 25. b. Causam afferunt cur Romam ad concilium a Damaso & a Synodo euocati non accedant. to. 1. 25. b. Eorum clerici non recipiendi. to. 1. 77. d. Ariti blasphemiae. 395. c. De eorum redditu ad ecclesiam, tom. 1. 583. b. ab omni officio excludendi, nec promouendi, ab Ecclesia tamen alendi, si reuertatur ad fidem orthodoxam, tom. 1. 583. c. d. Ariani nec si apud haereticos fuerint sacerdotes, in sacerdotii honore restituendi, nec alioqui promouendi ad illos honores, tom. 1. 585. b. & seq. de Arianis conuersis, ibidem. ab Arianis iterum baptizati, quid de eis, tom. 1. 597. c. Armeni in azyma sacrificabant, to. 3. 824. a. Arrogantia Ioannis episcopi constantinopolitani, to. 3. pag. 519. d. Ariminensi conciliabulo qui Arianorum fraude aut vi subscripserant, illud postea damnarunt, Nicenam fidem confitentes, tom. 1. 22. a. Ariminenfium concilium notatur, tom. 1. 23. d. Ariminensis ecclesia destituta pastore, tom. 2. 320. d. Aristides causa seditionis, quae excitata fuit Thesalonice, ne ordinetur, tom. 1. 516. a. Ariulphus Romam tendit, to. 2. 546. c. Ariulphi sacramentum de pace seruanda, to. 2. 352. d. Arogis Beneuentanus Dux, to. 2. 352. d. Artacius defunctus exauertatur, to. 1. 75. c. Ascendere ad Apostolicum thronum qui potest, vel debet, to. 3. 848. d. Asianos Victor Papa excommunicauit volentes Pascha xiiii. luna celebrare, to. 3. 72. c. Astrologia & huiusmodi inanes artes vitandae, tom. 1. par. 1. 78. c. S. Athanasius verae fidei cultor etiam a Nicena synodo comprobatus, tom. 1. par. 1. 493. b. S. Athanasii pro catholica fide certamina, tom. 1. 125. b. Bius testimonium aduersus Nestorium, & Eutychem, tom. 1. 293. b. Ab orientalibus damnatus, a Romana sede absoluitur, to. 1. 398. b. Aetius haereticorum acerrimus insectator, to. 1. 122. d. Ipse excepit Io. Chrysostrum, qui successit Nestorio, sed non proxime intercessit enim Aractius vir deus & ad munus episcopale plane ineptus, tom. 1. pag. 126. d. Illi haereticorum, maxime Pelagianorum insectatori acerrimo successit Sijnnius, ibid. causas fidei ipse ad Romanum Pontificem detulit, to. 1. pag. 129. c. A V A R I T I A penitus fugienda, tom. 1. par. 1. 42. a. Auaritia hoc potissimum habet mali, quod dum ingerit tristitia, abscondit aeternam, tom. 1. par. 1. 103. b. c. Auaritia nulla debet esse in ecclesia, tom. 2. 447. d. Auctoritas canonum in ecclesiasticis rebus attendenda, non eloquentiae species, tom. 1. 156. b. Auctoritas Romani Pontificis, to. 1. 69. a. 71. c. 22. c. Auctoritas Ecclesiae Romanae praeter ceteris maioris ponderis, tom. 1. 104. a. Vide Pontifex Romanus, & Sedes Apostolica. Auctoritas decretalium epistoliarum, to. 3. 466. b. Auctores haeresum non sine sedis Apostolicae iudicio admittendi, tom. 1. 288. a. Auctoribus Ephesini conciliabuli, si resipuerint, communitio fidelium non deneganda, tom. 1. 211. d. & seq. Auctores haeresum inuicti Leo Papa, to. 1. 236. & seq. Auctores haeresum damnare debent resipiscetes ab haeresi, tom. 1. 279. c. Vide verbum Haeresis. Auditori inuito nemo libenter refert, to. 1. par. 1. 190. d.

I N D E X.

AVGVSTINVM & Aurelium episcopos familiariter salutari Innocentius tom. 1. 62. b
S. Augustinus nonnulliq. aſij episcopi perſcribunt ad Innocentium, vt Pelagium, cuius librum erroribus reſertum mittunt, ad veram catholicæ fidei confeſſionem compellant. tom. 1. 100. & ſeq.
Contra eum inſurgunt nonnulli ex preſbyteris Gallicæ, obreſtantes illius doctrinæ, & repugnantiã veritati prædicant. tom. 1. 137. & ſeq.
Gallos coarguit Cæleſtinus Pont. & quoscuq. alios nouam & adulterinam doctrinam diſſeminantes ſurgendos monet; ſanctum verò Auguſtinum vita, meritis, & ſcientia clarum ſemper ſecum communicat. ſe, & tam ſibi quàm deſceſſoribus ſuis magno in honore & exiſtimatione fuiſſe aſſeruat. to. 1. 177. & ſeq.
Eius teſtimonia contra Neſtorianam & Eutychnam hæreſim. tom. 1. 294. c. d
Contra eius libros comburentem. to. 1. 351. a
Allegatur à Iuſtiniano Illuſtri. tom. 1. 543. c
Illius doctrina de verbo vnigenito. tom. 1. 579. a
Ad Hilarium & Proſperum de libero arbitrio & gratia Dei optime ſcripſit. tom. 1. 540. a
Cum ſore ſua noluit habitare. tom. 1. 314. c
Eius libri ſiligo dicuntur. tom. 2. 398. a
Eius opuscula. tom. 2. 398. a
Auguſta Helena vocata. tom. 2. 519. c
Auguſtino Anglorum episcopo qui ſubſint episcopi & ſacerdotes. tom. 2. 543. a. b
Auguſtodunenſis eccleſia poſt Lugdunenſem gradum locumque obtinet ex pontificia auctoritate. tom. 2. pag. 361. d
Auitus episcopus Gallus cupit ab Hormiſda ſe certior fieri de his que legati de vniuerſalis eccleſie pace Conſtantinopoli egerint. tom. 1. 454. d. & ſeq.
Eius ſtudium Hormiſda commendat de Orientalis eccleſie ſtatu cognofcendo, De concordia autem à legatis nihil actum fuiſſe ſcribit, & horrat vt cuiſa ceteris Gallie episcopiſ in fide catholica perſiſtat. tom. 1. 455. & ſeq.
Aulonitana ciuitas. tom. 1. 489. c
Auteliano episcopo ſcribit Vigilius Papa, ſe nihil contra quatuor concilia generalia & Romanorum Pontificum decreta fuiſſe admiſſum.
Hortaturq. ad eos fugiendos, qui diſſenſiones excitabāt, & ad Francorum Regem rogandum, vt Gothorum regi ſcribat, ne quid contra Romanam eccleſiam admitti patiatur. tom. 1. 603. & ſeq.
Auro Innocentia prelata. tom. 2. 373. a
Auxentij condemnatio. tom. 1. 23. c
Auxamius quod in præiudicium Ebreduenſis metropolitani impetrarāt, ſi per obreptionem & ſacros canones impetratum fuiſſet, nullum declararetur. tom. 1. 307. b. c
Axa filia Caleph quid ſignet. tom. 2. 253. a
BAPTISMI forma. tom. 1. par. 1. 222. c
Baptiſmi virtus. tom. 1. par. 1. 311. a. b
Baptizatus in infirmitate clericus effici non poterat. tom. 1. 690. b
Baptizati ab Arianiſ non rebaptizandi. tom. 1. 37. b
Baptiſma generale in Paſchate tantum & Pentecoſte celebrandum. ibidem. b. 155. 370. d
Baptizandi ex orationibus & ieiunijs, xl. diebus ante baptiſmum expiandi. ibid. c
Baptizandi inſantes & in vitæ diſcrimine conſtituti quouis tempore. ibid. d
Baptiſmum qui militarunt, vel cauſas egerunt & curiales, clerici fieri non poſſunt. tom. 1. 59. a
Baptizati ab hæreticis, eccleſie forma non ſeruata, rebaptizandi tom. 1. 84. b
Baptizati ab episcopiſ confirmandi. tom. 1. 87. b

Baptizandi exorcifinis & inſufflationibus expiantur, in mundi ſpiritus ab eis abiguntur. tom. 1. 140. d
Baptiſmus quo tempore præcipue conferri debeat. tom. 1. 155. c
Baptiſmum celebrari in die Epiphaniæ prohibetur. tom. 1. 155. c
Baptizari omni tempore in mortis periculo debet, iſdeſt, ægritudinis, obſidionis, perſecutionis, naufragij. tom. 1. 157. d
Baptiſma Ioannis, gratiam non conferebat. tom. 1. pag. 158. a
Baptiſma exorcifinis & ieiunium ex Apoſtolica regula antecedunt. tom. 1. 158. c
Baptiſmo non debere prohiberi eos qui à captiuitate reuertuntur ſi ſe baptizatos probabiliter ignorent. tom. 1. 199. a. b
ad Baptiſmi iterationem vi aut errore coacti, quo remedio ſublenandi. tom. 1. 260. a
Baptizati ab hæreticis ſola ſancti ſpiritus inuocatione firmantur. tom. 1. 260. b
Baptiſmum, qui extra diem Paſchatis & Pentecoſte conferrebat, reprehenduntur. tom. 1. 260. d
in Baptizandis que requirantur. tom. 1. 261. 2
Baptizandi quouis tempore in periculo conſtituti. to. 1. pag. 261. a
Baptizandi de quibus ignoratur an ſint baptizati. to. 1. pag. 285. d
Baptizati Eccleſie forma ſeruata nõ rebaptizandi. to. 1. pag. 285. d
Baptizati extra eccleſiam, aut rebaptizati ad eccleſiam militiam non admittantur. to. 1. 338. a
Baptiſmus ſi ad ſalutem eſt neceſſarius, peccatum neceſſe eſt. to. 1. 348. c
Baptizantur inſantes in remiſſionem peccatorum. to. 1. pag. 349. a
Baptiſma ſecunda generatio cur introducã. tom. 1. pag. 357. d. 531. a
à Baptizandis vel conſignandis precia non exigenda. tom. 1. 369. c
de Baptiſmo paruulorum. tom. 1. 362. c. d. 531. a
per Baptiſma exiunt peccata. to. 1. 542. 2
Baptizandi conſuetudo apud Hiſpanos. to. 2. 28. d
Baptiſmi trina merſio quid ſignificet. ibid.
Baptizati inuiti quid faciant. to. 2. 35. 2
Baptizati rebaptizandi non ſunt. to. 2. 70. b
Baptiſterium non ſit in monaſterio. to. 2. 115. a
Baptizatos vbi præſbyteri vngent & episcopi. tom. 2. pag. 127. c. d
Baptizati in viſitatione conſignabantur ab episcopo. tom. 2. 405. b
Baptiſma omnino tollit peccata. tom. 2. pag. 440. c. d
Baptizati à mortuo quid ſit. to. 2. 441. b
Baptiſma quod proſit. to. 2. 458. a. b
Baptiſmatis myſterium funditus calpam tollit. tom. 2. pag. 556. b. c. d
Baptiſmus ſtatim conferri poteſt ei qui gignitur. to. 2. pag. 556. d
Baptizentur qui dubitant ſe fuiſſe baptizatos. tom. 2. pag. 665. d. 672. d
Baptiſmum ratum eſt cum inuocatione Trinitatis, etiã ab hæretico miniſtratum. to. 2. 690. b
Baptiſmum non eſt perfectum quando vna ſancta Trinitatis perſona omiſſitur. to. 2. 690. d
Non eſt iterandum baptiſmum cuius in congruè forma prolata eſt. to. 2. 681. c
Baptizatus Romæ Conſtantinus. to. 2. 701. b
de Baptizatis ab eo qui ſinxit ſe præſbyterum. tom. 3. pag. 243. d
de Baptiſmo non iterando. to. 3. 259. d
Baptiſmum conferendi tempus. tom. 3. 259. d
de Baptizatis à Pagano non rebaptizandis. tom. 3. pag. 266. d
Baptizare laicos in neceſſitate licet. to. 3. 424. b
barbam

I N D E X.

barbam radere, mos Eccleſie Romanæ. to. 3. 833. d
Barcinonenſibus de ſuo clero Antiliſtem eligi iubet Hilarium Papa. to. 1. 306. b. 308. c
Baſilica ſi populi multitudinem non capit Miſſe ſacrificium iterari iubet Leo Pont. to. 1. 161. c
Baſilica Iuſtinianæ Carthaginiſ inſignita multis martyrum corporibus. to. 1. 581. d
Baſilico & Zenoni Imperatoribus reſtitit Acarius. to. 1. pag. 400. c. d
Baſilicæ S. Marci deſenſio. tom. 1. 515. a
Baſilium & Ioannem præſbyteros apud ſe Eutychetis & Neſtorii hæreſes deſertatos commendat, Leo Papa tom. 1. 209. d
Baſilii episcopi Cappadociſ teſtimonium aduerſum Neſtorianam, & Eutychnam hæreſim. tom. 1. pag. 296. b
Baſiliſtus Imp. contra Calcedonen. ſynodum. tom. 1. pag. 143. b
Barbarorum gladii. to. 2. 532. b
Barbarianus monachus. to. 2. 347. a
BEATITVDINIS humanæ vera fides. to. 1. par. 1. pag. 155. c
beatus non ſit homo per liberum arbitrium ſolum. to. 1. pag. 349. d
Bella ciuilia Romæ. to. 1. 413. d
ad bellum vera præparatio. to. 3. 249. c
ad bellum qui præparati non ſunt. to. 3. 250. b
de bello tempore Quadrageſimæ. to. 3. 253. a
bellum membrorum diaboli. to. 3. 855. b
Benedictus tertius. to. 3. 185. b
de benedictione menſe. to. 3. 254. d
benignitas erga ſubiectos. to. 2. 513. d
Beneficij fructus homicidæ penitentem conceduntur. to. 3. pag. 577. a
BIVO ante Paſcha non celebrandum. to. 1. 87. c
Bigamos & ſeruos ad ſacros ordines recipi prohibetur. tom. 1. 145. a. b
Bigamus ſacerdos nequit fieri. to. 2. 500. b
Bilinguis maledictus. to. 1. par. 1. 107. a
BLANDVM episcopum vt ſue eccleſie liberè reſtituat, Romano Patrio ſcribit Gregorius. tom. 2. pag. 23. b
BONIFACII Papæ primi acta.
Legatos ad Honorium mittit, vt pronideat ſe in eccleſiaſticis conuentibus propter ingentem populi multitudinem ſeditiones oriantur. to. 1. 109. & ſeq.
Gallie episcopiſ ſcribit vt prouinciali ſynodo congregata illius cauſam cognofcant, & ſynodi ſententiam ad ſe referant, vt ab Apoſtolica ſede confirmari poſſit. tom. 1. 112. a. b
BONIFACII Papæ quinti acta.
Commendat Iuſtinum quod Adalualdum regē ad fidem perduxerit; ſperat etiam alios perduciturum. Pallium mittit, inſque ordinandi episcopos concedit. tom. 2. pag. 566. b. c. d
Hortatur Edmum vt Chriſtianam fidem amplectatur. tom. 2. 567. & ſeq.
Granulatur Edelburgæ reginæ fidem recepiffe. Monet det operam vt conuix idem faciat, & munuscula quædam mittit. to. 2. 568. & ſeq.
bona & mala; vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. tom. 1. par. 1. 129. c
boni à malis ſemper perſecutionem patiuntur. tom. 1. par. 1. 106. d
boni principis officium. to. 1. par. 1. 173. b
in bonis & iuſtiſ hominibus nomen Dei ſanctificatur in malis verò blaſphematur; to. 1. par. 1. 106. d
bonitatem ſuam oſtendit Deus nobis remittendo delicta per Chriſtum. to. 1. par. 1. 176. a
bonum operantibus gloria honor & pax, ibidem
bonus nullum habet inimicum niſi malum. tom. 1. par. 1. 95. b
bonus nemo eſt ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus. to. 1. par. 1. 173. d

bona eccleſiaſtica non alienanda, to. 1. 425. c
bonum opus maxime in doctrina fidei, videtur minui niſi augeatur. tom. 1. 466. c
bona alicui iniuſſe ablata, cui reddenda. tom. 2. 30. d
bonum commune gaudium noſtrum ſit, to. 2. 454. b
boni per malos purgantur, tom. 2. 437. c
bonum inchoaſſe non prodeſt, niſi in eo perſeueretur, tom. 3. 64. d
vt bona eccleſie ſede vacante conferentur, tom. 3. pag. 781. c
bona vox prædicantis cum opere, ſed bona actio non parua ſine voce, tom. 3. 861. b
bonum quando ſemiplenum videtur, tom. 2. 544. b
boni quid habere debent, tom. 2. 418. b
boni quomodo perfecti, tom. 2. 437. c
bonis cur detrahant mali. ibidem
bonos cur Dominus perducit ad Imperia, tom. 2. pag. 456. a
bonitas maxima, tom. 2. 345. b. c
bonoſiani hæretici, quales, tom. 2. 458. c
BREVIATVM verbū nõ deminutione deitatis in filio, ſed diſpenſationem ſuſceptæ carnis ſignificat, tom. 1. par. 1. 45. d
breuis pro indice rerum Eccleſie. to. 2. 104. b
ex brandeo reliquiarum ſanguis proſluit, to. 2. 140. b
archilda xenodochium extruxit, tom. 2. 500. c
Bius pietas, tom. 2. 501. c
BYBALIVM & Taurinam à Macedoniæ episcopiſ iure damnatos, tom. 1. 60. c
CADERENTES quid docendi, tom. 2. 526. 2
Cæcus liber ſit à tributis, tom. 2. 377. b. c
CALESTINI Papæ acta, 113. b
Neſtorium ſacerdotij honore, & fidelium communione priuauit, & in Epheſino concilio eiufdem Pontificis auctoritate cõgregato præſiditibus ibi Cyrillo & alijs Apoſt. Sedis legatis, communi patrum ſententia damnatus & in exilium pulſus eſt, in quo concilio Caleſtinus ceterique Pelagiani à Caleſtino iterum anathematizati ſunt, tom. 1. 113. b. c
Caleſtinum miſerabilis conſtantinopolitane eccleſie ſtatus aſſigit, tom. 1. 119. d
Caleſtinus partes ſuas in cauſa Neſtoriana delegat Cyrillo, tom. 1. 121. b
Eius ſententia in Neſtorium lata, tom. 1. 121. b
Ex calamitatibus eccleſie conſtantinopolitane magnum animo dolorem ſe percipere ſignificat.
Omnes tam laicos quàm clericos vt in ea fide quam à Pontificibus Chryſoſtomo, Attico & Siſinnio acceptarunt, conſtanter perſeuerent.
Neſtorii errores damnat, & fontem vnde primò emanarint, indicat.
Clericos hortatur, vt exilia & triſtitijs æquo animo ſeruent, Neſtorii impietati viriliter reſiſtant, & inſiſtentes in catholica fide confirmet.
Sententiæ formulam in Neſtorium late exponit, to. 1. pag. 122. vique 126.
Eius adiunctio, omnes complectitur, tom. 1. 127. d
Anxius de patriarcha Conſtantinopolitano fuit, to. 1. pag. 126. d
Per litteras Clerum populumque Conſtantinopolitanum edocet quid de Neſtorio ſtatueri debeant, to. 1. pag. 129. d
Ea oratione aſſatur & hortatur Patres Epheſinos, quæ Paulus aſſatus eſt Timotheum primū vrbis Epheſorum episcopum, tom. 1. 132. c
Caleſtii ac Pelagii hæreſis cur damnata, tom. 2. pag. 319. d
Caleſtini epistoſa primo loco lecta eſt in Epheſina ſynodo, tom. 3. 63. d
Caleſti-

I N D E X.

Celestini iudicium secuta Ephesina synodus, tom. 3. pag. 63. b.
Celestini atque Leonis approbatae sententiae, tom. 3. pag. 102. c.
Caesarij consultationibus respondet Symmachus Papa, tom. 1. pag. 425. b. & seq.
Caesar tempore Gregorij causis sacerdotilibus se non immiscuit, tom. 2. pag. 134. b.
Caesarius abbas monasterij S. Petri Syracensis, tom. 2. pag. 265. c.
Cain est detestabilior, qui scelus damnatus ad id revertitur, tom. 1. pag. 310. c.
Calendion catholici episcopus Antiochenus cecidit ab Acacio restituo Petro heretico, tom. 1. pag. 144.
Calix aureus gematus & argenteus, patenam argenteam & vela duo holerica ministerio B. Petri Apostoli profutura, tom. 1. pag. 545. c. 551. d.
Camisia cui armatura in auro vna, & lena Anciriana vna dono data, tom. 2. pag. 568. c.
Camisia & oraria dono mittit S. Gregorius, tom. 2. pag. 258. a.
Canitra plena sacramentorum, tom. 1. pag. 531. a.
Caperma maleficium puniendum, tom. 2. pag. 543. d.
Canities senum gloria, tom. 1. par. 1. pag. 44. a.
Canon de episcoporum successione, tom. 1. pag. 71. a.
Canonum statuta seruanda, tom. 1. pag. 275. b.
Canones soluere, in religionem compingere est, tom. 1. pag. 459. d.
Canones transgredientes quomodo puniendi, tom. 2. pag. 110. b.
Canonum rigor pro necessitate temporum relaxatur, tom. 1. pag. 368. b.
Canones ecclesiastici ab omnibus obseruandi, tom. 1. pag. 370. a.
Canonum Nicanorum & pontificalium decretorum obseruationem commendat Pelagius papa II. tom. 1. pag. 633. a.
Canones qui non custodiunt, ab ecclesia Romana non agnoscuntur, tom. 2. pag. 110. d.
Canones constantinopolitani concilij primi, Ecclesia Romana non recipit, tom. 3. pag. 262. a.
Canonum concordia apud Graecos, tom. 3. par. 1. pag. 104. d.
Canonum codex, tom. 3. par. 1. pag. 166. d.
Canonici sacerdotes de suis ecclesijs a Donatistis pulsi, tom. 2. pag. 144. a.
Canones oportere semper in manibus habere episcopum, tom. 3. par. 1. pag. 248. b. c.
Canonica concessa alimonia puerorum, tom. 3. par. 1. pag. 697. b.
Canonictis damnatis ab dictum leuiter, tom. 3. par. 1. pag. 720. d.
Canonictis rigor pro tempore temperandus, tom. 3. par. 1. pag. 856. a.
Canonictis ordo pacis tempore seruandus, tom. 3. par. 1. pag. 856. a.
Canti cum hominum quid sit, tom. 3. par. 1. pag. 73. a.
Capitulare liberum nominatus, tom. 3. par. 1. pag. 71. a.
Capitella argentea pro reliquijs transfusa, tom. 1. pag. 244. c.
Caprius est homo ex delectatione, tom. 2. pag. 390. b.
Capite languescens si quis plura membra agrosant, tom. 1. par. 1. pag. 49. d.
Capite nullo modo dissendendum, tom. 1. par. 1. pag. 183. c.
Caput Ecclesie Christus, tom. 1. par. 1. pag. 183. d.
Caput Christus cur nos voluerit esse sua membra, tom. 2. pag. 68. a.
Cardinalis Pontifex, tom. 2. pag. 509. d.
Cardinalis presbyter non constituendus in monasterio, tom. 2. pag. 380. a.
Cardinalem presbyterum constituere, tom. 2. pag. 443. d.

Cardinalis sacerdos appellatur episcopus ab ecclesia ad ecclesiam translatus, tom. 2. pag. 56. b. 66. d. 86. c.
Cardinalem diaconum constituere, tom. 2. pag. 203. a.
Cardinare aliquem in ecclesia, tom. 2. pag. 131. a.
Cardinales qui Romanum Pontificem eligebant, tom. 2. pag. 549. c.
Cardinalis de domo & familia B. Petri, tom. 3. pag. 728. b.
Cardinalis presbyter sit abbas, tom. 3. pag. 799. b.
Caro dolorum causa est, tom. 2. pag. 435. a.
Caro sine anima delectari nequit, tom. 2. pag. 560. a. b.
Caro que occidit animam, tom. 2. pag. 473. c.
Carnis munditia in coniugatis requiritur ad sacramentum Eucharistie percipiendum, tom. 2. pag. 559. a.
Carnis honeste veritatem qui negant a Domino Iesu Christo suspectam esse, eos Leo Papa damnat, tom. 1. pag. 167. b.
Carnis copula quare fieri debet, tom. 2. pag. 559. d.
Caroli magni munificencia in Romanam ecclesiam, tom. 2. pag. 708. b.
Caroli magni tomus in Archiuo B. Petri, tom. 3. pag. 850. d.
Carthaginense concilium ab apostolica sede confirmationem petiit, tom. 1. pag. 90. c.
Carthaginensis concilij patrum pietas ac sollicitudo in hereticis damnandis, tom. 1. pag. 92. c. & seq.
Carthaginensem episcopum confirmat agapetus Paphlagonensis episcopus solus in Africa pallium habet, tom. 3. pag. 538. a.
Castitas in ordinando ante susceptum ministerium probata esse debet, tom. 2. pag. 32. c.
Castitas sine ceteris virtutibus & ceteris sine castitate nihil apud Deum valent, tom. 3. par. 1. pag. 636. d.
Castitatis virtus necessaria ecclesiasticis gradibus, tom. 3. par. 1. pag. 668. b.
Cataphrige hereticus, tom. 2. pag. 458. c.
Catene apostolorum, tom. 1. pag. 23. b. tom. 2. pag. 798. d.
Catenarum S. Pauli miracula, tom. 2. pag. 141. a.
Catholica ecclesia vera Sion, tom. 1. par. 1. pag. 144. d.
Cauendi qui maxime, tom. 1. par. 1. pag. 140. d.
Causa eum respicit qui silentio fauet errori, tom. 1. par. 1. pag. 43. a.
Causa ibi audienda ubi crimen est admissum, tom. 1. par. 1. pag. 121. a.
Causa episcoporum quo mutanda & terminanda & a quibus, tom. 1. par. 1. pag. 76. b. 88. d. 203. a.
Causarum alia est ratio diuinarum alia secularium, tom. 1. par. 1. pag. 88. d.
Causae maiores & difficiliore ad sedem Apostolicam referende, tom. 1. par. 1. pag. 40. a. 91. b. 120. r. & tom. 1. par. 1. pag. 63. a. tom. 2. pag. 66. d.
Vide Sedes Apostolica.
Causa indicta nullus damnandus, tom. 1. par. 1. pag. 73. e.
de causa peccati Adam, tom. 1. par. 1. pag. 356. c.
causa superioris ab inferiori non potest deferri, tom. 1. par. 1. pag. 396. b.
causa malorum, tom. 1. par. 1. pag. 429. b.
in causa Nicopolitana cum Thallonicensi quid agendum sit, tom. 1. par. 1. pag. 114. b.
causas Italiae commendat Gregorius Philippa, tom. 2. pag. 1002. m. d.
causa in generali utilitas propria non attendatur, tom. 2. pag. 1002. m. d.
causis in dubijs vt se quis gerere debeat, tom. 2. pag. 307. a.
causa dissoluti de cetero ab episcopis non potest ad sedem Apostolicam deferantur, tom. 2. pag. 190. c.
causa dispensandi qualis, tom. 2. pag. 190. c.
causula pietatis adiutorio non impedit, tom. 2. pag. 190. c.
cautio data sedis Apostolicae pro tribus capitulis, tom. 2. pag. 190. c.
Centras contempnentis in qua incurrit, tom. 3. pag. 100.
Cephus 100. Marcharum Ducis Boemiarum, tom. 3. pag.

I N D E X.

pag. 633. d.
Census Gallie B. Petro, tom. 3. pag. 850. d. 859. d.
Cerei & luminaria, tom. 1. pag. 480. d. 491. a. 492. d.
Cerei benedictio, tom. 2. pag. 429. d.
Chalcedonenis synodus cur congregata, tom. 1. pag. 142. d.
Chalcedonenis synodus Leonem Papam sequitur quo ad incarnationis dogma, tom. 1. pag. 295. a. b. c.
Que in ea gesta sunt, tom. 1. pag. 216. b. c.
Ab Apostolica sede confirmata, tom. 1. pag. 232. d.
Eiusdem concilij statuta non violanda, tom. 1. pag. 312. c.
Fuit mera & legitima synodus, tom. 1. pag. 399. d.
Eius decreta seruanda, tom. 1. pag. 443. & seq.
Eius decreta repugnantia, repugnant aduersus incarnatione Dni, tom. 1. pag. 467. b. c. q. fuerit perfecta, tom. 1. pag. 561. b.
de Chalcedonenis concilio, tom. 1. pag. 314. a. 460. a. 444. a. b. 475. d. 508. b. 521. d. tom. 2. pag. 19. b. 124. b. 142. c. 145. b. 274. b. 324. b.
Cham cum tota eius posteritate maledictioni cur factus obnoxius, tom. 1. par. 1. pag. 19. a.
Charitas omne bonum, sicut est contra odium omne malum facere docet, tom. 1. par. 1. pag. 55. a.
Charitas non verbo aut lingua, sed opere & veritate dignoscitur, tom. 1. par. 1. pag. 39. a.
Charitatis Dei que est in Christo Iesu nihil nos separare potest, tom. 1. par. 1. pag. 57. d.
Charitatis effectus, tom. 1. par. 1. pag. 123. b.
Charitas corda exercet & sensus corroborat, tom. 1. par. 1. pag. 173. c.
Charitas a catholico sine strepitu concertationum custodiri & veritas defendi debet, tom. 1. par. 1. pag. 163. d.
Charitas muna commendatur, tom. 1. par. 1. pag. 302. a.
Charitas complectitur pacem, tom. 2. pag. 191. d.
Charitas mater & custos omnium bonorum, tom. 2. pag. 230. d.
Quam sit virtus mirabilis, tom. 2. pag. 232. c.
Charitas magistra bonorum omnium, tom. 2. pag. 361. b.
Charitas locis diuini non potest, tom. 2. pag. 401. b.
Charitas in episcoporum meritis esse debet, tom. 2. pag. 534. b.
Charitatis effectus varii, tom. 2. pag. 361. b.
Bius mirabilis virtus, tom. 2. pag. 232. c.
Charitatis encomium, tom. 2. pag. 561. c.
Charitas virtus propria sanctorum, tom. 3. pag. 542. d.
Charitas summa totius legis, tom. 3. pag. 645. b.
Charitas Christi in non despicendo peccatores, tom. 3. pag. 774. d.
Charitas proximi non pretereunda, tom. 3. pag. 775. a.
Charitatis diffusio in cordibus nostris per spiritum sanctum signum, tom. 3. pag. 869. c.
Chorepiscopi typum gerunt in ecclesia septuaginta discipulorum, tom. 1. pag. 624. d.
Chorepiscopi reprehenduntur a Ioanne Papa tertio quod ea que solis seruata sunt episcopis exercere audeant, tom. 1. pag. 624.
Chorepiscoporum munus designatur, & que solis episcopis sunt seruata recensentur, tom. 2. pag. 276. & seq.
Chorepiscopi que administrare non possint, tom. 2. pag. 277. b.
Christi confessio quot annis renouanda, & verus creanda, tom. 1. par. 1. pag. 114. b.
CHRISTUS humilitas nostra nobilitas, eius contumelia noster honor, tom. 1. par. 1. pag. 155. b.
Christi saluatoris nostri mysteria semper meditanda, ibi.
Christi sanguinis effusio fuit tam diues, vt si omnes in illum crederent, nullus periret, tom. 1. par. 1. pag. 162. b.
si Christus non esset verus Deus & verus homo, mediator noster esse non posset, ibid.
Christus quicquid in tempore accepit, secundum hominem accepit, tom. 1. par. 1. pag. 163.
Christus vnus atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnam cum patre deitatem, tom. 1. par. 1. pag. 164. c.
Christus animam rationalem assumpsit, tom. 1. par. 1. pag. 28. b.
Christi spiritali matrimonio iuncte, & a sacerdote vela te, si postea nupserint, sunt Christi adulterae, nec antea ad agendam penitentiam admittendae, quam adul-

ter obierit, tom. 1. pag. 55. b.
Christi iudicium extremum, tom. 1. pag. 75. c.
Christi hostes oderunt sancti, tom. 1. pag. 128. d.
Christi dilectioni nihil proponendum, eiusdemve honoris, ibidem.
Christus per Romanum Pontificem iudicat, tom. 1. pag. 131. c.
Christus suos discipulos numquam deserbat, tom. 1. par. 1. pag. 132. a.
Christus aequae patres Synodi afflare potest, atque olim afflauit Apostolos, tom. 1. par. 1. pag. 133. a.
Christus est verus Deus & homo in vna persona, tom. 1. par. 1. pag. 142. b.
Christum virginem dici, quia solus de Virgine natus, vt Priscillianista dicunt, refellitur, tom. 1. par. 1. pag. 149. d.
Christo descendente ad inferna caro eius requirit in sepulchro, tom. 1. par. 1. pag. 154. b.
& non liberavit incredulos sed credentes, tom. 2. pag. 247. b.
Christus est totus Deus & totus homo, tom. 1. par. 1. pag. 341. d.
Christus in B. Petro suae Ecclesiae fortitudinem constituit, tom. 1. par. 1. pag. 437. c.
Christus verus Deus & homo, tom. 1. par. 1. pag. 442. c.
Christi passione omnia ad peccata mundata, tom. 1. par. 1. pag. 470. a.
Que ab eo didicimus opere adimplenda, ibid.
Christus patientia nos verbo & exemplo docuit, tom. 1. par. 1. pag. 475. a. b.
Christi fundamentum in his que sunt decreta a concilijs, tom. 1. par. 1. pag. 476. a.
Christi Crucem Helena Constantini mater inuenit, tom. 1. par. 1. pag. 485. c.
in Christo quartam introducere personam est hereticum, tom. 1. par. 1. pag. 559. a.
Christus consubstantialis patri & nobis, tom. 1. par. 1. pag. 576. c.
in Christo duae naturae in vna persona, tom. 1. par. 1. pag. 591. b. c.
Christum Dominum secundum Deitatis naturam Patri equalis, secundum vero humanam naturam minorem esse docet Ioannes Papa secundus, tom. 1. par. 1. pag. 573. c. d. & seq.
Christum Dominum vnam ex S. Trinitate personam, carne non deitate passum, ostendit Ioannes Papa secundus, tom. 1. par. 1. pag. 578. b. & seq.
in Christo duas perfectas esse naturas, & Anchinum contrarium asserentem damnat Agapetus Papa primus, tom. 1. par. 1. pag. 586. d. & seq.
Christi incarnatio, tom. 2. pag. 459. b.
Christus vt dicatur nescire quaedam, tom. 2. pag. 402. b.
Christus quomodo Dei ac hominis filius, tom. 2. pag. 459. a. b.
Christus cur alius scandalum esse, alijs non fieri permiserit, tom. 2. pag. 438. & seq.
Christus a ministro quid requirat, tom. 2. pag. 214. b.
Christus non immutauit quod fuit, sed suscepit quod non fuit, tom. 2. pag. 458. d.
Christus cur illiteratos elegerit Apostolos, tom. 2. pag. 454. a.
Christus verus est Deus, tom. 2. pag. 459. d. & seq.
Christus cunctum mundum redemit, tom. 2. pag. 327. b.
Christus Iesus carne tantummodo passus est, tom. 3. pag. 26. b.
Christus in iudicijs Papae veritatem reuelat, tom. 2. pag. 199. a.
Christiani boni est omnia prius experiri, quam ius suum in iudicio perniciter prosequi, tom. 1. par. 1. pag. 61. d.
Christiani esse qui volunt compati fratribus, non autem persequi eos debent, tom. 1. par. 1. pag. 198. c.
Christiano pax inquirenda, tom. 1. par. 1. pag. 61. d.
Christiana pax, que, tom. 1. par. 1. pag. 392. c.
Christiani homines per Christum victorem vincunt diabolum, tom. 1. par. 1. pag. 358. b. c.
Christianus quomodo dicatur creatura noua, tom. 1. par. 1. pag. 359. a.
Christiani sine Christo nihil, per ipsum omnia possunt, tom. 2. pag. 356. d.
Chri-

I N D E X.

Christianos Christo, vt ad harere conueniat . tom. 2. pag. 560.a
Christianus qui fieri vult libertate donetur, tom. 2. pag. 216.b
Christos Domini non debemus tangere, tom. 2. 562.a
Christianissimus & serenissimus appellatur Imperator a Gregorio, tom. 2. 10.a
Christe eleyson a Graecis & a Latinis diuersè dicitur . tom. 2. 333.a
Cibus quibus immundus, & quibus non sit. tom. 2. pag. 558.a
Cingulum militiae qui post peccatorum remissionem receperint, ad clerum non admittendi, tom. 1. 45.b
Cinilia officia ordinem & disciplinam à maioribus traditam seruant, tom. 2. 540.b
Clauem transmitti S. Gregorius à corpore S. Petri iubet, & de catenis eius, tom. 2. 22.a.c
Clauium Petri potestas, tom. 2. 147.d
Claves S. Petri, to. 2. 200. c. 25 d. 374. b. 470. d
Clavis S. Petri miraculum, to. 2. 254.a.b
Clavis suspensa collo, quae continet de catenis Petri, contra omnia aduersa nos munit, tom. 2. 544.b
Clementis Papae epistolae, tom. 1. par. 1. & seq.
Clementi cathedra à B. Petro tradita . tom. 1. par. 1. pag. 6.a
Clemens successor proximus B. Petri, tom. 1. 625.a
Clementinam patriam de morte Eutherii episcopi cõsolatur S. Gregorius, tom. 2. 7.d
Clerici in habitu & in tonsura à laicis discernendi . tom. 1. par. 1. 82
clerici sicut familiares Domini dicuntur, ita moribus & sanctitate alios excellere debent . tom. 1. par. 1. pag. 72.b
Clericorum & seculariũ vita debet esse segregata, to. 1. par. 1. 72
Clericus contra episcopum suum non audiendus, sed de gradu deiciendus, to. 1. par. 1. 136.c
clericus quilibet sacerdos inobediens episcopo, aut eum calumnians, curia tradatur, to. 1. par. 1. 79.d
clerici per temporum interualla ordinandi, tom. 1. 40.a 59.b.
clericus viduam aut secundam ducens vxorem, ecclesiasticis priuilegijs priuatur, tom. 1. 40.b
clerici nec penitentiam agant, nec penitentes ad clerum promoueantur, tom. 1. 40.c
clericorum causa à prouinciali concilio terminanda . tom. 1. 53.c
clerico non licet viduam ducere vxorem. ibid.d
clericus sine sui episcopi licentia ab alio nõ ordinandus tom. 1. 54.b
cleri & populi constantinopolitani constantia in arumnis perferendis, tom. 1. 70.c.d
clericos & laicos senerari prohibetur, tom. 1. 146.a
clericum alienum inuito episcopo nemo recipiat, tom. 1 pag. 268.d
clerici illi excommunicati sunt, qui praetermissis Ecclesiastico iudicio secularem adierint potestatem, to. 1. pag. 286.c.d
ad clerum accedere qui prohibeantur, tom. 1. 369.b
clericis negociationes & turpia lucra prohibetur, to. 1. pag. 371.c
clerici extra sacros ordines constituti vxorem accipere possunt, tom. 2. 553.a
clerici qui fieri nequeant, tom. 2 67.a
clerici contrahentes, stipendia sua exterius accipiant . tom. 2. 553.a
clericis si quid superest, pijs erogandum est. ibid.c
clerici sub disciplina vitam custodiant clericalem, to. 2. pag. 156.c
clericis dato precio negandum non est quod extraneis venditur, tom. 2. 522. d
clerici à laicis non debent conueniri, to. 2. 202.a.b
clericorum appellatione qui veniant, tom. 2. 522.d

clericorum importunitas in monasterio, tom. 2. 214. b
clericonum maleficorum poena, to. 2. 136. d
clericorum quarta portio, to. 2. 276. c
clerici à laicis iudicijs comprehendi non possunt. tom. 2. 466. a
clerici lapsi non sunt restituendi in pristinum gradum . tom. 2. 579. b
clerus episcopo parere debet, tom. 2. 532. a
clerus accusat episcopum, tom. 2. 318. a
CLOTARIVS Rex francorum laudatur de suffragiis praestitis Augustino ad Anglos misso, tom. 2. 451. d
Cogitatio omnis sancta & pia voluntatis motus ex Deo prouenit, tom. 1. 139. d
Cognatam nullus ducat, tom. 2. 554. b
Cognationis turpitudine reuelanda non est, tom. 2. pag. 554. b. c
Collectio rerum S. Petri in Anglia, tom. 3. 604. b
Colonensis Ecclesie dignitas, to. 3. 610. c
Commaterem suam ne quis in vxorem accipiat, tom. 2. pag. 565. c
Communatio grauis, tom. 1. 128. b
Commendatio paterna filii mentem accendit, tom. 2. pag. 529. 2
Communicare non licet his qui excommunicatis communicant, tom. 2. 225. a
communione qui priuantur, to. 2. 212. a
communione priuatis in mortis periculo viaticum non negetur, tom. 2. 523. d
communio inter laicos, tom. 2. 151. c
commenda monasterij, custodia causa, tom. 3. 637. a
de Compatribus, tom. 2. 237. c
comprouincialibus episcopis absentibus nec audiri, nec iudicari debet episcopus, to. 1. par. 1. 136. c
Compunctionis genera duo, to. 2. 252. d
CONCLIA praefer sententia Romani Pontificis nullo modo celebranda, to. 1. par. 1. 203
conciliorum generalium conuocandorum auctoritas penes Apostolicam Sedem, tom. 1. par. 1. 197. d
concilium Africanum Mauritanie, tom. 1. par. 1. 232
Eius epistola ad Damasum Papam . ibidem
concilium Alexandrinum, tom. 1. par. 1. 211. a
concilium nullum ratum quod auctoritate Papae non fuerit sultum, tom. 1. par. 1. 208
concilium prouinciale bis quot annis faciendum, to. 1. par. 1. 40
concilium Legatos ad Romanum Pont. mittit, tom. 1. pag. 25. d
concilij prouincialis locus ab episcopis eligendus, to. 1. pag. 48. b
in Concilio Oecumenico omnia quae decernuntur ad Romanum Pont. referantur oportet, to. 1. 133. d
concilio non est opus in rebus apertis, tom. 1. 181. a
concilium generale vt in Italia velit congregare, Theodosio Aug. Leo Papa rogat, tom. 1. 187. d. 190. d
in Concilio ne reuocentur in dubium quae tradita ab Apostolis, & à synodo Nicena statuta fuerunt, tom. 1. pag. 204. d
concilio Pontifex per Legatos praestet, to. 1. 205. a
concilium celebrandi prohibens causa designatur, to. 1. pag. 206. b
concilium damnatis haereticis eandem fidem amplectitur quam Leo Papa scripsit, tom. 1. 215. & seq.
conciliorum definitiones à sede Apostolica confirmandas, tom. 1. 230. d
concilij chalconensis confirmatio de fide ad omnium episcoporum notitiam peruenienda, ibid.
concilium quod Timotheus haereticus haberi postulabat ab Imperatore non permitendum celebrari, tom. 1. pag. 312. & seq.
concilium sacerdotum conseruare illegitum, est regni principis firmamentum, ibid. c
in Concilij ea tractanda quae sedes Apostolica tractari praescribit, tom. 1. 377. b
in Concilij quae sunt iam decreta, non sunt retractanda, tom. 1. 197. c

I N D E X.

tom. 1. 395. a. 442. b
concilium vt fiat, conuenire ad Hormisdam Papam, scribit Anastasius Imperator, to. 1. 437. d
Concilium non congregandum, nisi causa cognita à Pontifice, tom. 1. 438. c
Concilium esse Heraclæ congregandum, Hormisdæ Pontifici significat Anastasius Imperator, tom. 1. 440. d
Concilio prouinciali quod visum fuerit, non prius in hominum perueniri debet notitiam, quam Romanæ Ecclesiae vel consuetudo vel definitio prodatur, tom. 1. pag. 582. a
de Conciliorum frequentia & excusationibus, tom. 1. pag. 464. c
Concilia prouincialia ob quas causas congregari debeant, tom. 2. 1. c
Concilia quatuor tamquam quatuor Euangelia venerantur S. Gregorius, tom. 2. 19. b
Concilia sine odio & inuidia celebranda, tom. 2. pag. 1. b
Concilia quatuor quos damnauerint haereticos, tom. 2. pag. 142. c
Concilia quatuor comparantur Euangelij, tom. 2. pag. 85. b
contra Concilia quatuor qui loquitur, anathema sit, to. 2. pag. 198. c
contra Concilia quinque prima errantes, excommunicantur, tom. 2. 85. b
Concilia debent cum maturitate celebrari, tom. 2. pag. 1. b. c
Concilia per parochias habenda sunt, tom. 2. pag. 359. a. b
Conciliorum quatuor cum quinto praestantia, tom. 2. pag. 19. b. c
Concilium Numidiae peruersum, to. 2. 125. d
Concilia quales debeat personas habere, tom. 2. pag. 47. c
Concilia bis in anno celebrari debent, to. 2. 127. b
Concilium semel in anno habeatur, tom. 2. 359. b. 367. b. pag. 563. d
Concilia authentica Romam ad concilium missa, to. 2. pag. 63. d
Concilia auctoritate Sedis Apostolicae roborantur, to. 2. pag. 20. c. d
Conciliis auctoritas non à numero Praesulum tribuitur, sed à iustis eorum sententijs, to. 3. 16. c
Conciliorum decreta ea rata sunt, quae à sede Apostolica probantur, to. 3. 28. b
de Conciliabulo contra Ignatium, to. 3. 45. a
Concilium generale sine Apostolicae sedis praeepto nõ conuocandum, to. 3. 157. a
Concilia in Dei nomine inchoanda, tom. 3. 176. c. pag. 183. b
Concilia prouincialia cogebantur per Legatos sedis Apostolicae, to. 3. 63. b. Vide Synodus.
Concordiam sestantes ad tranquillũ portum perueniunt, tom. 1. par. 1. 5. c
Concordia facta inter Ecclesias & monasteria, tom. 2. pag. 308. b
Concordia in nobis esse debet, to. 2. 520. a
Concordia postulata ab Ecclesia Constantinopolitana & Orientalibus sine iudicio nullus est, to. 2. 407. a
Condemnari potest pro multorum salute vnus, tom. 2. pag. 563. b. c
Conductores subinde mutandi non sunt, tom. 2. pag. 550. a
Conductoribus singulis Equa vna danda est, vt inde aliquid quot annis reddant, ibid.
Confessio in iudicijs spontanea debet esse, alioquin nullus erit momenti, tom. 1. par. 1. 61. b
Confessores nonnullos ex Nouatianorum schismate ad Ecclesiam rediere, tom. 1. 3. d
Confessio Leonis & sanctorum patrum concors per omnia & vna de Incarnatione Domini, tom. 1. 197. c

Confessio auricularis & secreta, to. 1. 261. b
Confessio vt extorta nil valet, tom. 2. 234. b. & 393. a tom. 3. 200. c
Confessio propriae oris sine alio teste probat, tom. 3. pag. 76. a
Confide in Deo, & sta in loco tuo, tom. 1. par. 1. pag. 129. c
Confirmatur à Pontifice Romano Antiochena sedis episcopus, tom. 1. 321. b. 400. a
Confirmatio ab episcopo datur, tom. 2. 122. c
Confirmatio episcoporum per Illyricum ad Pontificem spectat, tom. 2. 152. d
de Confirmatis si dubium sit, confirmandi sunt, tom. 2. pag. 562. b
Consulto vitanda est in omnibus rebus, tom. 2. 367. c
Consulto vitatur cum non potestas, at equitas dominatur, to. 2. 561. d
Coniugij non est duplicatio quando ancilla relicta vxor assumitur, tom. 1. 284. d
de Coniugum sanctificatione, to. 1. 360. d
Coniugium sanctum est, tom. 2. 16. c
Coniugia religionis causa non dissoluantur, tom. 2. pag. 340. a
Coniugia celebrantes cur coniugatos conuocent, tom. 2. pag. 555. b
Coniugem ex consanguinitate accipere incestus est, to. 2. pag. 562. d
Coniugium culpa non est, tom. 2. 557. d
Coniugij separatio ob impedimentum propinquitatis quarti gradus, to. 3. 644. c
Coniunctiones consanguineorum prohibendae, tom. 1. par. 1. 97. a
Consanguinei si inter se nubant, infames iudicandi, to. 1. par. 1. 98. a
Consanguinei qui vocentur, tom. 1. par. 1. ibid.
Consanguinei vique ad septimam lineam non coniungantur, tom. 2. 561. a
de Consanguinitatis coniunctione ad Augustinum scripta, ibid. c
Consanguinitatis gradus prohibiti, tom. 2. 554. b. 561. q
Consanguineos occidunt, tom. 3. 248. a
Consuetudo ad omni inquinamento cordis custodienda to. 1. par. 1. 31. d
Consuetudo bona murus aeneus, tom. 1. 69. d
Consuetudo sola quem non accusat, nullius potest ars defendere, tom. 2. 246. b
Consecratum semel Iudaeis non est restituendum, to. 2. pag. 370. b
Consecratio Ecclesie, tom. 1. 664. a
Consecratio quomodo sit execratio, tom. 3. 704. c
Consecrandum oratorium sine missis publicis solemniter, tom. 2. 275. d
Concilia non precipitanda, to. 1. par. 1. 99. a
Consiliarijs quibus acquiescendum, to. 3. 64. 2
Consolatio nostra ex Deo est, tom. 1. 124. b
Consolatio inter flagella, tom. 2. 371. d
Conspiratores omnes grauius dammandi & compescendi, & quae poena Ecclesiastica eis imponenda, tom. 1. par. 1. 96. d
Constantanter perseverandum in doctrina vera, to. 1. par. 1. pag. 40. c
Constantia in fide catholica, to. 2. 585. b
CONSTANTINOPOLITANVM Concilium à Pont. Damaso indictum, to. 1. 25. c
Constantinopoli magna exterorum hominum vis, to. 1. pag. 117. c
Constantinopolis penè vniuersa à Nestorii communione se abstinet, to. 1. 118. b
Constantinopolitanus populus catholicos doctores desiderat, tom. 1. 119. a
Constantinopolitani Rom. Ecclesiae membrum, tom. 1. pag. 122. b
Constantinopolitanis communicantur quae à Cyrillo & Caesestino ad Nestorium scripta fuerant, tom. 1. pag.

I N D E X.

pag. 125.d Constantianopolitana Ecclesia ad Nestorium vsq; catho- lica. tom. 1. 126.a Constantianopolitani, Pontifici sui pastoris electione nu- ciant. tom. 1. 127.a Constantianopolitana Ecclesia vulgi rumore, non iudi- cium secuta, decepta. to. 1. 127.b Constantianopolitano episcopo a fide catholica deuiantri penas minatur. S. Leo. tom. 1. 247.a Constantianopolis recti dogmatis semper amore flagras to. 1. 310.c Constantianopolitana Ecclesia non modo inter sedes, sed nec inter Metropolitanarum iura censetur. tom. 1. pag. 401.c Constantianopoli quid agere debeant, & fidei formulam quam ad fidem catholicam redire cupientes profitea- tur Indiculus Emodio datus ab Hormisda prescribit. to. 1. 457.d. & seq. Constantianopolitana synodi relatio de electione Epi- phanii episcopi & eius ordinatione. tom. 1. 532. & seqq. Constantianopolitana Ecclesia ad sedis Apostolicæ com- munionem rediisse narrat Hormisda Ioanne episco- po Melicitano. tom. 1. 516.c Constantianopoli que de tribus capitulis acta fuerint nar- rat Vigilus Papa. tom. 1. 610. & seq. Constantianopolitanus episcopus, & reliqui, qui Theodo- ri episcopi criminis conscii erant, excommunicantur a Vigilio Papa. tom. 1. 613. & seq. Constantianopoli que egerit Vigilus Papa nunciatur. to. 1. pag. 614.d & seq. Constantianopolitani episcopi vt agnouerint & professi sunt primatem Romanæ Ecclesie. tom. 1. 631.a Constantianopolitana Ecclesia sedi Apostolicæ subiecta tom. 2. 333.b.c Constantianopolitanum concilium generale damnauit Eunomium & Macedonium. tom. 2. 19.b Constantianopolitane Ecclesie causæ Romam adductæ. tom. 2. 210.c Constantianopolitanam synodum Pelagius Papa cassauit to. 2. 337.a in Constantianopolitana Ecclesia latinè primùm episto- la & Euangelium in Stationibus legebatur. tom. 3. pag. 35.a Constantianopolitani cõcilij generalis canon sextus apud Latinos non extat. ibid. Constantianopoli afflicta per Sarracenos. to. 3. 586.c Constantianopolitanæ ciuitatis clades. to. 3. 589.b C O N S T A N T I N I mater Helena. to. 2. 456.a Constantinus Imperator Romanam rempublicam ab idolorum cultibus reuocauit & eius laudes. tom. 2. pag. 457.a Constantinus Romæ baptizatur. tom. 2. 701.b Constantinus in episcopos noluit ferre iudicium. tom. 2. pag. 166.d. to. 3. 31.c Constantini reuerentia in sacerdotibus. to. 3. 44.a Constitutio noua quæ. to. 2. 527.c Constitutio contra aduersantes legatis sedis Apostolicæ. tom. 3. 746.d Consuetudo antiqua, vt fidei difficultates ad Rom. epi- scopum deferantur. tom. 1. 117.b Consuetudines nonnullæ prauæ reprehenduntur. tom. 2. pag. 273. & seq. Consuetudo que non est contra fidem catholicam, im- mota maneat. to. 2. 49. b.c Consuetudini actus prauus intercludendus. tom. 2. pag. 332.d Consuetudines contra canonicas sanctiones non obserua- dæ. tom. 3. 21.b Consuetudo mala non minus quam perniciofa corrupte la vitanda. to. 3. 28.d Consuetudo perniciofa radicitus euellenda. tom. 3. pag. 188.d Consuetudo Ecclesie Romanae quotidie communicandi

I N D E X.

Corporis & sanguinis Domini fragmenta, sacrarium item & sacra vasa diligenter curanda, & a quo. tom. 1. par. 1. 16 Corpus Domini conscienties obediendi & timendi, non autem lacerandi & detrahendi. tom. 1. par. 1. 71.a Corporis & sanguinis Christi veritas. tom. 1. 8.c Corpora humana diaboli esse signata, & demonibus in vtero formata, vt Priscillianista asserunt, refellitur. tom. 1. 151.a Corpora Apostolorum Roma leuari non potuerunt. to. 2. pag. 140.d Corporis munditia seruanda. tom. 2. 373.d Corpus Ioannis Baptistæ præcursoris combustum. tom. 2. pag. 438.b de Corporis & sanguinis Christi perceptione. tom. 3. pag. 241. c Corporis Domini sumendi vtilitas. tom. 3. 587.b Mos Gregorum in eo sumendo. ibidem de Craticula B. Laurentij. tom. 1. 524.c Crimen obijciens, scribat se probaturum. tom. 1. par. 1. 120.d. Quod si non probauerit, lege Talionis tenetur. tom. 1. par. 1. 120.d Crimina quibus sacrificijs deleantur. tom. 1. par. 1. 62.a Criminationes aduersus Doctores non recipiendæ. tom. 1. par. 1. 137. 95. a Criminationes maiorum quomodo tractandæ. tom. 1. par. 1. 77 Criminationes impiorum non sunt nisi per eum qui crimi- nem intendit, & sic sit irreprehensibilis. tom. 1. par. 1. pag. 207 Criminosi in clerum non promouendi. tom. 1. 372.a Criminatores falsi puniendi sunt. tom. 2. 83.d Crimina morte multata obuiant ab episcopatus susce- ptione. tom. 2. 473.b Crimen nec cito credi debet, nec cognitum tardè puniri. tom. 3. 74.d Crimina multa exprobrat Nicolaus Papa, quæ Phorius in occupanda Ignacij sede commisit. tom. 3. 100. & seq. Crucis Domini inuentio. tom. 1. par. 1. pagi- na. 187.c eius festum. tom. 1. par. 1. 67.c Crux a Cruciatu. tom. 1. par. 1. 67.c Crux particula cum Eulogijs a Iunenali episcopo Hie- rosolymitano Leoni primo missa. tom. 1. 250.d Crux in qua lignum Dominiæ crucis & capilli Ioan. Ba- ptistæ fuerunt. tom. 3. 374.b Crux cum reliquijs transmittitur ad Eulogium. tom. 2. pag. 521.d Crux in signo militari ferenda tom. 3. 248.c de Crucis signo quod vidit Constantinus per somnium. tom. 3. 248.d Cubiculo Pontificis qui seruire debent tom. 2. 184.b Cuius non videtur nisi opera bona, peccatum est eum ex- suspicione damnare. tom. 1. parte prima. pagi- na. 182.d Culpa patris filium non grauât tom. 2. 211.b Culpa apud nos quantum valere debet tom. 2. 386.b Culpæ quomodo emendandæ. tom. 2. 386.c Culpam culpæ iungere quid. tom. 2. 371.c Culpam agnoscere vbi culpa non est, bonæ mentis est. tom. 2. 557.c ex Culpa præsentium deterior fit culpa subiectorum. tom. 2. 242.c Culci vestium actionis quoque ornamenta conuenire de- bent. tom. 2. 361.d Cupiditas seua quid agat. tom. 2. 447.d Cupiditate obessus Deo adherere nequit. tom. 2. pag. 356.c Cursus ad regnum cælorum. to. 3. 771.c Curiales in clerum non promouendi tom. 1. & pag. 55.a Curiosæ quæstiones vitandæ, & quæ ita censendæ sint

tom. 1. 120.d 132.c Curis exterioribus occurrere debent Episcopi to. 2. 18.d Cyriacus Constantinopolitanus Episcopus to. 2. 337.b Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus tom. 1. 26.d C Y R I L L V S Alexandrinus Frustra Nestorium ad respicientiam exstimulat. tom. 1. 117.d Eius parænetica ad Monachos Aegypti Constantino- politanis adiumento fuit. tom. 1. 118.c Scribit alteram ad Nestorium paræneticam, sed fru- stra. ibidem. d Vnâ cum Nestorij homilij & exegesis, suisque lute- ris Patrum quoque sententias ad Cælestinum per Pos- sidonium diaconum mittit. tom. 1. 119.c.d Eius oratio potens ad retundendam falsitatem & viti- tatem constituendam. tom. 1. 120.2 Acerrimus fidei propugnator. tom. 1. pagina. 120.c Technas Nestorij aperuit. tom. 1. 120.c Eius fides a Romano Pontifice probatur. tom. 1. pag. 129.c Eius epistola ad Nestorium a synodo & Pont. Max. ap- probata. tom. 1. 124.c Ipse & Memnon contra Schismaticos libellum offer- runt. tom. 1. 135. c Ipse & Memnon Orientales Arianismum & Oeconomi- anismum falso imponunt. ibid. d S. Leonis Papæ contemporaneus fuit. tom. 1. pagi- na. 234.c Eius testimonia aduersus Nestorianam & Eutychanam hæresim. tom. 1. 296.c.d C Y R V S Idolatra cur Christus appelletur. to. 1. par. 1. pag. 100 contra Cyrum. tom. 1. 592.d Cyrillus pater Catholicus veneratur. tom. 2. pa- gina. 325.a

D

D A M A S Y Papæ Epistola. tom. 1. par. 1. pagina. 231. & seq. Dæmoniis similibusque passionibus irretitis non licet ministeria sacra tractare. tom. 1. 372.b Dæmon monachum qui furtum fecerat vexat. to. 2. 435.d Damnatio Episcoporum iniusta tanquam irrita a syno- do retractanda. tom. 1. par. 1. 250.d Damnatus propter nomen Domini Dei nostri, san- ctus martyr est, & frater Domini, & c. tom. 1. par. 1. 10 D A M A S Y S Apollinarem damnauit. tom. 1. par. 1. 1. a Petrum Alexandrinum episcopum ab Arianis eiectum restituit. ibidem Eius auctoritate congregatum est primùm generale concilium. ibidem Nonaginta episcoporum concilio congregato Romæ Auxentium Mediolanensem episcopum rectam fidem deprauantem damnauit, & Ariminensis conciliabuli acta nulla declarauit, de quibus episcopos Ilyri- cos certiores facit. tom. 1. 23. & seq. Apollinaris eiusque discipuli Timothei damnatio- nem Orientis episcopis significat. tom. 1. pagina & seq. 27. Nonnullos hæreticos, atque hæreses anathematizat. tom. 1. 28. & seq. Paulino Antiocheno episcopo fidei libellum misit, vt Vitalis Apollinarista, eiusque focij subscribere tenean- tur, si ad catholicam Ecclesiam admitti velint. to. 1. pag. 29. & seq. Chorepiscoporum munus explicant, illorum ordinem a presbyterorum ordine non differre, eiq; non li- cere quæ solis episcopis reservata sunt, scribit. tom. 1. ibid.

B

Inuehitur

Corporis

I N D E X.

Inuehitur in episcopos, qui oues sibi commissas alijs pa-
scendas tradebant. tom. 1. 30. & seq.
Dalmaticarum vsus Episcopo & Archidiacono conceditur
tom. 2. 360. d
Dalmaticis olim vestiebatur cadaver Pontificis, quas par-
tiendas populus scindebat tamquam sanctorum vestes
tom. 2. 185. a
Damnandus nullus est, nisi accusatores legitimos habeat
presentes. tom. 1. par. 1. 174
Damnata iam ne retractentur. tom. 1. 344. b
Damnati & excommunicati iudices esse non possunt. to. 3
pag. 36. d
Daratitæ Mauritanie populi. tom. 2. 48. c
Datarium pro data. tom. 1. 514. b
Dauid cur aquam de cisterna Bethleemica bibere no-
luit. tom. 2. 373. a
Dauid cur a filio persecutus. tom. 2. 437. d
Dauid mortem præ gladio & fame elegit. tom. 2. 400. a
Dauid cur Saul percutere noluerit. tom. 3. 38. d
D E C I M A B perfoluendæ. tom. 3. 865. c
Decisa à maioribus non sunt retractanda. tom. 1. 344. b
Decreta noua quomodo sunt edenda. tom. 3. 668. a
de Dedicatione Ecclesie si non constat, ea dedicati de-
bet. tom. 2. 562. c
Dedicationis munus ante donationes impertendum non
est. tom. 2. 540. b
Dedicatio Ecclesie auctoritate Apostolica conceditur.
tom. 2. 223. b
Dedicatio altaris cum reliquijs. tom. 2. 225. d
Definita semel non sunt in dubium reuocanda. tom. 1.
pag. 211. a. 258. c
Definitorum voluntates non sunt cassandæ. tom. 2.
pag. 127. d
Delinquentes in pastores delinquent in Dominum. to. 2.
pag. 561. d
Delectatio in peccato patrando quæ consideratur. tom. 2.
pag. 560. a
Dementiae genus primum. tom. 2. 400. d
Demersio triua triduanam imitatur sepulturam. tom. 1.
pag. 156. d
Deponatur qui locum alterius inuadere non timet. to. 2.
pag. 60. b
Depositus iniuste est restituendus. tom. 1. 111. b
Depositio episcoporum non nisi in concilio faciendæ ab
episcopis. tom. 2. 84. b
Quo ordine fieri debeat Papa mandante. to. 2. 331. d
Depositio Henrici Regis, & absolutio omnium qui sibi
prestitant iuramentum. tom. 3. 683
Desiderantibus superna, nulla sunt temporalia. tom. 2.
pag. 470. c
Desideria nostra vbi figenda. ibid. d
Desiderium pertinens ad salutem animarum sine dilatio-
ne est complendum. tom. 2. 347. b
de Desponsata conuersa. tom. 2. 250. b
Detractio vitanda. tom. 1. par. 1. 110. c
Detrahentibus non detrahendum. tom. 1. par. 1. 93
Detractio seruorum Ecclesie pertinet ad Dominum.
tom. 2. 562. a
Detractiones Christianis curare non debet. tom. 2.
pag. 437. c. d
Detractionis manus in Ecclesie ministrum non mittatur.
tom. 2. 562. a. b
Detractores quibus similes dicantur. tom. 2. 404. c
ex Detractio quæ vitiositas oritur. tom. 2. 438. b
Dei iudicium semper habere ante oculos, maximum est
contra peccatum remedium. to. 1. par. 1. 4. b. in Dei iu-
dicio non questiones, sed facta tractantur. to. 1. par. 1. 15
Deitatis & carnis in Christo vna persona. to. 1. par. 1. 165. a
Deum patrem mendacem facit, qui non credit in filium.
pag. 53.
Deus à nobis non est discutiendus, sed credendus. to. 1. par.
1. pag. 8. b
Deus à nobis pecuniam non requirit, sed animam miseri-
cordem, & piam mentem. tom. 1. par. 1. 18. c

Deus cui manifesta sunt mentes, non temporum colligit
rationem, sed animarum. tom. 1. par. 1. 18. b
Deus cum sit fidelis, non patitur nos tentari supra vires.
tom. 1. par. 1. 57. d
Deus non letatur in perditione viuorum. to. 1. par. 1. 110. b
Deus per opera creationis manifestus, quantum cognosci
naturaliter potest. to. 1. par. 1. 26. d
qd Deus sit non potest sciri, sed quid non sit Deus, facill-
lime dignoscitur. tom. 1. par. 1. 30. b
Deus Februus apud antiquos quis. tom. 1. 410. d
Deorum nomen sacra scriptura Angelis & sanctis viris at-
tribuit. tom. 1. 29. b
Deo exosus qui iniustum pro iusto recipit, & è contra.
tom. 1. 124
Deus à cõcredito talero semper lucrũ expectat. to. 1. 127. d
Deus nec cresci nec minui potest. tom. 1. 357. d
Deus verbum quomodo non per rapinam dictus est esse
in forma Dei. tom. 1. 358
Deus verbum cur carnem humanam suscepit. tom. 1. 358
ex Deo natum non peccare, q̃to intelligendũ. to. 1. 360. b
Dei clementia per Apostolicam auctoritatem vniuersum
facinus absoluit. tom. 1. 406. a
Deus est fidelium solatium. tom. 1. 465. a
Dei dispositione oim platio regnorũ cõcedit. to. 1. 567. c
Deum vnum esse Patrem & filium probat Pelagius Papa
primus. tom. 1. 618. & seq.
Dei oculis omnia sunt aperta. tom. 2. 561. b
Deus confidenter in se liberabit misericorditer. to. 2. 393. c
Deus vt suos purget. tom. 2. 311. a
Deus cogitationes nostras nouit. tom. 2. 561. b
Deus mutat tempora. tom. 2. 514. b
Deus offenditur, si ad sacra fauore & pecunia quidam ad-
mittantur. tom. 2. 107. b
Deo magis ferit postea, quò diutius expectauit. to. 2. 461
Deus misereri nobis vult. tom. 2. 495. a. b
Deus adiuuat illos, qui suum curant negocium. tom. 2.
pag. 453. b
Deus orphanorũ gubernator ac protector est. to. 2. 431. b
ad Deum qui venire noluerit grauiori onera affligantur
to. 2. 138. a
ad Dei dona meritis & nõ premijs accedendũ. to. 2. 452. a
Deus primus imaginem finxit. tom. 2. 702. b
Deus quid magis in nobis approbet. tom. 3. 700. c
Deus dedit Papa. tom. 2. 565
D I A B O L I epitheta & attributa conuenientia. tom. 1.
par. 1. 108
Diabolus cordibus plebium suadere, vt pastoribus detra-
hant. tom. 1. par. 1. 49. d
Diabolus numquam cessat circuire quos perdat. ibid. 65. a
Diabolus ex se vel ex chao esse, & propriam habere na-
turam, vt Priscillianistæ aiunt, retellitur. tom. 1. 150. d
Diabolus cur hominem ad peccatum impulerit, & impel-
lat. tom. 1. 356. c
Eius inuidia in humanum genus vnde orta. to. 1. 357. b
Cur peccauit. ibidem. c
Diabolus hominem strauit in paradiso. tom. 2. 404. d
Diabolus latronibus comparatur. to. 2. 373. a
Diabolus ad que nos sepe adigit. to. 2. 323. c
Diabolus scuto constantie sperandus. to. 2. 486. b
Diabolus qua ratione praua suggerit. to. 2. 357. c
Diabolus quando magis furit. to. 2. 486
Diabolus vt bona, quibus aduersabatur destruat, ad super-
biam mentem adigit. to. 2. 373. b
Diabolus quos rapiat. tom. 2. 351. a
Diabolus per occulta querit irumpere. to. 2. 418. a
Diaboli semen secundum boni operis segetem ne crescat,
tom. 2. 386. b
Eius astutia in decipiendo. to. 2. 357. d
Diabolus corda hominum ingredit. to. 2. 262. b
Diaboli variæ callidæque artes cauendæ. ibid.
Diaboli Imperium tanto minus durauisse experientia do-
cuit, quanto magis visum est exaltari. to. 3. 695. c
Diaboli membra. to. 3. 802. b
Diaconum munus. tom. 1. par. 1. 44

Diaconatus sancta administratio. tom. 1. 5. b
Diaconi Ecclesie facultatum administri. ibid.
Diaconi sicut episcopus & presbyter cessare debent ab o-
pere coniugali. tom. 1. 284. c
Diaconi que facere non possint. tom. 1. 369. d
Diaconi in Ecclesia Romana cantare non debent. tom. 2.
pag. 184. b
Diaconi vita, mores actusque scrutandi. tom. 2. pa-
gina 504. a
Diaconus Ecclesie Romane in nulla alia potest militare.
tom. 2. 165. b
Diaconie & mensis pauperum præpositi. tom. 2. 427. b
Dies vnus apud Dominum sicut mille anni, & mille anni
sicut dies vnus. tom. 1. par. 1. 77. c. 126. b
Dies lætus quis. tom. 2. 401. d
Dies extremus perturbabit omnia. tom. 2. 515. a
Dies extremos. tom. 2. ibidem
de Diebus quibus ab opere seruilis est cessandum. tom. 3.
pag. 241. d
de Diebus in quibus non est preliandum. tom. 3. 549. a
de Diebus festis. tom. 3. 242. c
de Dierum obseruatione. ibidem
Digami ad clerum non admittendi. tom. 1. 59. a
Digamus est qui duas duxit vxores etiam si alteram ante
baptismum. tom. 1. 82. b
Digami ne ordinentur. tom. 2. 500. b
Dignitas episcoporum. tom. 3. 167. d. Vide Episcopos
Dilectio Dei animam separat à mundo, sicut mors animã
separat à corpore. tom. 1. par. 1. 8. d
Dilectio fraterna vnum cor vnumq̃q̃ habet animum. to. 2.
pag. 449. c
Diligimus minime quos videre nolumus. tom. 2. 285. c
Dioeceses & bona Ecclesie ab episcopis triginta annos
posseda, eis non auferenda. tom. 1. 374. d
D I O N Y S I I Papæ Epistole. tom. 1. par. 1. 143. & seq.
Dioscora vs damnatur à synodo Chalcedonensi. tom. 1.
pag. 143. a
contra Dioscorum. tom. 1. 314. a. 600. d. 375. d. 435. b
a. 442. d. 591. c. 449. b
Dioscoro Diacono scribit Hormisdæ, vt cogitet quomodo
hi qui Chalcedonense concilium scripto damnauerat,
& ad Ecclesiam redire cupiebant recipiendi sint. tom. 1
pag. 508. a. b. c
Thomam, Nicostratum & Ioannem episcopos ei com-
mendat. ibid.
Laudat eius de firmanda pace sollicitudinem. Ad Im-
peratorem se litteras daturum vt eum Alexandriæ Ec-
clesie præficiendum curet.
Thomam & alios ei commendat & hortatur ne pro redi-
tus festinatione quicquam indispositum relinquat. to. 1.
pag. 508. & seq.
Ab hæreticorum consortio se cauere ait.
Suam fidem exponit Hormisdæ, quam illius iudicio
submittit. tom. 1. 572. d. & seq.
Eius suggestio. to. 1. 493. c. 521. d. 531. c. d. 492. c
Diptychis continebantur nomina eorum, qui erant nomi-
nandi in sacris mysterijs. tom. 1. 480. b. 479. c. 482.
d. 492. b. 494. d. 542. c. 548. a
Discordia & dissensiones animorum cauendæ. tom. 1.
par. 1. 4. b
Discordie locum nullum præbere debemus. tom. 2.
pag. 520. a
Discordie ab Ecclesia pellendæ. tom. 2. 482. b
Discordia inimica est Deo. tom. 2. 11. b
Discordiam inter Papam & Imperatorem seminantium
finis. tom. 3. 641. 2
Disciplina seruatur in secularibus officijs. tom. 2.
pag. 540. c
Disciplina erga fideles vt sit exercenda. tom. 2.
pag. 553. d
Disciplina inordinata. tom. 2. 444. c
Discipline proprietates. tom. 2. 312. d
Discipline falce praua refecanda. tom. 2. 526. b
Discipline neglectus quid pariat. to. 2. 312. d

Discipline diuinae humana non addatur. tom. 3. pa-
gina 549. a
Disciplinam Ecclesiasticam transgredientes puniendi
sunt. tom. 2. 198. d
Discipline correctio, quos non sanat, eosdem conuicio rĩ
seuilitas & blanda admonitio contingit vt sanet. to. 2.
pag. 673. a
Discretio possessionis quadragenaria vt sine debito ter-
minetur. scribit S. Greg. to. 2. 6. d
Discretio fiat inter bonos & malos. to. 2. 563. b
Discrimen inter mercenarium & pastorem. tom. 3.
pag. 681. a
Discrimen inter Regiam & episcopalem dignitatem.
tom. 3. 704. a. 321. 848. c
Discrimen inter bonos Christianos & malos Reges. to. 3.
pagina 847. b
Dispensat Papa in gratiam Imperatoris. to. 1. 322. a
Dispenset propria bene quis. tom. 2. 97. b
Dispensationis quando sit locus in legibus Ecclesiasticis.
tom. 3. 433. c
Dissidia orta in Scythiæ partibus. tom. 1. 437. c
Dissimilitudo maxima inter Cyrilli & Nestorij doctrinã.
tom. 1. 120. b
Diuinitas assignata vsibus, si quis ad alium vsum transferat,
sacrilegus est iudicandus. tom. 1. par. 1. 79. d
Diuino cultui vacans, ab alijs debet esse immunis. tom. 1.
pag. 145. c
Diuinitatis & Incarnationis mysterium exponitur. to. 1.
pag. 557. c. d. & seq.
Diuinitatem passibilem affirmantes anathematizantur.
tom. 2. 26. b
Diuinitatis summa potentia cur humane locutionis offi-
ciji explanari non valeat. tom. 2. 507. b. c
Diuitibus pauper ne associetur, & quare. to. 1. par. 1. 132
D O C T O R N A veritatis qui contristauerit, peccat in
Christum. tom. 1. par. 1. 60. a
Doctorem veritatis valde amare oportere. tom. 1. par. 1.
pag. 22. c
Doctrina Episcopi quos fructus edere debeat. tom. 1.
par. 1. 145. d
Doctrina fidei alia non sequenda, quam quæ ab Apo-
stolis & eorum successoribus est tradita. to. 1. par. 1. 113. a
Doctrinæ fidei pabulo alios pascere magnum pietatis ar-
gumentum. tom. 1. par. 1. 109
Doctrinam Euangelicam deserere, & simul sacerdotali ho-
nore gaudere, non licere. to. 1. par. 1. 89. a
Doctrinam & fidem sanam qui non tenent, infames sunt,
& propterea in iudicijs non audiendi. tom. 1. par. 1.
pag. 113
Doctorum virorum allocutio utilis semper. tom. 2.
pag. 288. d
Dolor Leonis Papæ de his quæ in Ephesina pseudo syno-
do acta sunt. tom. 1. 193. a
Dolere de obuentibus, vt oportet. tom. 2. 400. b
Dolere pro mortuis qui debeant. tom. 2. 360. a
Dolores lacum non habent vbi carò non fuerit. tom. 2.
pag. 435. a
à Domino nesciuntur, qui quæ sunt Domini nesciunt. to.
1. par. 1. 45. c
Dominus ad munera Abel quare respexit, & non ad Cain.
tom. 1. par. 1. 61. a
Dominus assistentes quid deceat. tom. 2. 164. b
Dominorum cura in subditos qualis. to. 2. 135. d
Dominico die populus ad Missarum solemniam conuenire in
Ecclesiam solitus. tom. 2. 495
Dominico die à labore terreno cessandum. ibidem. d
& seq.
Dominico die lauare corpus licet. tom. 2. pagina.
496. a
Dominici Diei encomium Dominica oratio post pre-
cem dicenda a sacerdote solã. tom. 2. pag.
333. b
Dominicæ oratione vsi Apostoli in consecratione myste-
riorum. ibidem

I N D E X.

B 2 Domini-

I N D E X.

Dominico die Missarum solemniter in Ecclesia deesse non debent. tom. 2. 133.a
Domus Domini nihil noxium nihil etiam debet habere confusum. tom. 2. 316.d
Dona Dei comparare, aut vendere quam graue facinus. tom. 2. 357.a.b
de Donato Nouatianorum episcopo. tom. 1. 276.b
de Donis magnis gaudendum ac timendum est. tom. 2. pag. 454.b
Donis magnis praediti caueant insidias Diaboli. tom. 2. pag. 373.a
Donatio legitima Ecclesiae facta, tom. 1. 339.a. 472.d. pag. 540.b
Dona cum Litania deferebantur ad Ecclesiam. tom. 2. pag. 434.d
Donatio legitima variarum rerum. tom. 2. 506.d
Dona baptismi septem. tom. 1. 565.c
Donati sanctum corpus. tom. 2. 534. l. b
Donatistae rebaptizantur. tom. 2. 141.d
de Donatistis comprimendis. tom. 2. 142.a
Eorum impietas. tom. 2. 141.d
Donationis affectus paternis ampliatur ad monitionibus. tom. 2. 319.d
Dona baptismi septem. tom. 2. 565.c
D o r o t h e u s lingua promptus Nestorij paritiu pro pugnatore impudentissimus. tom. 1. 118.a
D o r o t h e u s episcopus Hormisdam laudat quod Ecclesiae unitatem curet, seque cupere ait, ut haereticis damnatis Romanae Ecclesiae debitum honor praestetur. tom. 1. 438. & seq.
Eius pietatem & studium in Romanam sedem laudat Hormisda Papa. tom. 1. 410.a.b
D o r o t h e u s ab Hormisda Pontifice censetur deponendus. tom. 1. 515.d
Romam ad percipiendam doctrinam catholicae puritatis mittendus est Dorotheus Thessalonicaensis episcopus. tom. 1. 530
Propter crimen commissum Romam venire subterfugebat. tom. 1. 546.d. & seq.
Eum & Aristidem Romam venire compellendos. tom. 1. pag. 513.c.d
Que ab eo Thessalonicae contra Ioannem Episcopum acta fuerint. tom. 1. 514.c.d. & seq.
Super duo millia baptizauit. tom. 1. 515.b. 531.a
Ipsa Heracliam perductus. tom. 1. 530.b
nec Imperator permisit ut Romam duceretur, inde autem a quibus fuerit dimissus ignorari. tom. 1. 530.b
Obiectum sibi crimen refellit. tom. 1. 546.b
Ei Hormisda responderi Romam veniendum, ut catholicam fidem percipiat, & obiectum crimen purget. tom. 1. 546.d. & seq.
contra Dorotheum & Aristidem. tom. 1. 514. 515. d. & seq.
Dos Ecclesiae assignatur. tom. 2. 413.b
Dubius in fide infidelis est. tom. 1. par. 1. 69.d
Dubitationes ad Romanum Pontificem tamquam ad caput deferendae. tom. 1. 30.c
Dubijs in rebus Apostolica sedes consulenda. tom. 1. pag. 56.b
Dura dura debetur responsio, & dura quoque ultio. tom. 1. pag. 128.c
Dux ciuili & spiritualis. tom. 2. 364.c
Dux Boemorum petit ad suam prouinciam mitti legatos S. R. E. quos decernere Papa promittit. tom. 3. pag. 803.a

Sicut Christo eius sponso est coniuncta, ita Ecclesiae Episcopis iunguntur. ibidem
Ecclesia Dei nullis tempestatibus succumbit. tom. 1. par. 1. pag. 147.a
Ecclesia Dei immaculata esse debet. tom. 1. par. 1. pag. 121.b
Ecclesia Domini in sacerdotibus constitit. 79.d
& qui eos insectatur sacrilegus est. tom. 1. par. 1. pag. 80.a
Ecclesiae magnaeque nauis lepida comparatio. tom. 1. pag. 5.a
Ecclesia chatholica vna est, nec scindi nec diuidi potest. tom. 1. 4.b
Ecclesiam maximè decet concordia. tom. 1. 27.a
Ecclesiae Romanae debita reuerentia ab Episcopis Orientalis exhibita. ibidem.b
Ecclesiae Romanae primae partes tributae. tom. 1. ibidem.b
pag. 370.b. to. 2. 707.a
Ecclesia Romana ceterarum Ecclesiarum princeps & caput. tom. 1. 40.d. 370.b
in Ecclesia nihil contra canonicas sanctiones innouandum. tom. 1. 44.d
Ecclesiae Romanae quae à S. Petro tradita ab omnibus obseruanda. tom. 1. 86.d
Ecclesiae Romanae auctoritas praeter ceteris maioris ponderis. tom. 1. 104.a
Ecclesiae statuta & consuetudines non innouandae. tom. 1. pag. 114.b
Ecclesia Catholicorum iniuste oppressorum refugium. tom. 1. 125.b
Ecclesiae caput Christus. tom. 1. 129.d
Ecclesiae omnes orationes Christi gratiam resonant, quae genus humanum reparatur, & ab aeterna damnatione reducit. tom. 1. 140.c
Ecclesiae orationum in die Parasceues antiquitas & scriptura. tom. 1. 140.c
Ecclesia Catholica quid de sacramento Incarnationis sentiat Leo Papa Flauiano per literas significauit. tom. 1. 175.a. 283
ad Ecclesiae praesidium Reges potestatem accipiunt. tom. 1. pag. 253.c
de Ecclesiae Romanae primatu Concilij Niceni decretum. tom. 1. 335.c
ad Ecclesiam catholicam quomodo qui rebaptizati sunt redire debeant. tom. 1. 336.b.c
in Ecclesia Catholica nominan damnatorum propter communionem cum haereticis non sunt recitanda. tom. 1. 342. 2
Ecclesia Romana omnibus est praeterea Domini voce. tom. 1. 416.a
ut Ecclesiae unitatem curet, & Apostolicae sedis mandatis obtemperet, precatur Imperatorem Anastasius Papa. tom. 1. 420. & seq.
Ecclesiae pacem non nisi damnato Acatio posse restitui. tom. 1. 461. & seq.
Ecclesiae unitas ut enutiat summopere laborandum. tom. 1. pag. 463
Ecclesiae priuilegijs non fruuntur, qui Ecclesiae instituta deserunt. tom. 1. 468.c.d
Ecclesia crescit per res aduersas. tom. 1. pagina 474.c
ad Ecclesiae pacem restituendam Augustum cohortandum, Euphemiae Augustae scribit Hormisda Papa. tom. 1. 485.b
Ecclesia capiti suo connectatur. tom. 1. 493.c
in Ecclesia nouitas non est introducenda. tom. 1. pag. 522.c
in Ecclesia usque ad Dei iudicium mali erunt promiscue cum bonis. tom. 1. 538.d
Ecclesia Romana, id est Catholica. tom. 1. 540.a
Ecclesia Romana à rectis dogmatibus nunquam deuiauit. tom. 1. 549.b
vnam esse Ecclesiam Romanam & Constantinopolitanam. tom. 1. 491.c. 496.d
de Ec-

I N D E X.

Ecclesia Apostolica vice Domini legatione fungitur. tom. 1. 633.d
Ecclesia ut vitia corrigat. tom. 2. 554.d
Ecclesiae sacculus, turpibus lucris non inquinetur. tom. 2. 31
Ecclesiae unitas custodienda. tom. 2. 239.b
Ecclesiae nascens initio omnia communia. tom. 2. 552.d
Ecclesiae Primas. tom. 2. 47.d
Ecclesia Romana iura omnibus transmittit. tom. 2. 113.d
ab Ecclesia B. Petri recedere non debemus. tom. 2. 147.d
Ecclesiae seruientes nullis debent oneribus affligi. tom. 2. pag. 226.b
Ecclesiae splendor maximus. tom. 2. 264.c
Ecclesia in Petri soliditate firmata. tom. 2. 266.b
Ecclesia Arce Noe similis. tom. 2. 442. b
Ecclesia quos non potest corrigere equanimiter tolerat. tom. 2. 443.c
Ecclesiam praecipue aedificat qui de numero & bono cle ro est sollicitus. tom. 2. 594.c
Ecclesia Romana nunquam errauit in fide. tom. 2. 626.d
Ecclesia Romana multas possessiones in Sicilia habuit. tom. 2. 47. d
Ecclesia militibus suis necessaria prouidere debet. tom. 2. pag. 133.d
Ecclesia velut arca concuti aut perturbari nulla aduersitate potest. tom. 2. 175.a
Ecclesia Romana semper sanctorum Patrum auctoritates sequitur. tom. 3. 14.c
Ecclesiae Romanae honor à Patriarchis exhibitus. tom. 3. pag. 28.b
Ecclesiae totius periculum, si saecularis potestas de praesulibus iudicet. ibidem
Ecclesia Romana sine macula & ruga. tom. 3. 48.b
Ecclesia Romana sanctorum Apostolorum agone Deo cōsecrata. tom. 3. 145.d
Ecclesiae Romanae priuilegia caelestis patris plantatio sunt. tom. 3. 151.a
Ecclesia Romana omnium ecclesiarum mater. tom. 3. 154.a
Ecclesiae Romanae Legatorum constantia. tom. 3. 291.d
Ecclesiam ab hostibus Imperator meri debet. tom. 3. 333.b
Ecclesia Romana nunquam in errorem incidit, alias autem ab errore liberauit. tom. 3. 350.d
Ecclesia quibus artibus creuerit & reparetur. tom. 3. 569.c
Ecclesiam Romanam oppugnans totius Christianitatis subuersionem machinatur. tom. 3. 533.b
Ecclesia Romana neminem magis commendat quam eum qui contra haereticos pugnat. tom. 3. 573.a
Ecclesiae Romanae consuetudo in stationibus. tom. 3. 593.a
Ecclesia Romana ianna misericordiae oibus. tom. 3. 692.d
Ecclesiae Romanae consuetudo tolerandi & dissimulandi quadam. tom. 3. 749.b
quod Ecclesia catholica sentit, nihil superaddendum ei. tom. 3. 823.d
in Ecclesia Romana nunquam haereticus praesul. tom. 3. pag. 824.a
Ecclesia Romana nec reprobat nec vituperat fermentantum. ibid. b
in Ecclesia maioris est potestatis clericum deponere quam ordinare. tom. 3. 847.a
ab Ecclesia damnatus, ab Imperatore non potest restitui. tom. 3. 69.a
Ecclesiae Romanae regesta. tom. 3. 185.d
Ecclesiae Romanae consuetudo quotidie communicandi in Quadragesima. tom. 3. 241.d
Ecclesiae uaria sunt. tom. 2. 293.a
ad Ecclesiam qui confugiunt. tom. 3. 265.a.b
Ecclesiae bona inutilia cum uilibus permutanda. tom. 2. 531.b
ad Ecclesiam qui confugiunt, ex ire commonendi sunt, ut iustitia seruetur. tom. 2. 398.c
Ecclesiae parochiales quomodo sunt gubernandae. tom. 1. par. 1. 145.b
Ecclesiae statum conturbans, ab eius liminibus arcendus. tom. 1. par. 1. 65
Ecclesiae dimittere episcopum suum non licere, neque episcopo se ab ea segregare. tom. 1. par. 1. 54

ab Ecclesia vna in aliam migrare non licet. tom. 1. pag. 28.c
Ecclesiarum omnium cura ad Rom. Pont. spectat. tom. 1. pag. 97.d
Ecclesiae omnes ubique ad vnum Christi thalamum spectant. tom. 1. 122.b
Ecclesia Constantinopolitana ad Nestorium vsque Catholica. tom. 1. 126.a
Ecclesiam suam solitudinis petendae causa nemo deserat. tom. 1. 283. & seq.
Ecclesia nulla Constantinopoli patuit Timotheo Alexandrino haeretico. tom. 1. 312.b
Ecclesiae sine auctoritate Romani Pontificis non dedicanda. tom. 1. 373.a
Ecclesiae redditus & fidelium oblationes quadripartito diuidenda. tom. 1. 373.d
Ecclesiae facultates ab episcopis clericis & pauperibus distribui debent. tom. 1. 374.c
Ecclesia Orientalis à Symmacho Papa petit, auxilium contra schismaticos. tom. 1. 430. & seq.
in Ecclesia Nicopolitana quid sit, agendum. tom. 1. pag. 454.b
Ecclesiae Hierosolymitanae quantus sit fauor. tom. 1. pag. 448.d
de Ecclesiae Orientalis pace gratulatur Hormisda Papa. tom. 1. 521.a
de Ecclesia Hierosolymitana. tom. 1. 548.d
Ecclesias esse consecrandas, quarum consecratio dubia est. tom. 1. 568. & seq.
Ecclesia quando iterum debeat consecrari. tom. 1. pag. 597.c
Ecclesia sacerdote priuari non debet diu, iuxta canones. tom. 2. 55.a
Ecclesiarum consuetudines diuersae non sunt improbandae. tom. 2. 553.b
Ecclesiae dedicatio. tom. 2. 39.b
Ecclesia ultra tres menses pastore carere non debet. tom. 2. pag. 267.d
Ecclesiae dos assignatur. tom. 2. 413.b
Ecclesiae res ab angarijs immunes. ibid. c
Ecclesiae prouentuum distributio. tom. 2. 661.c
Ecclesia ubi corpora humata sunt consecrari non potest. tom. 2. 38.c
Ecclesia res suas amittere non debet. tom. 2. pag. 105.d
Ecclesia Constantinopolitana Romanae subiecta. tom. 2. pag. 333.c
Ecclesiae solidos vult S. Gregorius successori episcopo referuari. tom. 2. 31. d
Ecclesiae stipendijs seruens, ad lucra propria non anhelat. tom. 2. 32. d
Ecclesiae à iurisdictione Metropolitanæ eximi consueuerunt ex causa. tom. 2. 83.d
Ecclesiae bona iubentur describi, & ad Papam indicem mitti. tom. 2. 104.a
Ecclesiarum regimen recusans laudatur a S. Gregorio, seque infelicem vocat quia suscepit. tom. 2. 173.c
Ecclesiae res non laicis sed clericis curatoribus committenda. tom. 2. 334.c. d
Ecclesiae regenda onus monachis non conuenire. tom. 2. pag. 503.d. 504.a
Ecclesiastica negotia diligenter non negligenter explenda. tom. 1. par. 1. 15.d
in Ecclesiasticis rebus ordo seruandus, & consuetudo vitanda. tom. 1. par. 1. 117
Ecclesiasticas regulas Vitrificio praescribit Innocentius, mandans ut eas finitimis episcopis infinuet. tom. 1. pag. 52. & seq.
Ecclesiastica laici non cognoscant. tom. 1. 72.c
Ecclesiastica & saecularis potestas distinctae sunt. tom. 1. pag. 109.d
Ecclesiasticae dignitates hereditariae esse non debent. tom. 1. 306.b
Ecclesiastica instituta exponuntur. tom. 1. 368. & seq.
B 3 Eccl-

Ecclesia Christi pax est & portus tranquillus pro penitentibus peccatoribus. tom. 1. par. 1. 54.a
Ecclesia Christi sponsa, cuius nos filij sumus. tom. 1. par. 1. pag. 54

Ecclesiastica negocia ab ecclesiasticis personis tractanda tom. 1. 456.b
Ecclesiastica officia quando secularia sunt. tom. 2. 356.d
Ecclesiastica privilegia. tom. 2. 78.a
Ecclesiastica pecunia ut sit pauperibus distribuenda. tom. 2. 430.a
Ecclesiastica res vt sint inquirenda. to. 2. 530.c
Ecclesiasticae conuersione vt sint finienda. tom. 2. 411.b
Ecclesiastici ordines confundendi non sunt. to. 2. 540.c
Ecclesiastici vigoris ordo, qui confunditur. to. 2. 288.c
Ecclesiastici ordinis usum ignorare episcopus non debet. tom. 2. 59.d
Ecclesiastica ad officia venire festinans, mutare seculum vult, non relinquere. to. 2. 117.c
Ecclesiastica disciplina non sinit scelus sine correctione relinquere. to. 2. 118.c
Ecclesiastica pecunia rusticis suis mutuo danda, modo salua sit. tom. 2. 152.b
Ecclesiasticum habitum multi suscipiunt vt forum declinent. to. 2. 278.a
Ecclesiasticis obsequiis deservire, & in monachica regula persistere nemo potest. tom. 2. 149.a
Ecclesiastico proposito aduersatur iusta peccentibus negare. to. 2. 420.b
Ecclesiasticus vigor si negligatur, quid fiat. tom. 2. 540.d
Ecclesiasticus ordo seruandus est cum in secularibus id fiat. tom. 2. 562.a.b
Ecclesiastica iurisdicctio in laicos. to. 2. 97.a
Ecclesiasticę gubernationis typus. tom. 2. 194.d
Ecclesiastica iustitia. to. 2. 421.c
Ecclesiasticus Cluuius Episcopus. to. 2. 492.c
EDVINVS Anglorum Rex ad fidei a Bonifacio Papa V. hortatur. tom. 2. 567. & seq.
ELATIONIS mentis & corporis semper vitanda. to. 1. par. 1. 49.a
Elatio omnis ruinam habet. to. 2. 113.d
Elatio quod magis inflatur eo citius rumpitur. tom. 2. pag. 261.b
Elatio profana animabus semper est aduersa. tom. 2. pag. 520.a
Elatum cor retundendum est. tom. 2. 533.d
Electio Imperatoris. to. 1. 477.b
Electio episcopi Constantinopolitani a clero. tom. 1. pag. 541.d
Electiois gloriam vt deprehendamus. tom. 2. 455.b
Electi non omnes miracula faciunt. to. 2. 454.b.c
Electio episcopi a Pontifice improbat. tom. 2. 39.d
Electio fauoribus fieri non debet. to. 2. 91.a
Electio sacerdotum magno metu disponenda. tom. 2. pag. 241.a
Electioes factiose cauenda. to. 2. 595.a
Electio Abbatis alio desuncto quomodo facienda. tom. 2. pag. 282.d
Electio episcopi ab aliquibus facta non admittitur a Papa. tom. 2. 39.d
Electio episcopi facta a clero & populo consensu Papę indiget. to. 2. 91.a
Electio episcopi quomodo facienda. to. 2. 161.c.d
A quibus & quomodo. tom. 2. 321.c.d
Electio episcopi si in duos a populo fiat, ambo cum decreto Romam mittendi. to. 2. 466.a
Electio episcoporum non statim confirmanda. tom. 2. pag. 56
Electio episcoporum a Longobardis facta non esse consentiendum. tom. 2. 414.c.d
de Eleemosyna. to. 1. 355.c
Eleemosyna in sinu pauperis abscondenda. tom. 2. pag. 345.a
Eleemosyna danda. tom. 2. 255.c
Eleemosyna de rebus licitis conferenda. to. 2. 357.d
Eleemosyna etiam hostibus facienda. tom. 2. 70.c
Eleemosyna fidelibus prius facienda quam schismaticis. ibidem. 42.a
Eleemosyna vocem suam habet, que ad Deum ascendit. tom. 2. 455.c
Eleemosynarum largitio extollitur. tom. 2. 488.a.d
de Eleemosynis erogandis. tom. 3. 266.a
E L E V T H N R I I Papa epistolog. to. 1. par. 1. 85. & seq.
Emendatio neglecta, quot malorum sit. causa. tom. 1. pag. 462.b
Emphyteosis in commodum Ecclesie fiat. to. 2. 472.a
Emphyteosis rescindenda nisi sit in Ecclesia commodum. ibidem.
Energumenis baptizatis ex episcopi licentia a presbyteris vel diacono manus imponi potest. tom. 1. 88.a
E P H E S I O R V M ciuium laus. tom. 1. 132.d
Ephesinum conciliabulum cur congregatum & cur reprobatum fuerit. tom. 1. 142.b
Ephesinam synodum hortatur Leo Papa vt Eutycheus errores damnet, eiusque causa legatos transmittit. tom. 1. 178.b.c.d
Ephesine pseudo synodi acta dolo & vi gesta. tom. 1. pag. 190.b.c. 192.a
Ephesine primae synodi statuta non immutanda. tom. 1. pag. 209.b
Ephesine secunda synodus Prædatoria appellatur. tom. 1. 379.d. nec fuit vera synodus. tom. 1. 399.b.c. 43.a
Ephesine synodus prima damnauit Cælestium ac Pelagium. tom. 2. 319.c
Et Nestorium. tom. 2. 19.b
Ephesine synodi codices. tom. 2. 262.d
Ephesine synodi canones veri quesiti, & cum vetusto codice Rauennatis Ecclesie collati. tom. 2. 262.d
Ephesine synodus ab hæreticis corrupta. tom. 2. pag. 319.c.d
Ephesine synodi canon circumlatus de Adæ anima, quod peccato mortua non fuit. tom. 2. 263.c.d
E P H A N I V S Constantinopolitanus episcopus. tom. 1. 531.c.d
Eius laus. tom. 1. 532.c
Illius fidei confessio. tom. 1. 542.a
In locum Ioannis Constantinopolitani successus. to. 1. pag. 541.c
Illum nec scripsisse nec Legatos misisse nuntiat Hormisdæ. tom. 1. 540.c.d
Queritur cum eo Hormisdæ Heliam, Thomam & Nicolstratum suis sedibus non restitutos, & ad eum spectare vt hæc executioni mandentur. tom. 1. 541.a.b
Fidem catholicam profiteri, & de omnibus cum Ecclesia Romana sentire. tom. 1. 541.c.d. & seq.
Imperatoris eiusque coniugis, suamque de Ecclesiarum vnione animi alacritatem demonstrat.
Ponti & Asiae & maxime Orientis sacerdotes suorum episcoporum nomina damnare nolentes in vnionem admitrendos scribit.
Calicem & alia Pontifici mittit. tom. 1. 544. & seq.
Illum episcopum electum Hormisdæ synodo Constantinopolitane gratulatur. tom. 1. 550.d. & seq.
Hortaturque vt eum qua deuit via ad sacerdotium peruenit, in vnione Ecclesie perseueret. Et de acceptis muneribus. tom. 1. 551.c
Ait se ad eum misisse preces Imperatori ab Orientalibus oblatas. tom. 1. 552.a
Paulini sollicitudinem laudat. tom. 1. ibid. d. & seq.
Vt in communionem sedis Apostolicę perseueret, & vires suas ei Hormi sda Papa mittit. tom. 1. 560. & seq.
Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum episcopatu se abdicasse significat Hormisdæ. to. 1. 562. b
Reprehenditur quod Achillem iussu Imperatoris conserauit. to. 1. 586.c
E P I S C O P O episcopatus adimmi non debet, nisi cognita prius causa eius fuerit. tom. 1. par. 1. 150.a
Episcopi Apostolorum, presbyteri vero septuaginta duorum discipulorum locum tenent. tom. 1. par. 1. 47.d
Episcopi a Deo tantum iudicandi non a prauæ vitæ hominibus infamandi. tom. 1. par. 1. 42.a
Episcopi in villis, castellis, aut paruis ciuitatibus non institui-

tom. 2. 455.c
Eleemosina que non grata Deo. tom. 2. 357.c
Eleemosynarum largitio extollitur. tom. 2. 488.a.d
de Eleemosynis erogandis. tom. 3. 266.a
E L E V T H N R I I Papa epistolog. to. 1. par. 1. 85. & seq.
Emendatio neglecta, quot malorum sit. causa. tom. 1. pag. 462.b
Emphyteosis in commodum Ecclesie fiat. to. 2. 472.a
Emphyteosis rescindenda nisi sit in Ecclesia commodum. ibidem.
Energumenis baptizatis ex episcopi licentia a presbyteris vel diacono manus imponi potest. tom. 1. 88.a
E P H E S I O R V M ciuium laus. tom. 1. 132.d
Ephesinum conciliabulum cur congregatum & cur reprobatum fuerit. tom. 1. 142.b
Ephesinam synodum hortatur Leo Papa vt Eutycheus errores damnet, eiusque causa legatos transmittit. tom. 1. 178.b.c.d
Ephesine pseudo synodi acta dolo & vi gesta. tom. 1. pag. 190.b.c. 192.a
Ephesine primae synodi statuta non immutanda. tom. 1. pag. 209.b
Ephesine secunda synodus Prædatoria appellatur. tom. 1. 379.d. nec fuit vera synodus. tom. 1. 399.b.c. 43.a
Ephesine synodus prima damnauit Cælestium ac Pelagium. tom. 2. 319.c
Et Nestorium. tom. 2. 19.b
Ephesine synodi codices. tom. 2. 262.d
Ephesine synodi canones veri quesiti, & cum vetusto codice Rauennatis Ecclesie collati. tom. 2. 262.d
Ephesine synodus ab hæreticis corrupta. tom. 2. pag. 319.c.d
Ephesine synodi canon circumlatus de Adæ anima, quod peccato mortua non fuit. tom. 2. 263.c.d
E P H A N I V S Constantinopolitanus episcopus. tom. 1. 531.c.d
Eius laus. tom. 1. 532.c
Illius fidei confessio. tom. 1. 542.a
In locum Ioannis Constantinopolitani successus. to. 1. pag. 541.c
Illum nec scripsisse nec Legatos misisse nuntiat Hormisdæ. tom. 1. 540.c.d
Queritur cum eo Hormisdæ Heliam, Thomam & Nicolstratum suis sedibus non restitutos, & ad eum spectare vt hæc executioni mandentur. tom. 1. 541.a.b
Fidem catholicam profiteri, & de omnibus cum Ecclesia Romana sentire. tom. 1. 541.c.d. & seq.
Imperatoris eiusque coniugis, suamque de Ecclesiarum vnione animi alacritatem demonstrat.
Ponti & Asiae & maxime Orientis sacerdotes suorum episcoporum nomina damnare nolentes in vnionem admitrendos scribit.
Calicem & alia Pontifici mittit. tom. 1. 544. & seq.
Illum episcopum electum Hormisdæ synodo Constantinopolitane gratulatur. tom. 1. 550.d. & seq.
Hortaturque vt eum qua deuit via ad sacerdotium peruenit, in vnione Ecclesie perseueret. Et de acceptis muneribus. tom. 1. 551.c
Ait se ad eum misisse preces Imperatori ab Orientalibus oblatas. tom. 1. 552.a
Paulini sollicitudinem laudat. tom. 1. ibid. d. & seq.
Vt in communionem sedis Apostolicę perseueret, & vires suas ei Hormi sda Papa mittit. tom. 1. 560. & seq.
Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum episcopatu se abdicasse significat Hormisdæ. to. 1. 562. b
Reprehenditur quod Achillem iussu Imperatoris conserauit. to. 1. 586.c
E P I S C O P O episcopatus adimmi non debet, nisi cognita prius causa eius fuerit. tom. 1. par. 1. 150.a
Episcopi Apostolorum, presbyteri vero septuaginta duorum discipulorum locum tenent. tom. 1. par. 1. 47.d
Episcopi a Deo tantum iudicandi non a prauæ vitæ hominibus infamandi. tom. 1. par. 1. 42.a
Episcopi in villis, castellis, aut paruis ciuitatibus non institui-

fitiendi, ne vilescat eorum nomen. tom. 1. par. 1. 9.d
Episcopi magnis in causis grauati, ad sedem Apostolicam confugiunt. tom. 1. par. 1. 140.c
Episcopi nisi auctoritate sedis Apostolicę non condemnandi. tom. 1. par. 1. 188.c
Episcopi throni Dei vocantur. tom. 1. par. 1. 136.d
Episcopis liberę Apostolicę sedem appellare licere. to. 1. par. 1. 204.a. Ea inscia non damnandi. to. 1. par. 1. 203.c
Episcopis studendum, vt diffidentes magis ad pacem, quam ad iudicium coercentur. tom. 1. par. 1. 136.b
Episcopo non licere Ecclesiam suam deserere. to. 1. par. 1. pag. 55
Episcopo non licere suam Ecclesiam propter persecutiones deserere. tom. 1. par. 1. 229.a
Episcoporum causas terminare ad sedem Apostolicam pertinere. tom. 1. par. 1. 234
Episcoporum iudicia finitima ad sedem Apostolicam deuoluenda. tom. 1. par. 1. 85, 90
Episcoporum iudicia finitima omnia a sede Apostolica terminanda. tom. 1. par. 1. 82. & seq.
Episcoporum officium est, seditiones aut scandala ne eueniant. tom. 1. par. 1. 91.d
Episcopus a sede sua pulsus, antequam in omnibus a Primatibus redintegretur, non accusandus. 135.a
Eius accusatores non audiendi, nisi facta prius prima & secunda secreta correptione. tom. 1. par. 1. 135
Episcopus expoliatus neque excommunicari, neque iudicari potest. tom. 1. par. 1. 206.a
Episcopus sacerdos & diaconus testes secum semper habeat. tom. 1. par. 1. 527
Episcopus secularibus negotijs nullis se immiscere debet. tom. 1. par. 1. 2.d
Qui aliter fecerit, impietatis reus est dicendus. ibid.
Eius proprium munus est verbum Dei docere sine intermissione. tom. 1. par. 1. 2.d. 55
Episcopus si a fide denouerit, secretè prius corrigendus. si incorrigibilis, ad primates accusandus. tom. 1. par. 1. pag. 119
In alijs rebus tolerandus. ibid. c
Episcopus sine intermissione suam Ecclesiam docere tenetur. tom. 1. par. 1. 54
Episcopus vnus in Ecclesia Catholica. tom. 1. 3.b. 7.d
Episcopus a tribus episcopis consecratur. tom. 1. 7.c. 31.d
Episcopus relicta sua ecclesia ad aliam se transferre non debet. tom. 1. 12.b. 268.d. 372.d. 634.d
Episcopi Romani auctoritas præcipua. tom. 1. 23.d. Vid. Pontifex Romanus & Sedes Apostolica.
Episcopi qui suos greges alijs pascendos committunt, metricibus comparantur. tom. 1. 31.b
Episcopi per se ipsos oues sibi commissas pascere tenentur. ibid. c
Episcopus vnus in vna ciuitate. tom. 1. 32.b
Episcopus in parua ciuitate ordinari non debet, ne nomen & dignitas episcopalis vilescat. ibidem
Episcopo præsentè presbyter populum docere non debet. tom. 1. 33.c
Episcopi nomen si contemnitur, omnis Ecclesia status perturbatur. ibidem
Episcopi ministri confirmationis. ibidem
In Episcopos qui oues sibi commissas alius pascendas tradunt. tom. 1. 34
Episcopus nec præter conscientiam primatis, nec ab vno episcopo ordinandus. tom. 1. 46.d
Episcopus nec ab vno episcopo nec præter Metropolitanam sententiam consecrandus. tom. 1. 53.c. 305.d
Episcopos qui contra canones clericos ordinant, reprehendit Innocentius. tom. 1. 64.a
Episcopus citra terminos suos causas non iudicat. tom. 1. pag. 66.d
Episcopo viuente alius in eius locum non substituitur. tom. 1. 70.d
Episcopos, quibus Antiochenus præest Antistes absq; eius licentia non ordinandos. to. 1. 77.c
Episcopo impuratur in ecclesia admissum nefas. tom. 1. pag. 80.b

Episcopi in Occidentis partibus a Petro vel eius successoribus instituti. tom. 1. 86.d
Episcopos ex clericis non ex laicis eligendos. tom. 1. pag. 89.a. 116.b
Episcopi duo si Romę electi forent, neutrum fore episcopum, sed alius communi omnium consensu ex clericorum numero est eligendus. tom. 1. 111.a. 268.c
Episcopus nullus iniuris decur. tom. 1. 115.c
Episcopus clericorum & populi consensu ex eisdem Ciuitatis clero eligendus. ibidem
in Episcopos eligendi quales esse debent. ibid. d. 267.d
Episcopus nullus seruum alterius ad officium clericatus promoueat. tom. 1. 145.b.c
Episcopos ab Ecclesia alienatos, si resipuerint, recipiendos scribit Leo Papa. to. 1. 201.b
Episcopi suis sedibus ab hæreticis pulsi restituendi. tom. 1. pag. 209.b
Episcoporum munus est hæreticorum fraudibus obfistere. tom. 1. 23
Episcoporum qui ab Arijs pulsi in exilio mortem obierunt reliquę, ad sua quęque loca delatae sunt. tom. 1. pag. 24.d
Episcoporum ordinatio iuxta Niceni synodi decreta, a prouincialibus episcopis etiam pro libito finitimis vocatis in eadem prouincia celebranda. to. 1. 26.c
Episcoporum absentia quot incommoda pariat. tom. 1. pag. 31.c
Episcoporum vetusta consuetudo adeundi ecclesiam vbi primum ciuitatem aliquam ingrediuntur. tom. 1. pag. 66.b.c
Episcoporum est religionis causas terminare, Imperatoris vero religioni obsequium præstare. tom. 1. 72.d
in Episcoporum causis a sede Apostolica sententia fertur. tom. 1. 73.b
Episcoporum Concilium ad fidei integritatem & pacem seruandam cogendum. tom. 1. 167.b
Episcoporum & metropolitanorum electiones ad Thessalonicensem episcopum referenda. tom. 1. 267.b
Episcoporum annis singulis binos esse conuentus a sanctis Patribus statutum, & terni semper ex eis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam sociandi synodo occurrant. tom. 1. 158.c. d. 268
Episcopum turpe dicere quid Christianum hominem oporteat credere. tom. 1. 128.c
Episcopi Orientales gratias agunt Leoni Papę de epistola ad eos missa, & Catholicam fidem ex præscripto illius profiterentur. tom. 1. 212.a.b
Imperatorem vocant Papę filium. ibid.
Episcopos per Galliam constitutos eandem fidem esse professos, quam Leo Papa ad concilium scripserat. tom. 1. 214. & seq.
Episcopo inui to alienum clericum nemo recipiat. to. 1. pag. 268.d
in Episcopis euocandis moderatio a Thessalonicensi Antistite seruanda. tom. 1. 269
inter Episcopos ortę contentiones ad Romanum Pontificem referenda. ibidem
de Episcopis ordinandis modus præscribitur. tom. 1. pag. 279.d
Episcopi qui verè habeantur, & qualis ordinatio rata esse possit. tom. 1. 284.a
Episcopalia munia. tom. 1. 33.b
Episcopatus & Apostolatus primordia a Petro. to. 1. 46.b
Episcopalem dignitatem non nisi digni, & per Ecclesiasticos gradus promouendi. tom. 1. 114.d
ad Episcopatum indigni non promouendi. to. 1. 273.a
ad Episcopatum assumpto Rauennio gratulatur Leo Papa. tom. 1. 282.b
Episcopatus dignitatem ritè affectam gratulatur S. Leo tom. 1. 301.b
Episcoporum peccata grauiora. tom. 1. 306.c
de Episcopi electione a Syluano contra Nicenos canones facta, quid sit agendum ab Hilario Papa postulatur. tom. 1. 304.d
Episcopum Hispanensem sedis Apostolicę vicarium constituit

I N D E X.

fituit Smplicius Papa. tom. 1. 309. b
Episcopus Auzintensis Gaudencius ob illicitas ordinationes factas munere sacerdotali & ecclesiasticis redditibus priuatur. tom. 1. 309. d
Episcopus & clericis rebaptizatis vsque ad finem vite agenda est penitentia, quibus vsque ad eum diem neganda est communio. tom. 1. 337. a
Episcopus Constantinopolitanus inter Sedes per canones nullum nomen accepit. tom. 1. 384. d
 in **Episcopis** expectatur disciplina & plena perfectio. tom. 1. 434. d
Episcopus nullus prime Sedis iudicium vitare potest. tom. 1. 396. b
 ad **Episcopalem** honorem nullus per ambitum accedat. tom. 1. 425. d
Episcopos Epiri veteris hortatur Hormisda, vt nominatum hereticos anathematizent. tom. 1. 452. & seq.
Episcopi Epiri veteris cum per litteras nominatum hereticos non damnassent, mittitur ab Hormisda libellus, cui subscribant. tom. 1. 453. & seq.
Episcopi Imperatori presentabantur per episcopum Constantinopolitanum. tom. 1. 460. b
 de **Episcopis**. tom. 1. 464. a
Episcoporum orthodoxorum constantiam laudat Hormisda, & Legatos a se missos denno Constantinopolim ad pacem conciliandam scribit. tom. 1. 465. & seq.
Episcopi provinciales ad fidei vnitatem a Ioanne episcopo Nicopolitano confirmandi. tom. 1. 469. d & seq.
Episcoporum simulationem in synodo Epiri noui. tom. 1. pag. 490. & seq.
Episcopus est ordinandus is, qui est in ea regione natus, & tenet nationis linguam. tom. 1. 509. a
Episcopus secundum antiquam consuetudinem est in ipsa ciuitate ordinandus. tom. 1. 522. a
Episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda Ioannis Constantinopolitani Episcopi professionem dirigit. tom. 1. 506. & seq.
Episcopos monet Hormisda vt cum Imperatore, eiusque coniuge agant, vt omnes Ecclesie ad Apostolicam sedis communionem reuocentur. tom. 1. 507. c
Episcopus Constantinopolitanus initio sui episcopatus legatos Romam mittebat. tom. 1. 540. c
 de **Episcopis** non accusandis. tom. 1. 563. & seq.
 vt **Episcopi** sine causa plebem relinquentes sint similes heretico. tom. 1. 582. c
Episcopi siue presbyteri sine sacerdotum suorum litteris non suscipiendi. tom. 1. 583. c. d
Episcopos omnes per Italia constitutos hortatur Ioannes Papa primus ad Catholica fidem retinendam, & a quo animo hereticorum persecutiones perferendas. tom. 1. 567. b. & seq.
Episcopi CCXIX. qui in Concilio apud Iustintianam Carthaginem fuerunt, Agapetum Pontificem primum de nonnullis consulunt. to. 1. 581. & seq.
 Eis gratulatur Agapetus quod ab hereticorum manibus euaserint incolumes, eorumque consultationibus respondet. tom. 1. 582. & seq.
Episcopus non est qui a minori numero quam a tribus episcopis consecratur. tom. 1. 626. a
Episcopos summo in honore habendos, nec posse a quolibet accusari scribit Pelagius Papa secundus. tom. 1. pag. 639. c. d
Episcopi soli sunt ministri sacramenti confirmationis, qua hic vocat manuum impositionem. tom. 1. 624. c
Episcopatum suscipere non debet qui continentiam seruare nequit. tom. 2. 399. c
Episcopi violenter a suis locis expulsi, ab alijs suscipiantur. tom. 2. 34. d
Episcopi ordinatio. tom. 2. 86. b
Episcopi bis in anno conuenire debeant. tom. 2. 127. b
Episcopi indignatio qualis esse debeat. tom. 2. 122. b
Episcopi non de vna, sed pluribus possunt eligi ecclesia. tom. 2. 504. b

Episcopi in causis forensibus non debent occupari. tom. 2. pag. 383. b
Episcopi actiones que esse debeant. tom. 2. 511. b
Episcopis iurisdicatio seruanda. tom. 2. 432. a
Episcopis iura sua iniuolata seruanda sunt. tom. 2. pag. 462. a
 in **Episcopo** alioque officio sacro quid sit respiciendum. tom. 2. 357. a
Episcopo antequam deponatur loco, quid sit faciendum. tom. 2. 524. & seq.
Episcoporum facta praua non sunt oris gladio ferienda. tom. 2. 562. a
Episcoporum Lindoniae ac Eboracae ciuitatum distinctio. tom. 2. 543. a
Episcoporum cause magna cum diligentia examinanda sunt. to. 2. 332. b
Episcopus oportet potentem esse in sermone. tom. 2. pag. 15. c
Episcopum profana tractare non conuenit. tom. 2. pag. 447. b
Episcopus propter infirmitatem deponendus non est. tom. 2. 443. d
Episcopus acquirit ecclesie non sibi aut suis. tom. 2. 321. c
Episcopus poena mulctandus, qui paganum rusticum habeat. tom. 2. 138. a
Episcopus quidam electus refugit & euasit ordinatione. tom. 2. 87. d
Episcopus depositus non sua auctoritate, sed Metropolitanam bona sua auferre debet. tom. 2. 434. b
Episcopus ad priorem Ecclesiam reuerti debet, si hostilitatis aut captiuitatis causa cesserit. tom. 2. 66. d
Episcopus duarum ciuitatum sollicitore cura inuigilet gregi. tom. 2. 69. b
Episcopus curare debet, vt intra gremium Ecclesie filij alieni non nutriantur. tom. 2. 76. a
Episcopus qui grammaticam exponat, id est profanos scriptores acriter corripitur. tom. 2. 447. b
Episcopus non eligendus cuius domus nullus intrauit ad charitatem faciendam. tom. 2. 536. d
Episcopus, si monasterium Misas possidet, presbyterum mittat qui celebret. tom. 2. 223. d
Episcopus hereticum fieri permittens Christum Domini pecunia vendit. tom. 2. 71. b
Episcopus cardinalem petere. tom. 2. 56. a
Episcopus religiosi habitus custodem precipue esse debet. tom. 2. 276. d
Episcopo electo in locum vbi neminem nouit, concedendi sunt monachi aliquot, cum quibus vitam vixit, ne inter ignotos degens tristitia tabescat. tom. 2. 378. b. c
Episcopo deposito bona sua restituenda, si quod dilapidauit, prius reddat. tom. 2. 484. c
Episcopo aegrotto dispensator dandus qui ecclesie curam habere possit. tom. 2. 444. a
Episcopo visitatori facultas ordinandi presbyteros & diaconos data. tom. 2. 50. a
Episcopo licet in monasterijs Natalis & Dedicationis tantum diebus, posita cathedra, solemnia Missarum celebrare, alijs diebus non item. tom. 2. 245. c. 221. c
Episcopo successori Oeconomus Ecclesie rationes reddere debet. tom. 2. 91. c
Episcopi sine litteris Metropolitanis vel licentia transmare progredi non debent. tom. 2. 299. d
Episcopi ad Synodum vocati, si infirmitate impediuntur, presbyterum loco suo mittere debent. tom. 2. 192. c. d
Episcopi nuper ordinati in quatuor precipuis sedibus synodicas epistolas inuicem mittunt. tom. 2. 324. a
Episcopi infirmitas ne ouibus suis noceat, constringit Pontificem, vt successorem ordinet, & illum liberet. tom. 2. pag. 321. a
Episcopi secreto admonendi sunt, vt vitam corrigant. tom. 2. 215. a
Episcopi cogendi ad redemptionem captiuorum clericorum. tom. 2. 132. c. d
Episcopi ad seculares iudices refugium habere non debent.

I N D E X.

ben tom. 2. 172. c
Episcopi quoque monachorum regimini prepositi. to. 2. pag. 26. d. 27. b
Episcopi non nisi in synodo damnandi. tom. 2. 23. c
Episcopi Dij appellati a Constantino Aug. tom. 2. 166. d
Episcopi eximuntur a iurisdicione sui Metropolitanis ex causa. tom. 2. 83. d
Episcopi munus non orare & legere tantum est, sed pauperibus necessaria ministrare. tom. 2. 215. a
Episcopi morui bona describenda sunt presente clero. tom. 2. 129. a
Episcopi lapsi bona ecclesie applicata eo viuente. tom. 2. pag. 144. d
Episcopos schismaticos inuitat S. Greg. fide publica data, vt ad se veniant, quibus satisfacturum se coram pollicetur. tom. 2. 188. c. d
Episcopos Siciliae ad Natalem diem Petri Apostoli inuitat Romam. tom. 2. 46. b
Episcoporum nepotum culpa in Episcopum nutritorem referuntur. tom. 2. 102. c
Episcopi reuerentiam a Principibus debent. to. 2. 121. d
Episcopales sedes de loco ad locum securiorem transferenda. tom. 2. 58. c
Episcopium Romae. tom. 2. 429. d
Episcopi ad consignandos infantes egressi ne grauentur subditos. tom. 2. 508. a. b
Episcopi provinciales a Metropolitanano suo diem Paschatis sciscitari ac discere debent. tom. 2. 299. d
Episcopus qualis esse debeat. tom. 2. 13. b
Episcopus ob propriam iniuriam nullum excommunicat. tom. 2. 72. c
Episcopus fieri non debet qui vsuras amat. tom. 2. 399. c
Episcopus vt se gerere apud suos debeat. tom. 2. 117. c
Episcopus eligendus Deo sit & hominibus gratus. tom. 2. pag. 93. a
Episcopus verborum correctione non verberibus timeri debet. tom. 2. 111. a
Episcopus aegrotus no mutat nec polluit benedictionem. tom. 2. 530. d
Episcopus ante electionem iudicandus. tom. 2. 95. b
Episcopi suspensio a sacris. tom. 2. 105. c
Episcopum nominari inter Missarum solemnias solitum. tom. 2. 145. c
Episcopus Primae Iustintianae vices habet sedis Apostolicae. tom. 2. 152. d. 153. b
Episcopus munera non accipiat. tom. 2. 183. c
Episcopus non ordinetur qui Psalms ignorat. tom. 2. pag. 186. c. 395. b
Episcopi a Metropolitanano vocati conuenire debent. to. 2. pag. 192. b
Episcopus Arelatenfis est vicarius sedis Apostolicae. to. 2. pag. 192. c
Episcopi sine auctoritate Metropolitanis a suis locis recedere non debent. tom. 2. 192. c
Episcopi residere debent. tom. 2. 310. a
Episcopos Siculos semel in triennio Romam conuenire solitos. tom. 2. 249. d
Episcopus ex monasterijs nihil auferre debet. to. 2. 292. b
Episcopus de rebus in Ecclesia cui preest inuentis, vel in episcopatu acquisitis testamentum facere non potest. tom. 2. 322. d
Episcopi munus describitur. tom. 2. 360. c
Episcopi ex tempore ordinationis suae locum in concilio obtinent. tom. 2. 361. d
Episcopatum qui ad honorem concupiscunt, varijs incommodis afficiunt Ecclesiam. tom. 2. 362. c
Episcopus qui iniuste subditos damnat, puniendus. to. 2. pag. 471. b
 de **Episcopo** capite laborante. tom. 2. 499. d
Episcopus dispensator pauperum. tom. 2. 508. c
Episcopus Cardinalis. tom. 2. 534. b
Episcopi a subditis reprehendi aut criminari non debent. tom. 2. 561. d

Episcopatus propter hominum improbitatem non dimittendus. tom. 2. 579. a
Episcopi in modicis ciuitatibus non ordinandi. tom. 2. pag. 677. d
Episcopi ex laicis non assumendi. tom. 2. 707. d
Episcopi a Photio relegati restituntur. tom. 3. 25. c. 90. a
Episcopus a subditis suis iudicari non debet. tom. 3. 38. a
Episcopi vt non sint accusandi. tom. 3. 39. d
Episcopi quo concilio Symmachi subscripserunt & quarere. tom. 3. 42. d
Episcopi Constantinopolis heretici per Romanos Pontifices deieci. tom. 3. 43. b
Episcopus spoliatus primo restituendus, postea iudicandus. tom. 3. 65. d
Episcopus non iudicetur nisi a superioribus. tom. 3. 66. d
Episcopus alium ordinare non potest. tom. 3. 67. c
Episcopi no debent militaribus se miscere negotijs. to. 3. pag. 132. d
Episcopi cur ad synodum accedere debeant. tom. 3. 133. a
Episcopatus apex sedes Romana. tom. 3. 142. b
Episcopi non deponendi sine consensu Romani Pontificis. tom. 3. 157. d
Episcoporum iudicia inter causas maiores numerantur, & summo Pontifici referuntur. tom. 3. 164. d
Episcoporum dignitas. tom. 3. 167. d
Episcopatus vnus ex septem Ecclesie ordinibus. tom. 3. pag. 168. a
Episcopum oportere semper in manibus canones habere. tom. 3. 248. c
 de **Episcopo** ordinando. tom. 3. 260. c
Episcoporum & clericorum delicta in Synodo tractabantur. tom. 3. 261. c
Episcopo aliquid contra Apostolicam sedem iubenti, non obediendum. tom. 3. 597. c
Episcopi ad Hispaniam a SS. Apostolis Petro & Paulo missi ad Ecclesiam ibi fundandam. tom. 3. 599. b
Episcoporum Teutonicorum errores. tom. 3. 608. c
 ab **Episcopo** quid faciendum in scelerum emendatione, si in ipso Christiana charitas viget. tom. 3. 634. a
 ob **Episcopi** morbum potest constitui coadiutor in iurisdictione exercenda. tom. 3. 655. c
Episcopi in principio Pontificatus Papam visitant. tom. 3. pag. 669. c
Episcopi qui addunt vulnus vulneri. tom. 3. 704. c
Episcopi expurgatio coram sex Episcopis vel saltem coram quatuor. tom. 3. 760. b
Episcopi nolentes venire, neque nuntios mandantes ad concilium, suspenduntur. tom. 3. 843. a
Episcopo quid melius accidere potest. tom. 3. 852. b
Epistole CALLISTI Papae. tom. 1. par. 1. 94. & seq.
Epistola Alexandrini concilij ad Liberium de infestationibus Arianorum. tom. 1. par. 1. 215. b
Epistola suae partem tantum ad Chalcedonense concilium episcopis innotuisse, miratur Leo Papa tom. 1. 244. b
Epistola de incarnationis mysterio ad Flavianum descripti curatur, & Leoni mittitur, vt agnoscat & emendatam remittat. tom. 1. 298. d. & seq.
Epistola Leonis gratulatoria episcopatus. tom. 1. 301. b
Epistola Leonis ad Marrianum dilucide exponit sacramentum Incarnationis. tom. 1. 311. b
Epistola proprium. tom. 2. 458. a
Epistola charitatis. tom. 2. 371. d
Epistola subscriptiones habere debent. tom. 2. 503. b
Epistolam suam Nicolaus Papa ad Michaellem Imperatorem deprauatam fuisse queritur. tom. 3. 17. b
Epistolas Apostolicas proferendi mos in synodis. tom. 3. pag. 63. a
Epistolas S. Leonis vocata a Chalcedonensi synodo collinana orthodoxae fidei. tom. 3. 63. c
Epistolarum decretalium auctoritas. tom. 3. 166. b
EQVINAs carnes comedere veratur. tom. 4. 665. c
ERRANTi consensum praestans, peccat. tom. 1. par. 1. pag. 78. c.
 Error tolerabilis quis. tom. 1. 105. a
 Et

I N D E X.

Errores male nutriti non sunt fouendi. tom. 1. 462.a
Erranti viam demonstratur ipse errare non debet. to. 2. pag. 360.c
Erranti patientiam qui praestat, non est sine suspitione erroris. tom. 2. 336.d
Errorum reprobantes, iustitiam se amare ostendunt. to. 2. pag. 351.b
Esca vidualis nulla repudianda. tom. 1. par. 1. 78.c
EVARISTI Papae epistola. tom. 1. par. 1. 51.a
de EVCHARISTIA Parvulorum. tom. 1. 448.c
Eudoxie Archidij Imperatoris vxori summum malum minatur Innocentius. tom. 1. 75.b
Eudoxij error per quos sublati. tom. 2. 290.b
Eudoxius incognitus Gregorio. tom. 2. 262.a
de Eudoxio haeretico. tom. 2. 290.b
Eugenius Carthagenensis episcopus restitit Honorico Regi Vandalico. tom. 1. 402.d
Eulalius contra Bonifacium in schismate electus coactus Pontificatu se abdicauit. tom. 1. 109.c
Euphemia Augusta & eius viro preces ad Deum effundit Hormisila. tom. 1. 511.a
Euphemia Augusta Hormisilae Papae orationibus se virtutem suam commendat. tom. 1. 535.c
Euphemium Episcopum Constantinopolitanum hortatur Gelasius Papa, vt quemadmodum Eutychem reliquosque haereticos sic quoque Acacium anathematizet. tom. 1. 387. & seq.
Europae calamitas. tom. 2. 168.c.d
EVSEBII Papae epistola. tom. 1. par. 1. 176.c
Eusebius Mediolanensis Episcopus vna cum alijs Episcopis assertioni fidei de Incarnatione, quam Pontifex Leo ad Orientem direxerat, subscripsit. tom. 1. 116.d. & seq.
Eusebius Dorolitanus Episcopus Eutychem detulit ad Flavianum. tom. 1. 142.b
Eusebius senex & aeger excommunicatus. tom. 2. 551.a
Eustochium & Paula queruntur apud Innocentium de caedibus & incendijs factis. tom. 1. 80.a
EVTYCHETIS diligentia a S. Leone laudatur, quod ei Nestorianam haeresim, quae iterum pullulabat, nunciauerit. tom. 1. 162.a
Disputans aduersus Nestotium incidit in errore Apollinaris. tom. 1. 142.a
Dicebat vnam in Christo esse naturam. tom. 1. 341.c
Eius haereses & blasphemiae. tom. 1. 142. 164. & seq. pag. 476.a.b
Excommunicatur iustissime. tom. 1. 165.a
In concilio Constantinopolitano damnatus, ad sedem Apostolicam non appellauit. ibid.
Eius haereses rationibus damnat Leo Papa. tom. 1. pag. 167.c. & seq.
Sacrarum scripturarum ignorantia illum haereticum fecit. tom. 1. 167.d
Si respuerit, Flavianus ei ignoscit, scribit Leo Pont. ibid. ac si respuerit, vt recipiendus. tom. 1. 182.c
Vt in remotiora loca transferatur. tom. 1. 247.c
Eius dogma coniunctum cum Marcionistis & Manichejs. tom. 1. 341.d
Eutychanista, Acephali, Nestoriani, anathematizati. tom. 1. 549.c
contra Eutychem praecipue vide to. 1. 175. & seq. 177.c. 209.d. 233. & seq. 287. & seq. 301.d. 375.d. 435.a. 436.b. 442.b. c. d. 452.d. 460.c. d. 476.a. b. 523.d. 528.d
Euty chius Constantinopolitanus episcopus fidem Catholicam Vigilio Papae profitetur, & petit vt questio de tribus capitulis in concilio terminetur. tom. 1. 616. & seq.
Eius fidem commendat Vigilus, & annuit vt de tribus capitulis in concilio agatur. tom. 1. 617.b. c. d
EXCOMMVNICATI a nullo recipiendi. 96.d
subeunt idem iudicium qui eos recipiunt. tom. 1. par. 1. 96.d
Excommunicato aut laico fragmenta oblationum Domini ad mensam non apponenda. tom. 1. par. 1. 16.d
Excommunicationis forma. tom. 1. 75.c

Excommunicati sunt qui contra Zosimum ad comitatum ierunt. tom. 1. 109.b.c
Excommunicatus alios excommunicare nequit. tom. 1. pag. 131.b
Excommunicationis sententia temere non ferenda. to. 1. pag. 281.b.c
Excommunicatos illos esse clericos, qui relicto ecclesiastico iudicio secularem adierint potestatem. tom. 1. pag. 286.c.d
Excommunicatus qui mortuus est impenitens, post mortem non potest absolui. tom. 1. 376.a
Excommunicationis sententia quomodo faciendae. tom. 1. pag. 72.c
Excommunicatio. tom. 2. 131.c
Excommunicatis in mortis periculo viaticum dandum est. tom. 2. 312.b
Excommunicationem ad tempus duorum mensium imponit Greg. tom. 2. 294.d
Excommunicatio Ecclesiae verè ligat excommunicatos. tom. 2. 441.c
Excommunicantur, qui principum auctoritate res Ecclesiae inuadunt. tom. 3. 221.d
cum Excommunicatis non communicandi. to. 3. 861.c
Excommunicatus caret Ecclesiae sepultura. tom. 3. 874.a
Excessus vt sunt corrigendi. tom. 2. 386.ab
Excusandus nemo est, qui tam verbis quam litteris quid facere debeat, edocetur. tom. 1. par. 1. 19.a
Exemplo Christi & veterum patrum aduersa patienter ferenda. tom. 1. par. 1. 37.a
Exempla ad obediendum & loquendum. tom. 3. 667.a
Exemplum sibi seipsum sumere vile. tom. 3. 817.c
Exepiscopus quis. tom. 3. 627.b
Exercitui qualis dux praefigatur. tom. 2. 364.c
Exhortatio ad clericos ad patientiam. to. 1. par. 1. 137.d
Exilij causa vt sit examinanda. tom. 2. 524.a
Exilio mulctatur qui non obedit Episcopo. tom. 2. 490.b
de Expositione epistolarum suarum Aristobolo expressè describit Greg. tom. 2. 21.d. 846.c
Exorcismus & ieiunium, baptisma ex Apostolica regula antecedunt. tom. 1. 158.c
Exorcismus maior potestas quam Imperatoris. tom. 3. 827.c
Exprobrantis studium potius habet qui culpanda vituperat, nec vitia subministrat. tom. 1. 436.c
Extranei vt sint ad fidem perducendi. tom. 2. 504.d
Extremum Christi iudicium. tom. 1. 75.c
Extrema vnctio sacramentum. tom. 1. 88.d
Exuperij consultationibus respondet Innocentius tom. 1. pag. 562

F

FABIANI Papae epistola. tom. 1. par. 1. 112. & seq.
Fabiani decretum. tom. 3. 795.a
Facies quando non accenduntur. tom. 2. 371.a
Facinori manifestus qui non obuiat, societatis occultae culpa non vacat. tom. 1. par. 1. 87.a
Facinorosi vt puniantur, permittuntur. tom. 2. 504.d
Facies distantibus. tom. 1. 57.d
Facinus insigne tom. 3. 877.a
Falcem in alienam messem mittere no debemus. tom. 2. pag. 556.d
Fallere hominem verbo facile est, Deum vero impossibile. tom. 1. par. 1. 67.c
Fallit minimè qui id praestat quod in se est. tom. 1. 409.a
Fallaciae peruersorum publicandae. tom. 2. 600.d
Falsò accusantibus. tom. 3. 263.a
Familiariores Dei qui sint. tom. 1. par. 1. 66.a.b
Fama non patitur occultari quod agitur in populos. to. 1. pag. 49.b
Fama absentes facit praesentes. tom. 2. 48.d
Famae integritas corona omnium nobilium & ignobilium. tom. 3. 450.a
Fausito presbytero scribit Leo Papa, vt in Catholica fide perseveret, & fidei questiones ad se mittat. to. 1. 298.b
Fausi Galli liber. tom. 1. 537.d. eius liber de gratia Dei a Ro-

I N D E X.

a Romana Ecclesia non recipitur. tom. 1. 539.c
Fautores haereticorum eadem qua haeretici poena puniendi. tom. 1. 99.a
FELIX Romanus Papa XXXVII. martyrio coronatur, quia Constantium Imperatorem haereticum pronunciauit. tom. 1. par. 1. 215. & seq.
FELIX S. Papae epistola. tom. 1. par. 1. 146. & seq.
FELIX I. epistola. tom. 1. par. 1. 219. & seq.
FELIX II. damnauit, Petrum Cnaphaem Antiochenae ecclesiae inuasorem & Acacium Constantinopolitanum. tom. 1. 326.a
Eundem Petrum vt respiceret, monet. 327.d
Hortatur Zenonem Augustum vt Petrum haereticum ex Antiochena ecclesia expellat. tom. 1. 331.a
Coada Synodo Acacium Vitalem & Misenum excommunicat. tom. 1. 334.a. & seq.
Statuit quomodo rebaptizati sint admittendi. tom. 1. pag. 336.b. c. d
Felicis III. epistola. tom. 1. 667. & 671.
Felicis Papae verba contra Petrum Alexandrinum. tom. 1. pag. 144.c
Felix caput nostrum Papa & Archiepiscopus. tom. 1. pag. 335.c
Felix Papa quartus hortatur Sabinam ad sanctè pietate viuendum. tom. 1. 571.d. & seq.
Femine quae captis viris nupsent alijs, regressis de captiuitate prioribus copulandae. tom. 1. 259.b
Feminae sacris altaribus non ministrant. tom. 1. 373.b
Femine Deo dicatae monasterium exire no debent. to. 2. pag. 526.a. b
Feminae quae possunt cum sacerdotibus habitare. tom. 2. pag. 314.c
Feminae illustres, quae Ecclesiam Rom. inuabant, mulieres Dominum in monumento quarentes imitantur. tom. 3. 615.c
Femina adiutrix iniquitatis. tom. 3. 827.c
Apostolare facit sapientem. ibid.
de Femoralibus tom. 3. 256.c
Feria quarta carnes licet comedere, secus in sexta. to. 3. pag. 239.c
Ficus vs designat synagogam. tom. 2. 401.d
pro Fide & iustitia semper certandum. tom. 1. par. 1. pag. 44.d
Fidei Alexandrini concilij formula similis per omnia Nicaenae. tom. 1. par. 1. 211.
Fidei Christianae compendium. tom. 1. par. 1. 7.b.c
Fides iustificans meritis Christi tantum nititur. tom. 1. par. 1. 163.a
Fides iudicium Dei futurum credens continet homines a peccato. tom. 1. par. 1. 23.b
Fidelis magis diligit audire quae oportet, quam dicere quae non oportet. tom. 1. par. 1. 105.c
Fidelium mentes sacrae scripturae innitentes firmissimae semper erunt. tom. 1. par. 1. 90.d
Fidelium oblationes vltibus Ecclesiae inseruire tantummodo debent. tom. 1. par. 1. 101.
Fidendum nobis est in sola Creatoris nostri protectione. tom. 1. par. 1. 144.
inter Fideles & infideles magna debet esse discretio. to. 1. par. 1. 77.b
Fideles omnes peccantes, post satisfactionem dignam ad pristinos honores redire possunt. tom. 1. par. 1. 99.b
Fideles pereuntes omni cura subleuandi. 50. debent plebe aduersus pastorem suum tumescerem compescere. tom. 1. par. 1. 50
non loquantur cum inimicis sui pastoris, abstineat a detractioe. ibid. sint hospitales inuicem sine murmuratione. tom. 1. par. 1. 50.
Fidelior quis ei, cui promissa est fidelitas. tom. 3. 621.b
Fides Nicenae stabilita perpetuo tenenda. tom. 1. pag. 24.a
Fidei formula a summo Pont. edita. tom. 1. 27.c. & seq.
Fidei cauae & difficultates ad Rom. Pontificem referendae. tom. 1. 95.d. & 117.b

Fides orthodoxa clypeus noster contra hostem. tom. 1. pag. 124.a
Fidem & fortitudinem probat animi conflictus. tom. 1. pag. 124.c
Fidei nihil, quod cum ea pugnet, addere fas est. Nihil rursum quod de integritate illius existat, adimere ei licet. tom. 1. 127.d
Fides orthodoxa vitae spiritualis & doctrinae fundamentum. tom. 1. 129.a
Fide periclitante, segenius agere graue sacrilegium est. tom. 1. 131.a
de Fide Catholica quid tenendum, Flauiano se scripsisse ait Leo Papa. tom. 1. 180.b.c
Fidei puritas splendescit, cum ab ea sordes separantur errorum. tom. 1. 183.d
Fides Catholica de Incarnatione a Papa Leone exponitur. tom. 1. 184. & seq.
in Fide Constantinopolitani corroborantur. tom. 1. 191.d
Fides recta semper retinenda. tom. 1. 193.b
Fides Catholica Eutycheris erroribus damnatis in Chalcedonenſi concilio explicata fuit. tom. 1. 219. & seq.
de Fidei statu admoneri vult Leo Papa & canones obseruari. tom. 1. 243.a.b
Fidei Catholicae soliditas nullam recipit diuisionem. tom. 1. 301.c
Fidei formam Pontifex recenter creatus mittit ad omnes ecclesias. tom. 1. 339.c.d
Fides per gratiam. tom. 1. 350.
Fidei Gelasij confessio. ibidem.
Fides Catholica qua. tom. 1. 392.b
in Fidei causa quod semel in concilio sanctum est, id ratum Patres semper esse voluerunt. tom. 1. 395.a
Fidem Catholicam Orientales ecclesiae profitentur, & haereses damnant. tom. 1. 430. & seq.
Fidei amor debet omnem affectum transcendere. tom. 1. pag. 435.d
ad Fidem qui reuertuntur, quomodo recipiendi sunt. tom. 1. 450.d
Fidei formula, quam ad fidem Catholicam redire cupientes profiteantur, Indiculus Ennodio datus praescribit. tom. 1. 457.d. & seq.
Fidei Catholicae vnitas custodienda. tom. 1. 463. & seq.
in Fide Catholica perseverandum. tom. 1. 466.c.d
Fidei professio in manibus legatorum emitenda. to. 1. pag. 486.c
Fidei libellum a Ioanne episcopo Constantinopolitano subscriptum. tom. 1. 493.a
Fidei Catholicae professio. to. 1. 491.c. 528.c. 585.d. 591.a
Fides Christiana canonicis libris & Synodalibus praecipis & patrum regularibus institutis continetur. to. 1. pag. 540.a
Fidelibus cur afflictiones immittantur. tom. 1. 25.a
de Fidelium obitu, quomodo dolendum. tom. 1. 51.d
Fideles Ecclesiae corpus constituunt. tom. 1. 122.a
Fidelium causa communi nil ait a se praetermitti Leo Papa. tom. 1. 191.b
Fidelium in hac vita status. tom. 1. 360.a
Fidelibus potestatem habentibus in facinorosos animaduertere licet. tom. 1. 57.c
Fideles vt in pace & charitate persistant & haereses fugiant. tom. 2. 682.b
Fides non fatigatur asperis. tom. 1. 560.c
Fidei professio Iustiniani Imperatoris facta consensu sacerdotum, quam obtulit confirmanda Ioanni summo Pontifici. tom. 1. 376.a.b
Fidei professionis Iustiniani a Ioanne Pontifice confirmatio. tom. 1. 577.a.b
Fides perfecta redditur operibus. tom. 1. 584.d
Fidei professio Iustiniani Imperatoris Agapeto Pontifici. tom. 1. 591.a
Fidei professio Patriarchae Constantinopolitani. tom. 1. pag. 592.a
Fidei Catholicae libellum ab Imperatore cum episcoporum consensu editum confirmat Ioannes Papa secundus.

I N D E X.

... dus.tom.1. 574.d. & seq.
de Fide.tom.1. 559.c
a Fidei Catholicę defensione & aliorum instructione nō esse desistendum, monet Benedictus Papa primus.tom.1. pag. 629.d. & seq.
Fides verberibus non est exigenda.tom.2. 111.a
Fides vna cum fit, cur consuetudines ecclesiarum dīuer- sę tom.2. 553.b
Fidei relictio armare nos bebet aduersus deos.tom.2. pag. 516.a
Fidei radix virens manet etiam si citubet interdum. to.2. pag. 351.a
ad Fidem vt sint conuertendi alieni ab ea.tom.2. 514.c
Fidei integritas in seruandis quatuor synodis consistit: tom.2. 192.a
Fides & opera necessaria.tom.2. 247.c
Fidem profiteri debent suspecti, & hęreses detestari.tom.2. pag. 463.b
in Fidei desertores.tom.3. 246.b
Fidei verę regula, quam tenet sancta mater Ecclesia.tom.2. pag. 627.b
Fides Romanę sedis non deficit.tom.3. 539.d
Fides Romanę Ecclesię explicatur.tom.3. 540.c
Filius Dei ante omnia secula ex patre natum. tom.1. par.1. 139.c
Filius Dei formam serui suscipiens, deitatem nequaquā amisit.tom.1.par.1. 156.b.162.
Filius Dei lucis aternę candor, & Deitatis speculum sine macula.tom.1.par.1. 52.b
Filius reppromissionis ex Spiritu sancto esse conceptos, vt Priscilianistę dicunt, refellitur tom.1. 151.b
Filiis proprios qui de sacro fonte suscipiunt, ab vxoribus sepantur.tom.2. 565.c
Filiorum corda aduersa, dulci sunt prosequenda charitate.tom.2. 515.a
Filiorum bonorum studium crescit paterna monitione. tom.2. 410.b
Filius in quibus non imitetur regem patrem. tom.3. pag. 741.a
si Fimbricę Saluatoris solus contactus saluare potuit in firmos, quanto magis elementa virute verborum eius sacrata sanitatem reddere corporis & animę possunt. tom.1.par.1. 62.c
de Finitum custodia.tom.3. 247.d
Firminus Episcopus.tom.2. 615.c
Firminus Episcopus Histrię ab errore liberatus. tom.2. pag. 486.a
FLAVIANSVS Episcopus designatus. tom.1.par.1. pag. 26.d
Ab episcopatu deiectus in Ephesina Synodo moritur apud Eppam.tom.1. 142.d
Queritur apud Leonem Eutychem in hęreses lapsū, illas enarrat, eumque presbyterio & communionē priuat.tom.1. 164.& seq.
Illum a se in concilio Constantinopolitano esse damnatum, & ad sedem Apostolicam nequaquam appellat se, sententięque in eum latę confirmationem petit. tom.1. 165.& seq.
Eius litteras accepisse, & legatos destinasse scribit Leo Papa.tom.1. 181.a
Vt ei debitum obsequiū pręstetur, scribit Leo, & qui locum illius inuasit, communionē priuaturum. to.1. pag. 183.d
Eius incommoda dolet Leo.tom.1. 191.a
Eum imitandum Constantinopolitanis proponit.tom.1. pag. 192.a
Eius reliquię opera Pulcherię Augustę translate eū debito honore ad Ecclesiam cui bene pręfuit. tom.1. pag. 201.a.205.d
Eius neces detestatur.tom.1. 237.a
Epistola Leonis ad eum de Incarnationis mysterio nōnulli episcopi describi curarunt, & ei scribunt vt agnoscat, & emendatam remittat.tom.1. 298.& seq.
A sede Romana absolutus.tom.1. 398. b.435.d

Flagella humana diuinis non sūt adijcienda. tom.2. pag. 448.b
Flagella temporalia eternam quietem preparant.tom.2. pag. 590.c
Flagella amoris indicia sunt.tom.2. 310.d
Florentini archidiaconi senium & tenacitas.tom.2. 537.d
FOCÆ coronatiō.tom.2. 494.a
Focę ac Leontię imagines vbi reconditę sunt. ibid.
Focę ac Leontię imago Romam venit. ibid.c.d
FOECVNDITATEM sobolis referuauit Dominus humano generi.tom.2. 556.
Fœdus quod Henricus Imp̄tentabar contra Papā. to.3. pag. 862.d
FONTIS sacrosancti reuerentia.tom.1.par.1. 313.d
Formate litterę.tom.1. 33.b
Formula sententię in Nestorium late.tom.126.a.131.c
Fornicatio animę est superstitio.tom.1. 410.c
Fortunati episcopi Neapolitani zelus pro Christianis mancipijs.tom.2. 312.d
FRAGMENTA corporis Domini diligenter curanda, ne murium stercorebus, aut alijs huiusmodi sordibus immisceantur.tom.1.par.1. 17.d
Francorum gens plus alijs felix.tom.1. 499.b
Francia in Christiana religione superauit ceteras gentes tom.2. 363.c
in Francia quando tepuit religio.tom.2. 675.b
Francorum, Rex simoniaca macularus hęresi, si desiere noluerit, suorum obedientia priuat Greg. Papa VII. to.3. pag. 578.
Frater fratrem exaltans exaltabitur, & alidens dissipabitur. tom.1.par.1. 87.a.121.a.tom.2.369.b
Fratres damnare & perdere qui cupiunt, per se sua dogmata destruunt.tom.1.par.1. 230.d
Fratrem relictum qui releuat, Christum releuat.tom.2. pag. 369.d
Fratres duo possunt cum duabus contrahere fornicibus. tom.2. 554.c
Fratribus iniuriam passis adiuuare debemus. tom.3.71.c
Frontiniansarum error.tom.2. 397.a.b
ob Frumenta non transmissa redarguit Sicilia prætorem S. Gregorius.tom.2. 2.
Fugientes ad ecclesias abducere nemo debet.tom.2. 528.b
Fugienti cum panibus occurrere quid sit.tom.2. 185.
Fumo peccatoris felicitas comparatur.tom.2. 4.c
Fumus leui aura raptus euanescit.tom.2. 396.c
de Furibus.tom.3. 248.c
Furor præceps vltatusque despicietur.tom.2. 122.b

G

GAI Papę epistolę tom.1.par.1.161. & seq.
Galla Placidia epistola citatur.tom.1.par.1. 116.
Gallicana ecclesia de thesauris Rom. Ecclesię quicquid habet accepit.tom.3. 834.c
Gaudia externa sunt seruanda propter interna tom.2. pag. 464.d
Gaudij causa nulla datur ei, qui ad summum Pontificatum ascendit.tom.3. 555.b
GELASIVS Papa ad Pontificatum assumptus de morte Romanę Ecclesię fidei formulam, quam omnes profiteri teneantur, pręscribit.tom.1. 339.& seq.
Eius confessio. Episcopis per Dardaniam Catholicę fidei libellum transmittit, hortaturque vt muneris pastoralis inuigilent.tom.1. 341.& seq.
Honorum monet ne Pelagianā hęresim a tot Pontificibus detestatam reuiscere sinat.tom.1. 243.d.& seq.
Demonstrat hominem non esse sine peccato, & dictū Apostoli, Vir infidelis sanctificatur per mulierem fidelem, mysteriumque Resurrectionis declarat. tom.1. pag. 351.d.& seq.
Odoacri Regi non paruit cum præciperet quadam nō faciendā.tom.1. 402.d
Afferit se esse Romanum. tom.1. 391.
Calūnias & crimina sibi ab Imperatore Anastasio obiecta

I N D E X.

iecta refellit, eumque demonstrat in excommunicationis sententiam incidisse cum Acatio communicasset.tom.1. 426.& seq.
Facundissimus, & hęreticorum expugnator fortissimus.tom.3. 36.b
Scribit de primatu Rom. Ecclesię ad Anastasium Imperatorem.tom.3. 844.b
Gennadium episcopus Constantinopolitanum monete S. Leo vt a Timothei, communionē abstineat. tom.1. pag. 300.& seq.
Generatio secunda quę.tom.1. 148.d
Afferit se esse Romanum. tom.1. 391.
Germano scribit Hormisda, se & Heliam, Thomam & Nicolstratum commendat.tom.1. 512.c.d
Germano, & Ioanni episcopis scribit Hormisda, se dolere Ioannem occisum, & Dorotheo ab episcopatu amoto, alium Aristide excepto, in eius locum substitui præcipit.
Thomam & Nicostratum suis Ecclesijs restituendos. tom.1. 515.d.& seq.
Germano Episcopo Felici, & Dioscuro diaconis, & Blando presbytero scribit Hormisda, vt sibi scribant. tom.1. pag. 537. a. b. c.
Germani & Felices episcoporum & aliorum Legatorum ad Hormisdam suggestio. tom.1. 530.a.512.c.489.c.490.b.522.c.524.b.531.c.514.b.c
Gerontocomii lectiliteria destruit.tom.2. 840.a
Giberus Rauē. episcopus electus fuit ab Hęcico in Antipapā Clemens vocatus cōtra Greg. VII. to.3.829.c
Gladij spiritualis vsus interdicitur.tom.3. 623.b
Gladium spirituale in Regem minatur Gregorius VII tom.3. 551.d
Gladium eximere Apostolorum Principis. tom.3. pag. 676.c
Gladium S. Petri districte vibratum & emissum sentire quid. to.3. 736.a
Gloria diuinitum & pauperum timor Domini est. tom.1. par.1. 129.a
Gontarius prohibiti ministerii arreductor. tom.3. pag. 152.a
Gloria inanis est causa hęresis. tom.1. 123.c
Gloriam propriam qui querit, is non est Christi discipulus. ibidem
Gloria Patri & filio & spiritus sancto, in fine cuiuslibet Psalmi dicendum.tom.1. 597.b
Gloria mundi fugitiua dicitur.tom.2. 327.c
Gloria cordis reprimenda est.tom.2. 455.b
Que vitia pariat. tom.2. 470.d
Gloria vana. tom.3. 590.b
Gloria mundana prelatos ad elationem trahit. tom.3. pag. 847.c
Gloria presentis vitę non est quarendā. tom.3. pagina. 850.a
Gradatim debet ascendere, qui in Ecclesia vult præcellere. to.1.par.1. 165.a.189.
Gradus prohibiti.tom.2. 561.a
Gradus Ecclesiastici. tom.3. 40.d
Graduum diuersorum ratio in Ecclesia. tom.3. pagina. 789.a
Gratia cum facti sumus filii Dei per Christum, elaborandum nobis quoque est, vt eius exemplum sequentes vere filij dici, & esse valeamus. tom.1. par.1. pagina. 158.b
Gratia Domini non negligenda, sed exercenda. tom.1. par.1. 66
Gratię Dei vt sumus cooperatores, summopere est studendum.tom.1. par.1. 49.d
Gratię plenitudo adiectione non indiget. tom.1. par.1. pag. 36.c
Gratiam esse humanam naturam, quę gratis a Deo datur affirmabat Pelagius. tom.1. 99.& seq.
Gratia Dei præter humanę naturę vires ac legis præcepta necessaria ad salutem. tom.1. 103.& seq.
Gratia Dei nisi continuo iuuemur, Diaboli iniquas vitę

re non possumus. tom.1. 139.a
per Gratiam Dei bene vtimur libero arbitrio. tom.1. ibidem. b
Gratia Dei non solum peccata dimittit, verum etiam ne committantur adiuvat. to.1. 140.a
Gratia Dei fit vt nostra sint merita, quę sunt ipsius dona tom.1. 141.a
Gratiam ad salutem non esse necessariam, illamque secundum hominum merita conferri, retellitur. tom.1. pag. 347.d
Gratia Dei non confertur secundum merita hominum. tom.1. 350.b.52.a.357.d
Gratia diuina rex vallatus quā sit potens. tom.1. pagina. 501.c
Gratia in sede Romana semper permansit, & permanserit. tom.1. 536.a
Gratia Dei datur peccatoribus sine meritis. tom.1. pag. 581.d
de Gratia. tom.1. 352.a.357.c.d & seq. 540.a
Gratum salutat Hormisda.tom.1. 505.d
Gratiam Dei contemnens punitione graui dignus. tom.2. 556.c.d
Gratię sunt agendę Deo in cunctis adueritatibus. to.2. pag. 400.a.b
Gręci hęresibus abundant.tom.1. 341.c
Gręci ista magis loquuntur, quā faciunt. tom.1. pag. 456.a
Gręci saluari. tom.3. 33.a
Gręcorum in latinis iniurię. tom.3. 530.d
Berengarij hęresis iuramenta eius abituratio Gregorii auctoritate facta.tom.3. 697.776.b.c
Gręce est saxum, onerosa arena, sed ira stulti est grauior, tom.1.par.1. 42.a
S. Gregorius magnus non vult opus suum manifestari ante obitum suum.tom.2. 477.c
Colica laborauit molestia. tom.2. ibidem
Vndecim mensibus de lecto iux surgere potuit.tom.2. pag. 375.a
Regi ac Reginę Anglorum litteras scribit. tom.2. pag. 455.d.& seq.
Quicquid vile, quicquid pacificum probatur desiderat.tom.2. 501.a
Filia Reginę Longobardorum tres annulos mittit. tom.2. 537.b
Vrgetur vt exponat Sampsonis facta. tom.2. pagina. 489.c
Ei quid excitat inuidiam. tom.2. pagina 113.d & seq.
Petit vt pro suo munere suscepto oratio fiat. tom.2. pag. 32.a
Vniuersalis dici non vult. to.2. 290.c
Innocentius Phocam Imperatorem contra Longobardos. tom.2. 518.d
Approbat concilia quatuor. to.2. 19.a
In sinu Ecclesię Romanę nutritus est. tom.2. pagina. 113.a
Contradicit legi Cęsaris. tom.2. 117.d
Podagra laborauit. tom.2. 323.a.& 375.a
Quo tempore Papa fuerit. tom.2. 424.d
Non vult Noemi, sed Mara uocari. tom.2. pagina. 5.b
Fatur se Gręca non nouisse. tom.2. 463.b
Eius Epistola ad Phocam Augustum. tom.2. pagina. 514.b
Eius synodus. tom.2. 184.a
Illius iudicium de libris sancti Augustini. tom.2. pag. 398.a
Illius expositio in Iob non competit rudibus auditoribus. tom.2. 477.c
Dolor eius lentus & nimius est.tom.2. 395.d
Illum securi grauiora tempora videbunt. tom.2. pag. 397.d
Enumerat sui pontificatus onera. tom.2. pagina. 371

I N D E X.

Reges priuat honore dignitatis si Xenodochij Augusto
dunenſis priuilegio contrauerint. tom. 2. 502.c
Doct̄or mitiſſimus. tom. 3. 845.a
GREGORIUS Papa II.
Mittit Bonifacium ad Catholicam fidem infidelibus
prædicandam. tom. 2. 659.d. & ſeq.
Commendat eum ad Germanos conuertendos miſſum
tom. 2. 660.c
Gratulatur Thuringiſ de eorum in fide perfeuerãtia,
eoſque ad Bonifacio parendum cohortatur. tom. 2.
pag. 662. & ſeq.
Thuringios infideles, vt Baptiſmum ſuſcipiant, hortatur.
tom. 2. 662. c. d
Thuringios, & Saxones ad fidem hortatur. ibid.
Bonifacium epiſcopum hortatur ad perfeuerandũ in
prædicatione, & ei gratulatur de infidelium conuerſo
ne. tom. 2. 664.a
Pallium ei mittit, ac epiſcopos ordinandi poteſtatem
concedit, eiſque conſultationibus reſpondet. tom. 2.
pag. 665. & ſeqq.
Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano gratular
de victoria contra hæreticos; & ſacras imagines ve
nerandas eſſe demonſtrat. tom. 2. 666.c. & ſeqq.
GREGORIUS Papa III.
Commendat Bonifacium demum in Germaniam ad
Chriſti fidem prædicandam reuertentem. tom. 2.
pag. 669. c. 671
Bonifacii conſultationibus reſpondet. tom. 2. 671. d
& ſeq.
Gratulatur ei multos ad fidem conuerſos. Iubet vt
concilium celebret, & in ſidei prædicatione perſiſtat.
tom. 2. 673. c. & ſeqq.
GREGORIUS Papa IIII.
Gregorii Taumaturgi fides. tom. 2. 715. d
Gregorii epiſcopi Syracuſani iterata damnatio. tom. 3.
pag. 24. b. 89.
GREGORIUS VII. inuenit ad Pontificatum acceſſit
tom. 3. 351. c. 603. d. 683. b. 730. b. 808. 817. b
Eius electionis formula 549.
Educatuſ ſuit Romæ à pueritia in gremio S. R. E. to. 3.
pag. 581. c
Per eius ſe ipſum ſcribebat. tom. 3. 590. b
Regis precibus non annuit. tom. 3. 594. a
Quid poſtulauerit in principio ſui Pontificatus.
tom. 3. 598. c
Officium Toletanum prohibet recipi à ceteris Hiſpa
niæ eccleſiis tom. 3. 599. d
Conſirmit excommunicationem & depoſitionem ſimo
niaci. tom. 3. 600. a
Epiſcopi rogatu differt excommunicationem. tom. 3.
pag. 603. a
Regem Anglorum ad Eccleſiarum deſenſionem contra
ſimoniacos hortatur. tom. 3. 603. c. d
Penitentiam iniungit arbitrio epiſcopi. tom. 3. pagi
na. 606
Cãonicum rigorem in penitentem & obedientem
exercere nollet. tom. 3. 608. d
Negotii trena retinere vult. diuerſa de eo opinio. to. 3.
pag. 609. a
Suspendit ab officio epiſcopatus. tom. 3. ibid. b
Admonet epiſcopum non parentem ſedi Apoſtolice.
tom. 3. 612. a
Regem monet in adminiſtratione regni reminiſci di
uini iudicii. tom. 3. 613. d
Indicit reformationem prouinciæ. tom. 3. pagi
na. 616. d
Interdicit inceſta. tom. 3. 617. a
Accuſationem non admittit perſcripta, neque teſtes ſi
ne diſceperatione partis. tom. 3. 619
Doleret morbo emenſiſſe. tom. 3. 625. d
Differt reconciliationem Guſcardi. tom. 3. pa
gina. 626. a
Magis diligebat auctoritatis libertatem in ſuis legatis
quã honorem debitum. tom. 3. 628. d

Regem Frãciæ admoneri iubet. tom. 3. pagi
na. 632. d
Introitum & conuerſationem epiſcoporum fieri man
dat. tom. 3. 639. b
Regem horratur vt optimos conſiliarios adhibeat.
tom. 3. 640. a
Mutare ſuum decretum non grauatur. tom. 3. pa
gina. 640. b
Implorat auxilium Imperatoris, vt vocati ad ſynodum
veniant. tom. 3. 640. c
Petit Legatos mitti ab Imperatore ad ſuam ſynodum
pro inſtructione ſuorum negociorum. tom. 3.
pag. 640. 641
Eius deſiderium. ibid.
Quibus conſiliariis acquieſcendum narrat. tom. 3.
pag. 641. a. 706
Commendat in ſui abſentia Eccleſiam Rom Imperato
ri. ibidem
Admonendum Regem ſignificat. tom. 3. 642. c
Solicitudi ſua & conſilium Regis in electione epiſco
pi. tom. 3. 645. d
Aiebat ſe potius reprehendendum pro pietate quã
odio habendum pro ſeueritate. tom. 3. 649. a
Admonet non reci pere officium ſimoniacorum & ſor
nicariorum. to. 3. 651. c
Eius oratio. tom. 3. 654. a
Vix legales epiſcoporum inueniebat. ibid. b
Nollet poſteris exemplum relinquere aliquid à ſe actũ
contra Canones. tom. 3. 655. b
Senili ætati parit. tom. 3. 663. d
Quæ mandat dicit ſanctorum patrum ſanctiones eſſe.
tom. 3. 667. d
Exhortabatur, omnes vt memores ſint diuini iudicii.
tom. 3. 673. d
Pecuniam à Rege Ruſcorum ablata reſtitui Polonia
Regi hortatur. tom. 3. 674. b
Dicit cauſam cur ſuo tempore quieſcebant ſere lega
tiones. tom. 3. 675. d
Verba ſua ait conuerſiſſe in orationem. ibid.
Reddit rationem, quare poſtquam ſuſpedit, deponit.
tom. 3. 678. d
Hortatur & præcipit ad munus ſuum ſortiter obeundũ.
tom. 3. 681. d
Quid à rege requirebat. tom. 3. 685. b
Committit quando abſoluendus ſit Imperator à parti
cipatione cum excommunicatis. tom. 3. 688. c
Nihil noui proſitetur decernere, ſed primum Eccleſiæ
diſciplinæ regulam tritam ſanctorum viam repetere.
tom. 3. 689. c
Promittit temperare ſententiam, ſaluo Dei honore.
ibidem.
Cum quibus dicit ſe pacem velle. tom. 3. 695. c
Suos cogitatus in Dei ſpem collocaffe affirmat. tom. 3.
pag. 695
A dhuc in Diaconatu admebat Imperatorem. tom. 3.
pag. 701. d
Sui officij conſideratio impellebat contra prauos prin
cipes & impios ſacerdotes. tom. 3. 702. c
Quod melius eſt mori, quã ſilentio contempti timo
ris vel commodi conſentire. ibidem
Qui conſentit & qui committit. ibid. d
Permittit abſolui qui communicauit Regi. tom. 3.
pag. 704. d
GREGORIUS VII. Papa.
Quod conſilium requiratur de nouo rege eligendo à ſe
& ab Imperatrice. tom. 3. 706. c
Noua dicit ſe non proferre. tom. 3. 708. d
Ait quod Germani ob regem excommunicatum alium
eligere affirmabant. tom. 3. 709. d
Henrici regis receptio. tom. 3. 713. d
Quid faciendum ante electionem epiſcopi. tom. 3.
pag. 815. d
Quomodo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem ex
more prætermittit. tom. 3. 717. a. 743. a
Digna

I N D E X.

Digna res Papa quod cupit in ſuo capite cupiat etiam
in membris tom. 3. 717. b
Ait concilium celebrandum cum conſilio & conſenſu
Regis, cuius eſt ciuitas. to. 3. 723. c
Eius dolor. tom. 3. 726. b
Promittit auxilium his qui ad ſedem Apoſtolicã ditio
nem reuertuntur. tom. 3. 735. a
Voluntas deſiderium & eius indefeſſum ſtudium. tom. 3.
pag. 735. c
Eius fortitudo pro iuſtitia tom. 3. 738. a
Epiſcopum recuſat creare ſine præcedenti electione
eorum ad quos ſpectat tom. 3. 742. a
Præcipitanter à ſe nolle procedere in confirmando epi
ſcopo aſſerit. tom. 3. 743. d
Declarat qui poſſunt communicare excommunicatis.
to. 3. 746. d
Decernit preſbyterum Cardinalem Legatum ad Re
gem Hiſpaniæ. tom. 3. 752. c
Tribulationes ſuas eleganter exponit. tom. 3. pa
gina. 752. c
Eius deſiderium. tom. 3. ibid. d. 756. a
Exponit cauſam cur quotidie affligatur. tom. 3. pa
gina. 756. a
Iubet vt pueri & clerici ad Apoſtolicam aulam mit
tantur ex longinquis partibus, vt mores & doctrinam
Eccleſiæ diſcentes in ſuis regionibus alijs annũciare poſ
ſint. tom. 3. 770. d. 865. a
Miſeria ſui temporis in Eccleſia. to. 3. 774. d
Vt Rex Legatos ad ſe mittat, iubet. tom. 3. 785. a
Exponit cauſam aduenus epiſcopi ad limina Apoſto
lorum. tom. 3. 786. a
Decernit quid agendum de his qui ſunt ordinati à Si
moniacoſ ſine venalitate. tom. 3. 792. c
Noluit diſpenſare cum legitimo filio ſacerdotis. to. 3.
pag. 794. b
Ratum non habet quod factum eſt per legatum Sedis
Apoſtolice extra ſuam prouinciã. ibid.
Maxima eius reſtitudo in iuſtitia. tom. 3. 796. a
Hortatur Cardinalem ad ſe aſtringendum ad regulam
tom. 3. 799. b
Approbat electionem Cardinalis in Abbatem. tom. 3.
pag. 800. b
Improbat coniugium eius qui duxerit eam que fuerat
vxor Germani ſui. tom. 3. ibid.
Prohibet veri officium in Sclauonicam linguam. to. 3.
pag. 802. d
Regem dum Cardinalis ageret fouebat. tom. 3. pa
gina. 817. a
Amore conuincebatur tom. 3. ibid. c
In gratiam Regis epiſcopum reſtituit & Abbatem abſo
lui. tom. 3. 818
Irritat priuilegium Papæ Alexandri ſui prædeceſſo
ris conſeſſum Comiti Buerardo de iurepatronatu Mo
naſterij. tom. 3. 819. b
Munera que expetebat. tom. 3. 820. c
Expetit profeſſionem fidei iuxta formam epiſt. B. Gre
gorij. tom. 3. 823. b
Iubet quod Regem quem auertit conuertat. tom. 3.
pag. 826. d
Aut ſe velle proſiciſci in Hiſpaniam contra Regem.
tom. 3. 827. a
Monet ſeparationem ab vxore conſanguinea quã du
xerat. tom. 3. 828. a
Scelus ſchiſmaticis noluit dimittere nullo pacto niſi
mediante iudicio Eccleſiaſtico. tom. 3. 829
Tanto magis ſperat perditiffimorum hominum ruinã
quanto ad altiora tendunt. ibid. d
Qui eum diligebant, & eius hoſtes. tom. 3. pagi
na. 837. a
Increpauit Archiepiſcopum quod non viſitauerit limi
na Apoſtolorum. tom. 3. 851.
Cauſa odij in ipſum. tom. 3. 852. b
Eius deliberatio. ibid. c
Electum in Archiepiſcopum ſcientia carentem reiicit.

tom. 3. 853. a
Quicquid in ſynodis agebatur volebant vt litteris ſibi
ſignificaretur. tom. 3. 855. c
Munera non recipit quia donans in peccato eſt. tom. 3.
pag. 871. b
Promittit orare pro eo cuius munera non recipit.
ibid.
Optat magis ipſe corrigere, quam aliis corrigenda re
linquere. tom. 3. 877. d
Perperam acta ſiue ſubreſta damnat. tom. 3. pa
gina. 878. a
Necceſſitas quæ ei incumbit ex officio ſuo. tom. 3.
pag. 880. d
Eius conſuetudo non prolixè ſcribendi. tom. 3. pagi
na. 882. d
Concilia ab eo habita. tom. 3. 544. 760. 775. 805.
& pag. 843. 883
Eius Diſtatus. tom. 3. 658
Gregem Dominicum & ſe vt adiuet Natali epiſcopo
ſcribit Gregorius. tom. 2. 11. d
Gregi periculum ſi ſine paſtore ſit. tom. 2. 40. d
Grex Dei vt gubernari debeat. tom. 2. 194. b

H

HABITUS Monachi eſt contempus mundi. tom. 2.
pag. 477. b
Habitus Monachi quid ſignificet. tom. 2. 477. b
Habitus monaſtico dimiſſo Venantium ex monacum incre
pat Greg. tom. 2. 23. d
HADRIANUS Papa I.
HADRIANO Pont. habita eſt ſeptima Generalis ſy
nodus ad quam Legatos miſit Conſtantino & Irenæ.
Augustis Imperatoribus ſcribens.
Laudat fidem eorum. Sacras imagines venerandas ef
ſe demonſtrat, poſtulans vt eas in Eccleſiis reſtituen
das, & Pſeudofynodi acta in concilio generali
anathematizãda & patrimonia Romane Eccleſiæ red
denda curent.
Reprehendit Tarasium qui ſibi Oecumenici nomen
arrogauerat, & ex laico repente Conſtantinopolita
nus Patriarcha fuerat creatus.
Caroli magni munificentia erga Romanam Eccleſiã
narrat. tom. 2. 699. & ſeq.
Tarasii fidem approbat, hortatur vt in ea maneat, eam
que prædicet, & cum Imperatore de pſeudo ſynodo dã
nanda, & de ſacris imaginibus reſtituendis agat.
Legatos ad ſynodum ſe miſiſſe, ſignificat, eiſque
conſenſum nullo pacto ſe præbiturum, niſi imagines re
ſtituantur. tom. 2. 709. b. & ſeq.
Hadriano Papæ Tarasius nunciat que in concilio ge
nãta ſunt. tom. 2. 712. c. & ſeq.
Ad Carolum Regem ſcribens reſellit obiectiones con
tra ſeptimam ſynodum. tom. 2. a pag. 714. vſque ad
pag. 757.
Hæretici ad conuerſionem adhortandi. tom. 1. par. 1.
pag. 124
Hæretici fidem Nicenam recipiunt, ſed eam falſa inter
pretatione contaminant. tom. 1. par. 1. 306. b
Hæretici per ſe ſua dogmata deſtrunt. tom. 1. par. 1.
pag. 124. d
Hæretici ſeueritate pro vitijs extirpandi. tom. 1. par. 1.
pag. 131
Hæretici vicandi. tom. 1. par. 1. 600. a
Hæreticorum in eo ſe manifeſtat impietas, cum ſub ſpe
cie diuinitatis honorandæ, humanę carnis in Chriſto
denegant veritatem. tom. 1. par. 1. 164
Hærefiarum ingenium. tom. 1. 6. d
Hæreticorum mores. tom. 1. 538. c. & ſeq.
contra Hæreticos. tom. 1. 588. 591. &
Hæretici ab Eccleſia, excluſi. tom. 1. 22. c. 600. b
ab Hæreticis baptizati per manus impoſitionem reci
piendi. tom. 1. 54. b. 199. c
Hæretici omnes per diuerſa loca diſperſi à Sede
Apoſtolica

I N D E X.

Apostolica anathematizantur. tom. 1. 91. b
Hæretici damnato errore ad Ecclesiam admittendi. to. 1. pag. 99. b. 272. b
Hæretici se solos sapere autumant. tom. 1. 121. a
Hæretici angulos & latebras quaerunt. tom. 1. pagina. 130. c
Hæretici respicientes quomodo ab Ecclesia recipiantur. tom. 1. 146. d
Hæretici obstinati exilio relegantur. tom. 1. pagina. 146. d
Hæretici post Ecclesiae iudicium à Principibus plestantur. tom. 1. 149. a
Hæretici scripturas corrumpunt. tom. 1. 153. a
Hæretici in longinquam regionem relegandi. tom. 1. pag. 207. b
Hæreticos expellere Regum ornamentum est. tom. 1. pag. 254. b
Hæretici ad disputationem non admittendi. tom. 1. pag. 258. c. 384. d
Hæretici qui se correctos videri volunt, debent errores auctorum damnare. to. 1. 272. c
Hæreticis non licet ad loca eis non deputata transire. tom. 1. 272. d
Hæretico non patet aditus ad munera Ecclesiastica, nisi precedat satisfactio. to. 1. 324. d
cui hæreticis contentum non est habendum. tom. 1. pag. 401. a
cui hæreticis & eorum sectatoribus qui communicat, latam in eos eo ipso incurrit sententiam. tom. 1. 486. b & pag. 492. a
contra Hæreticos. tom. 1. 588. 591. 600. b
Hæretici quomodo ad communionem reuocandi. tom. 2. pag. 9. a
Hæreticis qui maximè resistunt. to. 2. pagina. 239. d
Hæretici conticuere tempore Gregorii. tom. 2. pagina. 319. c
Hæretici multi de Ecclesia Constantinopolitana egressi sunt. tom. 2. 255. a
Hæretici nihil habent commune cum patribus. tom. 2. pag. 575. b
Hæretici sua ipsorum dogmata euertunt. tom. 2. pagina. 576. d
Hæretici varij & inconstantes. tom. 2. 640. b
Hæreticorum excommunicatio. tom. 1. 22. c
Hæreticorum mores. tom. 1. 41. d. 257. b
Hæreticorum fautores eadem, qua hæretici poena puniendi. tom. 1. 99. a
Hæreticorum exitus infelix. to. 1. 129. b
Hæreticorum hæreses manifestantur, vt vitari possint. tom. 1. 147. a
Hæreticorum fraudulenta subtilitas. tom. 1. 164. c
Hæreticorum nomina ad altare non recitanda. tom. 1. pag. 202. b
Hæreticorum labe fugienda. tom. 1. 302. c
Hæreticorum mos sedem Apostolicam accusantiu, quod cum illis nolit communicare, nec errores eorum tolerare. tom. 1. 394. c
Hæreticorum rituum similitudo vitanda. tom. 2. 29. a
Hæreticorum artes. tom. 2. 47. c
Hæreticis saluum conductum promittit S. Gregorius. tom. 2. 188. d
Hæreticorum cause à sede Apostolica iudicantur. tom. 2. pag. 234. c
Hæreticorum pugnis Ecclesia instruitur. tom. 2. 271. d
Hæreticorum secunda transgressio primæ malitiam ostendit. tom. 2. 600. a
Hæresiarcha aliquot. to. 2. 651. b
Hæresiarcha de vna voluntate & operatione Christi. tom. 2. ibid.
Hæretici & schismatici vitandi. tom. 3. 527. b
Hæreticorum erga Romanam Ecclesiam ingratitude & impudentia. tom. 3. 528
Hæreticus est qui Ecclesie Rom. non concordat. tom. 3. 819. c

Hæresibus varijs anathema dictum. tom. 1. 28. b
Hæresis Arii quantum incrementi breui ceperit. tom. 1. par. 1. 120. d
Hæresis omnis impia, veritatis Euangelicæ inimica, Fundamenta religionis conuellens. tom. 1. par. 1. pag. 139. b. 147
Hæresis Photini sectatores omni diligentia expelli præcipit Innocentius. tom. 1. 63. c
Hæreses Pelagij, & Cælestij reselluntur. tom. 1. 89. & seq.
Hæresibus pullulantibus est celeriter obuiandum. tom. 1. pag. 93. a
Hæreses notam temerè alicui inurere, periculosa res est. tom. 1. 117. c
Hæreses dogmata non appellandæ. to. 1. 118. a
in Hæresim qui metu lapsi sunt, si conuersi fuerint, recipiendi. tom. 1. 202. a
Hæresis Eutychiana tom. 1. 206. d
Hæresis Auctores ab hæresi respicientes, damnare debent. tom. 1. 270. c
Hæresis Nestoriana & Eutychiana resellitur. tom. 1. pag. 287. & seq.
Hæresibus Græci abundant. tom. 1. 341. c
Hæreses impatientius inuestigare, est melius quam diffimulando augere perniciem. tom. 1. 345. c
Hæreses auctore damnato damnantur etiam sectatores. tom. 1. 375. c. 395. c. 399. a
Hæreses nouæ nouis concilijs damnatæ, non ad singulos hæreticos adhibentur concilia. to. 1. 383. & seq.
Hæresim qui odit principes, odio habet etiam sectatores. tom. 1. 446. c.
Hæresim sectatores plus peccant, quam eorum auctores. tom. 1. 448. c
Hæresim principes non execratur qui non declinat à sequecibus. to. 1. 450. c
in hæresi qui persistunt, & qui innocentiam simulant, omnino excludendi. tom. 1. 561. a
Hæresiarchis damnatis damnantur etiam eorum sectatores, nisi scripturæ professione hæresim condemnauerint. tom. 1. 602. d
Hæresis Monophysitarum. tom. 2. 493. a
Hæresis Agnoitarum. tom. 2. 395. c
Hæresis Gregorii tempore orta, tom. 2. 271. c
Hæresis Donatistarum. tom. 2. 771. a. b
Hæresis Nestoriana. tom. 2. 169. a
Hæresis inquisitio. tom. 2. 190. a. b
Hæresis Pelagiana. tom. 2. 205. a
Hæreses faciunt qui imperio zelo quosdam quasi hæreticos insequuntur. tom. 2. 441. d
ab hæresi qui reuertuntur se synodos amplecti profiteri debent. tom. 2. 459. c
Hæreses omnes ab Ecclesia Romana expugnata. tom. 3. pag. 518. d
H A D R I A N V S Papa II.
Basilium Imperatorè laudat, quod Ignatiū restituerit. Miratur Ignatiū se de eius restitutione certiore non fecisse.
Pollicetur se obseruaturum quæ à Nicolao pro eo decreta sunt.
Theognostum Exarcham necnon Eutyrium Imperatoris legatum commendat. tom. 3. 170. a. & seq.
Basilium Imperator repetit, quæ alijs scripsit de calamitatibus, quibus Constantinopolitanam Ecclesiam Imperij sui initio vexatam repetit.
Nunciat Photio expulso Ignatium fuisse restitutum.
Petit per Legatos vt statuatur quid agendum cum his qui à Photio fuerunt ordinati, vel cum eo communicauerant.
Postulat, vt quid ipse Pontifex statuerit, per eius Legatos sibi significet. tom. 3. 271. b. & seq.
Basilio Augusto significat se Legatos ad Nicolai missos recepisse.
Imperatorem de Ignatij restitutione laudat.
Clericorum causas qui Photio adhaeserant, vult in synodo

I N D E X.

Synodo Constantinopoli iussu suo celebranda agi.
In qua etiam iubet Photij conciliabuli exemplaria comburi, & Romanæ Synodi capitula à singulis episcopis subscribi.
Imperatori suos & Ignatij Legatos commendat. to. 3. pag. 273
Ignatius gratias agit Hadriano quod Photium cuius fauorosa narrat, damnauerit, seque sua sedi restituendum decreuerit; quod ab Imperatore executioni mandatum nunciat.
Consultat per Legatos Pontificem quid de his agendum qui aut à Photio promoti, aut à se ordinati Photium secuti sunt. ibidem
Commendat Archiepiscopum Cæsareæ, qui respicere à Photij errore, à quo fuerat ordinatus, multa pro fidei veritate passus est.
Petit, vt his de rebus Legatos Constantinopolim mittat. tom. 3. 277. c. vsq; 280. a
Hadrianus Ignatio narrat præcessoris Nicolai diligentiam, quam in eius restitutione adhibuit, suamque patrem voluntatem testatur.
Gratulatur de eius restitutione, quam de causa Imperatorem commendat. ibidem
Ostendit eos qui à Photio ordinati sunt, ab omni ordine esse depositos. ibidem
Eos qui ab Ignatio promoti Photio comunicauerant, si libellum quem Legati deferunt, subscriperint, recipiendos decernit.
Præcipit vt Romanæ synodi capitula in concilio episcoporum subscribant.
Ioannem metropolitam commendat. tom. 3. 280. a vsque 283. b
Synodus Constantinopoli congregata nunciat Hadriano, Legatorum diligentia omnia recte esse peracta.
Imperatorem laudibus effert & à Pontifice confirmationem petit. tom. 3. ibid. & seq.
Hadrianus religionem Baslij, Constantini, & Leonis Imperatorum laudat.
Conqueritur apocriphos suos nudos ac deprædatos rediisse.
Aegrefert Ignatium Bulgaris Antistitem concessisse.
De tribus capitulis, de quibus se consuluerant, dicit nihil ab eo diuersum, quod iam constitutum erat denuo se posse decernere.
Eugnomenum & Theognostum de multa sedulitate commendat. tom. 3. 285. a. & seq.
Hadriani Papæ decretum in VIIII. synodo contra eos qui accipiunt Ecclesiarum inuestituras à laicis. tom. 3. 724. c
Hæredè inuito piæ voluntatis intentio expleri debet. tom. 2. 381. c
Hæreditas sanctorum Patrum tom. 3. 569. c
Hebrai quo pacto ad fidem perducendi tom. 2. 152. a
Helena Constantiniani mater Christi. crucem inuenit. tom. 1. 485. c
Helena Augusta Romanos ad fidem accendit. tom. 2. pag. 456. a
Helias, Thomas, & Nicostratus etiam sub aduerso Imperatore communicarunt sedi Apostolicæ. tom. 1. pag. 512. a
Henrici Regis depositio & absolutio omnium, qui sibi iuramentum prestiterant. tom. 3. 683
Henricus Imperator expugnauit Hungariæ regnum pro Rom. Ecclesia. tom. 3. 629. d
Hieronymi Epistola reponforia ad Damasum Papam, vt in fine cuiusque psalmi cantetur Gloria patri, &c. to. 1. par. 1. 231. d
Hieronymus & Augustinus duo ecclesiasticorum magistorum lumina. tom. 1. par. 1. 351. a
Higini Papæ epistole. tom. 1. par. 1. 76.
Eiusdem epistolæ decretales. tom. 1. par. 1. ibidem. & seqq.

Hilarius ius Metropolitanus sibi tribuit. tom. 1. 278. & seq.
Hilarij Pictaueusis testimonium aduersus Nestorium & Eurychem. tom. 1. 297. d
Hilarij Papæ Epistole. tom. 1. 305. c
Ab eo petunt Tarraconensis prouinciæ episcopi, vt Irenæum episcopum à Nundinario in Barcinonensi ecclesia relictum successorem confirmet. tom. 1. 307. d & seq.
Postulant, quid de electione episcopi à Syluano contra Nicænos canones facta, sit agendum. tom. 1. pag. 304. c. d
Hilarius dispensat cum episcopo contra Nicænos canones electo præcipiè, ne deinceps hoi electiones fiant & Barcinonensibus de suo clero Antistitem eligi iubet. tom. 1. 305. d. & seq.
Scribit quibusdam episcopis quod à se Auxanius episcopus in præiudiciū Ebreduensis Ecclesie impetrat rat, si per obreptionem & contra sacros canones impetratum cognouerint, vt nullum declarent. to. 1. 307. & seq.
Se fortiter gessit in Antonium Imperatorem. tom. 1. pag. 402. c
Hilmeradus Ambianensis episcopus. tom. 3. 156. a
Hispaniæ concordia cum Romana Ecclesia in religione & in ordine diuini officij. tom. 3. 599. c
Hispaniæ prisca consuetudo officij Rom. Ecclesie celebrandi. tom. 3. 852. c
Hispaniæ de proprietate S. R. E. tom. 3. 553. b. & pag. 554. a
Hispaniæ dominium à paganis occupatæ concedit Greg. VII. tom. 3. 554. a
Historicorum schismaticorum ignorantia. tom. 2. pag. 274. d
de H O M I C I D I S. tom. 3. 248. b
Homiliarum Gregorij duo codices. tom. 2. 326. d
Homines omnes sunt filij Dei, nisi per ipsos steterit. to. 1. par. 1. 49. I. b
Homini constitutio mirū Dei artificium. tom. 1. par. 1. pag. 29
Homo animal noxium, serpenti non ab similibus. tom. 1. par. 1. pag. 475.
Homo nulla necessitate ad bonum vel malum, sed liberè fertur. tom. 1. par. 1. 372. c
Homo per quem facta est resurrectio, Deus erat. tom. 1. par. 1. 274. b
Homo quicquid habet, à Deo habet, etiam ipsum esse. tom. 1. par. 1. 493. a
Homo ex iustitia liber est. tom. 2. 560. b
Homo captiuus est & liber. tom. 2. ibid.
Homo quomodo sit in delictis natus. tom. 2. 558. c
Homo sic tardus ad iram. tom. 2. 374. a
Homines prauis coercendi. tom. 2. 274. d
Homines propter iustitiam diligendi. tom. 2. pag. 408. a
Homines à diabolo nuspium tuti. tom. 2. 404. d
Hominibus placere, nihil est. tom. 2. 407. d
Hominum diuersæ conditiones, vnde. tom. 2. 191. d
Hominum corda ingreditur Satanas. tom. 2. 262. d
Homines prauis quo pacto corrigendi. tom. 2. pag. 419. d
Hominis prerogatiua. tom. 2. 567. c
H O M O R homini maior esse non potuit, quam vt ad conditoris sui imaginem conderetur. tom. 1. par. 1. pag. 39. a
Honor inflat superbiam. tom. 1. par. 1. 143. a
Honorem premio nullus accipiat. tom. 1. 425. c
Honori huius mundi non est aridendum. tom. 2. pag. 2. c
Honor Romanæ Ecclesie à Patriarchis exhibitus. tom. 3. pag. 28. b
H O N O R I V S Imperator gratulatur Bonifacium sanitati restitutum. tom. 1. 110. d
C 3 No

I N D E X.

HONORIVS I. hortatur Eduinum Anglorum Regem vt in fide perferret, eiusque precibus Paulino & Honorio Metro-

Hyltrice secta homines redeunt ad Ecclesiam. tom. 2. pag. 349. c. Hyltricorum schisma. tom. 2. 347. d.

I

IBAN epistola, qua de causa damnetur. tom. 2. 324. d. non est Catholica. ICONA Phocæ, & Leontia Romam missa. to. 2. 494. b. IDOLA in phanis contenta destruantur. tom. 2. 464. b. Idololatriæ comparatur inobedientia. tom. 3. 54. c. 2. 14. d. Idololatriæ superstitio. tom. 2. 2. 567. d. & seq. Idololatria & cæcitas Germanorum tom. 2. 666. a. Idololatriæ scelus non obedire Apost. sedi. tom. 3. 725. c. Idololatriæ & Sodomia inquisitionem committit, & iudicium sibi reseruat. tom. 2. 380. c. d. Idolatriæ poenas graues Greg. infligi mandat. tom. 2. pag. 284. a. Ieiunijs & manus impositione possunt pugnari qui Genitilium escis & imolatijs vsi sunt tom. 1. 286. a. Ieiunia quando intermittenda. tom. 2. 513. a. Ieiunantibus periculosa est eruptio sanguinis. tom. 2. pag. 513. a. Ieiunium quadraginta dierum ante baptismum. tom. 2. pag. 286. b. Ieiunandum non esse tempore ægritudinis. tom. 2. 429. d. & pag. 513. a. de Ieiunio & oratione. tom. 3. 255. d. IGNA TIVS Petri discipulus. tom. 2. 176. d. Ignatij Patriarchæ depositionem, & promotionem Phontij temerè factam improbat Nicolaus Papa. tom. 3. pag. 14. d. Eius laus. tom. 3. 15. b. c. Ignatij restitutio. tom. 3. 24. d. 89. c. Eius depositione nullius fuisse momenti quonia ab excommunicatis & inferioribus episcopis fuerat damnatus. tom. 2. & tom. 3. 35. a. 36. c. d. 44. a. 45. a. 48. d. 57. d. Ignari & simplices quomodo suscipiendi ad communionem. tom. 1. 557. b. Ignis aura flante fit grandior. tom. 2. 490. a. Ignorat quiuis ea quæ tamquam dubia in quæstionem vocat. tom. 1. 123. c. Ignoscere debemus. tom. 2. 45. b. ILLICITUM quod sit, sepius prohibere necesse est. tom. 1. par. 1. 35. c. Illicite priuilegio vtens etiam licito priuandus. tom. 2. pag. 112. d. Illiterati & corpore vitati ad clerum nõ promoueantur. tom. 1. 371. d. Illyrici excidium. tom. 1. 72. b. Illyricum sui erroris egit poenas. tom. 1. 49. c. IMAGO Dei in nobis amissa propter peccatum, per nouitatem vitæ recuperanda. tom. 1. par. 1. 39. a. Imagines confringenda non sunt. to. 2. 356. a. Imagines habedendum, & earum vsus laudatur. to. 2. 327. a. Illarum vtilitas maxima. tom. 2. 418. d. Imaginum inuentum non est nouum. tom. 2. 419. a. b. Imagines quid profint. tom. 2. 356. b. Imagines quomodo adoranda. tom. 2. 419. a. c. de Imaginibus sacris venerandis. to. 3. 25. d. 43. d. 46. a. pag. 90. c. d. 240. d. Imago Præcursoris digito agnum demonstrantis, à Sexta Synodo probata. tom. 2. 710. a. Imbecillum non timere quod fortis pauet, præsumptio est ingens. tom. 2. 315. c. d. Imitatio quando fouet vitia. tom. 1. 462. a. Imola de iure sancti Petri. tom. 3. 556. b. Imperatorem, vt ad fidei integritatem & pacem seruandam Episcoporum concilium cogi curet, admonet Leo Pont. tom. 1. 167. a. b. Imperatoris opera Episcopum Hierosolymitanum receptum. tom. 1. 243. d. Imperatoris vera laus, vt eius causa sit cum Deo communis. tom. 1. 315. f. Impe-

I N D E X.

Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigent, & Pontifices Imperatoribus vtuntur ad temporalia dirigenda. tom. 1. 381. d. Imperator diuino præcepto Pontificis mandatis obtemperare debet. tom. 1. 421. d. Imperatorum mos agnoscendum & colentium sedem Apostolicam. tom. 1. 429. c. Imperatoris pater dicitur Pontifex. to. 1. 457. d. Imperator præcipere debet tributa non colligi, si cū peccato colliguntur. tom. 2. 170. c. Imperator monetur, vt iniquas leges abroget. to. 2. 117. c. Imperatores sacerdotibus honorem debent. tom. 2. 166. d. Imperia tum fulgent, cū fidei custodia habetur. tom. 2. c. pag. 233. d. Imperatori potestas à Deo data, vt terreste regnum cælesti famuletur. tom. 2. 118. a. Imperator se immiscere non debet causis sacerdotum. tom. 2. 134. b. Imperator impedire non debet ne Episcopus Roman. citatus veniat. tom. 2. 211. c. Imperatoris in fide tuenda. tom. 2. 233. c. Imperatoris & aliorum regum discrimen. tom. 2. 407. c. Imperatores monet Nicolaus, vt Ecclesie perturbatores compefcant. tom. 3. 16. d. Imperatores Constantinopolitani hæretici multi. tom. 3. pag. 32. d. Imperatorum priscorum erga Romanos Pontifices obseruantia. tom. 3. 33. b. Imperatoris minæ. tom. 3. 51. a. b. Imperatores, qui Rom. Eccl. peccati sunt. tom. 3. 55. c. d. Imperatores, qui Romanam Ecclesiam exaltauerunt. tom. 3. 56. a. Imperatores rogabant Pont. pro concilijs cogendis. to. 3. pag. 56. b. Imperator gladium à Romano Pontifice contra infideles accipit. tom. 3. 131. b. Imperatoris legibus quomodo vtendum in Ecclesiasticis controuersijs. tom. 3. 143. c. Imperator à summo Pontifice eligitur. tom. 3. 19. a. 403. pag. 449. Imperator Ecclesiam ab hostibus tueri debet. tom. 3. pag. 333. b. Imperator & sacerdotium, cum concordia vniuntur, bene cum Imperio & Ecclesia agitur. tom. 3. 564. d. Imperatore memoria inter Missarum solemnitas à Papa fit supra corpora Apostolorum. tom. 3. 639. d. Imperator efficit miles S. Petri & Papæ. tom. 3. 85. f. d. Impios tanto esse casu viciniore, quanto se amplius existimant ascendisse. tom. 3. 83. i. c. Improbis probè resistere oportet. tom. 1. par. 1. 202. b. Impuberibus rebaptizatis sub manus impositione reddatur communicatio. tom. 1. 337. c. Impunitis non abibit super quem Dei iudicium ceciderit. tom. 1. par. 1. 105. d. INCANTATORIS persequendi. tom. 2. 447. a. Incarnationis fides Catholica exponitur. tom. 1. 184. & seq. 194. a. b. 204. 209. 261. 311. 557. de Incarnatione Domini quæstio ante Gelasium XLV. annis nata est. tom. 1. 341. e. Incerta non iudicanda. tom. 1. par. 1. 88. a. Incestus est abominabilis. tom. 2. 562. d. Incestus poena contra mulierem. tom. 3. 552. c. Incestuosi à limite Ecclesie separandi. tom. 2. 563. a. de Incestuosis. tom. 3. 248. b. Incredulitatis poena, perditio sempiterna. tom. 1. par. 1. pag. 311. a. Incognitorum solus Deus iudex. tom. 1. par. 1. 91. Indignatio tarda ac discreta timetur magis quam præceps. tom. 2. 122. c. Indefinitionis manus in vinctos Domini nullus mittat. tom. 2. 562. a. Indiculum legatorum id est, instructio. tom. 1. 457. c. 482. a. Indiculum iuramenti preferibitur. tom. 2. 217. c. Induci non modicè in iudicijs dandè, vt veritas melius

innotescat. tom. 1. par. 1. 86. b. Indulgetur minimè quod est iustum & licet. tom. 2. Indulgentiæ forma. tom. 3. 578. a. 664. a. 771. d. 809. d. pag. 559. a. pag. 830. 853. d. Infames vitandi, & qui sint, testes esse non possunt. to. 1. par. 1. 116. d. 124. Infantes cur insufflantur & catechizantur. tom. 1. 348. c. d. Baptizantur in remissionem peccatorum, & eis remittitur in baptismo peccatum. tom. 1. 349. a. b. c. tom. 2. pag. 28. d. 556. d. Inferior maiorem iudicare non potest. tom. 3. 40. c. Inferior nec par maiorem auctoritate propria non absoluit. tom. 3. 69. c. Infideles virtuti deditos exemplum nobis esse debere, & stimulum ad bene agendum. tom. 1. par. 1. 27. d. cum Infidelibus non conuersandum. tom. 1. par. 1. 96. c. Infidelis homo mortuus est in corpore viuente. tom. 1. par. 1. 95. b. Infidelis in corpore viuente mortuus est. tom. 1. par. 1. pag. 189. a. Infideles ad fidem vt perducantur. tom. 2. 25. c. 270. c. d. Infidelitas. tom. 2. 206. d. Infideles vi ad fidem non cogendi & eorum communicatio vitanda. tom. 3. 250. d. 264. b. Infirmitates infirmorum, qui firmiores sunt sustinere debent. tom. 1. par. 1. 57. c. Infirmitas valde est qui suam non cognoscit infirmitatem. tom. 2. 237. b. Inimicitias quærit, qui vult discedere ab amico. tom. 1. par. 1. 200. b. Iniuriam contra veritatem pertulisse lucrum est. tom. 2. pag. 473. c. Iniuriam pro christo pati indignum nullus putet. tom. 2. pag. 438. b. Iniuria perentibus nullus est tribuendus effectus. tom. 2. pag. 197. a. Innocens dum facile credit, cito labitur. tom. 1. par. 1. pag. 99. a. Innocens & iustus non oppugnandus. tom. 1. par. 1. 238. Innocentij Papæ summam sollicitudinem laudat S. Ioan. Chrysof. tom. 1. 74. Arcadio Imp. eiusque vxori Eudoxia sacris interdixit, ob facinora in S. Ioan. Chrysof. perpetrata. tom. 1. pag. 75. Ariacium qui in S. Ioan. Chrysof. locum adhuc viuente suffectus fuerat, deponit; & Theophilum Alexandrinum episcopum anathematizat. tom. 1. 75. Alexandrum episcopum Antiochenum comendat, quod omnes ad Ecclesiam vnitatem reduxerit. Gaudet Heliudium & Pappum episcopos suas recuperasse ecclesias. Antiochenam ecclesiam ad Apostolicam communionem recipit. tom. 1. 76. a. b. c. Ioanni Hierosolymorum episcopo scribit vt diligenter ecclesie suæ prospiciat. tom. 1. 80. a. Hieronymum consolatur ob mala quæ perpeffus fuerat. tom. 1. 80. d. Clericos recipi decernit, quos Bonifus episcopus antequam damnarentur, ordinauerat. to. 1. 85. & seq. Nonnullas Ecclesie Rom. traditiones explicat, quas ob seruandas esse demonstrat. tom. 1. 88. & seq. Contra Pelagij & Cælestij errores. tom. 1. à pag. 90. vsque 96. Pelagij fautores sibi compertos non esse propter vrbis magnitudinem. Pelagium ad Vrbem non esse accersendum. eiusque librum blasphemij esse refertum. tom. 1. 105. & seq. Excommunicauit Archadium Imperatorem. tom. 3. pag. 846. a. Infanas mentes cum placare possumus, scandalizare non debemus. tom. 2. 438. d. Intercessionis Sanctorum. tom. 1. 439. b. 458. a. 468. b. c. pag. 497. a. 527. a. In-

I N D E X.

Intercessio B. Mariae, tom. 1. 529. d. 532. b. 542. c. d. 545. b
Interpretum difficultas magna, tom. 2. 403. a
Inuidia diaboli in humanum genus vnde orta. tom. 1. pag. 357. b
S. I O A N N I S epistola prima ad Parthos scripta, to. 1. par. 1. 76. a
Ioannes Constantinopolitanus episcopus a sede Apostolica abfolutus, tom. 1. 392. b
S. Ioannis Baptiste corpus combustum, to. 2. 438. c
S. Ioannes Chrysoftomus a Theophilo Alexandrino nullisque alijs episcopis iniuste depositus, in exilium pulsus est, tom. 1. 66. & seq.
Eius laudes, tom. 1. 69. d. 122. d
Exulantem a sua ecclesia Innocentius consolatur, to. 1. pag. 69. d
Eius innocentie patrocinatur Innocentius, to. 1. 70. d
Iniuste in exilium pulsus Honorius cognouit, tom. 1. pag. 72. b. c
De eo, tom. 1. 73. c
Eius doctrina, tom. 1. 75. b
Causa indicta damnatus, ibidem.
Eius testimonia aduersus Nestorianam, & Eutychanam heresim, tom. 1. 295. a. b
Ioannes Antiocheni insignis insolentia & in Synodum Bphefina in iuria tom. 1. 135. b
Intra biduum ter citatus, tom. 1. 135. d
Per iniustam & iustam sententia in euettere voluit, to. 1. pag. 136. a
Ultimam sententiam in eum Synodus ferendam Romano Pontifici referuat, tom. 1. 136. a
Ioannes Aegoea haereticus, tom. 1. 550. b
Ioannes episcopus Alexandrinus electus Romam fugit, tom. 1. 143. d
Eius confirmatio differtur a Pontifice quod eum periturum dixisset Imperator, tom. 1. 324. c
Ioannes Constantinopolitanus episcopus a sede Romana abfolutus, tom. 1. 398. b
Ioannes episcopus Constantinopolitanus mittit Hormisdam libellum, quod fidem Catholicam profitetur, & ipsius Pontificis nomen in Dyptichis descriptum, tom. 1. pag. 479. b. c. d
Ei congratulatur Hormisda concilium Chalcedonen se, & S. Leonis epistolam ab eo amplexas, ibid.
Acacium tamen ab eo anathematizandum, si ad Ecclesiam communionem noluerit admitti, tom. 1. 480. a. b. c
Catholicam fidem profitetur & haereticos omnes, & precipue Acacium detestatur, tom. 1. 491. c. 495. d
Commendat Hormisdam quod eius opera in ita Ecclesiam pax, tom. 1. 496. & seq.
Laudat eum Hormisdam ad unitatem Ecclesiae rediisse, to. 1. pag. 502. & seq.
Ioannem Constantinopolitanum episcopum arguit Pelagius Papa secundus, quod vniuersalis sibi episcopi nomen vendicabit, 630. b. & seq.
Ioannes episcopus Neapolitanus Catholicam fidem Hormisdam profitetur, tom. 1. 448. & seq.
Illius religionem commendat Hormisda, to. 1. 449. d
Eius confirmatione ab Hormisda Papa in episcopum Nicopolitanum postulat, episcopi synodus veteris Epist. tom. 1. 451. & seq.
Eum Anastasio Hormisda commendat, tom. 1. 469. b. c
De Pasche celebratione scribit, Hormisda, to. 1. 529.
S. Ioannis Baptiste mentis fortitudo, tom. 2. 437. b
I O A N N E S V I I I. Basoni comiti gratias agit, quod eius opera legat ad Imperatorem peruenierint, tom. 3. pag. 287. b
Eundem rogat vt quamprimum sibi auxilia contra Saracenos mittenda curet, tom. 3. ibidem. & 315. b
Dissentionem inter Ludouicum Regem & Imperatorem dicit se non posse sedare, nisi alteram audiat partem, tom. 3. 288. d
Significat Vrbe in magno discrimine esse propter Saracenorum incursum, tom. 3. 292. 312. d
Excommunicauit nonnullos qui ad Synodum vocati,

venire contemunt, tom. 3. 299. b
Episcopos Romam ad conciliu vocat, to. 3. 300. & seq.
Auxilia ab Imperatore contra Saracenos petit, to. 3. pag. 333. & seq.
Imperatori palmam mittit, tom. 3. 315. c
Rauennam ad Synodum conuocat episcopos, to. 3. 332. & seq.
Scribit se in Galliam profecturum, tom. 3. 344. c. 360. pag. 364. b
Michaelem Regem Bulgarorum vt ad Ecclesiam grecinam redeat hortatur, tom. 3. 350. 507. b
Ignatium Patriarcham C. P. monet ne Bulgarorum dioecesim vsurpet, tom. 3. 354. c
Exponit mala quae a Lamberto Comite Romae sunt perpetrata, tom. 3. 459. & seq.
Ludouicum Regem suum consiliarium facit, tom. 3. pag. 364. c
Trecis Synodum indicit, tom. 3. 367. d. 370. d
Arelateni episcopo palliu concedit, to. 3. 367. & seq.
Eundem suum legatum in Galliam substituit, tom. 3. pag. 370.
Ad vniuersalem Synodum episcopos vocat, tom. 3. pag. 375. b. & seq.
Romam ad Synodum episcopos vocat, to. 3. 402. & seq.
Mortuo Ignatio Patriarcha Constantinopolitano Phottium in eius locum substituit, dummodo in Synodo veniam postulet, tom. 3. 437. & seq.
Iubet Constantinopolitanum Patriarcham Bulgaroru dioecesim sub Ecclesiae Romanae iurisdictione relinquere, tom. 3. 435
Romae Synodum habet, & Aspertum Archiepiscopum Mediolanensem damnauit, to. 3. 452. a. & seq.
Dispensat vt diuina officia Sclauonica lingua recitari possint, dummodo Euangelium prius latine legatur, to. 3. 470. d
Iubet episcopos ad Synodum Romam venire, tom. 3. pag. 476. d. & seq. 493.
In qua Archiepiscopum Rauennatem excommunicauit, tom. 3. 495. b
Inquinant errores S. Ambrosius ceterique episcopi referunt, tom. 1. 42. & 43.
Ira Dei super eos, qui Christum persecuntur in suis membris, tom. 1. par. 1. 238
Iracundiae salutaris ignis aduersus ignorantiam optimi remedium, tom. 1. par. 1. 29.
Iraferendum aduersus nosmetipsos pro his quae inutiliter gessimus, tom. 1. par. 1. 29.
Ira in vindicta, animi rationem sequatur, tom. 2. 408. b
Ira reprimenda, tom. 2. 408. d
Ira necessaria animi affectio ad culpas insequendas, to. 2. pag. 55. b. c
Ira a Regibus vitanda, tom. 2. 373. d
Irafcitur Deus minimè nobis quantum meremus, tom. 2. pag. 495. a
Ireneus episcopus vt in Barcinonensi ecclesia confirmetur, ab Hilario Papa petitur, tom. 1. 303. d. & 308. b. c
Irenaei scripta S. Gregorij tempore non inueniebantur, tom. 2. 449. b
Irreprehensibile omne quod est, Catholica defendit Ecclesia, tom. 1. par. 1. 169. d
I y d a e I scariotis similes estimandus, qui sacrarum vestes substractas vendiderit, tom. 1. par. 1. 17. b
Iudaei vi baptizandi non sunt, tom. 2. 34. d
Iudaei Christiana mancipia non habeant, tom. 2. 363. b. & pag. 544. d. 564. d
Iudaei Romanis legibus viuere permittuntur, to. 2. 544. d. 564. d
Iudaei emuntur vestes ad baptismum, tom. 2. 286. b
Iudaeorum festiuitates, tom. 2. 504. d. & seq.
Iudaeis volentibus ad fidem venire, aliquid pensi remittendum est, tom. 2. 550. a
Iudaei quo pacto ad fidem perducendi, tom. 2. 152.
Iudaei mansuetudine conuertendi, tom. 2. 505. a
Iudaeis non permittenda supra Christianos potestas, to. 3. pag. 853. b
Iu-

I N D E X.

Index futurus non gradus, sed operum merita approbat, tom. 2. 49. d
Iudicare per suspensionem, aut per exhortationem confessionem, nemo debet, tom. 1. par. 1. 61. b
a Iudice aduerso appellari licere absque villo periculo, tom. 1. par. 1. 120. d
Iudicia peregrina prohibita, to. 1. par. 1. 206
Iudicia sepe amarissimi rancoris plena, tom. 1. par. 1. 61. d
Iudicia diuina locum non haberent, si in hoc saeculo omnia vindicarentur, tom. 1. par. 1. 61. d
Iudicia iniusta ab omnibus, maxime a seruis Dei cauenda, to. 1. par. 1. 91. c
Iudicio in omni quatuor personas adesse necesse est, iudices, scilicet, accusatores, defensores, atque testes, to. 1. par. 1. 119.
Iudicium Dei semper habere ante oculos, contra peccatum est maximum remedium, to. 1. par. 1. 4. b
Iudicium iniustum non valet, tom. 1. par. 1. 170. a
Iudicium nullum, nisi ordinabiliter teneatur, to. 1. par. 1.
Iudicium sine misericordia fieri ei, qui non fecerit misericordiam, tom. 1. par. 1. 137.
Iudices esse non possunt inimici & suspecti, tom. 3. 35. c
Iudex debet vtrique se parti accommodare, tom. 2. 317. c
Iudicum Assistentum inutilentia, tom. 2. 415. b
Iudicibus assistentes quid deceat, tom. 2. 164. b
Iudicium de presbyteris ad sacerdotes spectat, to. 1. 48. b
Iudicium futurum tremendum est, tom. 2. 515. a
Iudicium futurum enatum seipsum iudicet, to. 2. 428. a
Iudicium Dei timendum esse docet exemplum Moysis, tom. 2. 455. a
Iudicia cur sint instituta, tom. 2. 276. b
Iudicij futuri signa cur a Domino ostendantur, to. 2. 457. c
Iudicium Romanae sedis omnium maius, tom. 3. 52. c
ad Iudicium requisita, tom. 3. 54. b
Iudicia Episcoporum inter maiores causas numerantur, & summo Pontifici referuntur, tom. 3. 164. d
de Iudicij criminalibus, tom. 3. 262. d
Iudices inimici & suspecti, tom. 3. 35. d
Iudicij Apostolici prerogatiua, tom. 3. 996. d
Iudicium Dei qui magis timere debent, tom. 3. 656. c
Iugum cum infidelibus non ducendum, 77. a
I V L I I Papa epistola, tom. 1. 195. & seq.
Iuliana Anicia Pontificem Hormisdam saluat, tom. 1. pag. 536. b
Iuliana nobilis feminae religionem commendat Innocentius, tom. 1. 63. a
Iuliani Choensis episcopi pietas a Leone laudatur, Pont. tom. 1. 172. c
Eius fidem commendat, tom. 1. 180. b. c
Iulianum episcopum & eos clericos, qui Flauiano adhaerent commendat Leo Papa, tom. 1. 202. c.
Eum ex arumis pro fidei defensione perpessus euasisse Leo gratulatur, tom. 1. 203. a
Monet eum seuerius agere cum ijs, qui nequeunt clementia resipiscere, tom. 1. 203. c
Vt Chalcedonensis concilij acta fideliter in latinum verti & ad se ferri curet, tom. 1. 228. a
Ab eo admoneri vult Leo Papa de statu fidei & canones obseruari, tom. 1. 243. a. b
Ei gratulatur Leo Papa ab Alexandrino episcopo literas fidei suae testes accepisse, tom. 1. 244. a
Quid ipse Leo fecerit quidue Imperator facere debeat demonstrat, & miratur Thalamum episcopu Georgio cuidam predicandi & scribendi facultatem dedisse, tom. 1. 244. & seq.
I V L I V M I. Papam Athanasium plurimis Arianorum calumnijs vexatus adiit, tom. 1. 9. & seq.
Eusebianos Arij sectatores per litteras ad Vrbe, vt iudicio sifterent, euocauit, ibidem.
Illi vna cum ceteris Arianis Antiochia cogregatis, literas ludibrio & sironia, refertas rescripserunt, tom. 1. pag. 9. & seq.
Iulius eorum audaciam reprimi, eosque de pluribus coar-

guit, tom. 1. 16. b
Athanasium & Marcellum episcopos iniuste ab Arianis damnatos declarat, tom. 1. 17. c. d
Gratulatur Alexandrinis de S. Athanasij ad suam Ecclesiam reditu, tom. 1. 18. & seq.
Iulius Papa de Primatu Rom. Ecclesiae, tom. 3. 844. c
Iuo Carnotensis magister scholarum, tom. 3. 698. b
Iuramenti forma, tom. 2. 481. c
Iuramenta Roberti Ducis, tom. 3. 259. a
de Iureiurando, tom. 3. 259. a
Iusiurandum quod hodie seruatur, tom. 3. 777. b
Ius episcopos ordinandi Papa Bonifacius V. concedit, to. 2. pag. 566. d
Iustitia non est postponenda hominibus, tom. 2. 408. a
Iustitia vbique quaerenda, tom. 3. 59. d
Iustitia vsque ad mortem defendenda, to. 3. 118. a
Iustitiam deserere animae est naufragium, tom. 3. 581. d
Iusta qui petunt, non est differenda petitio, tom. 2. pag. 197. a
Iustitiae temperanda modus, tom. 3. 743. c
Iustini Angusti epistola, tom. 1. 477. b. ibid. 495. c. 529. a. 534. ibid. d. 593. c. 547. d. 56. b.
I V S T I N I A N V M commendat Hormisda, quod Iustino ad iumento fuerit in pace Ecclesiae reddenda, tom. 1. pag. 503. & seq.
Eius studium erga ecclesiasticam pacem laudat, eius Heliam, Thomam & Nicolstratum commendat, to. 1. pag. 511. d. & seq.
Petit ab Hormisda Papa, vt dissensiones a monachis Scythis excitatas compescat, Apostolorum reliquias se cupere ait, tom. 1. 524. d. & seq.
Pontificem rogat, legatos mittat, tom. 1. 480. & seq.
Eius opera vt Ecclesia pacem adipiscatur sperat fore Hormisda, & missa ab eo munera accepisse nunciat to. 1. pag. 487. d. & seq.
Petit ab Hormisda vt sibi ad ea respondeat, quae per legatos scripserat, tom. 1. 553. c. d
Cofiteretur Christu dominum recte vnum in Trinitate dici, secus vnum ex Trinitate. In nominibus episcoporum damnandis quomodo agendum, to. 1. 554. a. b. c
Illum commendat Hormisda de reuerentia sibi exhibita, promissam legationem se expectare, tom. 1. pag. 554. d. & seq.
Petit ab Hormisda vt legatos rebus bene gestis redire quamprimum curet, tom. 1. 555. b. c
Iustino Augusto gratias agit Agapetus Papa I. quod sibi de electione in Pontificem fuerit gratulatus, illius fidem laudans, ad Catholicam fidem tuendam hortatur, tom. 1. 584. c. d. & seq.
de Iustiniana ciuitate, tom. 1. 586. c
Iustiniani exemplar libelli, quem dedit Agapeto Papae, vbi fidem Catholicam profitetur & haereticos anathematizat, tom. 1. 592. a. b. c. d
Eius fidei libellum confirmat Agapetus, 592. a. b. c. d
Illius fidem laudat Vigilius Papa, tom. 1. 599. & seq.
Iustiniani Cartophilacium combustum, tom. 2. 374. c
Iustiniani Imperatoris laus, tom. 2. 638. a.
Iustiniani Augusti epistola, tom. 1. 480. d. 497. b. 524. d. 526. a. ibid. d. 542. d. 553. b. 554. a. 555. b
Iustino Augusto imperante sperat Hormisda fore vt Ecclesiae pax restitueretur, tom. 1. 477. c
Iustinus mittit Gratium Comitem pro vnioue Ecclesiae, to. 1. pag. 478. a. b
Eius sollicitudinem de concilianda pace commendat Hormisda, & ceptis monet insistendum, to. 1. 478. c. d. & seq.
Illi gratulatur Hormisda quod eius opera pax Constantinopoli vigeat, tom. 1. 501. & seq.
Vt suis sedibus Thomam & Nicolstratum restituendos curet Hormisda scribit, tom. 1. 510. c. d
Petit an dicendum sit, vnum de Trinitate esse crucifixum, tom. 1. 526. a. b. c
Scribit Hormisda preces sibi oblatas, de fide quaestiones continentes, Dioscoru non probasse, to. 1. 529. a. b. Heliam.

I N D E X.

Heliam ecclesiam suam non posse restituere viuentem eo, qui in illius locum successus fuerat. Thomam & Nicostrotram pace firmata suis sedibus restitutum scribit Hormisdas Papa. tom. 1. 534. a. b. c. Diligentia legatorum, & pacem restitutam. tom. 1. pag. 534. d. & seq. Ioannem episcopum ad tractandam Ecclesiam pacem destinatum quamprimum valuerit profecturum. tom. 1. pag. 545. d. & seq. De illius fide & puritate scribit Hormisdas numquam dubitasse. tom. 1. 547. b. c. Ipse Gratianum ad normidam mittit, suadetque ut Asiae & praecipue Orientalibus suorum episcoporum nomina dare nolentibus Anastasij exemplo indulgeat. Ab eisdem precibus pro Ecclesiarum vnione oblatas transmittit. tom. 1. 547. d. & seq. Illum ierosolymitanum, Antiocheni & secundae Syriae clerici, &c. deprecantur eius opera ad Ecclesiae unitatem admitti, & Catholicam fidem profiterentur. tom. 1. pag. 549. & seq. Iulianum Augustum confertur cum Ezechia. tom. 1. 556. b. Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum, episcopatu se abdicasse significat. tom. 1. 562. b. c. & seq. Iustorum certamen est gratum Deo spectaculum. to. 1. 465. d. Iustorum semita, quasi lux splendens procedit. to. 2. 370. c. Iustus ne vnus quidem est, & requiritur Deus. to. 1. par. 1. 56. Iustus sapissimè perit pro impio. tom. 1. par. 1. 42. Iuuenibus non minus quam senibus de conuersione, & penitentia cogitandum. 33. c. Iuuenali episcopo ierosolymitano gratulatur Leo Papa, quod cum Flavianum episcopum condemnasset, & Eutychem suosque errores admittisset, nunc illum penitisset, & partem Crucis cum Eulogijs ab eo missam accepisse scribit. tom. 1. 249. & seq.

K

KYRIE eleison alio modo apud Graecos, alio modo apud Latinos canitur. tom. 2. 333. a. Rigidissimo à clericis dicitur, à populo respondetur. to. 2. pag. 333.

L

LACRYMARVM effusio mouet animi passionem. tom. 1. par. 1. 99. c. Lena anciriana vna missa à Bonifacio Papa V. Eduino Regi Anglorum. tom. 2. 568. c. Laici qui ad clerum peruenire possunt. tom. 1. 59. b. 368. b. Laicos & clericos scelerari prohibetur. tom. 1. 146. a. Laici à Pontificibus non datur praedicandi auctoritas. to. 1. pag. 592. d. Laici ne sacerdotes fiant. tom. 2. 193. b. 358. a. 364. a. Laici sunt episcopi in Gallis. tom. 2. 362. c. Laici ne ad episcopatum eligantur. tom. 2. 193. b. 364. b. tom. 2. 274. b. 308. b. tom. 3. 21. b. c. 29. a. b. Laico clericorum iustitia aliquando à Pontifice committitur. tom. 3. 63. d. Lampades nostrae sunt opera bona. tom. 2. 437. a. Langorem praecurrit mors tempore Gregorij. tom. 2. pag. 494. d. Lapsus non despendendum, quia apud Dominum misericordia, &c. tom. 1. par. 1. 99. a. Lapsus si egerit penitentiam, ad pristinos honores redire potest. tom. 1. par. 1. 99. a. Lapsus manus erigenda. tom. 2. 117. d. Lapsus penitentia concedenda. tom. 2. 325. d. Lapsus restitutio ad ordines non danda. tom. 2. 158. b. Laqueum qui ponit alij, peribit in illo. tom. 1. par. 1. 106. Lateranensis Ecclesiae dignitas & excellentia. tom. 3. pag. 22. c. 88. d. Latini codices veriores Graecis. tom. 2. 205. c. Latine lingua laus & usus apud Graecos. tom. 3. 34. d. Lauatio pedum, quam fecit Christus, significat nostrum

baptismum, quando sancti Chrisimatis vnctione perficitur. tom. 1. par. 1. 114. d. Laudandus nullus ante mortem. tom. 1. par. 1. 129. c. Lauari quisque potest necessitate cogente. tom. 3. 240. b. Laus hominum nulla vbi conscientia accusat. to. 2. 404. a. Laudes propriae fugiendae. tom. 2. 373. c. Laus ab educatione à pueritia in gremio Ecclesiae Romanae. tom. 3. 149. c. S. Laurentij in Lucina titulus. tom. 2. 52. a. S. Laurentij cata sepulcro aperto quicumque videntur intra x. dies mortui sunt. tom. 2. 140. a. Laurentio Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopo gratulatur Symmachus eum merito ad episcopatum electum. tom. 1. 424. a. b. Lazari sepulturam an nescierit Christus. tom. 2. 402. c. Leander episcopus Hispanens. tom. 2. 28. b. Ei mittit S. Gregorius librum Psal. & partem expos. in Job. tom. 2. 181. b. Lectorum multitudo missa Gerontocomium. tom. 2. pag. 543. d. Legatum laedens, eum laedit, cuius legatione fungitur. to. 1. par. 1. 12. c. Leges humanae rationi non repugnantes, amplectendae. 98. Legati Romani Pontificis cum plena potestate Arcadius Proiectus & Philippus. tom. 1. 133. b. Legati Pontificis Apostolicae sedis locum obtinent. to. 1. pag. 136. c. Legati vel Vicarii Apostolicae sedis interfuerunt in Ephe- sina Synodo. tom. 1. 142. c. Legati Apostolicae sedis locum obtinent. tom. 1. 136. c. Legatos ad Synodum Ephesinam misisse Leo Papa Theodosio scribit. tom. 1. 174. d. Legati de latere Pontificis. tom. 1. 177. tom. 3. 144. b. Legatos Leo Papa transmittit ad Ephesinam Synodum vt Eutychetis errores damnet. tom. 1. 178. b. c. d. Legatos à se missos commendat. tom. 1. 196. c. d. 197. c. 198. 205. d. 208. d. 210. a. b. 483. & seq. Legati concilio Chalcedonensi praesunt. to. 1. 210. b. c. d. Legati vice Pontificis concilio praesunt. tom. 1. 220. a. Legati non debent excedere fines mandati. tom. 1. 234. d. 482. c. 535. a. Legati sedis Apostolicae ab Acario corrupti fuerunt ob id honore & communionem priuati. tom. 1. 396. c. d. Legati ad Pacem confirmandam mittuntur. tom. 1. 487. b. Legati in causa pacis coadiuandandi. to. 1. 488. b. c. d. & seq. Legati sedis Apostolicae quanto honore recepti ab Imperatore Constantinopoli. tom. 1. 489. c. d. 492. d. & seq. Legatorum diligentia Constantinopoli & aliis ciuitatibus pacem restitutam. tom. 1. 534. d. & seq. Legatorum indiculi id est, instructiones. tom. 1. 457. c. 482. a. Legati principum vt sint accipiendi. to. 2. 316. c. Legati Regum apud B. Gregorium. tom. 2. 499. c. Legatorum facultatis perscriptio. tom. 2. 625. b. in Legatos poena. tom. 3. 49. b. Legati immunes. tom. 3. 108. d. Legatorum Romane Ecclesiae constantia. tom. 3. 291. d. Legatus sedis Apostolicae superueniens, alium legatum non debet impedire in sua legatione. tom. 3. 553. c. Legati per prouincias mittebantur. tom. 3. 666. a. Legati in concilio pro pace decernuntur. tom. 3. 746. b. Legati Apostolicae sedis possunt fieri de qualibet gente non Romani tantum, nec in dignitate in Rom. Ecclesia constituti. tom. 3. 75. d. & seq. Legatus Archiepiscopi Armeniorum ad Apostolicam sedem. tom. 3. 823. a. Legato debitum honorem deferre est B. Petro deferre. tom. 3. 833. b. Leges humanae rationi non repugnantes, amplectendae. tom. 1. par. 1. 98. Legibus Imperatoris quomodo vtendum in ecclesiasticis controuersis. tom. 3. 143. c. Leges ad futura non ad praeterita iura haberi debent. to. 2. pag. 312. a. Lex

I N D E X.

Legibus humanis habetur reuerentia. tom. 1. 49. b. Legis praecpta per figuram dicta seruari nequeunt. to. 2. pag. 495. d. Legum Imperialium capitulare. tom. 1. 526. Lex, Propheta, Euangelia & Christus ipse testificari, docere, & ostendere veritatem corporis Christi non destiterunt. to. 1. par. 1. 165. Lex in quibus consistat. tom. 3. 237. Lex de administrationibus cuique proprijs. tom. 1. 26. c. Lex Dei nullius gratia postponenda. tom. 3. 536. a. Lex quindecim missae Gerontocomium. tom. 2. 543. d. S. Leo Italiae Episcopos certiores reddit quid à se contra Manichaeos actum sit, hortatur vt eos instigent, ne populos corrumpant. tom. 1. 146. & seq. Manichaeos in vrbe latitantes inuenit. tom. 1. 124. c. Flauiani Constantinopolitani episcopi sententiam in Eutychem latam confirmant. ibidem. Eius auctoritate coactum est concilium Chalcedonen- se, in quo Eutyches & Dioscorus damnati sunt. ibidem. Eius litterae in concilio Chalcedon. ab omnibus recipiuntur. Conciliabulum Ephesinum damnauit. to. 1. 183. Legatos ad conc. Chal. mittit. tom. 1. 208. d. Aetolium arguit, quod in concilio Chalcedonensi Ecclesiam Constantinopolitanam Alexandriam & Antiochenam praesere voluerit. tom. 1. 219. confirmat Chalcedonense concilium. tom. 1. 232. b. Mandat clericos ab haeresi redeuntibus facta fidei professione ad communionem recipi, & si relapsi non sint, in susceptis ordinibus remanere. tom. 1. 147. c. & seq. Priscillianistarum haeresis refellit. tom. 1. 124. & 148. b. & seq. Baptismum in die Paschatis & Pentecostes conferri debet, sed ijs qui aliqua necessitate praemuntur, tempus non praesinit. tom. 1. 155. & seq. Vt presbyteri & diaconi tantum Sabbati sancti, aut Paschatis die ordinentur. & Missae sacrificium iterari iubet, si populi multitudinem basilica non capiat. tom. 1. pag. 160. & seq. Sibi ignotum esse ait Theodosio Augusto, cur Flavianus Eutychem presbyterum à communionem priuauerit. tom. 1. 162. Idem Flauiano scribit. 163. b. & seq. Flavianus respondet & queritur Eutychem in haeresim lapsum, illas enarrat, eumque presbyterio & communionem priuasse. tom. 1. 164. & seq. Et sententiae in eum latae confirmationem petit. to. 1. pag. 166. Scribit Imperatori, vt ad fidei integritatem, & pacem seruandam episcoporum concilium intra Italiam cogendum curet. tom. 1. 167. a. b. Eutychetis haeresis redarguit, monetque Flavianum vt si Eutyches respuerit, ei ignoscatur, legatosque Constantinopolim hac de causa mittit. tom. 1. 167. c. & seq. Laudat pietatem Iuliani Choenis episcopi. tom. 1. pag. 172. c. & seq. Theodosio scribit se ad Synodum Ephesinam legatos misisse, & Flauiano per litteras significasse, quod de sacramento Incarnationis Catholica Ecclesia sentiat. tom. 1. 174. & seq. Hortatur Ephesinam Synodum vt Eutychetis errores damnet, eiusque causa legatos transmittit. tom. 1. 178. Scribit sibi Synodo interesse non licere; huic aut muneris legatos à se missos plenè satisfacturos. to. 1. 181. c. Catholicum incarnationis dogma contra Eutychem defendendum, ipsi si respuerit, indulgendum. tom. 1. pag. 182. a. b. Miratur quod Flavianus suis litteris non responderit. tom. 1. 182. a. petitque vt de rebus gestis se faciat certiore. tom. 1. 183. a. Leonis litterae in Ephesina Synodo repudiate, non permittuntur legi. tom. 1. 143. c. Leo Marciano non est assensus intercedente pro sede Constantinopolitana. tom. 1. 401. d.

Theodosium minorem liberè arguit. tom. 1. 404. c. Leonis scriptis. tom. 1. 313. b. 314. c. 322. a. 616. d. 601. b. 602. b. 460. a. c. 59. b. 476. a. 492. a. b. 542. b. 522. a. b. c. 558. b. Iconis & Hormisdas nomina in diptychis. tom. 1. 479. c. Leonis 111. exemplar relationis missae à Leone ad Constantinum Imperatorem confirmantis & approbantis quae in sancto & vniuersali sexto concilio gesta sunt & definita. to. 2. 648. d. & seq. Sexti generalis Concilii acta narrat, in quo damnatis haereticis Catholicae fidei definitio de duabus in Christo voluntatibus, & operationibus promulgata fuit, quam transmittit omnibus mani festandam, cuius ipsi episcopi subscribere debeant. tom. 2. 653. & seq. Petrum à se cum epistola fuisse destinatum scribit, qui Synodi definitionem & quaedam munera deserit. to. 2. pag. 655. b. c. Narrat acta concilij, definitionem transmittit, cui episcopi transcribant, petens vt ea in sua ditione omnibus innotescere curet. tom. 2. 655. d. & seq. Leo Papa 111. Prudentio Trecastris episcopo scribit, vt monasterium ab Adremaro constructum consecret. to. 2. pag. 769. b. c. Britannicae episcopis scribit episcopos simoniacos in episcoporum concilio esse plectendos, in quos si ad sedem Apostolicam appellauerit, diffinitiuam sententiam ferri non potest. Eorum praeterea consultationibus respondet. tom. 2. 769. d. & seq. Leo quartus. tom. 3. 176. 183. c. 185. b. Leo Papa IX. Michaelis C. P. & Leonis Acridani episcoporum arrogantiam repressit. tom. 3. 515. b. & seq. Fundauit in terra hereditatis suae proprijs opibus monasterium. tom. 3. 603. b. Legatos Constantinopolim misit. tom. 3. 515. a. Leoni Augusto rogat Leo Papa vt decreta Chalcedonensis concilij in Alexandria vrbe, & in ea vrbe Catholici cum episcopum eligi curet. tom. 1. 251. b. c. Leonis instituta prolata sunt de ipsi Apostolorum praecordijs. tom. 1. 476. a. B. Leonis epistola vocata à Chalcedon. Synodo columna orthodoxae fidei. tom. 3. 63. c. Leontius Phocae vxor. tom. 2. 494. b. Leontius exconsul, qualis fuerit. tom. 2. 292. d. Letaniae tempus cineris & cilicij. tom. 2. 111. d. Liber 111. Papae epistolarum responsoria ad concilium Alexandrinum. tom. 1. par. 1. 211. & seq. Liberij Papae in exilium ab Ariano missus. tom. 1. 119. b. Gratulatur quod erroribus damnatis occidentales episcopi Apostolicae sedis fidem sint professi eandem atque in Nicena Synodo explicatam. Acta Ariminensis conciliabuli nulla atque irrita esse scribit. tom. 1. 21. & seq. Libellus Miseni. tom. 1. 406. a. de Libero arbitrio. tom. 1. 149. c. Libero arbitrio per Dei gratiam bene vtuntur. tom. 1. pag. 139. b. Libertas est naturalis ex Dei creatione, seruicus est ex legibus humanis. tom. 1. 347. d. Liberum arbitrium per Christum receptum. to. 1. 358. c. de Libero arbitrio. tom. 1. 349. d. 358. c. Liberi cadendi non sunt. tom. 2. 407. b. Liberi apud veteres venditi sunt. tom. 1. 170. b. Libri antiqui ad veritatis affirmationem multum valent. tom. 2. 250. b. Libri canonici & sacri. tom. 1. 58. a. Libri Apocriphi. ibid. & 153. a. Liber Dicitinij Priscillianistae. tom. 1. 153. b. Liber regulae pastoralis. tom. 2. 158. a. 187. b. Libri scripturae S. Gregorij, eo loquente à Claudio excepti. to. 2. 477. b. Libri sanctorum Patrum Romae ad Concilium mittuntur. tom. 2. 625. a. de Libris prophanis. tom. 3. 266. d. de Libris legum saecularium. tom. 3. 243. b. à Li-

I N D E X.

à Licetis etiam abstinere debet, qui pro illicitis veniam possit. tom. 1. 285.a
Licita multa sunt, quorum actus fecdi inveniuntur. tom. 2. pag. 559.a
Lignidum se peruenisse, & iuxta Hormisdæ mandata omnia peracta scribunt. tom. 1. 490.b.c
ad Limina B. Petri omnium nationum gentes quotidia properant. tom. 3. 50.a
Lingua nostra qualis erga quosvis esse debeat. tom. 2. pag. 360.b
Lingua latinæ laus contra Michaelæm Imperatorem & eius vius apud Græcos tom. 3. 34.b.c.d. & seq.
à Litibus abstinendum. tom. 1. par. 1. 106.
Lite pendente nihil innotandum tom. 3. 623.a
Litteræ Leonis Papæ ad Pulcheriam interceptæ. tom. 1. pag. 190.a
Litteræ de Christi Domini Incarnatione Ecclesiæ sententiam continent, vt à se transmittentur diuinitus factum scribit Leo Papa. tom. 1. 194.b
Litteras à Marciano missas se accepisse scribit Leo Papa. tom. 1. 200.a
Locus concilio habendo ab episcopis deligendus. tom. 1. pag. 48.b.
Locum omnem Satan penetrat. tom. 2. 404.d
Loca quantumvis occulta sine Dei gratia animam non saluant. tom. 2. 238.c
Locorum amor propter bonas res est habendus. tom. 2. pag. 353.b
Loca superstiosa sanctorum reliquiis purgantur, & in Dei honorem dedicantur. tom. 2. 89.c.
Locum mendosum in commertarijs sob fuisse animaduertit S. Gregorius. to. 2. 477.d
Loca sacra Pontificum prouilegijs muniuntur. to. 2. 500.c
Locutio incauta quandoque in errorem pertrahit. tom. 2. pag. 15.b
Londonensis episcopus à Synodo propria consecrari debet. tom. 2. 543.2
Longobardorum filij in hæresi Ariana baptizati, vt ad fidem Catholicam conciliantur. tom. 1. 10.b
Longobardorum incurio durauit xxxv. annis. to. 2. 518.b
Loquens detegitur, vtrum quis Christum in corde, an Anichristum habeat. tom. 1. par. 1. 6.
Lycia i. Papæ epistolæ. tom. 1. par. 1. 127. & seq.
Lucillus Miletinæ ciuitatis episcopus. tom. 2. 332.a.
Luceu ex alieno compendium velle facere graue est. tom. 2. pag. 328.b
Ludo Diacomus. tom. 3. 154.c
Lupercalium superstiosam celebrationem damaat Gelasius Papa. to. 1. 410.a. & seq.
Luporum rabies canum latratu, & pastoris baculo deterranda. to. 1. par. 1. 116.
Lupus quando locum pastoris obtinet. tom. 3. 627.d

M

M A C A R I V S Romam exul venit. tom. 2. 654.2
Macedoniorum psalmodia Liberio Papæ oblata. tom. 1. 20.a
Eorum fidei professio, subscriptio, cautio. tom. 1. 20.c
Macedonius tom. 1. 459.c
Macedonij heresis. tom. 2. 169.a
Magistrum falsò appellat, qui se institutionibus eius non probat esse discipulum. tom. 1. 450.b
Magister velle fieri antequam discipulus periculosum est. tom. 2. 274. b
à Maioribus quæ statuta sunt euerti non debent. tom. 2. pag. 561.b
Maiores, cause ad sedem Apostolicam referendæ. tom. 2. pag. 766.d
Mala audita aut dicta nisi probata sint, non credenda. to. 1. par. 1. 562.
Mali semper cauendi. tom. 1. par. 1. 114.
Maledictus qui retinet verbum increpandi. tom. 3. 621.a
Malefici puniendi. tom. 2. 529.b

Malefici ab episcopis puniuntur. tom. 2. 541.d.
Malum intestinum externo perniciosius. tom. 1. 130.d
Mala sua non carent utilitate. tom. 2. 256.c
Mala quæ feruntur de personis non semper vel facile credenda sunt. tom. 2. 246.b.
Malis boni semper displicent. tom. 2. 370.c
Malorum causa. tom. 1. 412.b
Mala vel bona subditorum à Principibus veniunt. to. 3. pag. 650.d
Malis alienis nemo puniri debet. tom. 3. 522.a
Mancipia Christiana ad libertatem perducantur à Indæis. tom. 2. 99.c.
Mancipia empta sunt pro ecclesiis. tom. 2. 433.a
Manes hæreticus. tom. 1. 528.1
Manifestum quiddam est, lumen est. tom. 1. par. 1. 111.c
Manichæi ea scelera admittebant quæ nec honestè quidem dici poterant. tom. 1. 48.c
Manichæorum plurimi vigilantiæ Leonis Papæ in vrbe Roma detecti sunt. tom. 1. 46.d
Manichæa militia. tom. 1. 436.b
Mansuetudine & benignitate ad satisfactionis reuendia vtendum. tom. 2. 312.c
Manus impositionis sacramentum, à nullo quàm à sacerdote vtibus peragendum. tom. 1. par. 1. 187.
Manus imponendæ nõ sunt vltimæ amatoribus. to. 2. 391.d
Manus imponere cognitis non debemus. tom. 2. 391.a
Manus non citò imponenda episcopo. tom. 2. 351.c.
p. Manuum impositionem Spiritus sanctus datur. tom. 2. pag. 458.a.
Mapus ad pectus constringere quid in Ecclesia Græcorum significet. tom. 3. 255.b. & in nostra percutere. ibidem.
Mara amaritudine plenam sonat. tom. 2. 371.a
Marcellinus proconsul Dalmatiæ auctor spoliatiæ Ecclesiæ. tom. 2. 296.a.
Maria Virgo quomodo sit Dei genitrix. tom. 1. 576.c
Maria est Dei genitrix. tom. 1. 442.b
Mariae Virginis intercessio. tom. 1. 529.d. 532.b. 542.c. 545.b.
Maria virgo & ancilla & mater Domini fuit. to. 2. 459.a
Maria soror Moyfi lepra percussa. tom. 2. 562.a
Maris rubri transitus figura fuit baptismatis. to. 2. 454.d
Maritus corporis sui potestatem non habet. to. 2. 440.a
Martianum Aug. laudat Leo Papa, quòd Ecclesiæ pacis studiosus sit. tom. 1. 203.d
Eum etiã laudat in episcopis ab hæreticis electis reuocandis, & reliquijs Flauiani transferendis. to. 1. 205.c.d
Ei gratias agit quòd eius opera Catholica fides in Chalcedonenf Synodo exposita fuerit. tom. 1. 221.c
Martianum rogat Leo Papa vt suam ad Flavianum missam epistolam ob hæreticorum nequitiam retundendam in Græcum sermonè iubeat transferri, suo annulo muniri, & sic ad Alexandrinos transmitti. to. 1. 246.c
Ei gratias agit, quòd suæ petitioni de Paschatis celebrationi tempore satisfaciatur. tom. 1. 247.c
Martianus & Leo Catholicici Imperatores. tom. 1. 310.d
Martiani & Leonis Imperatorum laudatur pietas. tom. 1. pag. 315.d
Martiano non est assensus Leo Papa pro sede Constantinopolitana intercedenti. tom. 1. 401.d
Martino presbytero quòd à recto fidei sensu non deflexerit, gratulatur Leo. tom. 1. 198.a
M A R T I N V S Papa Concilium celebrauit, in quo damnat hæresim Monothelitarum & acta Synodi exponit. tom. 2. 572. & seq.
Monet Amandum ne propter hominum improbitatē episcopatum dimittat, & ne clericos in hæresim lapsos ad pristinos gradus restituat; tùm vt concilij acta, quæ transmittit, omnibus manifestet. to. 2. 578. & seq.
Nunciat Constantino Augusto Monothelitarum hæresim (cuius acta transmittit) in Concilio damnatam, ipsumque ad eandem hæresim damnandam hortatur. tom. 2. 580.d. & seq.
Probat fidei confessionem, quam omnes episcopi clerici & populus Ecclesiæ Carthaginensis sibi miserant ad eandem

I N D E X.

eandem tuendam ipsos excitat. to. 2. 584. & seq.
Continuit Ioannem Philadelphiam Episcopum in Oriente Vicarium cum potestate constituendi Episcopos & presbyteros, lapsosque ad fidem redeuntes in pristino dignitatis gradu collocandi.
Improbatur Macedonii & Petri electionem ab hæreticis factam. tom. 2. 587. & seq.
Cum iam Antonius Episcopus Bactorum respuerit, vt in fide Catholica persistat, & Philadelphiam Episcopopo pariat, monet. tom. 2. 592.a
Laudat Georgij Archimandritam ob Apostolicæ sedis ministrum defensum, & vt Philadelphorum Episcopo obediat. tom. 2. 593.a.b
Panthaleoni scribit absoluitum fuisse Dorolitensem episcopum falsò ab eo delatum. tom. 2. 593. d. & seq.
Commendat Petri illustri integritatem, hortaturque vt vicario suo fideat. tom. 2. 595.c.d
Scribit Hierosolymitanæ sedi Monothelitarum hæresim in Concilio fuisse damnatam, vt in fide Catholica persistant, & Ioanni vicario, cui dictæ Synodi acta misit, obediatur. tom. 2. 596.b. & seq.
Paulum Episcopum Thessalonicæ cum non modo vt promiserat non respuerit, verum eo auctore Apostolicæ sedis Apocristari in hæresim fuerint inducti, anathematizat & deponit. tom. 2. 598.d. & seq.
Thessalonicensium Ecclesiæ populo vt Pauli anathematizati hæresim fugiat, scribit. tom. 2. 603.b. & seq.
Theodoro significat quæ in aduentu Calliopæ in vrbe acta sunt, & de falsitate eorum quæ sibi obiecebantur. tom. 2. 605.d. & seq.
Elitero nesciat se à Calliopæ ex Ecclesia Saluatoris rapitū Constantinopolim missum fuisse. to. 2. 606. & seq.
Quæ ipsè Romæ Constantinopoli, & in itinere sit passus. tom. 2. 608.d. & seq.
Offendit se in summa rerum omnium inopia versari. Rogat vt frumentum & alia necessaria ad vitam tuendam quantocytus mittantur. tom. 2. 615.a.b
Quæ in Chersona patitur, cum neque ab his qui remeant ad victum necessaria ministrantur. tom. 2. pag. 615.d. & seq.
Martyrum gesta ab Eusebio Casariensi Constantini tempore conscripta sunt. to. 2. 289.a
Martyrum non inferitur pro culpa. to. 2. 73.c
Matrimonium duorum fratrum cum duabus sororibus. to. 2. pag. 554.a
Matrimonium quoddam vnde non secuta est soboles. ibid.
Matrimonium inter affinitate propinquos fieri nequit. to. 2. pagina 562.d. & 554.a.b
Matrimonium castum est & inseparabile. tom. 2. 129.c
Matrimonij vitium in quo sit. tom. 2. 558.b
Matrimonij lex in Romana Repub. tom. 2. 554.b
Matrimoniorum prohibitio. tom. 2. 665.d. & 672.a
Matrimonium prohibetur adulteræ, etiam vxore mortua si cum ex viuente vxore contraxit. tom. 3. 190.d
B. Matthei Apostoli corporis inuentio. tom. 3. 831.d
Mater nostræ est Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit. tom. 1. par. 1. 39.d
Maurentium magistrum militum & Petrum subdiaconi commendat Greg. tom. 2. 2.c.d
Mauritius Imperator. tom. 2. 494.a
Mauritius Augustus clemensinam misit Romam. tom. 2. pag. 379.b
Mauritius & Tiberius quo tempore regnauerint. tom. 2. pag. 424.d
Maxentius monachus qualis. tom. 1. 528. & seq.
Maximus Vbanus Sidonius & Celerinus Nouatianij per penitentiam ad Ecclesiam reuersi. tom. 1. 7.a
Maximus Episcopus diuersorum criminum reus Ecclesiasticum iudicium resugebat. tom. 1. 111.c
Maximum Episcopum Antiochenum ad defensionem hortatur Leo Papa. tom. 1. 233.c
Maximi Prauaricatoris satisfactio & penitentia. tom. 2. pag. 269.
Maximi martyris reliquæ. tom. 2. 302.c

Membra Ecclesiæ licet longe inter se distent, in illo tamen qui vbiq; est, vnum sunt. tom. 1. par. 1. 142.a
Menates leuis Episcopus fuit. tom. 1. 366.b
Mendacium officiosum non penitus expers culpre. tom. 3. pag. 852.2
Mennæ Episcopi encomium & de eius ordinatione ab Agapeto Papa. tom. 1. 596.c
Eum hæreticis damnatis sanctas quatuor vniuersales Synodos amplecti gratulatur Vigilus Papa. tom. 1. pag. 602. & seq.
de Mennæ benedictione. tom. 3. 254.d
Menstruata non debet à communionē prohiberi. tom. 2. pag. 577.a
Mens ea, quæ cupiditate litatur, non est libera in eligendo. tom. 2. 95.d
Mens extra rationis regulam nihil incipiat. tom. 2. 553.d
Menstrubationibus oppressa contra Deum non murmuraret. tom. 2. 509.a
Mentis bonæ studia cōmendatione proficiunt. to. 2. 450.a
Mentem ociosam adit diabolus. tom. 2. 323.c
Meute concitata agendum nihil est. tom. 2. 383.d
Metrenariti qui. to. 3. 621.a
Merita omnia Sanctorum ad Dei gloriam referenda. to. 1. pag. 139.b
Meritorum est gradus sicut & posarum. tom. 1. 464.a
Meritum remunerationis non est. citra laborem. tom. 1. pag. 560.c
ex Merito non ex præmijs promouendi sunt ad Ecclesiasticos gradus. tom. 2. 482.d
Metaphora pulcherrima. tom. 3. 30.d
Metropolitanos duos non creandos in prouincia à principe diuisa. tom. 1. 77.c.d
Metropolitanus tantum vnus in vnaquaque prouincia. to. 1. 115.b
Metropolitans sua iura seruanda. tom. 1. 267.d
Metropolita duodecim habeat Episcopos sibi subditos. tom. 2. 54.2
Metropolitanorum origo & officium. tom. 3. 789.c
Metuendum ne à regione viuorum proferbantur. tom. 1. pag. 125.c
Michaelis Imperatoris proteruita. tom. 3. 33.d
Militum laus summa, quæ. tom. 2. 617.b
Militiæ Christianæ vexillum. tom. 3. 870.a
Ministrum Pontifici ab Imperatore factarum virilis contemptus. tom. 3. 514.b.c.d
Ministri Ecclesiæ vincti Domini sunt. tom. 2. 562.a
Miraculum pro Paschatis die celebranda. tom. 1. 339.b.c
Miracula clauium B. Petri. tom. 2. 20.b
de Miraculis vt gaudere liceat. ibidem.
Miracula sunt Dei virtute. tom. 2. 455.b
Miracula reliquiarum. tom. 2. 412.d
Misericordiæ exemplum. tom. 2. 293.a.b
Misera homini infeliciores esse non potest, quàm ad informem brutorum similitudinem delabi, amissa conditoris sui quam gerebat similitudine. to. 1. par. 1. 39.a
Misere ex infirmitate nature. tom. 2. 557.c
Missæ ante horam diei tertiam non dicendæ, nisi in nocte Natalis Domini, & quare. tom. 1. par. 1. 72.c.d
Missæ celebrandæ in nocte Natalis Domini origo. tom. 1. par. 1. 72.
Missæ super memorias martyrum, cur celebrandæ. tom. 1. par. 1. 151.a
Missas celebrare nisi in his locis non licet, in quibus Episcopus proprius iusserit. tom. 1. par. 1. 26.c
Missas celebrare nisi duo saltem ad sint testes, non licet. tom. 1. par. 1. 39.c
Missæ sacrificium iterari debet, si populi multitudinem Basilica non capiat. tom. 1. 161.c
Missarum celebratio cum cereis, cum cruce. to. 1. 489. d. 491.a. 514.c.
Missæ non nisi in sacris locis celebrari debent. tom. 1. pag. 568.
Mitre concessio Duci Boemice. tom. 3. 580.c
Moris nostri sordes vt per alios purgantur. to. 2. 542.c

D

Mo-

Monachi qui digni inueniuntur, ut clericorum officijs ag-
regentur, seruatjs temporum, spatijs sacris ordinibus
sunt inuertiendi. tom. 1. 40.c.
Monacho clerico factio, a priori proposito non receden-
dum. tom. 1. 54.d.
Monachi & laici non nisi per Ecclesiasticos gradus ad
summum sacerdotium peruenire debent. tom. 1. 109.
Monachorum multus in Palestina excitatus. tom. 1. 227.c.
Monachorum nonnullorum infamia cohibetur. tom. 1. 232.d.
Monachi & laici predicare non debent. tom. 1. 238.a.
Monachorum quorundam mentes heretica prauitate pol-
lutas, ut Eudoxia Aug. curet emundari, cupit Leo Pa-
pa. tom. 1. 242.c.d.
Monachi Auguste opera ad fidei sanitatem reuocati. to.
1. pag. 243.d.
Monachus propositum deserere non debet. tom. 1. 285.c.
Monachorum Constantinopoli degentium constantia cu
Timotheum ad communionem non admitterent. to. 1.
pag. 314. a. b. c.
In Monachis qui ad clerum promouentur, quæ requiran-
tur. tom. 1. 368.c.
Monachi trecenti & quinquaginta occisi ab hereticis.
tom. 1. 471.c.
Monachi Scythæ Romæ detenti. tom. 1. 516. b. 526.
Monachi Scythæ seditionem excitant. tom. 1. 522. a.
Monachi seabant sub Abbate. tom. 1. 529. a.
Monachorum quorundam insolentia & temeritas. to. 1.
pag. 539. a. b.
Monachi Scythæ tumultum excitant dicentes unum de
Trinitate fuisse crucifixum. tom. 1. 522. a.
Monachi Scythæ Chalcedonenſe Concilium damna-
runt. tom. 1. 528. a. b.
Monachi Scythæ suos errores damnare nolentes ut hereti-
ci ab Vrbe expulsi sunt. tom. 1. 539. a.
Monachi aliquot sequebantur Nestorium. tom. 1. 576. d.
Monachi ad conuertendum suscepti ante biennium non
tonſurentur. tom. 2. 388. a. b.
Monachi fugitui non restituantur. tom. 2. 545. b.
Monachi causas forenses agere non debent. tom. 2. 44. d.
Monachi Isauricæ Ephesine Synodo contradicunt. tom. 2.
pag. 262. b.
Monachorum tonsura. tom. 2. 389. b.
Monachi habitus quid significet. tom. 2. 477. b.
Monasterium quid habere debeat in redditibus antequam
conſecreretur. tom. 2. 413. a.
Monasterio prouidentum est. tom. 2. 545. a.
Monasterii priuilegia uelle confundere, graue est. tom. 2.
pag. 292. a.
Monasteria debent tueri ab Episcopis. tom. 2. 385. d.
a Monasterijs quæ separanda non sunt. tom. 2. 385. c.
Monasteria legitima donatione facta conſecrari debent.
tom. 2. 275. c.
Monasterijs duobus vnus præſicitur. tom. 3. 591. d.
Monasterium sanctæ Euphemie de Calabria. to. 3. 741. d.
Monachorum numerus quæ Romæ uiuebant. to. 2. 253. d.
Moniales extra monasteria non uagentur. tom. 2. 127. a.
Monialium sacra uestis. to. 2. 159. d.
Monophisitarum error. tom. 2. 454. b.
Mores bonos qui corrumpunt deteriores his sunt, qui sub
stantias diripiunt. tom. 1. par. 1. 190. c.
Mores in Ecclesia recepti & a Synodo confirmati, a pau-
cis minime abrogandi. tom. 1. 10. c.
Mores hereticorum. tom. 1. 41. d.
Morum merita non præmia ualeant apud sacerdotes. to.
2. pag. 521. a.
Mos Rom. Pont. decernendi legationes per prouincias.
tom. 3. 657. c.
Mors in Baptismo prouenit interfectione peccati. tom. 1.
pag. 156. c. d.
Mors sola quibusdam remedium fuit. tom. 2. 400. c.
Mors duobus accidit modis. tom. 2. 205. a.
Morti uiciniores timidores sunt. tom. 2. 294. d.
Mortuus quomodo dolendum. tom. 2. 360. a. 400. b.
Moses indubitanter Christi Typus. 46. d. fuit similitudo

mediatoris Dei, & hominum, qui est Christus Iesus.
to. 1. par. 1. ibid.
de Moyſi uirtutibus & morte. tom. 2. 454. d.
Mulierum commercia clericis omnibus interdita. to. 1.
par. 1. 17. b.
Mulieres cum clericis habitare prohibentur. to. 1. 40. b.
Mulieres uelato capite orare in Ecclesia debent. 256. b.
Mundi corde qui sunt. tom. 1. par. 1. 105. c.
Mundus totus in maligno positus. tom. 1. par. 1. 53. d.
Mundus non sua sapientia, sed Dei uirtute conuertitur.
tom. 2. 454. 2.
Mundus cum suis rebus contemnendus. to. 2. 256. & seq.
Mundi finem quæ signa sunt præcessura. tom. 2. 400. a.
Mundi bona Dei dona sunt. tom. 2. 428. c.
Mundum nihil est infidelibus. tom. 2. 558. a.
Mundis omnia munda sunt. ibidem.
Munditia carnis in coniugatis requiritur ad sacramentū
Eucharistie percipiendum. tom. 2. 559. 2.
Munus Episcopale. to. 2. 122. b.
Munus scholastici. tom. 2. 164. c.
Munus amplum & magnificum Papæ a Rege Hispaniæ
missum. tom. 3. 853. c.
in Murmurationibus, ad solam conscientiam recurrendum.
tom. 2. 404. b.
Mursinensē Illyrici oppidum euerſum. tom. 1. 49. c.
Murus firmissimus pro sacerdotibus qualis a patribus in-
structus, & status. tom. 1. par. 1. 73. c.

N

N ARIANAS obſedit Arnulphus. tom. 2. 547. a.
Schismaticos a quibus fuerat inſultū communio-
ne interdicitus, reprimat. tom. 1. 622. c. d. & seq.
Ve Aquileienſem & Mediolanenſem Episcopos ad prin-
cipem sub custodia dirigit. to. 1. 623. b. c.
Naſe Iudei præna. tom. 2. 99. b.
Natus ex Deo qui est, non peccat ad mortem. to. 1. par. 1.
pag. 53. d.
Naturas duas Domini ante adunationem, vnā uero poſt
adunationem, qui delirando conſingunt, reſelluntur.
to. 1. 171. d. & seq.
Natura humana per primorum parentum peccatum uic-
tiata est. tom. 2. 347. c.
Neapolitani populi diſſenſio. to. 2. 355. c.
Necessitate quod fit, non trahitur in exemplum. to. 3. 19. b.
Nectarius Episcopus conſtitutus. tom. 1. 26. c.
Nectarius quare in ſecunda Synodo ex laico Conſtanti-
nopolitanus Episcopus fit factus. to. 3. 19. a.
Negligentia quantum nocua. tom. 1. par. 1. 96.
Negligentia litem arguit. tom. 3. 610. d.
Negotijs terrenis est pax antereſenda. tom. 2. 308. b.
Neophyti & laici nullo Ecclesiastico officio perſuncti ad
sacerdotium uel diaconatū non promouendi. to. 1. 45. d.
Neophytus ueteribus & nouis quis fit. tom. 2. 358. b.
Neophyti qui dicantur. tom. 2. 190. a. 358. c.
Neophytus quis dicatur, & quid ſignificet. tom. 3. 96. c.
107. c.
Nequitia multorum est, uirtus autem paucorum. tom. 3.
pag. 817. d.
Nestorius ab initio docebat fidei diſſentanea. to. 1. 117. d.
Eius homilie opera, Cyrilli Romam miſſa. ibidem.
Cyrillo inſidias parat. tom. 1. 118. a.
Eius exegeſes Aegypti monachos inſiciunt. to. 1. 118. b.
Se ſolum ſapere, ſe ſolum ſcripturas intelligere præſu-
mebat. to. 1. 118. d.
Non tam malus mercenarius quam ſeuus lupus erat.
tom. 1. 120. b.
Quos excommunicat, eos Cæleſtius Papa in inte-
gram reſtituit, ipſumque anathemati ſubiicit. tom. 1.
pag. 121. a. 125. c.
Execranda de partu Virginis in uulgus proſeminat. to.
1. pag. 1. 122. b.
Diuina humanaque naturam in Christo ita diuellit, ut
utribet ſuam propria hypoſtaſim aſſignat. to. 1. 122. b.
Eius

Eius furor in Conſtantinopolitanos Catholicos. tom. 1.
pag. 122. c.
Aliter loquitur de Christo, quam Christus de ſe ipſo.
tom. 1. 123. a.
Vereri noueque, teſtamento abutitur, ex æquo. ibid. b.
Animi uirus ſtrophis quibusdam occultat. ibid. d.
Dei ſpiritu deſtitutus, quam Dei ſpiritu impugna-
rit. tom. 1. 124. d.
Formula ſententiæ in eum late. tom. 1. 126.
Ex Antiochia in Eccleſia Conſtantinopolitana acci-
tus. tom. 1. 126. d.
Bene cepta turpiter euerit. tom. 1. 127. a.
Exegeſes eius per Antiochenum illuſtratum uigum Ro-
mano Pontifici exhibit. to. 1. 127. a.
Ut heretici ingenium exprimat, permiſſet uera falſis
obſcura illuſtrari. tom. 1. 127. b.
Nestorius ſtrophis & impoſitis rem gerit. tom. 1. 128. a.
Tertio monitus, niſi reſpiciat, damnatur. tom. 1. 128. a.
Pabuli loco uenenum offerit. tom. 1. 128. b.
In paſtorali munere offenditur eum lupum rapacem
eſſe. to. 1. 128. b.
Eius tyrannus in Catholicos clericos. to. 1. 129. a.
Eius cum Pelagianis familiaritas de Pelagianismo illi
ſuſpectum reddidit. to. 1. 129. b.
Moneatur ut eadem ſapiat & doceat quæ Cyrillus. tom.
1. pag. 129. c.
Elicitendus porro niſi inſultū, eiectione reſtituat. tom. 1.
pag. 129. d.
Decem dierum ſpatium ei præſtitur intra quos impu-
ne reſpiciere queat. tom. 1. 139. a.
Eius dogma uirgineo partu uoluptate ſaluti aduer-
ſum. tom. 1. 130. d.
Nestoriani non priuatum perſonam, ſed fidei noſtræ ca-
put in ius uocant. to. 1. 132. c.
Eius dicta & ſcripta examinata comperta ſunt hereti-
ca. tom. 1. 134. d.
Eius heretis Chriſti fidem & æconomiam funditus euer-
ſit. tom. 1. 135. a.
Eius & Eutycheſis heretis. tom. 1. 142. a.
Photius & Pauli ſamoſarici errorem eſt ſecutus. to. 1.
pag. 142. a.
Eius & Eutycheſis heretis patrum ſanctorum teſtimo-
nijs reſellitur. tom. 1. 287. & seq.
Eius & Eutycheſis errores ut exterminari curet, ſcribit
Timotheo Leo Papa. tom. 1. 301. d.
Diuidebat ſilium in dualitate filiorum. tom. 1. 327. a.
Nestorius & Eutychem damnandum ſcribit Hormiſda
tom. 1. 450. c.
Nestorii error qualis. tom. 1. 476. a.
Nestorii & Eutycheſis impietas. tom. 1. 557. d.
Nestorii heretis. tom. 2. 169. c.
Contra Nestorium. tom. 1. 314. a. 434. d. & seq.
de Nestorianis & Eutycheſis. tom. 1. 301. d. 549. c.
Nestoriani & Orientales clanculum in diſtaque cauſa con-
demnationis ſententiam in vnuerſam Synodum fe-
cerunt. tom. 1. 135. c.
Nero Imp. Simonis mortem ægetulit. tom. 3. 72. b.
Nicanum Concilium damnauit Arii dogma. to. 2. 19. b.
Nicanum Concilii canones plures quam uiginti. to. 1. 10. c.
Nicanum Concilii ſemper allegatur auctoritas. tom. 1. 23. c.
Nicana fides. tom. 1. 26. a.
Nicana Synodi canonibus acquieſcendum, reiiciendaque
hereticorum decreta. tom. 1. 71. a.
Nicanus canones Cypris in ordinandis Episcopis obſer-
uare ſualet Innocentius. tom. 1. 75. d.
Nicanum Concilii auctoritas quanta. tom. 1. 219. d.
Nicanum Synodi Decretum de primatu Rom. Eccleſie.
tom. 1. 335. b.
Nihil prodeſt ieiunare & alia bona agere, niſi mens ab
iniquitate reuocetur. to. 1. par. 1. 79. a.
N I C O L A V S Primus legatos ad Bulgatos nuper con-
uerſos mittit, ut eorum Rex petierat. tom. 3. 234.
Eorum conſultationibus reſpondet. 237. & seq.
Legatos Conſtantinopolim ad Ignatii cauſam inueſti-

gandam, & Iconomachos impugnandos mittit. tom. 3.
pag. 583. 61.
Photii promotionem comprobare non uult, niſi prius
cauſa a legatis examinata ad ſe perferatur. to. 3. 6.
Legatos deponit quia contra mandatum Photii elec-
tioni aſſenſi fuerant. tom. 3. 21. 26. & seq.
Ignatii deſpoſitionem inuultam, & Photii ordinatione
nullam decernit. tom. 3. 514. 17. 21. 23. 24. 59. 82.
66. 89.
Imperatoris reſpiciat, qui litteras ad eum
contumelioſas ſcripſerat, & contra eum Conſtantiabuſi
cocgerat. tom. 3. 30. & seq.
Ignatii & Photii acta demonſtrat. tom. 3. 4. & seq.
Arguit Synodum Conſtantinopolitanam, quod ſine
Apoſtolice ſedis auctoritate Ignatium honore priua-
rit, & in eius locū Photium ſubſtituerit. to. 3. 6. & seq.
Aſſert multa pro Ignatio, & contra Photii electionem.
tom. 3. 14.
Epistolam ſuam deprauatam fuiſſe queritur. to. 3. 14.
Ignatii deſpoſitionem nullius eſſe mementi oſtendit.
tom. 3. 30.
Multa commemorat de priuilegijs Rom. Eccleſie. ibid.
Ignatium & Photium ad ſe venire iubet. ibid. & 82.
Horatur Imperatorem ad legatos benignè audiendos
tom. 3. 59. & seq.
Epistolam ſuam corruptam fuiſſe demonſtrat. to. 3. 59.
Imperatorem reprehendit, qui Photii promotionem
deſendebat, petique ab eo, ut epistolam contumeliam
plenam, quam ad ſe miſerat, iubeat comburi. to. 3. 59.
82. & seq.
Deponit Gregorium Syracuſanum. tom. 3. 59. & seq.
89. & seq.
Photii multa crimina exprobrat. tom. 1. 100. & seq.
Excommunicationem illi minatur, niſi ſententiæ pa-
reat. ibid.
Dolet ſe fruſtratum ſpe, quam de Bardo Cæſare conce-
perat. tom. 3. 106. & seq.
Horatur eum ut reſpiciat, Ignatii cauſam agat, & le-
gatis Aqoſtolice ſedis faueat. ibidem.
Certioſum facit Ignatii de illius reſtitutione, & Pho-
tii damnatione. tom. 3. 100. & seq.
Theodoſi Imp. ad patientiam hortatur to. 3. 113. & seq.
Oſtendit ſe in Ignatii reſtitutione omnem ſuam pone-
re operam. tom. 3. 113. & seq.
Eudociam Auguſtam rogat ut partes Ignatii apud Im-
peratorem agat. tom. 3. 114. & seq.
Conſtantinopolitanos ſenatores monet, ut faueat Igna-
tii cauſe, & a Photii communionem abſtineant. tom. 3.
pagina 117. & seq.
Habuit Concilium, in quo Ioannem Rauennatem de-
poſitum, ueniam petentem reſtituit. tom. 3. 221. 222. a.
Lothario Regi legatos deſtinat pro cauſa Theuergæ
uxoris ab eo relictæ. tom. 3. 119. & seq.
Præcipit Gallie & Germanie Episcopis, ut vnā cum le-
gatis Theuergæ cauſam iudicent. tom. 3. 223. & seq.
Lotharium Regem ad Concilium uocent, cui niſi pa-
uerit, minatur excommunicationem. tom. 3. 223. b.
Legati Regis, niſi corrupti Vualdradam eius legitimam
uxorem iudicant, Colonienſis, & Treuirenſis Episcopis
auctoribus tom. 3. 212.
Theugualdum & Cuntarium Colonienſem, & Treuire-
ſem Episcopos deponit & excommunicat. tom. 3. 212.
Aufenium in Gallias mittit, qui Lotharii cogit rheu-
pergam uxore, expulſa Vualdrada recipere. to. 3. 131.
Lothario in ſcelere relapſo minatur excommunicatione-
nem. tom. 3. 194.
Vualdradam excommunicat. to. 3. 194.
Rhotadum Sueſonenſem Episcopum ab Hincmaro in
exilium pulſum, & quosdam clericos ab eodem depoſi-
tos reſtituit. tom. 3. 171. 14. & seq. 156. & seq.
Rothaido ſcribit, ut Romam ueniat. 147.
Sueſonenſis Concilii acta nulla declarat. tom. 3. 175.
Reprehendit Hincmarum de inuſta Rothaldi depoſi-
tione. tom. 3. 151. & 152. & seq.
D 2 Noſſe

I N D E X.

Nolle omnes debent que ad omnes pertinet, to. 1. 130. a. Nostri non sunt qui ad inimicorum castra descendent, to. 1. pag. 127. c. Notationum hæreses qua, tom. 1. 1. a. Nonnulli eorum publicè damnato errore, ad Ecclesiam redierunt, tom. 2. 133. a. b. c. Notitia fœderis, to. 1. 4. c. & 5. d. 7. & 8. c. Nouatus Romæ schismatis auctor, tom. 1. 6. a. Eius præca in adipsendo Pontificatu cupiditas, tom. 1. pag. 16. d. Nouari & Notatiani nomis non confusio in mare, tom. 1. pag. 16. d. Nouatiani quibus, arribus & qualem nascitur manu impositionem, tom. 1. 17. b. Ad Ecclesiam non potuit renocari, tom. 1. 17. d. Qualis eius baptisimus, tom. 1. 18. a. b. Negat se presbyterum, tom. 1. 18. b. Nouitas in rebus religionis quàm sit, detestanda, tom. 1. 49. b. Notarum vocum fructus impietas, tom. 1. 127. b. Nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri, tom. 1. par. 1. 142. c. Nulla declarantur que contra Niceni Concilii statuta facta sunt, tom. 1. 234. b. Numerus parvus non obest, ubi abundat pietas, nec multiplex prodest ubi regnat impietas, tom. 3. 45. b. Nuntiatio Concilium quid statuat, tom. 2. 125. d. Nuptias & procreationes filiorum non esse peccatum contra Priscillianos ostenditur, to. 1. 151. a. Nuptia secunda secularibus permittuntur, qui tamèn ad clerum accedere prohibentur, tom. 1. 372. d. Nuptiæ in Quadragesima fieri prohibentur, tom. 3. 53. d. Nutricus temporaliter faciatur in æternum, to. 2. 470. a.

O B E D I E N T I A M Reipub. exhibere summa iuris est, tom. 2. 547. b. Obediencia quid sit, tom. 3. 667. a. 711. d. Oblationes prius sunt Deo offerendæ, post modum nomina, quorum sunt oblationes recitanda, tom. 1. 87. a. Obsequium gratissima Leonis Papæ, tom. 1. 205. a. Obsequia ecclesie rectitudo ceteris rebus preferenda est à principè, tom. 1. 211. a. Obsequia rerum à maioribus gestarum facit regnum perenne, tom. 1. 313. c. Obiuræ nulli qui potest, & non facit impietatis est reus, tom. 1. par. 1. 238. Occasio scribendi, tom. 1. 22. b. de Oculis iudicare temerè, peccatum est, tom. 1. par. 1. pag. 91. c. Occurrere in virum perfectum quomodo intelligatur, tom. 1. pag. 367. c. Odo Belguacorum Episcopus, to. 1. 135. d. Odit caulis quo mundus & principes illius, Christi seruos persequatur, tom. 3. 369. d. Offendiculum fratri non ponendum, tom. 1. par. 1. 67. c. Offens ex muneribus non placet, tom. 2. 372. c. Officium sedis Apostolicæ, tom. 1. 343. d. Officii nouitas vnicuique grauis, tom. 2. 186. d. Officium Regis Christiani, tom. 3. 246. c. Officium ordinis Romani, tom. 2. 598. d. Officium Tolosanum prohibet Greg. VII. recipi à ceteris Ecclesiis Hispaniæ, tom. 3. 599. d. Officio Papæ quid congruat, tom. 3. 629. a. b. 80. 8. c. Officii pastoralis iudicium, tom. 3. 676. a. Officium pastorale, tom. 3. 681. b. Officium sacerdotis Papæ, tom. 3. 701. d. 730. b. Officium primatis, tom. 3. 789. c. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, to. 1. par. 1. 57. Omnia que Domini sunt caute tractanda, nec leuiter precipitanda, ne infidelitatis crimen incuratur, to. 1. par. 1. pag. 117. c. Operibus bonis scientia & sapientia ostendenda, tom. 1. par. 1. 101.

Operatio bona: uicem habet nobis tacentibus, tom. 2. Opere implendum quod ore dicitur, to. 1. 603. c. Opposita alterius plerumque se se excipiunt, to. 1. 126. c. Oppressi erigendi & adiutandi, tom. 1. 107. Opus perperam ratione inortuunt est, tom. 2. 442. c. Oratio Apostolorum qualis, tom. 1. 133. a. Oratio inanis quando, tom. 2. 446. a. Oratio Dominica in Missa dicitur à solo sacerdote, to. 2. pag. 333. b. Orandum & offerendum pro piis defunctis non pro impiis, tom. 2. 665. d. de Oratione & ieiunio, tom. 3. 125. d. Orare in Ecclesia mulieres debent velato capite, tom. 3. pag. 256. b. de Orationis iustiditate, tom. 3. 257. c. Orandum omni loco, tom. 3. 261. b. Oraciones pro defunctis, tom. 3. 362. b. & 441. c. 553. c. 700. c. Oratio quibus condatur, tom. 3. 549. Orationibus Pontifex aduersari debet, ibidem, & 551. c. 553. d. 555. a. 637. d. Oraciones Papæ per Petrum omnino vacat, to. 3. 655. d. Oratio cuius non est preciosa, tom. 3. 654. d. Oratio & supplicationes iusta pro pace & unitate fidelium, tom. 3. 757. c. Oraciones fundendæ, frequentissima & largissima: oleo mosynæ danda, tom. 3. 855. b. Oratoria sine Missis publicis sunt consecranda, tom. 2. pag. 380. a. Oratores S. Petri, tom. 3. 632. d. Ordinationes episcoporum, & reliquorum clericorum quomodo & à quibus faciendæ, tom. 1. par. 1. 42. Ordinationes clericorum quando, & quomodo faciendæ, tom. 1. par. 1. 39. d. Ordines Ecclesiæ septem, tom. 1. 17. d. Ordinum singulorum certus numerus, ibidem. in Ordinationibus clericorum magna cura adhibenda, tom. 1. 45. a. Ordinibus sacris non initiandi ignoti, tom. 1. 45. c. Ordinandi non est, qui partem digiti sibi volens abscidit, tom. 1. 58. d. Ordinatus contra cunctos, vnâ cum ordinatoribus ordine & honore priuandus, tom. 1. 64. c. ad Ordines sacros quatuor admittendi, to. 1. 81. & seq. Ordinati ab hæreticis ad clerum nõ admittendi, to. 83. a. de Ordinatib. Episcopis modus prescribitur, to. 1. 279. d. Ordinatio sacerdotum die Dominico fieri debet, tom. 1. pag. 281. a. Ordinatio qualis rata esse possit, tom. 1. 284. a. Ordines sacri statim temporibus conferendi, to. 1. 370. d. Ordo sacerdotalis diuisus est à populo, tom. 1. 476. d. d. in Ordinandis Ecclesiis melior est mora longior, quam nimia precipitatio, tom. 1. 509. b. Ordines sacri vendi non debent, tom. 2. 108. a. Ordinandum qualitates, to. 2. 138. b. Ordinationes quomodo fieri debent, to. 2. 153. c. Ordinationes ne præcio fiant, to. 2. 157. b. Ordinationis causa nihil ex Xenodochio auferendum, to. 2. pag. 502. a. Ordinationum tempora, tom. 2. 661. c. Ordo inter Episcopos, tom. 3. 164. d. Ordo Romanus in officiis seruandus, tom. 3. 613. d. Orientales à Iulio Papa citari, tom. 1. par. 1. 230. c. Orientales Episcopi fidem Niceni Concilij amplectuntur, tom. 1. 21. c. Orientales Episcopi cum Cyrillo pacem habuerunt, to. 2. pag. 325. a. Orientales Ecclesiæ quam scelerentur fidem, to. 2. 324. a. Orientales Episcopi venerant Synodum Chalcedonensem, tom. 2. 325. a. Orientales Ecclesiæ Chalcedonensem Synodum amplectuntur, tom. 2. 324. a. Orientales oblocuti sunt contra Iulium primum, eo quod absoluerat Athanasium, tom. 3. 759. b. Origi-

I N D E X.

Originale peccatum, tom. 1. 347. a. b. c. Orphanorum gubernator ac protector est Deus, to. 2. 430. d. Os ex abundantia cordis loquitur, tom. 1. par. 1. 79. a. Os maleuoli fouea alta, tom. 1. par. 1. 99. a. Os quod mentitur occidit animam, tom. 2. 110. b. Osius Cordubensis ab Arianis metu coactus Athanasij donationi subscribit, ab exilio reuocatus Synodo Sirmie si se fult. Maior à minore non potest iudicari, tom. 1. par. 1. 198. per Ostim quis intrare dicatur, tom. 2. 319. a. Oues pastorem suum non reprehendant, tom. 1. par. 1. pag. 78. b. Oues pastorem suum nisi in fide errauerit, reprehendere non presumant, to. 1. par. 1. 119. b. 126. Oium non est lupi præuidere infidias, sed pastoris, tom. 1. par. 1. 236. d. Ouis morbofa eiicienda est stabulo, tom. 2. 663. c. Oues suos pastores ne temerè reprehendere aut accusare presumant, tom. 2. 562. b. Ouille aduersus lupum sequentem præmunendum est, to. 2. pag. 418. a.

P

P A C E M si sceleremur, Deus pacis & dilectionis erit nobiscum, tom. 1. par. 1. 93. Penitentia peracta qui ad pristina peccata redierunt in Ecclesia, fidelibus in oratione iungantur, & non nisi in fine vite sacre Eucharistia participes fiant, to. 1. 38. a. Penitentia his, qui post baptismum omni tempore voluptatibus dediti, si petierint cum extrema communione conceditur, tom. 1. 57. a. Penitentia vltima nulli deneganda, tom. 1. 114. b. Penitentia neganda non est vel in extremo examine contentis, si illam signo aliquo indicent se desiderare, to. 1. pag. 225. & seq. Penitentia concedenda captiuis, terrore aut fame, non venatione cibos immolaticios edere compulsi, tom. 1. pag. 260. a. Penitentia vera & falsa, to. 3. 807. a. Penitentia accipiendâ, ad quos recurrendum, tom. 3. pag. 807. b. Penitentia remedium consequi non possunt per manus impositionem presbyteri aut diaconi in aliquo crimine decemti, tom. 1. 284. b. Penitentia tempus vsque ad vltimum vite finem, tom. 1. pag. 285. a. post Penitentiam ad secularem militiam redire non licet, to. 1. 285. b. 441. a. Penitentiam verè agere quid, tom. 2. 441. b. c. Penitentia lapsi concedenda, tom. 2. 325. d. Penitentia Henrici Regis & punctio, tom. 3. 713. c. Penitentia fructum, qui facere non possunt, tom. 3. 801. c. Penitentia infructuosa, ibidem. Penitere digne, ibidem. Penitens bigamus, vel viduus maritus si per ignorantiam clerici fuerit facti, sine spe promotionis, in suo ordine maneat, to. 1. 40. d. Penitentes in clerum non admittendi, tom. 1. 60. a. Penitentes iuxta Romanæ Ecclesiæ consuetudinem in quinta feria ante Pascha reconciliabuntur, to. 1. 88. b. Penitentibus extremæ vnctionis sacramentum non tribuendum, tom. 1. 88. d. Penitentes negociationis lucra exercere non debent, to. 1. pag. 285. b. Penitentibus rebaptizatis, in fine vite conceditur viaticum, tom. 1. 337. b. Penitentes ab aliis quam à suis episcopis vel presbyteris non suscipiantur, tom. 1. 338. a. de Penitentibus recipiendis, tom. 3. 261. d. Pacta inter Imperatorem & Regem Gothorū, to. 2. 374. c. de Pactis, tom. 3. 262. b. Pallia holoserica donata ad ornata altarum, to. 1. 525. b. Pallium quibus concessum sit, tom. 2. 273. c.

Pallii honor, tom. 2. 376. b. Pallii vsus in pœnam admittitur, tom. 2. 60. a. Pallium in Litanis non debet deferri, to. 2. 155. a. Pallii vsus à Romana Ecclesia postularum, tom. 2. 189. a. Pallium gratis conferatur, tom. 2. 195. b. Pallium ad preces Regiæ & desideria Imperatoris concedit S. Greg. tom. 2. 23. d. Pallium foriter postulanti conceditur, ibidem. Pallium quid significet, tom. 2. 376. c. Pallio in Missarum tantum solemnibus vtendū, to. 2. 566. d. Pallii vsus, tom. 2. 688. b. Pallio non est vtendum nisi diebus à sede Apostolica prescriptis, tom. 3. 189. d. Pallium habet in Africa solus Carthaginensis episcopus, tom. 3. 538. a. Pallium non esse concedendum nisi presenti persone, to. 3. pag. 570. b. Pallium post consecrationem per tres menses peti debet, & pœna in negligentes, tom. 3. 851. b. Palmis comparantur peccatores, tom. 2. 311. a. Panis & vinum aqua mixtum tantum in oblationibus offerendum, to. 1. par. 1. 62. Panthalcon Notarius, tom. 2. 317. c. Papæ adfiores enumerantur, tom. 2. 424. d. Vide Pontifex Rom. Parentes vite nostre auctores non esse, sed ministros, to. 1. par. 1. 30. Parere debemus maioribus, tom. 2. 192. a. Parochiam alterius inuadere non licet, tom. 1. 61. c. Parocia pro Episcopatu, tom. 3. 155. a. Parocia Heraclienis Constantinopolitana, tom. 1. 397. b. de Parricidiis, tom. 3. 247. c. Paruus numerus non obest, ubi abundat pietas, nec multiplex prodest, ubi regnat impietas, tom. 3. 45. b. Paruuli qui in captiuitate deueniunt, & baptismum non remittuntur se consecutos baptizari debent, tom. 1. pag. 199. a. Paruulos sine peccato originali nasci, vt Pelagiani tenent, refellitur, tom. 1. 347. b. c. paruuli Arianorum an ad clericatum debeant admitti, to. 1. pag. 582. b. de Paruulorum Eucharistia, tom. 1. 448. c. tom. 2. 543. a. de Paruulorum tertio loco, tom. 1. 349. c. Pascha Dominico die celebrandum, to. 1. par. 1. 78. Pascha quando & quo die celebrandum, tom. 1. par. 1. 87. Pascha quo die illius anni qui sequebatur, celebrandum sit, explicat Innocentius, tom. 1. 62. c. d. Paschatis sancto die militum manu templum profanatum, mulieres in sacratissimo regenerationis lauacro vulnerate & ipso Domini prætioso sanguine illic effuso tum vestimenta conspersa, tom. 1. 68. b. Paschatis tempore cathecumeni baptizantur, to. 1. 68. b. Paschatis die in carcere detenti principum indulgentia liberantur, tom. 1. 72. c. Pascha & Pentecostes à Romanis Pontificibus ad baptizandum præfixa sunt, tom. 1. 157. d. Paschatis diei celebrandæ nonnullæ difficultates proponuntur, verum celebrandi tempus ab Aegyptiis inquiruntur, tom. 1. 240. & seq. de Pascha die dubitatum est tempore Hormidæ Papæ, tom. 1. 529. d. de Paschali die Orientali Ecclesiæ cum Romana conuenit, tom. 1. 530. c. Paschatis celebrandi tempus prescribitur, tom. 1. 241. b. 244. d. 529. d. & seq. 530. e. Paschasius Episcopus Leoni Papæ respondet, quo tempore ipse sentiat Pascha esse celebrandum, & miraculum afferit ad istam sententiam firmandam, to. 1. 238. a. & seq. Pascha nostra quando inueniamus, to. 2. 543. a. Passibilem diuinitatem vnigeniti filii Dei asserere retelluntur, tom. 1. 169. a. de Passione vnus ex Trinitate, tom. 1. 558. b. c. Pastores læpè pro meritis plebis deprauantur, tom. 1. par. 1. 48.

I N D E X.

Pastoris propria sollicitudo. tom. 1. 2.a
Pastoribus non licet tacere, latrante lupo. tom. 1. 119.a
Pastoris saluti summopere consulendum. tom. 1. 120.d
Pastor dum adoratur oves mirabilis pugna. tom. 1. 124.d
Pastor cum vertitur in lupum, pastor ipse verius perit ouibus, quam oves pastor. tom. 1. 128.c
Pastorem dormire satius est, quam prava docere. tom. 1. 128.d
Pastores cum errantur, magnum est periculum. tom. 1. 130.c
Pastor quid cogitare debeat in suo munere. tom. 2. 295.c
Pastorum cura vigilans. tom. 2. 71.d
Pastor Ecclesia ultra tres menses carere non debet. tom. 2. 267.d
Pastor optimus quis censetur. tom. 2. 442.c.d
Pastoris sententia etiam iniuncta rimenda. tom. 3. 68.d
Pastor quis, quis fur, quis latro. tom. 3. 688.a
de Pastoralis onere sibi nuper imposito, S. Gregorius. tom. 2. pag. 13. a. & 19. d. & 20. c
Pastoralis cura libenti animo suscipienda. tom. 2. 237.c
Pastoralis regula S. Gregorij in Graecum translata. tom. 2. pag. 477.d
Pater ingenuus in diuinis litteris non reperitur, qui tamen in filio a se genito, visus esse monstratur. tom. 1. par. 1. 69.
Patres omnes venerandi, non calumniandi aut respuendi. tom. 1. par. 1. 73.
Patrum sententia retinenda. tom. 1. 23. c. 539.
Patrum testimonij Eutychniana & Nestoriana haeresis refellitur. tom. 1. 287. & seq.
Patrum instituta, nisi necessitas urgeat omnino seruanda. tom. 1. 368. c. tom. 2. 561.
Patribus prima Ecclesie oia com unia erant. tom. 2. 552. d
Patrem & filium vnum esse Deum, probat Pelagius Papa. tom. 1. 618. & seq.
Patriarche qui dicantur. tom. 1. par. 1. 48.
Patriarcharum aut primatum nomine non insigniendi Archiepiscopi. tom. 1. par. 1. 48. b
Patriarche Papae Metropolitanam Patriarchis, Episcopi Metropolitanam exhibeant professionem. tom. 1. 591. d
Patriarche quatuor. tom. 2. 76. a
de Patriarchis. tom. 3. 264. c
Patriarchales sedes tres. tom. 3. 48. b. c
Patriarcha Venetiae. tom. 3. 563. d
Patientia in tribulationibus quantum conferat. tom. 1. par. 1. pag. 65.
Patientia nobis necessaria ad colluctationes aduersariorum. tom. 1. par. 1. 230.
Patientiae commendatio. tom. 1. 70. a
Patientiam & verbo & exemplo nos docuit Christus. tom. 1. pag. 475. a. b
Patientiam praestans erranti, non caret suspitione. tom. 2. pag. 298. a
Patientibus necessitatem, subsidia praebere Ecclesiastica debemus. tom. 2. 314. a
PAULVS Apostolus ex persecutore Euangelij praeco. tom. 1. 129. a
Dux bonorum. tom. 2. 436. d
Ad aquas saluas capite truncatur. tom. 2. 539. c
Eius verba, Ephes. 4. In virum perfectum exponuntur. tom. 1. 36. c
De eo Apostolo. tom. 2. 739. c
In Hispania fuit. tom. 3. 599. b
Illius sententia, quae hereditario iure peruenit ad sede Apostolicam. tom. 3. 709. c
Paulus Samosatenus Ecclesiae Antiochenae episcopus haereticus. tom. 1. 123. b
Paulus Samosatenus. tom. 1. 129. a
Paulus Antiochenus electus episcopus Antiochenus. tom. 1. 521. d. 523. a. b. contra illum. tom. 1. 562. b. Resistebat in Antiochia Severo haeretico. ibidem.
Paulus presbyter Constantinopolitanus eligitur episcopus Antiochenus. tom. 1. 521. d. 523. b
Paulus Antiochenus episcopus se abdicauit ab Episcopat. tom. 1. 562. c

Pauperes 1500. praeter ministros benignitate & pecunia Ecclesiastica sustentabantur in Romana Ecclesia. tom. 1. pag. 7. d
Pauperes opprimuntur a maioribus in Sardinia. tom. 2. pag. 398. b
Pauperum utilitas grauari non debet. tom. 2. 551. b
Pauperum dispensator Episcopus. tom. 2. 508. c
Paupertas Patriarchae Venetiarum. tom. 3. 646. c
Pax Christiana, quae. tom. 1. 392. c
Pacis osculum non dandum ante confecta mysteria. tom. 1. pag. 87. a
Pax Reipub. a pace Ecclesie pendet. tom. 2. 168. b
Pax conseruatur, si nihil potestati, equitati autem omnia. tom. 2. 367. c. d
Pax reddit nos heredes Dei. tom. 2. 297. d
Pax complectitur charitatem. tom. 2. 192. a
Pacis auctor Deus. tom. 2. 315. b
Humilitatem docuit. tom. 2. 520. a
Pacifici Dei heredes sunt. tom. 2. 297. d
Peccati cognitio per legem. tom. 1. par. 1. 57
Peccatis inuoluto & inquinato, nisi r. sificat, verbu Dei non est conferendum. tom. 1. par. 1. 27.
Peccatoribus plerumque iusto Dei iudicio datur facultas sanctos ipsius persequendi. tom. 1. par. 1. 93.
Peccatorum prudentia, ex nequitia. tom. 1. par. 1. 181.
Peccata a confitentibus publice recitari prohibetur. tom. 1. pag. 261. b
Peccata plura in peccato primi parentis continentur. tom. 1. pag. 271. a
Peccata grauiora episcoporum. tom. 1. 306. c
Peccatum nullum habuisse, est solius Agni immaculati proprium. tom. 1. 352. b
a Peccato post reparationem humani generis cur immunes non sumus. tom. 1. 352. d
Peccata non sunt phantasmata somniorum. tom. 1. 355. b
Peccatum in Spiritum sanctum, quomodo intelligendum irremissibile. tom. 1. 379. a
Peccatum omne tribus impletur modis. tom. 2. 660. a
Peccati partium discretio est habenda. tom. 2. 540. a
Peccati suggestio, delectatio & consensus, unde sint. tom. 2. pag. 560
Peccata quaedam grauiora sunt aliis. tom. 2. 269. c
de Peccatorum remissione in hac vita nullus securus est. tom. 2. 251. d
Peccatum originale. tom. 2. 326. c
Peccata in baptismo omnino dimittuntur. tom. 2. 440. c. d
Peccati mortalis grauitas. tom. 2. 599. c
Peccata episcoporum & sacerdotu, quam graua sint. tom. 2. 2. pagina 599. d
Peccant grauius ceteris in dignitate constituti. tom. 3. 200. a
Peccata populi Papa dissimulare non potest. tom. 3. 881. b
ad Peccus in Ecclesia Graecorum manus constringere, & in nostra manus percutere, quid significet. tom. 3. 255. b.
Pecunias Christi & Ecclesiae qui rapit, aut defraudat, homicida est. tom. 1. par. 1. 39. d. 130.
Peierans qua poena puniendus. tom. 1. par. 1. 122.
Pelagij, & Celestini haereses refelluntur. tom. 1. a pag. 9. vique 96.
Pelagij liber ad Innocentiu missus qualis fuerit. tom. 1. 106. d
Pelagianam haeresim damnauit Zosimus. tom. 1. 107. d
pelagiani sacris initiati ad communionem recepti, fidei Catholicae professionem emittant. Eorumque haeresis refellitur. tom. 1. 270. & seq.
pelagianam haeresim quina damauerint. tom. 1. 344. c. & seq.
pelagij haereses de anima Adami. tom. 2. 205. b
pelagius in Ephesina Synodo damnatus. tom. 2. 205. b
PELAGIVS Papa primus Naris patricio hortatur vt legatis auxilium praestet ad episcopos Ecclesie perturbatores corrigendos. tom. 1. 620. d. & seq.
pelagij pape liber de tribus capitulis. tom. 2. 74. a
pelagius dissoluit Synodi Constantinopolitanae acta. tom. 2. pag. 177. b
percussiones Dei sint nobis purgationis beneficia. tom. 2. pag. 400. b

Peregrini ad limina Apostolorum venientes diuersis malis a Gallis affecti. tom. 1. 620. c. 622. b
Perennitas est cum successori traditur, quod accipitur a praedecessore. tom. 1. 313. c
de Perfectis siue illuminatis. tom. 1. 352. a
Perfuror dicitur ille doctor, qui sermone inuicili conscientiam percutit infirmorum. tom. 1. par. 1. 45.
Persecutione patienter ferenda. tom. 1. par. 1. 34.
Persecutionibus obnoxij omnes, qui corde Christum sequi volunt. tom. 1. par. 1. 217.
Persecutio grauis in clerum Constantinopolitanum fuit. tom. 1. 124. a
Personam impij accipere non est bonum. tom. 1. par. 1. pag. 233
Perturbari vita perfectorum a nullo debet. tom. 2. 561. d
Pestis magna in Africa. tom. 2. 400. a
Petitio quae permittenda est. tom. 2. 497. b
S. Petrus & Paulus Apostolus in die Pentecostes tria millia virorum baptizauit. tom. 1. 157. a
S. Petrus Apostolus adhuc pontificatus curam gerit. tom. 1. pag. 37. b
Petri sedes sacerdotalis dignitatis mater & ecclesiastica disciplinae magistra. tom. 1. 155. d
a Petro Apostolorum capite omnia dona in Ecclesiam diffunduntur. tom. 1. 278. b
cum Petro Apostolo communicat, qui eius doctrinam sequitur. tom. 1. 327. c
Petro mandata cura vniuersi orbis. tom. 2. 343. d
Petrus & Paulus eodem die Romae necati. tom. 1. 416. b
Eius vicarij. tom. 1. 536. b
Petri & Pauli Apostolorum sanctuaria Constantinopolim transfusa. tom. 1. 527. a
Petri fides esse Deum Christum, hominem vero Thomae dubitatio palam fecit. tom. 1. 559. b
Petrus mansuetudinis doctor fuit. tom. 2. 439. c
Petro totius Ecclesiae cura commissa est. tom. 2. 568. b. c
Petro a Domino sunt omnes creaturae traditae. tom. 2. pag. 349. a
Petri primatus. tom. 2. 178. c
S. Petrus Apostolus sanctum Marcum Alexandriae transfudit. tom. 2. 211. a
Petrus nunc in suis successoribus sedet. tom. 2. 266. a
in Petri sodalitate Ecclesia firmata. ibid. b
Petri sedes pro eius principatu conuulsa. ibid.
Petri sedis tres auctoritates praecipue. ibid.
ad a. Petri corpus sedent Romani Pontifices. tom. 2. pag. 326. a
ad Petram Apostolorum principis confugere. tom. 2. pag. 350. b
Petri potestas. tom. 2. 439. b
Petrus Apostolorum primus. ibid.
B. Petri patrimonia. tom. 2. 706. d
ad B. Petri limina omnium nationum gentes quotidie properant. tom. 3. 50. a
Petrus quare cecidit. tom. 3. 49. a
Petrus Simonem Magum excommunicauit, nec profecit. tom. 3. 72. f
Petri successoribus cura omnium Christi ouium commissa. tom. 3. 83. a
a Petro Apostolatus & episcopatus exordium. tom. 1. 59. a
B. Petrus in sede sua viuuit & praesidet. tom. 1. 53. a. & tom. 3. 267. c
Petrus & Paulus SS. Apostolorum principes. tom. 3. 137. c
S. Petrus primus Apostolus. S. Paulus egregius praedicator. tom. 3. 164. c
Petrus in seruo diligere. tom. 3. 605. c
Petrus communis pater & dominus. tom. 3. 636. c
B. Petrus habere debitorem, quid. tom. 3. 673. a
B. Petrus per Papam recipit quicquid ei tribuitur & discernit. tom. 3. 689. a
B. Petrus honoratur & iniuria patitur in Papa. tom. 3. 703. b
Petri verba in ordinatione Clementis. tom. 3. 703. c
Petri sub potestate omnes includuntur. tom. 3. 704. a
B. Petrus facere sibi debitorem quid. tom. 3. 839. b. 842. d

Petrus haereticus Timotheo haeretico mortuus inuastit episcopatum Alexandrinum. tom. 1. 143. c
Eo deiecto restituitur Timotheus episcopus Alexandrinus. ibidem.
Pulso Martyrio episcopo Antiocheno occupat episcopatum. tom. 1. 144. a
Petrus haereticus Alexandrinae ecclesiae perturbator procul arcendus. tom. 1. 317. d. 318. d. 400. a
Quid fecerit Antiochia. tom. 1. 321. b
Petrus Antiochenus deponitur a Felice Papa. tom. 1. 326. b
Petrus monet Felix vt respiciat, ostendens eum non solum in Valentin, Manichaei & Apollinaris haereses, sed etiam in Gentilitatis errores plures alserentis Deos incidisse. tom. 1. 327. & seq.
Petrus Alexandrinus haereticus a sede Apostolica solummodo potuit absolui. tom. 1. 378.
Philatrii sententia. tom. 2. 247. d
Photinus iniuncte in Ignatij locu subrogatus. tom. 3. 13. a
Photus Maximo Cynico comparatur. tom. 3. 274. d
Pietatis oleum quomodo exhibendum est. tom. 3. 705. d
Pipinus Zachariae Papae auctoritate factus est Francorum Rex. tom. 2. 689. b
Pisana Ecclesia eligitur Metropolitana. tom. 3. 769. b. c
Plage multiplicantur scientibus. tom. 1. 464. a
Pneumatomachorum haeresis post Nicenum Concilium. tom. 1. 28. a
Poena par agentibus & consentientibus irroganda. tom. 1. par. 1. 151.
Poenis iisdem tenentur sequaces, quibus damnati. tom. 1. pag. 482. c
Poene praesentis effectus varij. tom. 2. 427. d
Poena prinationis regni. tom. 3. 621. & 622. a
Poena clericorum concubinariorum. tom. 3. 712. a
Poena fornicationum. tom. 3. 721. d
de Pollutione. tom. 1. 355. a. b.
de Polygamia. tom. 3. 254. c
Polonia Metropolis non habebat. tom. 3. 673. d
Pompam mundi secura mens despiciat. tom. 2. 509. b
Pompeium laudat Hormisdas, quod se pacis studiosum ostenderit. tom. 1. 504. b. c.
PONTIFEX quis primus in lege. tom. 1. par. 1. 44. a
Pontifici Romano Tituli a diuersis attributi. Sanctissimo & beatissimo vniuersi orbis terrae Patriarchae continenti eodem principis Apostolorum Petri. tom. 1. 471. a
Domino meo sanctissimo primo Archipontifici, & Papae Urbis Romae. tom. 1. 497. b
Domino meo beatissimo & Apostolico Petri Archiepiscopo vniuersalis Ecclesiae. tom. 1. 497. d
Domino sancto & beatissimo patri patrum Archiepiscopo vniuersalis Ecclesiae. tom. 1. 498. c
Domino meo cunctis sanctissimis, ac beatissimis patrum communitatis ac principi episcoporum. tom. 1. 448. d. 451. a
Beatissimo & Apostolico patri Papae. tom. 1. 553. b
Beatissimo Apostolica sede intima veneratione praefereundo, atque Angelicis meritis coaequando patri patrum Papae. tom. 1. 490. d
Domino nostro sancto ac beatissimo patri patrum Archiepiscopo & Patriarche. tom. 1. 532. a
Domino sancto beato predicabili & adorando Apostolico patri. tom. 1. 499. a. b
Pontifex Romanus Petri successor. tom. 1. 1. b
Pontifex Rom. in rebus arduis presbyterorum senatum cogere consueuerat. tom. 1. 2. c
Pont. Rom. Catholicae Ecclesie Episcopus. tom. 1. 3. a
Pontificis dilectio in gregem. tom. 1. 35. a
Pontifex Rom. summa Ecclesiae gubernacula tenet. tom. 1. pag. 35. d
Pontifex Rom. omnium Ecclesiarum curam sustinet. tom. 1. pag. 44. d. 126. d. 317. b
a Pontifice summo quae per ignauiam sunt neglecta innotuant. tom. 1. 46. b
Pontifex Rom. tempus Pasche celebrandi praescribit. tom. 1. pag. 62. d

PONTIFEX quis primus in lege. tom. 1. par. 1. 44. a
Pontifici Romano Tituli a diuersis attributi. Sanctissimo & beatissimo vniuersi orbis terrae Patriarchae continenti eodem principis Apostolorum Petri. tom. 1. 471. a
Domino meo sanctissimo primo Archipontifici, & Papae Urbis Romae. tom. 1. 497. b
Domino meo beatissimo & Apostolico Petri Archiepiscopo vniuersalis Ecclesiae. tom. 1. 497. d
Domino sancto & beatissimo patri patrum Archiepiscopo vniuersalis Ecclesiae. tom. 1. 498. c
Domino meo cunctis sanctissimis, ac beatissimis patrum communitatis ac principi episcoporum. tom. 1. 448. d. 451. a
Beatissimo & Apostolico patri Papae. tom. 1. 553. b
Beatissimo Apostolica sede intima veneratione praefereundo, atque Angelicis meritis coaequando patri patrum Papae. tom. 1. 490. d
Domino nostro sancto ac beatissimo patri patrum Archiepiscopo & Patriarche. tom. 1. 532. a
Domino sancto beato predicabili & adorando Apostolico patri. tom. 1. 499. a. b
Pontifex Romanus Petri successor. tom. 1. 1. b
Pontifex Rom. in rebus arduis presbyterorum senatum cogere consueuerat. tom. 1. 2. c
Pont. Rom. Catholicae Ecclesie Episcopus. tom. 1. 3. a
Pontificis dilectio in gregem. tom. 1. 35. a
Pontifex Rom. summa Ecclesiae gubernacula tenet. tom. 1. pag. 35. d
Pontifex Rom. omnium Ecclesiarum curam sustinet. tom. 1. pag. 44. d. 126. d. 317. b
a Pontifice summo quae per ignauiam sunt neglecta innotuant. tom. 1. 46. b
Pontifex Rom. tempus Pasche celebrandi praescribit. tom. 1. pag. 62. d

I N D E X.

Pontificis Romani auctoritas, tom. 1. 69. a
Pontifex Rom. omnium episcoporum consultationibus respondet, tom. 1. 97. d
Pontificis Romani sententia exquiritur num cum Nestorio communicare liceat, tom. 1. 119. a
Pontificis Romani littere ad Macedoniam & Orientis episcopos expentur, to. 1. 119. b
Pontifex Rom. Ecclesie Constantinopolitane clade affligitur, tom. 1. 122. a
Pontifex Rom. vices suas in causa Nestorii committit Cyrillo, tom. 1. 125. d
Pontifex Rom. cum Patriarcha Constantinopolitano agit tamquam cum proprio subdito, tom. 1. 129. d
Pontifex Rom. pia studia Ecclesie firmamenta, to. 1. 133. d
Pontifex rogatur, ut in Orientales seuerius animaduertat, to. 1. 136. c
Pontifex Romanus non solet presens adesse concilio, to. 1. pag. 176. d. & 179. d
Pontifex per legatos concilio preest, tom. 1. 205. a
Pontifex Rom. aliqua sibi referuat, tom. 1. 208. a
Pontifex Romanus praesidet concilijs, tom. 1. 209. a. 210. c
Pontificis veri officium, to. 1. 212. b
Pontificis Rom. creationis anniuersaria solennitas, tom. 1. pag. 306. a
Pontifex Rom. dispensat cum episcopo contra Nicenos canones, tom. 1. 350. d. 327. d
Pontificis Rom. doctrina contra quam nefas disputare, tom. 1. 313. a
Pontifex Romanus caput omnium ecclesiarum, tom. 1. pag. 335. b. tom. 1. 471. d. 537. d
Pontifex recenter creatus solebat significere litteris ad episcopos missis suam electionem, tom. 1. 341. b
Pontifex vocatur Apostolicus pater patrum Papae, tom. 1. pag. 342. d
Pontifex esse in omnibus obediendum, tom. 1. 343. b
Summorum Pontificum nomina qui fuerunt contra Pelagium, tom. 1. 344. c
Pontifices quanto Regibus praesent, tom. 1. 391. b
Pontifex summus Imperatorem filium appellat, tom. 1. pag. 421. d
Pontificis dignitas maior quam Imperatoris, to. 1. 27. d
Pontifices Romanos recenter creatos saluandi consuetudo principum Catholicorum, tom. 1. 429. c
Pontificem Romanum ab Imperatore ad Concilium vocari, nouum & inauditum esse, tom. 1. 41. d. & seq.
Pontifex Rom. dicitur pater Imperatoris, tom. 1. 457. d
Pontifex Rom. est princeps pastorum, & doctor & medicus animarum, tom. 1. 471. b
Pontifices non sunt qui cum Ecclesia Rom. non communicant, tom. 1. 512. a
Pontifex dicitur pater patrum, tom. 1. 532. a
Pontifex Romanus solus habet in generales Synodos convocandi, celebrandi, eosq; probandi, aut improbandi, tom. 1. 630. d
Pontifices speculatores orbis sunt, tom. 2. 501. b
Pontifex interminatur principibus male gubernantibus, tom. 2. 41. c
Pontificis Romani auctoritas in episcopos, tom. 2. 131. c
Pontifex Romanus prohibet libros haereticorum legi, to. 2. pag. 234. d
Pontifex non scribit ad Patriarchas nisi prius ab illis Synodicum acceperit, tom. 2. 235. b
Pontifex Rom. curiam ecclesiarum curam gerit, to. 2. 321. a
Pontifices debent decessoris sui decreta seruare, tom. 2. 393. c
Pontifex Rom. iure alipm retractat sententias, to. 2. 393. c
Pontifex Rom. non praebet consentum in electionem episcopi, qui ab haereticis electus est, tom. 2. 414. b
Pontifex Rom. tollandi facultatem concedit, to. 2. 426. a
Pontificis Rom. cura in ecclesijs disponendis, to. 2. 488. c
Pontifex Rom. ex negligentia episcoporum prouidet quae necessaria sunt ecclesijs, tom. 2. 511. b. c
Pontifex Rom. concedit permutandi licentiam, to. 2. 531. c
Pontifex Romanus vniuersalis Antistes a concilio appellatur, tom. 2. 644. c

Pontifex Rom. Synodum sextam confirmat, to. 2. 650. d
de Pontificis Romani auctoritate, & quod romana Ecclesia caput sit omnium, tom. 2. 711. b. c
Pontificis Rom. prerogatiua, tom. 2. 713. b
Pontificem consilium Carolus, tom. 2. 758. a
Pontifex Rom. vniuersali praestit Ecclesiae, tom. 3. 18. c
Pontificis in episcopi depositione moderatio, tom. 3. 26. d
Pontificis constantia & integritas, tom. 3. 32. c. 55. c
Pontifex summus a nemine iudicatur, tom. 3. 39. d
Pontificis Rom. primatus inuiolabilis, tom. 3. 56. d
Pont. Rom. non patitur privilegia sedis Apostolicae violari, tom. 3. 140. a
Pontificis Rom. presbyter legatus a latere, tom. 3. 144.
Pontifex Rom. summus Ecclesiae prouisor, tom. 3. 157. d
Pontifex Ludouicum regem suum consiliarium facit, to. 3. pag. 364. c
Pontificis summi officium, tom. 3. 506. c
a Pontifice cur exercitus militum cogendus, to. 3. 586. c
Pontifex casum formidat cum solus Papatus pondus ferat, tom. 3. 598. a
Pontifex in quibus propensioem curam & clamorem habere conuenit, tom. 3. 607. b
Pontifex ad similitudinem Iosue se componere debet, tom. 3. 668. d
cur Pontifices summi multa monasteria de subiectione episcoporum eximebant, tom. 3. 670. a
Pontifex per seipsum vel per legatos omnes prouincias visitare debet, tom. 3. 733. c
Pontifex quae admonet B. Petrus, tom. 3. 802. d
Pontifici quid iniungitur, tom. 3. 817. b
Pontifices Romanos de omnibus rationem reddituros, to. 3. pag. 820. a
Pontificis laetitia ex quibus potissimum rebus proficisci debeat, tom. 1. 2. a
Pontificatus cura adhuc gerit Petrus Apost. tom. 1. 38. b
Pontifex summus habet potesta tom. Reges & Imperatores excommunicandi & eorum fideles a iuramento fidelium absoluendi, tom. 3. 344. a
Pontificum sancta series a B. Petro, tom. 3. 848. c
Cur sancti efficiuntur, ibidem. d
ad Pontificem spectat & augere & minuire de his quae pertinent ad fidem, tom. 3. 855. d
Pontifex litteras sigillo plumbeo signabat, tom. 3. 867. d
a Pontifice tanquam ad maxima intento multa subripi possunt, tom. 3. 877. d
Populonensem Ecclesiam victationis gratia Gregorius commendat, tom. 2. 9. c
Possessor Episcopus Afer consulit Hormisdam Pontificem de Eualti episcopi libro, tom. 1. 637. & seq.
Possessor rescriptis Commentaria in epistolas diui Pauli, tom. 1. 538. b
de Possessione qui petit Maurentium exauditum Gregorius dicit, tom. 2. 12. d
Postulantibus iusta indulgere debemus, tom. 2. 496. d
Potestatibus humanis parendum missi sunt contra Deum, tom. 1. 428. a
Potestas & amor magnam inuicem cognatio non habet, tom. 2. 254. d
Potestas sub ratione restringenda est, to. 2. 383. d
Potestates distinctae Papatus & Imperium, tom. 3. 57. b
Praesumat nullus ea quae sibi non sunt concessa, tom. 1. par. 1. 118.
Praecipites in cognoscendis, & dijudicandis causis esse non debemus, tom. 1. par. 1. 55. d
Praedicatores nulla iniuria sunt afficiendi, tom. 2. 562. a
Praedicatores, Christi legatione & vice funguntur, tom. 2. pag. 562. a
Praedicatio noua, quae, tom. 2. 111. a
Pregnans mulier baptizari potest, tom. 2. 556. c
Presbyter quis primus, & quare sit dicitur, to. 1. par. 1. 44.
Presbyteri adolescentes nuptiis iungendi, ut femoreum gratis perueniant, tom. 1. par. 1. 3. b
Presbyterorum qualis esse debeat cura & munus, & quales ipsi debeant, tom. 1. par. 1. Pri-

I N D E X.

Primates dicendi qui primas, & principales ciuitates tenent, tom. 1. par. 1. 48.
Primates in Ecclesia an constitui debeant, ibid.
de Primatu Ro. sedis, tom. 1. 537. d. 575. a
Primas diaecesos quis, tom. 3. 44. d
Primates vnde, tom. 3. 789. b
de Primitijs, to. 3. 264. a
Prinilegia Ecclesie per venerabiles viros conseruata, tom. 1. par. 1. 42. b
Prinilegia Ecclesiarum, & sacerdotum inuolabilia, to. 1. par. 1. 40. a
Prinilegium Pallii, tom. 3. 791. c
Prinilegium B. Petri ad Ecclesiam Romanam transmissum traditum & confirmatum, tom. 3. 844. a
Principis in rebus religionis prouitio & medicina ex Dei timore veniat oportet, tom. 1. 48. c
Princeps Ecclesie perturbatores coherere debet, tom. 1. pag. 245. a
Principes ad Ecclesiae praesidium potestatem accipiunt, tom. 1. 253. c
Principibus in sacerdotibus seuientibus imputanda est populorum diuisio, tom. 1. 73. c
Principum catholicorum consuetudo nouos Romanos Pontifices saluandi, tom. 1. 479. c
Principum auctoritate qui Ecclesiae res inuadunt, excommunicantur, tom. 3. 221. d
Principum in episcopos munificentia, tom. 3. 300. d
in Principibus quid summus Pontifex requirere debeat, tom. 3. ibid. b
Principes cum summo Pontifice ad custodiam Christianae militiae conuenire debent, to. 3. 607. b
Principes & praelati peruersi, qui tom. 3. 650. d
Principes Capua omnia quae tenebant, erant bona Ecclesiarum, tom. 3. 791. a
Principis maximus labor, tom. 3. 848. b. eius munus, 849. b
Principis contumelia in eum, qui ad ipsum litteras Apostolicas demittit, tom. 3. 881. b
Prinilegis Ecclesie non fruitor qui Ecclesiae instituta deseruit, tom. 1. 468. c. d
Probata virtus protegit & consolatur oppressos, tom. 1. par. 1. 196
Professio cuiusque ostenditur ex cuiusque opere, tom. 1. pag. 124. d
Professio a Hierosolymitanis petitur si communicare vellet sedi Apostolicae, to. 1. 561. d
Prohibitio in contrahendo matrimonio usque ad septimum gradum, tom. 2. 665. d
Promoueri inuitus nemo debet, tom. 2. 11. b
Propheeta & Apostoli facentur se peccatores, to. 1. 352. b
Propheeta quandoque doctores vocantur, tom. 2. 15. c
Propinquitatis, familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet, tom. 1. par. 1. 98. d
Prinicialis synodus per vicarios Papae retractetur, si eius visum fuerit, tom. 1. par. 1. 207
Prospera cur subsequantur aduersa, tom. 2. 109. b
Prosperare futura laudabile est, tom. 2. 387. c
Proterius Episcopus Alexandrinus, tom. 1. 143. a. 435. a
Eius caedes, tom. 1. 300. d. 452. c
Prinicia certa quae sit, tom. 1. 633
Prinicia diuisio ab Apostolis & a B. Clemente, tom. 3. 789. b
Puellae propositum virginitatis non seruanti subant, tom. 1. 285. d
Prouocanti a iudice Ecclesiastico ad alium Ecclesiasticum iudicem, audientia non deneganda, tom. 1. par. 1. 207
Pueri ante 14. annos iurare non cogendi, to. 1. par. 1. 126
Pulsatis quoties appellauerint iudicia danda, tom. 1. par. 1. 120
Pupilli tutores habeant, tom. 2. 30. d

Quadragesima le ieiunium quis primus instituerit, to. 1. par. 1. 72
Quatuor temporum ieiunium quando instituerit, tom. 1. par. 1. 94
Quarentibus dubiorum solutiones, fratribus non dandam, tom. 1. par. 1. 47
Qui cum excommunicatis conuersatur, communione & ipse priuandus, to. 1. par. 1. 114
Qui non bene credit, non bene vivit, tom. 1. par. 1. 95
Quorum fides, vita & libertas nescitur, ij ad testificandum non admittendi, tom. 1. par. 1. 98
Quatuor synodis assentitur S. Gregorius, tom. 2. 188. d
239. b. 234. d. & suscipit quintam synodum, ibid.

R

R A P T O R E S bonorum Ecclesie anathematizandi, tom. 1. par. 1. 130
Rarum omne, quod magnum est, tom. 1. par. 1. 143
Rasura in modum sphaerae super caput clericorum quando ordinata, & cur, 81. d
Rationem ira praeire non debet, tom. 2. 383. d
Regere terrena qui recte haud nouit, tom. 2. 167. d
Regesta Romanae Ecclesiae, tom. 3. 185. d
Regnum quando bene regatur, tom. 2. 373. d
Regni culmina cur boni consequantur, tom. 2. 457. b
Regimini culmen ad quid suscipiendum, tom. 2. 319. a
Rectores a subditis timeantur, tom. 1. par. 1. 49
Regeneratis caelestia magis quam terrena quaerenda, & facienda, tom. 1. par. 1. 103
Res Ecclesiae oblati in vltis pios tantum sunt dispensanda, tom. 1. par. 1. 102
Religio ne ab inimicis violetur, optare debet bonus princeps, tom. 1. 49. a
religionis principatus est romae, ibid.
religionis obseruantia praecipua cura Imperatoris, to. 1. pag. 311. a
religiose personae apud solum episcopum conueniendae, tom. 2. 203. b
Reliqui sanctorum Apostolorum, tom. 1. 525. b
Reliqui Martyrum cultus, tom. 2. 38. c
Reliqui sanctorum transmittuntur, tom. 2. 97. c
Reliqui sanctorum Petri & Pauli multis insignes miraculis, tom. 2. 139
reipublicae pax ab Ecclesiae pace descendit, tom. 2. 268. a
reipub. vtilitas in omnibus procuranda, to. 2. 547. a
res graues ad sedem Apostolicam referantur, to. 2. 192. b
res Ecclesiasticae sine legitima concessione non transt in alium, tom. 3. 554. a
rerum S. Petri collectio in Anglia, to. 3. 604. b
reges & Pontifices cur ijdem tuerint ante aduentum Christi, tom. 1. 381. c
reges qui regna sua acriter tuerentur, ita tuerantur Ecclesiae integritatem, tom. 1. 392. a
regis Christiani officium, tom. 3. 246. c
regis Francorum in Rom. Eccl. laudes, tom. 3. 578
regum Francorum gloria, tom. 3. 607
Rex quando non rex, sed tyrannus facinorosus & praedo appellandus, tom. 3. 620. d
requisita ad iudicium, tom. 3. 54. b
de resurrectione, tom. 1. 364. a
reuerentia sacrosancti fontis, tom. 1. 513. d
reum se confiteatur qui ad legitimum vocatus iudicium adesse contemnit, tom. 1. 397. c
reus rerum non iustificat, tom. 3. 69. d
rhadaldi legati depositio, tom. 3. 26. b
rigor cum quibus temperandus, tom. 3. 85. b
ritus disparitas non cultus, tom. 3. 700. c
romam ob fidei causa venire praecipit Gregorius, tom. 2. pag. 9. d
romani codices veriores sunt, 205. c
romae antiqua consuetudo concilia celebrandi, tom. 3. pag. 332. d
romana Vrbs in potestate Pontificis, tom. 3. 361. b
Regia

Q U A T V O R Patriarchae, tom. 2. 76. a
Quatuor synodorum auctoritas, to. 2. 85. b. 142. c. 198. c

I N D E X.

Regia potestas quomodo recte obtinetur. tom. 3. 640.b
a Rege Christiano quid memoria reperendum est. tom. 3. 716.a
Regis Angliae laudes. to. 3. 718.c. 751.b. 817.c
Regnum Hispania iure & proprietate Ecclesie Romanae traditum. tom. 3. 731.b.c
ibid.
Regis sacrificium gratissimum Deo. 845.c
Regum ortus. tom. 3. 798.c
Rex quis in casum vel infortunium non incidit. tom. 3. pag. 802.b
Rex malum exemplum praebens causa multorum malorum. tom. 3. 802.b
Romam Petrus & Paulus, & praesentia & suo triumpho aliis vrbibus praetulerunt. tom. 1. par. 1. 48
Pro ea Paulus pollicetur se continuo precaturum. ibid.
Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater, & caput. tom. 1. par. 1. 94.d
Romanae Ecclesiae fides omnes semper sustulit errores. tom. 1. par. 1. 95
Romanae Ecclesiae fides omnium haeresum destructrix. tom. 1. par. 1. 139
Romano Pontifice inconulto iudicia Episcoporum non sunt terminanda. ibid.
Ruminare spiritualiter quid sit. tom. 3. 252.c

S

Sabbato licet operari. tom. 3. 242.a
Sabellii haeresis. tom. 1. 26.a. 395.b
Sabellius inducebat confusionem personarum. tom. 1. pag. 327.b. contra illum. tom. 1. 528.c
Sabnam hortatur Felix Papa quartus ad sancte viuendum. tom. 1. 571.d. & seq.
Saeculum Ecclesiae. tom. 2. 31.a
Sacerdotes, Christi legati. to. 1. par. 1. 35
Sacerdotes insequens sacrilegus est. tom. 1. par. 1. 80
Sacerdotes peccata populi comedunt. tom. 1. par. 1. 65.b
Sacerdotum iniuriam ad Christum, cuius legatione funguntur, pertinere. tom. 1. par. 1. 35. 54. 55
Sacerdotum nulli canones suos ignorare licere. tom. 1. par. 1. 106
Sacerdotum officia quam Deo grata. tom. 1. par. 1. 104
Sacerdotum ordo bipartitus. tom. 1. par. 1. 47.c
Sacerdotum persecutores perpetua infamia & exilio digna. tom. 1. par. 1. 59.c
Sacerdotum sacrificium qui vestitus, qui modus esse debeat. tom. 1. par. 1. 37
Sacerdotia que premiis non assequenda. to. 2. 361.d
ne muneribus conferantur. tom. 2. 364.a
Sacerdotes & leuitae insolubili lege ad castitatem seruandam constringuntur. tom. 1. 38.c
Sacerdotes & leuitae ab vxoribus abstinere debent. tom. 1. 47.a
Sacerdotes vnum sentire & vnum pronuciare debent. tom. 1. 62.c
in Sacerdotes die Paschae sauitum est Constantinopoli. tom. 1. 72.b
Sacerdotes & clerici non debent amici palis, & praecincti lumbos in Ecclesia ministrare. to. 1. 114.a
Sacerdotes a ceteris non tam veste & habitu, quam doctrina & moribus discernendi. tom. 1. 114.b
Sacerdotes canones seire tenentur. tom. 1. 116.b
Sacerdotes non debent canonum decreta ignorare. tom. 1. pag. 145.d
Sacerdotibus tantum minus praedicationis permittitur. tom. 1. 135.a
Sacerdotum ordinatio in die dominico fieri debet. tom. 1. pag. 281.a
Sacerdos Romanae Ecclesiae dicitur Pontifex. tom. 1. 339.c
Sacerdotalis dignitas, & eius effectus. tom. 2. 13.a
Sacerdos vt pater nominetur, ita affectu in opere probari debet. tom. 2. 72.d
Sacerdotis fornicarii improbitas & poena. tom. 3. 712.b

Sacrificantes Deo non vexandi, sed ab omnibus venerandi. tom. 1. par. 1. 37
Sacrificaturi iecuna testes habeant. ibid.
Sacrificium Christianorum non solum Deo Patri, sed etiam Filio communi deuotione offertur. tom. 1. par. 1. 66.d
Nec Patri sine Filio, nec Filio sine Patre offerri potest. ibidem.
Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab iniquitate. tom. 1. par. 1. 106
in Sacrificio offerendo antiqua est traditio orandi pro vnitatem fidei catholicae. tom. 1. 599.b
Sacrificiorum vfus cur ab Israeilitico populo retineretur. tom. 2. 464.d
Sacrilegium facit, qui bona Ecclesiae rapit. to. 1. par. 1. 130.b
Sacrilegium grauius peccatum, quam fornicatio. tom. 1. par. 1. 80.a
Sacrilegium est occultare Principi decreta Apostolica. tom. 3. 66.c
Sal aspersus & precibus sanctificatus ad emundationem quantum conferat. tom. 1. par. 1. 63
Sal quid significet. tom. 2. 162.a
Salus iustorum a Domino. to. 1. par. 1. 73.d
Salus res sit sepe causa periculi. tom. 2. 358.d
Saluum conductum haereticis promittit S. Gregorius. tom. 2. 188.d
Saluum conductus. tom. 3. 626.b. 686.c
Sancta Apostolica auctoritate, nulla amplius egeat confirmatione. tom. 2. 365.c.d
Sancti Dei mundum iudicaturi sunt. tom. 1. par. 1. 80
Sanctuarium Apostolorum per orbem terrarum ex Vrbe Romana sunt dispersa. tom. 1. 524.c
Sancturia Petri & Pauli Constantinopolim pro reliquijs transmissa. tom. 1. 527.a
Sanctuarium solemniter collocanda. tom. 2. 38.c
Sapientia huius mundi stulticia apud Deum. tom. 1. par. 1. pag. 103.b
Sapientia in maleuolam animam non ingreditur. tom. 1. par. 1. 109
Sapientiae huius mundi fructus. tom. 1. par. 1. 103
Saponatorum molestia. to. 2. 399
Sarcina administrationis Papatus. tom. 3. 638.d
Sardiniae possessores affliguntur diuersis oneribus. tom. 2. pag. 530.a
Sardiniae insula petita a Papa. tom. 3. 834.a
Saxonia Imperator obtulit B. Petro. to. 3. 850.d
vt Scandala vitentur, quid agendum. tom. 1. par. 1. 188
Scandalizatur in Deum qui non recte docet, & qui scandalizat eius sacerdotem. to. 1. par. 1. 38
Scandalum a Christianis pellatur. tom. 2. 239.c
Scelera episcoporum causa. to. 3. 628.b
Scientia omnis & regula in se diuisa non stabit. to. 1. par. 1. pag. 76
Scripturae aut aliquid tale a sacerdotibus per vim extortit quocumque modo roboratae fuerint sint nullae. tom. 1. par. 1. 60.d
Scripturae diuinae quomodo interpretanda atque intelligenda. tom. 1. par. 1. 33
Scripturae loca, quibus Christi filii Dei humanitas probantur. tom. 1. par. 1. 83
in Scriptura dicitur aliquid esse per anticipationem, quod futurum est. tom. 1. 363.c
in eis per anticipationem dicuntur facta pro faciendis. ibidem.
Scripturae expositiones auro comparantur, ex quo variaz ornamenta parantur. tom. 2. 119.c
Scripturae sacrae intellectus multiplex. ibidem
in Scripturas sacras vertentes in vernaculam linguam. tom. 3. 803.2
Saecularia negotia praebant Gregorium. tom. 2. 129.1
pag. 4.b
Sedia Histricorum. to. 2. 347.d
Sedes Romana iudicat sedem Constantinopolitanam. tom. 1. 125.c
Sedes Petri sacerdotalis dignitatis mater & Ecclesiae disciplinae. 712.b

I N D E X.

disciplinae magistra. tom. 2. 155.d
Sedi Apostolicae ex diuino instituto & patrum traditione parendum. tom. 1. 343.b
Sedes Romana prima est. tom. 1. 382.b. 396.b
a Sede Romana non datur appellatio. tom. 1. 384.a
Sedes prima a nemine iudicatur. tom. 1. 384.c
ad Sedem Apostolicam communionem nemo se potest admittere, qui Acatii nomen non damnauerit. tom. 1. pag. 386.a. & seq.
Sedes Apostolica potest errare. tom. 1. 392.c
in Sede Apostolica inuolabilis semper custoditur religio Catholica. tom. 1. 491.d
Sedi Apostolicae immotescat oportet quidquid ad Ecclesiae statum pertinet. tom. 1. 575.c
Sedes Petri pro eius principatu conualuit, & tres eius sedes auctoritate praecipuae. tom. 2. 266.b.c
Sedes Alexandrina. tom. 2. 520.d
Sedes Apostolicae aliarum Ecclesiarum capitula ordinationesque confirmat. tom. 2. 522.c
Sedis Apostolicae auctoritas. tom. 2. 574.a
Sedes Apostolica in longanimitatem ac misericordiam est propensior quam in severitatem. tom. 2. 600.b
Sedis Apostolicae hospitalitas. tom. 2. 613.d
Sedis Apostolicae studium circa venerationem imaginum. tom. 3. 46.a
Sedes Apostolica refugium est Catholicis. tom. 3. 46.b
Sedis Romanae iudicium omnium maius. tom. 3. 52.c
Sedis Apostolicae debitum in nuuandis episcopis electis. tom. 3. 60.d
Sedes Apostolica fas habet de tota Ecclesia iudicandi. tom. 3. 71.c
Sedes Romana apex episcopatus. tom. 3. 142.b
abique Sedem Apostolicam praecipue non conuocandum generale Concilium. tom. 3. 157.a
Sedes Apostolica secundum suae conditionis tenorem sententiam mutat. tom. 3. 217.d
Sedis Apostolicae benignitas. tom. 3. 273.c
a Sede Apostolica Catholicis semper subuenitur. tom. 3. pag. 301.b
de Sede Romana nulli iudicare licet. tom. 3. 520.d
a Sede Apostolica recedere sine benedictione Papae nefas est. tom. 3. 790.b
Seditio propter impium Dorothei vocem excitata. to. 1. pag. 118.b
Sella plectiles. to. 2. 428.d
Seneca iunior Pelagianus. tom. 1. 346.d
Seniores iunioribus ad presbyteratum praeponi debere. tom. 1. 159. & seq.
Senioribus honor debetur. tom. 2. 485.c
Sententia a iudicibus Ecclesiae non pronucianda absente eo cuius causa ventilatur. to. 1. par. 1. 86.c.d
Sententia Episcopi valde timenda licet iniusta. tom. 1. par. 1. 102.d
Sententia in iudiciis non pronucianda, nisi prius actione bene ventilata veritas inuenta fuerit. tom. 1. par. 1. pag. 86.a
Sententia in re dubia non danda. to. 1. par. 1. 207.d
Sententia, nisi a suo iudice data, nullum constringit. tom. 1. par. 1. 209.d
Sententia Caesertini in Nestorium lata. tom. 1. 121.b
Sententia in aliquem lata in patientibus affligebatur. to. 1. pag. 135.c
Sententiam dicere in re dubia certam indecens valde est. tom. 2. 393.a
Sententia pastoris etiam iniusta timenda. tom. 3. 68.c.d. 92.c.d.
de Sepulturis. tom. 3. 265.d
Sermo sensato liberi seruient. tom. 1. par. 1. 129.a
Seruus insurgit in Dominum. tom. 1. 128.b
Seruitus est legibus humanis. tom. 1. 347.d
Serui Dei cum puellis sacris non miscendi. tom. 1. 350.d
Serui abique dominorum consensu non ordinandi. tom. 1. pag. 371.a
Serui & bigami ad sacros ordines recipi prohibentur.

tom. 1. pag. 145.b
de Seruis fugitiuis. tom. 3. 247.b. 265.c
Seuerus & Petrus haeretici. tom. 1. 471.b. 561.a
Seuerus haereticus. tom. 2. 639.a
Sigebertus Francorum Rex. tom. 2. 580.b
Sigillum Domini quid. tom. 1. 8.a
Siluerius Papa Amatoris Episcopi charitatem laudat, quae contra se acta sunt exponit. tom. 1. 594. & seq.
Vigilium damnat. tom. 1. 595.b
Siluestri & Constantini historia. tom. 2. 700. & seq.
Siluester Constantini baptizator. tom. 2. 701.d. to. 3. 39.d
Similis similem sibi querit. tom. 1. par. 1. 95.a
Simoniacus indignus est sacerdotio. tom. 2. 161.d
Simonia diaboli est plantatio. tom. 2. 363.d
Simoniaci deponuntur. tom. 1. 372.d
Simoniaci poena. tom. 2. 71.c
Simoniaca haeresis pestilentissima. tom. 2. 189.c
Simoniacus detestatur. tom. 2. 195.a
Simonia detestanda. to. 2. 443.a
Simonem Magum Petrus excommunicauit, nec praefecit. tom. 3. 72.b
Simonia prima haeresis. tom. 3. 370.a
Simoniae species a manu ab obsequio a lingua. tom. 3. pag. 788.a
Simonia ante omnes alias haereses radices egit in Ecclesia. tom. 3. 882.c.d
Simplicius & Felix Pontifices sapienter increparunt Basilium & Zenonem Imperatores. to. 1. 402.c
Singulos singuli suscipiant, tam in confirmatione, quam in baptismo, nisi necessitas urgeat. tom. 1. par. 1. 77.
Siricius Papa Elimerio Tarraconensi episcopo respondens, propositas dubitationes dissoluit.
Eundem decreta instituta obseruanda, & vt ad suas prouincias ac finitimum episcoporum notitiam, quae ei scribit, peruenire curet, hortatur. tom. 1. 37. & seq.
Mediolanensem Ecclesiam de Iouiniano eiusque sectatoribus se damnatis certiorum facit. tom. 1. 41.b
Eius sollicitudo in haereticis damnandis laudant Ambrosius & ceteri episcopi. tom. 1. 42.c
Octoginta episcoporum, concilio habito nonnullas Ecclesiasticas leges innouauit quas Africae episcopis innouandas proponit. tom. 1. 46. & seq.
A Maximo Catholice fidei confessionem litteris postulat. tom. 1. 48.a.b.c.
Sistini in retinenda religione studium. tom. 1. 123.a
Soboles ex matrimonio agnatorum non succrescit. tom. 2. pag. 554.b
in Sola Creatoris nostri protectione fidendum. tom. 1. par. 1. 11.
Solem certat facibus adiuuare, qui querit Deo placere, sacerdotes suos accusando. tom. 1. par. 1. 36.
Sordida vascula vt purgari soleant. to. 2. 542.c
Sozomeni historiam non recipit Ecclesia Romana. to. 2. pag. 262.2
Species quae sit futura post resurrectionem. tom. 1. 364.a
Spem nostram si totam in Christum collocabimus, ipse consiliarius & protector noster erit. tom. 1. par. 1. pagina. 39.
Spes non finit in desperatione deficere. to. 1. 475.a
Spiritus sancti in nobis habitantis effecta. tom. 1. par. 1. pag. 103.
Spiritus a Deo est. tom. 1. par. 1. 79.
Spiritus sanctus adest in Conciliis episcoporum. to. 1. 132.
Sponsa Christi illa Ecclesia est, quae nullo se patitur errore contaminari. tom. 1. par. 1. 84.d
Statuta praedecessorum non destruenda. to. 2. 561.b
Stephani Papae decretum. tom. 3. 795.a
Studia commendatione sicut ignis ex vento proficiunt. tom. 2. 450.a
de Studio susceptoris ex baptismo. tom. 3. 246.a
Stulti qui sibi ipsi sapientis nomen arrogant. tom. 1. 123.c
Subdiaconis carnale coniugium prohibetur. tom. 1. 268.a
Subdiaconorum castitas. tom. 2. 321.b
Subdiaconus S. R. E. mittitur legatus. tom. 3. 751.b
Subdia-

I N D E X.

Subditi prepositum vitia occultare, non probare debent. tom. 3. 38.c
Sudarium sancti Pauli. tom. 2. 121.a
Suspectis de fide non credendum in iudicio. tom. 1. par. 1. pag. 98
Suspectis de fide recta, fides in iudicio non adhibenda. tom. 1. par. 1. 114
Suspectos iudices habent ad alios appellare licere. tom. 1. par. 1. 207
Suspecti fidem publice consistere debent & hereses detestari. tom. 2. 463.b
Suspensio episcopi a sacris. tom. 2. 105.c
Symbolum fidei ab Apostolis conditum. tom. 1. par. 1. 7
Synmachus Papa a Theodorico Ariano vexatus. tom. 3. 161
Synnachi Apologeticus aduersus Anastasium. tom. 1. 426
Synnachi decretum de electione Papae. tom. 3. 848.d
Synodus bona nulla ex causa debet ab alia synodo retractari. tom. 1. 344.b. 395.a. 398.c. 399.c
de quatuor Synodis. tom. 1. 449.a
Synodus Stephani Papae contra Ieonoclastes. tom. 2. 718.d
Synodus Ariminensis execratur. tom. 1. 22.a
Synodalis cognitio necessaria. tom. 1. 71.b
in Synodo nihil per contentione ad inanis gloriae ostentationem fieri debet. tom. 1. 132.d
Synodus schismaticorum fulmina pro nugis habet. tom. 1. pag. 136.b
Ephesina Synodus Rom. Pont. sententiam in Pelagianos latam recipit. tom. 1. ibid.d
Synodus Ephesina omnia a se gesta ad Rom. Pont. cognitionem defert. tom. 1. ibid.
Synodum in Italia celebrari vult Leo Papa. tom. 1. 189.c
Synodi indicenda causa. tom. 1. 313.c
Synodum male gestam reprobat Ecclesia Romana, & bene gestam confirmat. tom. 1. 398.d
in Synodo Chalcedonensi, que vltra mandata gesta fuerint, reprobat Leo Papa. tom. 1. 461.d
Synodus Chalcedonensis sedis Apostolicae auctoritate coacta. tom. 1. 398.b
Synodum quintam amplectitur Greg. tom. 2. 19.b
Synodus Iustiniani tempore facta. tom. 2. 537.d
Synodus Constantiopolitana damnatur. tom. 2. 337.a
Synodi quinq. auctoritas & que in ea tractata fuerint. tom. 2. 145.d
Synodi Ephesina & Chalcedon. codices falsati. tom. 2. 205
in Synodica Epistola oes hereses damnabantur. tom. 2. 239.d
Synodus de tribus capitulis. tom. 2. 262.b
Synodus Ephesina ab hereticis corrupta. tom. 2. 319.c
Synodus Romana sub Vitaliano. tom. 2. 116.d
Synodi contra Ieonomachos. tom. 2. 751.c
Actus iudicis eorum qui officium habent mala redarguendi, illorum vel conscientiam, vel negligentiam arguit. tom. 3. 621.a
Talionem merentur qui fratrem suum paratit. tom. 1. par. 1. 66
Parasitus Chorepiscopus electus. tom. 3. 19.b
Paritas bonorum desideria non impedit. tom. 2. 414.a
Templi constantinopolitani incendium Honorii Augusti deploratio. tom. 1. 721. & seq.
Templa Idolorum ne destruantur, sed ipsa idola. tom. 2. pag. 464.b
Templum S. Marce Martiris Romae a quo constructum. tom. 2. 750.c
Tempora singulis clericorum gradibus praesigenda. tom. 1. 108
Temporibus malis latagendum, maxime vt numerosis vbi que sit clerus. tom. 2. 777.d
Tempora ordinationum. tom. 2. 661.c
Tempus baptismum conferendi. tom. 3. 59.d
Temporum mutationes, tom. 3. 638.b
Tempus dissimulandi & iudicium suspendendi quando ex necessitate daretur omissio deteriorandi. tom. 3. 857.a
de Tentatione nouit Dominus pios eripere, iniquos vero in diem iudicij cruciandos referuare. tom. 1. par. 1. 77

Tentatio probat hominem. tom. 1. 124.
Terentianum Zenoni Aug. commendat Felix Papa. tom. 1. pag. 338.c.
Terminos alterius nullus vsurpet. tom. 1. par. 1. 96.d
Terminos transgreditur, qui statuta parum contemnit. tom. 1. par. 1. 58.
Termini positi non transcendendi. tom. 1. 583.b
super Tertiam ligata ligantur in caelis. tom. 1. 376.a
Testandi facultas a Papa Abbati conceditur. tom. 2. 426.a
Theodoritus episcopus in concilio Chalcedonensi contra Nestorianos & Eutyrianos. tom. 1. 235.c.d
Theodoritus rex Italiae. tom. 1. 447.d. 545.d
Theodoritus episcopus Lignidi. tom. 1. 490.b
Theodoritus episcopus Litanidensis. tom. 1. 499.b.c
Theodoritus episcopus sacerdotio & communione priuatur a Vigilio Papa. tom. 1. 612.c.d. & seq.
Theodori de Christo sententia. tom. 2. 19.c
Theophilus ab Innoc. ex communione non alienus. tom. 1. 71.d
Theophilus Cyrilli auunculus acerrimus purioris dogmatis vindex. tom. 1. 120.b
Theophili episcopi Alexandrini testimonium contra Nestorianam & Eutyrianam haeresim. tom. 1. 295.c.d
Thessalonicenses Antistites Apostolicae sedis sunt vicarij. tom. 1. 266.b
de Thessalonicensi Ecclesia. tom. 1. 339.a
Thessalonicensis Antistes excommunicatus, quod communicaret hereticis. tom. 1. 376.a
Thessalonica & Constantinopoli, que aeta fuerint. tom. 1. pag. 493. & seq.
de Thessalonicis gestis. tom. 1. 513.c. & seq.
Thessalonicensium causa Romae delata. tom. 1. 562.a
Thessalonicensium crimina. tom. 1. 530.d. & seq.
Thessalonicenses affligunt Corcyrae inhabitatores. tom. 2. pag. 535.d
Timotheus Apollinaris discipulus abdicatus. tom. 1. 27.b
Timotheus ab hereticis ordinatur episcopus Alexandrie. tom. 1. 143.a
Timotheus alius creatur episcopus Alexandrinus in exilium missus timotheo heretico. tom. 1. 143.b
Timotheus Ioannem presbyterum suum Oeconomum misit ad Imperatorem Zenonem. tom. 1. ibid.
Eius Oeconomus Ioannes a Catholicis episcopus Alexandriae ordinatur. tom. 1. ibid.
Timotheus Hellurus haereticus regnante Basilio rursus episcopatum Alexandrinum inuasit. tom. 1. ibid.
Timotheus ab Alexandrina Ecclesia, opera Leonis Augusti electus. tom. 1. 299.d
Vt ab eius communione abstinere Gennadium episcopum monet S. Leo Papa. tom. 1. 300.H
Timotheus execrabilis. tom. 1. ibidem
Timotheus ab vniuersali Ecclesia separatus. tom. 1. 312.b
contra Timotheum Hellurum Alexandrinum. tom. 1. 300.b
Timotheus catholicus timothei Helluri haeretici subrogatus. tom. 1. 301.b.d
Timotheum Hellurum, qui Alexandrinam sedem iterum occupare, & clam Constantinopoli suas hereses disseminare conabatur, vt regia potestate cohibeatur, rogat Simplicius Papa. tom. 1. 310. & seq.
Timotheus Alexandriae catholicus episcopus suae Ecclesiae restitutus. tom. 1. 301.b
Timotheus haereticus ab Alexandrina sede expulsus, rursus illam inuadit. tom. 1. 310.c
Tinnabala, quid designent. tom. 2. 16.b
rituli varii Pontifici Rom. a variis attributi. tom. 1. 448.d
romus Leonis primi. tom. 2. 198.c
tonfura monachorum. tom. 2. 389.b
tribulati legere debent sacram scripturam. tom. 2. 75.b
tribulationum visitas. tom. 3. 598.d
tricalis Argento vicinia vrbs. tom. 2. 155.b
de Trinitate. tom. 1. 522.b
de Trinitate vultu esse passum non est dicendum. tom. 1. ibid.
trinitas non multiplicatur numero nec crescit augmento. tom. 1. 558.c
tribulationum causa. tom. 3. 732.c

trista-

I N D E X.

Tristari pro mortuis diffidentiae iudicium. tom. 2. 360.a.b
Tristitia est gaudium Pontificis. tom. 3. 822.d
de Tribus capitulis. tom. 1. 616.d
trita capitula. tom. 2. 145.a
trium capitulorum controuersia. tom. 2. 324.c

V I T A

V A L E N T I N I & Manichei infamia. tom. 1. 288.a
Vasa sacra venundare non licet, pro redemptione autem captiuorum conceditur. tom. 2. 249.d
Vc Episcopus, si silentio veritatem oppriferint. tom. 1. par. 1. 132.c
Vc velle illis qui detraxerunt seruis Dei. tom. 1. par. 1. 93.c
Vendere agros, & praedia, & Ecclesijs tradere, quae pro peccatis, & cur. tom. 1. par. 1. 101.c
Vela suspendebantur in Ecclesijs. tom. 1. 433.d
Venetorum Respub. optime de sede Apostolica merita. tom. 3. 719.a
Verbum Dei audiens, & fructum non ferens, similis est arbori infrugiferae, quae exciditur. tom. 1. par. 1. 21.d
Verborum pugna vitanda. tom. 1. 128.a
Verba regis regum ab Apostolis praedicata nulla vnquam tyrannis extinguere potuit. tom. 1. 133.a
Verbum qua ratione carofactum. tom. 2. 459.a
Vestis baptismorum. tom. 2. 158.a
Vestigia Paschum. tom. 3. 641.d
Vexatio ministrorum Ecclesiae perinet ad Christum. tom. 2. 562.a
Vexilli donum. tom. 3. 742.c
Vicarius sedis Apostolicae. tom. 1. 309
Vicarii B. Petri. tom. 1. 536.b
Vicarius Apostolicae sedis in oriente creat episcopos. tom. 2. 597.d
Vidua non velande. tom. 1. 377.a
Viduae propositum castitatis non seruantes peccant. tom. 1. pag. 372.c
Viduae & Virgines continentiam professae nubere non possunt. tom. 1. 425.d
Viduum commendat Gregorius episcopo Circumcellensi. tom. 2. 8.d
de Viduis non cogendis monasterium ingredi. tom. 3. pag. 263.d
Virtutes quaedam ex Deo processisse, quas ab aeterno non habuerit, vt Priscillianis dicunt, refellitur. tom. 1. 149.c
Virtutes nulla sine charitate. tom. 1. 393.b
Virtus humilitatis. tom. 3. 59.b
Visitatores Ecclesiae habeant ex visitatione subsidium. tom. 2. 129.b
Vite huius alterationes cur fiant. tom. 2. 109.c

Vite spiritualis & doctrinae fundamentum orthodoxa fides. tom. 1. 129.3
Vita nostra nauiganti similis est. tom. 2. 256.b
Vita cur agrotis prorogetur. tom. 2. 467.c
Vite finem cogitare debemus & diuinum iudicium. tom. 3. pagina 614.c
Vitalis praecipuus Apollinaris sectator Roman venit catholicum se simulantem. tom. 1. 29
Vitalium Mesentium, & Acacium nonine & munere sacerdotali, atque Catholicae communionis priuat Felix Papa. tom. 1. 334. & seq.
VITALIANVS Papa. tom. 1. 458.2
Vituperia si nobis dicuntur, ad montem recurrendum est. tom. 2. 404.a
Vituperia hominum nulla conscientia liberat. ibidem
Vitionis remissio melior & utilior. tom. 2. 386.b
Voluntarium quod non est, non potest vocari in reatum. tom. 1. 322.b
Voluntatis pie executio. tom. 2. 253.a. 381.c
Voluntas humana quid sit. tom. 2. 631.c
Voluptas sine culpa non est in matrimonio. tom. 2. 557.d
Voluptatibus post penitentiam non est indulgendum. tom. 2. 441
Vrbe sine Pontificis benedictione recedendum non est. tom. 2. 214.b

X

X E N I T I M a quocumque publico vel incestuoso a presbytero non accipiendum. tom. 1. par. 1. 68
Xenodochium praepositi quales esse debeat. tom. 2. 139.c
ex Xenodochio nihil etiam sub piarum rerum occasione auferendum. tom. 2. 501.d
Xistus Papa cur Euphemium episcopum damnauerit. tom. 3. 39.c

Z

Z A C H A R I A E & Rhodoaldi Episcoporum depositio. tom. 3. 22.c
ZACHARIAE Bonifacius gratulatur de Pontificatu. tom. 2. 674.d. & seq.
Petit vt tres episcopos a se ordinatos confirmet, potestatemque tribuat, synodum in Francia celebrandi. tom. 2. 677.c. & seq.
Zacharias confirmat tres episcopos a Bonifacio ordinatos, facit potestatem congregandae synodi, eiusque consultationibus respondet. tom. 2. 677.c. & seq.
Bonifacius Zachariam de quibusdam consiliis, & priuilegiis petit pro monasterio, quod edificauerat. tom. 2. pag. 693.d
ZACHARIAS Papa Episcopus. tom. 1. par. 1. 30

F I N I S.

REGESTVM.

Tomi primi parte prima,

†† a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x.

Tomi primi parte secunda,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx
Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh.

Tomi secundi.

a b c d e f A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss

Tomi Tertij.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss
Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee.

Index.

A B C D.



ROMÆ,

IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI

Apud Georgium Ferrarium. M. D. XCI.